F. PETRI MARIÆ PASSERINI DE SEXTVLA

PROCVRATORIS, ET IN VACANTIA GENERALATVS
Vicarij Generalis Apoſtolici Ordinis Prædicatorum,

AC IN ROMANA SAPIENTIA S. THEOLOGIAE PROFESSORIS MATVTINI

COMMENTARIORVM

In Secundum, & Tertium Librum Sexti Decretalium.

PARS SECVNDA.



ROMÆ, Typis, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij. M.DC.LXX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

RVBRICAE, ET CAPITVLA

Tertium Libri Sexti Decretalium.

De Cappellis monachorum tit. XVIII.

Presbyteri . vnicum . pag. 326.

De Cenſibus, & Exactionibus tit. XX.

Exigit . 2. pag. 332.
Felicis . 3. 335.
Perpetuo . 5. 336.
Quanquam . 4. 335.
Romani . 1. 329.

De Clericis Coniugatis tit. II.

Clerici . vnicum : pag. 3.

De Clericis ægrotantibus tit. V.

Paſtoralis . vnicum . pag. 142.

De Clericis non reſidentibus tit. III.

Conſuetudinem . vnicum . pag. 11.

De conceſſione præbendæ tit. VII.

Authoritate Martini . 7. pag. 158.
Deteſtanda 2. 150.
Executor . 4. 155.
Ne captanæ . 3. 153.
Quia . 1. 150.
Quoniam . 8. 158.
Si capitulo . 5. 155.
Si ſoli ordinario . 6. 157.

De conſecratione Eccleſiæ tit. XXI.

Si Eccleſiam . vnicum .

De decimis & primitijs tit. XIII.

Diſcretioni . 1. pag. 285.
Statuto . 2. 286.

De inſtitutionibus tit. VI.

Et ſi . 1. pag. 149.
Si is . 2. 150.

De iure patronatus tit. XIX.

Si Laicus . vnicum. pag. 327.

Ne Clerici, vel monachi tit. XXIV.

Epiſcopus cap. 3.
Statutum . 1. 344.
Vt periculoſa 2.

Ne ſede vacante tit. VIII.

Si ad Epiſcopum . vnicum pag. 159.

De præbendis, & dignitatibus tit. IV.

Cui de cap. 27. pag. 115.
Cum de beneficio . 5. 59.
Cum in Eccleſia . 25. 112.
Cum in Eccleſijs. 33. 124.
Cum in illis . 16. 80.
Cum ſingula . 32. 124.
Dudum . 14. 74.
Ei cui . 29. 120.
Eum cui . 7. 66.
Eum qui . 18. 91.
Hi qui . 12. 71.
Is cui . 19. 94.
Licet Eccleſiarum . 2. 52.
Licet Epiſcopus . 28. 117.
Mandato . 10. 68.
Mandatum . 41. 139.
Non poteſt . 21. 98.
Præſenti . 34. 125.
Quamuis . 4. 56.
Quamuis . 38. 135.
Quia . 15. 78.
Quodam. 40. 138.
Si Apoſtolica . 22. 103.
Si Apoſtolica . 35. 128.
Si à ſede . 31. 122.
Si beneficia . 20. 95.
Si clericus . 11. 69.
Si cui . 36. 180.
Si Epiſcopus . 37. 132.
Si eum . 9. 67.
Si is . 39. 136.
Si motu . 23. 106.
Si pauper . 30. 121.

Digitized by Google

Si pluribus. 24. 111.
Si poſtquam. 13. 72.
Si pro clericis. 8. 66.
Si tibi. 17. 87.
Si tibi. 26. 113.
Statutum. 3. 55.
Super eo. 6. 65.
Suſcepti regiminis. 1. 49.

De Rebus Eccleſiæ non alienandis tit. IX.

Dudum. 1. pag. 169.
Hoc conſultiſſimum. 2. 169.

De Religioſis Domibus tit. XVII.

Religionum. vnicum. pag. 323.

De Reliquijs, & veneratione ſanctorum tit. XXII.

Glorioſus. vnicum. pag. 338.

De Rerum permutatione tit. X.

Licet. vnicum. pag. 170.

De ſepulturis tit. XII.

Animarum cap. 1. pag. 197.
Cum quis. 2. 198.
Is qui. 3. 198.
Licet. 4. 199.
Religioſi. 5. 202.

De ſtatu Regularium tit. XVI.

Periculoſo. vnicum. pag. 290.

De vita, & honeſtate clericorum tit. I.

Clerici. vnicum. pag. 1.

De voto tit XV.

Quod votum. vnicum. pag. 289.

De Immunitate Eccleſiarum tit. XXIII.

Clericis. pag. 343.
Decet. 2. 338.
Eos qui. 344.
Quia non nulli. 338.
Quoniam. 343.

De Conceſs Prabend tit. VII.

Auctoritate. 7. 158.
Deteſtand. 2. pag. 150.
Executor. 4. 155.
Ne captandæ. 3. 353.
Quoniam. 8. 158.
Si cap. 5. 155.
Si ſoli. 6. 157.

Tit. 18. de Cappellis Monacorum.

Presbyteri. vnic. 326.

Tit. 19. de iure patronatus.

Si laicus. vnic. 327.

Tit. 20. de Cenſibus exactionibus, & procuratoribus.

Romana. I.
Exigit. II. 332.
Felicis. III. 335.
Quamquam. IV. 335.
Perpetuo. V. 336.

Tit. 21. de Conſecrat. Eccleſ.

Si Eccleſiam. 337.

E R R A T A

Tit. 4. de Preben. *& dignitatibus* p. 49. cap. ſuſceptis. *corrige* ſuſcepti regiminis.

Cap. cum qui p. 66. *Corrige* Eum qui.
Cap. ſi Clericus II. *Corrige* XI. p. 69.
Cap. Iſti qui II. *Corrige* Hi qui 22. p. 71.
Cap. ſi poſt quam XII. *Corrige* XIII. p. 72.
Cap. ſi tibi abſentis *add.* XVII. p. 87.
Cap. Is qui XIX. *Corrige* Is cui
Cap. Cui de non ſacerdotali *adde* XXVII. p. 115.
Cap. ſi cui XXI. *Corrige* XXXVI. p. 130.
Tit. XVII. *Corrige* XIII. & *adde*. De decimis, & primitijs 285.

F. PETRI MARIÆ PASSERINI COMMENTARIA

IN TERTIVM LIBRVM SEXTI DECRETALIVM.

SVMMARIVM.

1 *IOCVLATORES per annum exercentes hanc artem ſunt ipſo iure infames.*
2 *Decretalis alibi explicata.*
3 *Clericorum dignitati derogat exercitium vilis artis. Clerici is merito priuantur priuilegio, & poſſunt à quolibet Clerico accuſari.*
4 *Vbi lex requirit tempus neceſſe eſt illud eſſe continuum. Et hoc explicatur.*
5 *Actus aliquando ſignificatur nomine artis. Sed hic non ita ſumitur.*
Quis ſit artifex.
6 *An ſub ſtatuto imponente gabellas pro lucro artis, veniat ars prohibita.*
Multa de arte remiſſiuè.
7 *Nomina ſignificantia artem non dicuntur de aliquo ex vnico actu.*
8 *Dictio ipſo iure quando importet ſententiam latam, & num. 9.*

Tit. I. De vita, & honeſtate Clericorum.

Cap. Clerici. vnic.

1 CONtra ioculatores, goliardos, & buſones lata fuit hęc decretalis à Boniſacio VIII: Decernitur verò quod ſi Clerici per annum integrũ huiuſmodi artem ignominioſam exercuerint, ipſo iure ſint infames. Si autem breuiori tempore, & ter moniti non reſipuerint, careant omni priuilegio Clericali.

2. Quia vero hanc decretalem explicaui *tom.2. de ſtat. q. 187. a. 2. à num. 356.* pauca hîc addenda remanent. Videantur etiam Tabien. *v. Excommunicatio 5. num. 26.* Bernard. *in pract. cap.68. alias 171.* Clar. *§. fin. §.36. n.26.* Anton. *ſup. de iure non ſcript. l 1. cap. 14* Camill. Borell. *in addit. ad Bellug. in ſpec. Princ. rubr. 11. §. videndum lit. N.*

3. Ex textu autem habetur primo, quod clericatus eſt dignitas, *cap. Denique diſt.4. & cap. 3. de cler. non reſiden.* & ſecundo, quod illi derogatur à clericis per exercitiũ vilis artis cuiuſcumque, & propterea huiuſmodi detrahentes dignitati clericatus, merito illa priuantur. Priuilegium enim clericatus merito perdere debent, cum illud non perſonę, ſed dignitati eſt conceſſum. *cap. ſi diligenti, de foro compet. & cap. contingit. de ſent. excom.* Gloſſ. *hic in ver. dignitati.* Anchar. *num. 1.* ex quo inferunt Dom. & Franc. quod Clerici huiuſmodi viles & indecoras artes exercentes, à quolibet Clerico poſſunt accuſari, cum vniuſcuiuſque illorum interſit, ne clericatus vilipendatur. Nam vilem artem exercens, ex hoc dicitur, & eſt vilis perſona. Gloſſ. in *v. Macellariorum in Clem. 1. eod. tit.* Quæ multo magis militant in Religioſis, in quibus vnius infamia longe magis inficit totum corpus.

4. Notandum ſecundo in verſ. per annum, quod vbi ius requirit determinatum tempus neceſſe eſt, quod illud ſit continuum, vt hic aduertunt Domin. & Franc. *num.6.* Barboſ. *num.4.* ex Gutier. *canon. l. 1. cap. 12 num. 25.* Et ex Bald. *l. Non ſolum in princ. ff. de excuſ. tut.* Subdit Franc. quod in dubio tempus debet intelligi quod ſit continuum; Et nihilominus non eſt neceſſe quod

Google

hæc continuitas ſit merè phyſica, ſed debet intelligi moraliter iuxta exigentiam actus, quia nimirum in illo tempore licet actus non habeatur continuo die ac nocte, habetur tamen iuxta exigentiam actus, quando illius ſe ſe offert occaſio. Sic in propoſito ad incurrendam pœnam huius actus nō eſt neceſſe quod ioculatores per annum exerceant die ac nocte artem ioculatoriam, ſed ſufficit ſi ex profeſſo, & veluti quadam deputatione illam exerceant tempore, quo exerceri ſolet, ſeu quotieſcumque illam exercendi ſe ſe offert occaſio opportuna, & vtilis ad illorum arbitrium quia alias de ſe ſint parati ad eam exercendam. Hoc enim eodem modo meretrix dicitur exercere meretricium per annum, ſi per illud tempus illud exercet data occaſione ſibi viſa opportuna, & ad id eſt parata.

5. Notandum tertiò, quod ars eſt quid exiſtens in intellectu; eſt enim ratio & dictamen extrinſecus faciendi ad exemplar interioris formæ, & ideæ. Nihilominus, quod etiam actus artis exterior dicatur ars, & quod hic nomine artis veniat buffonaria, & ioculatio, & quod hic actus prohibitus appelletur ars volunt Dom. *num.* 2. & Franc. *num.* 2. Et quidem hoc verum eſſe poteſt, quia ſæpè contingit, quod nomen cauſæ analogicè tribuitur actioni, vel effectui, vt Logici docent. Verum huiuſmodi intelligentia nec deſumitur ex hoc textu, nec eſt ad mentem illius. Nam damnantur Clerici artem ioculatoriam exercentes, & ſic actualis ioculatio eſt artis exercitium, & pro tali habetur, & damnatur, ſed ars importat ſcientiam illam ioculandi iuxta exigentiam regularum talis artis. Artifices verò ſunt, qui artem profitentur, & exercent, vt quando admittunt ſine delectu volentes illos inſeruire in ſuo artificio, & propriè Artifex eſt, qui res mutata forma vendit, vel exterius ex arte agit, ad cuiuſcumque aduenientis inquiſitionem. Quamuis ex vſu magis propriè illi dicuntur artifices, qui materiam emptam, & in alia forma mutatam vendunt. Videantur Tuſchus lit. A. & Barboſ. *appell.* 26.

6. An verò in ſtatuto imponente gabellas pro lucro artis comprehendatur etiam lucrum ex arte damnata & prohibita, affirmat Dom. *n.* 3 ſed eſſe cogitandum de hoc monet Franc. *nu.* 3. qui etiam putat, quod ſub nomine artificum, aut mercatorum non veniant Fœneratores per text. *in l. quæſitum in fin. ff. de fund. inſtrum.* qui etiam multa loca indicat, ex quibus colligi poſsit, vel quæ ſint artes viliſsimæ, vel an officium Aduocati, aut Procuratoris, aut Doctoris ſit ars, vel an agricultura ſit ars. De quibus etiam videri poſſunt *tom.* 2 *de ſtat. qu.* 187. *toto artic.* 3.

7. Notandum eſt etiam quartò ex Anchar. *num.* & Dom. *num.* 8. Franc. *n.* 3. quod eſt diſcrimen inter nomina ſignificantia artem, vel artis exercitium, & ſignificantia delictum, quod iſta ex vno ſolo actu denominant, vnde homicida quis dicitur ex vnico homicidio, ſed non ſic eſt in nominibus artis, & officij, vnde non dicitur mercator ex vnica mercantia, vel hoſpitator ex vnica hoſpitatione. Sed in hoc textu pœna non habet locum ex ſolo delicto, ſed ex perſeuerantia in illo, vt ex textu patet. Sed de hoc videri poſſunt, quæ dixi *tom.* 2. *de ſtat. q.* 187. *a.* 3.

8. Notandum quartò, quod dictio ipſo iure adiuncta verbo futuri temporis importat canonem latæ ſententiæ ſecundum Francum hic *nu.* 5. quod & voluerunt quamplures DD. apud Tuſcū lit. D. *concl.* 202. *n.* 1. & 2. & Barboſam *dict.* 178. *num.* 1. Sed hoc non deducitur ex hoc textu, in quo iſta dictio additur verbo præſentis temporis, ibi ipſo iure ſint infames. Et oppoſitum voluit Socin. Iunior. *conſ.* 68. *num.* 37. & 38. & ſic eſt dicendum; nam canon latæ ſententiæ infert pœnam ipſo facto & in puncto commiſſi delicti, quod non ſignificatur aptè per verbū futuri temporis, quod importat id quod eueniet, ſed per verbum præſentis temporis quod de præſenti efficaciam habet. Addit verò Francus idem dicendum de dictione mox, quod & voluerunt Tuſcus *v. priuatio concl.* 179. *num.* 20. Farin. *frag. crim. p.* 2. *v lex. n.* 121. & plures alij, quos cumulat Barb. *dict.* 203. *num.* 13, & idem vult ſignificari per dictionem ſtatim idem Franc. Quod etiam voluerunt loco citato Tuſcus, & Farin. *numer.* 114. & Barb. plures referens *dict.* 384. *n.* 6. Sed admiſſo, quod huiuſmodi dictiones importent latam ſententiam, ſi addantur verbo præſentis temporis, quando adduntur verbo futuri temporis conſiderari erit; & colligi mens legislatoris ex qualitate pœnæ, & alijs verbis, & in dubio inte ligi debebit vt lex pœnalis ſit ſententiæ ferendæ non verò ſententiæ latæ. Ideo ſi in lege diceretur ſi quis hoc delictum commiſerit, vel committit, erit ipſo iure infamis, poteſt hoc intelligi, vt ex iure damnandus ſit ad infamiam. Sed ſi dicatur erit ipſo iure mox & ſtatim infamis, poteſt intelligi quod illa clauſula æquipolleat iſti, ſit ipſo iure infamis & ſic, quod lex ſit latæ ſententiæ. Sed communis vſus eſt, vt leges quando volunt ſententiam eſſe latam, vtantur verbo præſentis temporis, vt fit in hoc textu.

9. Sed & manifeſtè contra textum eſt, quod habet Dom. *num.* 5. ſcilicet, quod quando canon imponit pœnam ipſo iure ex facto negatiuo, nō requiritur monitio, quando adijcitur certum tempus, vt eſt hic, ſi non deſiſtat intra annum. Nam in tantum hic canon quantum ad primam partem eſt latæ ſententiæ, quia hoc importat clauſula ipſo iure ſint infames, quæ ſi non adeſſet, canon eſſet ferendæ ſententiæ, etiam ſi ad factum negatiuum, adiectum fuiſſet certum tempus, & è contra ex vi dictæ clauſulæ ſententiæ latæ eſſet ſi lex eſſet de facto poſitiuo.

SVMMARIVM.

1 *Qui tractent materiam huius decretalis.*
2 *Ad quem finem data fuerit.*
3 *Diuiſio Decretalis in 3. partes.*
4 *Tria ſunt neceſſaria ad hoc vt Clericus coniugatus gaudeat priuilegio Clericatus.*
Et ablata fuerunt à Concilio priuilegium, & conſuetudo in contrarium.
5 *Bigamus non gaudet priuilegijs Clericatus.*
6 *Bigamia vera, & interpretatiua. Et ducens viduam eſt bigamus interpretatiuè.*
7 *Bigamia interpretatiua duplex.*
8 *Ad hoc vt Clericus priuetur priuilegio quia bigamus requiritur validum matrimonium.*
Quando actus ex impedimento iuris non tenet volun-

Digitized by Google

voluntas non habetur pro facto.

9 *Subdiaconus, aut Religioſus ex eo quod ducat vxorem non perdit priuilegium clericatus.*

10 *Ad Bigamiam requiritur matrimonium conſumatum.*

11 *Etiam ad ſimilitudinariam.*

12 *Quando matrimonium conſumatur.*

13 *Clericus coniugatus nõ perdit priuilegium ſi plures duxit, ſed eum vna tantum conſumauit.*

14 *Clericus coniugatus non gaudet priuilegio niſi duxerit vnicam, & virginem.*

15 *Abhac bigamia non excuſat ignorantia corruptionis vxoris.*

16 *Non perdit priuilegium, qui ducit à ſe corruptam.*

17 *Nec qui cognoſcit à ſe ductam virginem ſed poſtea adulteram.*

18 *Licet hic ſit irregularis.*

19 *Clericus pro delicto patrato ante matrimonium non poteſt puniri à laico.*

20 *Clericus coniugatus, ſi gaudeat priuilegio, debet deferre tonſuram, ſi poteſt.*

21 *Clericales veſtes neceſſariæ ſunt ad plures effectus.*

22 *Clericus coniugatus debet deferre omnes veſtes clericales.*

23 *Sufficit ſi vna veſtis ſit talaris.*

24 *Rurales & itinerantes deferunt veſtes breuiores.*

25 *Nec pileus poteſt eſſe diuerſi coloris.*

26 *Conſuetudo determinat qualitatem habitus clericorum.*

27 *Sufficit Clerico ſi exterior veſtis ſit clericalis, etiam ſi interior laicalis aliqualiter appareat.*

28 *Excuſat rationabilis cauſa.*

29 *Excuſat paruitas materiæ.*

Sufficit habitum deferre tempore debito. num. 29.

30 *Clericus priuilegium clericale non perdit inamiſſibiliter.*

31 *Reaſſumptio habitus non iuuat præuentum à Iudice laico.*

32 *Qualiter hoc intelligi debeat.*

33 *Mortua vxore Clericus reaquirit priuilegium ſi habitum, & tonſuram deferat.*

34 *Non deferens habitum & tonſuram ſtatim abſque monitione eſt priuatus clericali priuilegio.*

35 *Iudicis Eccleſiaſtici eſt decernere an Clericus inceſſerit in habitu clericali.*

36 *Vbi excluditur notorium cauſa iſta ad Eccleſiaſticum remitti debet.*

37 *Clericus debet ex mandato Epiſcopi inſeruire Eccleſiæ.*

38 *Sufficit ſi inſeruiat Eccleſiæ, licet non ex mandato Epiſcopi.*

39 *Qualiter Clerici cogendi ad ſeruiendum Eccleſiæ, & requiritur monitio, vt ex hac cauſa ceſſet priuilegium.*

40 *Conſuetudine poteſt obtineri, vt clericus non ſeruiens Eccleſiæ gaudeat priuilegio.*

41 *Clericus qualiter ex negotiatione non perdat priuilegium.*

42 *Clericus coniugatus habens requiſita, gaudet priuilegio canonis, & fori.*

43 *Clericus coniugatus an habeat exemptionem in ciuilibus.*

44 *Qualiter in his locum habeat præuentio Iudicis.*

Iudex laicus non poteſt pro cauſa merè ciuili clericum incarcerare. num. 44.

45 *In cæteris nullo gaudet priuilegio, ideo non eſt exemptus à gabellis.*

Nec poteſt eſſe Iudex in ſpiritualibus. num. 45.

46 *Mortua vxore recuperat priuilegia.*

47 *An vxor clerici gaudeat priuilegio fori.*

Tit. II. De Clericis coniugatis.

Cap. Clerici qui vn.

1 DE materia huius Decretalis præter eius interpretes, & DD. ad eumdem titulum ſupra in antiquis tractant Sanchez *l. 1. de matrimon. diſp. 46. & 47.* Carolus de Graſsis *de effect. cler. eff. 1. nu. 48.* Barboſ. *de off. Epiſc. all. 12. à num. 25* Farin. *in praxi p. p. qu. 8. à n. 6.* Camill. Borell. *in ſumma omn. deciſ. tit.* 8. Clar. *. fin. q. 36. à num. 7.* Fermoſin. *cap. 2. qu. 11. & ſeqq. de for. compet.* Bellet. *diſq. Cleric. part 1. de fauor. Cleric.* §. 8. Ciarl. *contr. for. lib. 1. cap.* 53. Pax Iordan. *lib. 9. tit. 1. à num. 447. & l. 10. tit. 23. a num. 6. & tit. 37. à num. 23.* Et alij plures, quos hic recenſet Barb. *num. 1.*

2. Deſumptam vero fuiſſe à quadam extrauagãti, quæ incipiebat *ad quorundam* notat Gloſſ. ſubdens eam datam fuiſſe ad declarat. eorum, quæ notantur in cap. Clerici *diſt. 23. in p. gloſſ. & cap. Ioannes ſup. eod. tit.*

3. Tria autem hic diſtingui debent. Primum eſt vt videantur quæ qualitates ſint neceſſariæ in Clerico coniugato, vt potiri poſsit priuilegijs clericatus. Secundum eſt, vt numerentur priuilegia, quæ illis competunt, & Tertium, vt conſiderentur, quæ priuilegia illis negantur. De omnibus enim iſtis decernit Bonifacius Octauus in præſenti Decretali.

4. Quantum autem ad primum duas conditiones requirit textus in Clericis coniugatis, vt gaudeant Clericorum priuilegijs. Prima eſt, quod non ſint bigami, & ſecunda eſt vt deferant tonſuram clericalem, & clericales veſtes. Concilium autem Tridentinum, quod Decretalem hanc confirmauit, addit tertiam qualitatem *ſeſſ. 23. cap. 6.* de reformatione, vt ſcilicet alicuius Eccleſiæ ſeruitio, aut miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant aut miniſtrent. Hæc vero tria adeo ſunt neceſſaria, quod Concilium voluit, nemini quoad hoc priuilegium aut conſuetudinem etiam immemorabilem ſuffragari.

5. Quantum verò ad primam qualitatem, neceſſe eſt, quod Clericus contraxerit cum vnica ſola vxore, & ea quidem virgine. In hoc verò tria continentur ſcilicet, quod contraxerit, & quod cum vnica, & quod cum virgine. Ratione primi neceſſarius eſt contractus validus, & talis, qui ſufficiat, vt Clericus ſit bigamus, nam ex eo ſup. cap. vn. de bigamis in hoc ſexto, Clericus coniugatus priuatur priuilegijs clericatus, quia ſit bigamus, quod nõ eſt, ſi licet duplex matrimonium inijt, alterum non conſumauit.

6. Eſt enim ſupponendum dari bigamiam veram, & bigamiam interpretatiuè dictam, quæ nõ eſt verè bigamia ſed interpretatiuè ſic dicta, quia fingitur bigamum bis contraxiſſe, licet verè non contraxerit. Talis eſt bigamia illius qui contraxit cum vidua prius cognita, vel cum corrupta ab alio, & eam cognouit, *cap. maritum 33.*

Digitized by Google

diſt. cap. ſi quis viduam diſt. 34. *cap. de bigamis, & cap. Debitum ſup. eod. tit.* Etiam ſi eam crediderit virginem. *cap. Nemo* 32. *diſt. & cap. Illa* . 32. *qu.* 5. Quamuis enim ſpectata propria ſignificatione hæc non ſit propriè bigamia, tamen quia vir & mulier per carnalem copulam ſiunt vna caro, & eadem perſona reputantur, *cap. Martinus. de cognat. ſpirit. cap. ſubſtitatur, & cap. ſi quis ex vno,* 30. *qu.*4. Ideò ex eo quod mulier corrupta & à pluribus cognita diuiſit carnem ſuam in plures ideo etiam vir, qui contrahit cum vidua aut ab alio corrupta, & eam cognoſcit, fingitur, & cenſetur carnem ſuam in plures diuiſiſſe ac ſi cum pluribus contraxiſſet, & ideo dicitur bigamus interpretatiuè ſeu iuris fictione. *Cap. Quiſquis* 84. *diſt. cap. ſi quis viduam, el.* 2. *diſt.* 34. *& in Auth. de Sanctiſſ. Epiſ. & Clericis* §. *Clericos autem. collat.*9. Quamuis verò Rota *dec.*1. *de Bigam.* exiſtimet hanc eſſe veram bigamiam, & non tantum interpretatiuam ſed fictam, & deciſio il a ſit magiſtralis, & edita diſcuſſo negotio de mandato ſanctiſsimi, qui iuxta illam diſpenſauit, & fuit opinio Anchar. *conſ.* 224. Vnde hanc opinionem veriorem eſſe putat Reuerendiſſ. Fagnan. *cap. Nuper de Big. notab.* 1. *&* 20. Nihilominus communis ſententia vult, quod ducere viduam, vel ab alio corruptam inducat ſolum bigamiam interpretatiuam, vnumque tantum caſum eſſe in quo detur vera bigamia, ſcilicet cum quis ſucceſsiuè habuit duas vxores. Quod cum gloſſ. *in cap. ſuper eo, verſ. In bigamis*, tenent ferè omnes DD.

7. Sed quidquid ſit de hoc, eſt aduertendum bigamiam interpretatiuam duplicem eſſe; alia enim talis eſt ex defectu Sacramenti, ſcilicet ex defectu ſignificationis ſacramentalis. Quia enim vt habet D. Th. *4.d.* 27. *q.* 3. *ar.* 1. *q.* 1. *c.* Sacramentum matrimonij ſignificat coniunctionem Chriſti ad Eccleſiam, quæ eſt vnius cum vna, ideo ad perfectam ſignificationem Sacramenti neceſſe eſt quod vir vnius tantum vxoris ſit vir, & vxor vnius tantum viri. Hic verò defectus reperitur etiam quando vir alias validè contrahit cum vidua quia tunc illa ſit vxor duorum, vel cum validè contrahit cum corrupta, quia tunc nec vxor eſt virgo, ſicut eſt Eccleſia, & plurium virorum cenſetur eſſe, cum à pluribus fuerit cognita. Sed alia eſt bigamia interpretatiua, quæ non eſt talis ex defectu Sacramentalis ſignificationis, ſed ex affectu intentionis cum opere ſubſequuto, vt cum quis de facto tantum & inualidè contrahit cum vidua, vel corrupta, Tunc enim matrimonium illud inualidum non eſt Sacramẽtum, & ita non habet locum bigamia ex defectu ſacramentalis ſignificationis in ſacramento matrimonij, quia nullum eſt ſacramentum.

8. Quamuis verò ſup. cap. *vn. de Bigam.* in hoc libro, cum Gloſſ. & alijs dixerimus concluſionem illius textus verificari etiam in bigamia interpretatiua, & ſic huiuſmodi bigamos eſſe priuatos omni clericali priuilegio, tamen hoc explicatur, & limitatur, vt verum ſit de bigamia ex defectu ſacramenti, non vero de bigamia propter ſolum affectum intentionis cum opere ſubſequuto; vnde non verificatur in caſu in quo matrimonium cõtractum cum vidua, vel ab alio corrupta ſit nullũ. Quamuis verò iſti ſint bigami quantum ad effectum promotionis ad ordines ſacros, non tamen quantum ad effectum amittendi omne priuilegium clericale. Nam textus *d. cap. vn. de Big. in hoc lib.* loquitur ſimpliciter de bigamis, qui ſcilicet vel verè, vel interpretatiuè ſunt, aut cenſentur. tales ſimpliciter. Tales verò ſunt qui validè ducunt viduam, aut ab alio corruptam, in quibus matrimonij ſacramentum datur, ſed quodammodo imperfectum, & patiens defectum ſacramentalis ſignificationis vnius Chriſti, cum vna Eccleſia, & quidem virgine. Et de talibus etiam ſcilicet, qui ducunt viduam, aut ab alio corruptam loquitur *cap. Quiſquis.* 84. *diſt.* ad cuius declarationem data fuit illa *decretal. vn. de big. in hoc lib.* Sed bigami, qui ſolum ſunt tales ſecundum quid non ob defectum ſacramentalis ſignificationis, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſequuto, non comprehenduntur ſub illa decretali, quæ cum ſit pœnalis ſtrictè debet interpretari, *cap. Pœnæ, de pœnit. diſt.* *p.* Nam quando actus ex impedimento iuris non tenet, voluntas non habetur pro facto, vt *l. inter omnes. §. penul. ff. de furt. &* §. *Placuit. Inſtit. de oblig. & cap. In audientia, de ſent. excom.* Hinc eſt, quod iura prædicta nõ debent extendi ad caſum in quo matrimonium cum vidua, vel ab alio corrupta ſit nullum; quia in hoc caſu non adeſt bigamia etiam interpretatiua niſi ſecundum quid, & minus propriè. Et ita tenuerunt Io: And. *cap. Ioannes ſup. cod. tit. & d. cap. vn. de bigam. in hoc lib.* Io: Mon. Io: And. Dom. *num.* 6. Franc. *in fin.* Capella Tholoſ. *dec.* 234. Reuerendiſſ. Fagnan. *cap.* Nuper à nobis, *numer.* 23. *& ſeqq. de Bigam.*

9. Et ideo ſi Subdiaconus, vel Religioſus profeſſus contrahat matrimonium cum vidua, quod nõ per hoc perdat priuilegium clericatus, vel immunitatis, *ad dict. cap. vnic. de Bigamis* tenent Io: Mon. Archid. Guiliel. de Monte Laud. Dom. & Franc. Capella Tholoſ. & Fagnan. locis citatis. Quamuis quantum ad hanc partem dici debeat, ſub *cap. illo vnic. de big.* (vt etiam ibid. adnotaui) non comprænhendi niſi Clericos in minoribus conſtitutos, cum ordinati ad maiores ordines non poſsint non eſſe perſonæ Eccleſiaſticæ, & priuilegiatæ, vt ibi docent Gloſſ. Hoſtien. Archidiac. Domin. Franc. & alij Gloſſ. *in cap. Quiſquis diſt.* 84. & ibi Archid. & Præpoſ. Ad hoc igitur vt Clericus coniugatus amittat priuilegium ex eo quod duxerit viduam, neceſſe eſt quod matrimonium ſit validum.

10. Sed & neceſſarium eſt, quod matrimonium ſit cõſummatum, ex matrimonio enim rato, ſed non conſummato nõ incurritur bigamia, quæ illa eſt, quæ clericum priuat priuilegio clericali. Matrimonium enim nonconſummatum non eſt ſufficiens ad repræſentandam vnionem Chriſti cum Eccleſia per Incarnationis myſterium, ac proinde matrimonium non conſummatum non eſt ſufficiens ad tollendam perfectam ſignificationem Chriſti cum Eccleſia. Nam qui plura contraxit matrimonia, ſi vnum ſolum conſummauit nõ diuiſit carnem ſuam in plures vxores. Igitur multiplex matrimonium cum pluribus initum niſi ſit cum pluribus conſummatum non inducit bigamiam, & irregularitatem ex conſequenti, nec Clericalis priuilegij priuationem,

Digitized by Google

nem, vt habetur ex *cap. fin. diſt.* 34. *& cap. Debitum*, *& cap. fin. de bigamis*, & docent ibid. Canonis & D.Th. 4. *diſt.* 23. *qu.* 3. *n.* 1. *q.* 1. *ad* 3. & ibid. Palud. *qu.* 4. *ar.* 2. *num.* 10. & 11. Syluest. *v. Bigamia. in princ.* Armilla *num.* 21. *in fin.* Tabien. *qu.* 3. *in fin.* Petrus Soto *lec.* 18. *de matr.* Couar. Clem. *Si furioſus de homic. part.* 1. §. 2. *num.* 2. *verſ.* 1. Ledeſma *de matrim. q.* 66. Sanchez *l.* 7. *diſp.* 83. *nu.* 4. *ar.* 3. *concl.* 5. Quidquid dixerit in contrarium Magiſter *diſt.* 27. quem omnes reprobant *ex dict. cap. Debitum*.

11. Et hoc verum eſt nedum de bigamia vera, aut interpretatiua, ſed etiam de ſimilitudinaria, quæ contrahitur ex eo quod profeſſus contrahit matrimonium. Quidquid enim in contrarium dixerit Roſella *v. bigamia num.* 2. & Montagna *de irregular. q.* 4. *num.* 1. & 4. & *qu.* 6. *num.* 7. dicendum eſt, quod licet in *cap. Quotquot.* 27. *q.* 1. ſolius voti tranſgreſsio expreſsè conſideretur, tamen textus ille ex alijs citatis, in quibus expreſsè ad bigamiam requiritur copula interpretari debet, & præcipuè *cap. fin. de bigamis*, in quo eſt ſermo de Clerico in ſacris ordinato contrahente matrimonium, & ponderatur nedum voti tranſgreſsio per initum matrimonium, ſed etiam copula per quam matrimonium conſummatur. Et propterea, quod nec ſimilitudinaria bigamia incurratur ſine copula tradiderunt, *cap. Nuper de Bigamis.* Butr. *num.* 7. Pancra. 3. Tabien. *v. bigamia qu.* 3. Richard. 4. *d.* 27. *ar.* 4. *q.* 1. & ibi Palud. *qu.* 4. *ar.* 2. *num.* 12. Nauarr. *cap* 27. *num.* 195. Petrus de Ledeſma *qu.* 66. *de matr. art.* 3. *concluſ. antepenul.* Ludou. Lopez 2. *par. cap.* 22. *in pr. ſpecie irregular.* Sanchez *d. diſp.* 83. *num.* 5.

12. Multa verò cum diſputent DD. vt explicent quomodo conſumatur matrimonium, vt videre eſt, apud Sanchez *d. q.* 83. dicendum eſt matrimonium non conſumari, & perfici niſi per emiſsionem ſaltem ſeminis virilis intra vas fœminæ. Quamuis in foro externo præſumptio huius conſumationis oriri poſsit, ex multiplici alio externo facto Sanchez vbi ſup. *num.* 7.

13. Sic igitur in noſtro caſu Clericus coniugatus non perdet priuilegium clericatus ex eo, quod non cum vnica, ſed cum pluribus contraxerit, ſi cum vna ſola matrimonium conſumauit, & ſic carnem ſuam in plures non diuiſit, quia hoc ſtante non eſt bigamus, & ideo neque ex bigamia priuilegio clericali priuatus. Sanchez *l.* 7. *de matrim. diſp.* 46. *num.* 3.

14. Verum bigamia incurritur etiam ex matrimonio inito cum vna, ſi illa non ſit virgo, ſed vel vidua, vel corrupta. Nam in textu ad non perdendum clericale priuilegium requiritur, quod matrimonium ſit initum cum vnica, & virgine, & vtrumque horum copulatiuè requiritur, vt hic DD. aduertunt.

15. Hoc verò adeò ampliatur, vt ab hac bigamia non excuſet ignorantia, ſed ſufficiat vxorem fuiſſe non virginem, quando aſſumpta fuit, licet à Clerico aſſumente virgo crederetur, vt hic aduertunt Gloſſ. *in ver. virginibus*, Dom. *num.* 6. Franc. *num.* 2. Hæc enim bigamia non oritur ex delicto, ſed ex defectu ſignificationis ſacramentalis, qui æquè in matrimonio cum corrupta inuenitur ſiuè ignorantia, ſiuè ſcientia adſit. Copula verò huiuſmodi habita cum ignoranter corrupta ſatis eſt voluntaria, & actus humanus, cum ſit ex deliberato conſenſu, & ſufficit conſenſus in copulam, & eo magis quod qui iniit matrimonium cum ignoranter corrupta, niſi velit fieri religioſus tenetur eam cognoſcere, eique debitum reddere, & ſic ex quo validum matrimonium iniit non obſtante ignorantia corruptionis vxoris, ſic ſatis liberè conſenſit in cognitionem corruptæ, eamque licet corruptam voluntariè cognoſcit. Vnde hunc eſſe bigamum interpretatiuè ſaltem, & propterea irregularem dixerunt Richard. *in* 4. *diſt.* 27. *ar.* 4. *q.* 1. Palud. *q.* 4. *ar.* 2. *n.* 11. Sotus *q.* 3. *ar.* 1. Ledeſma 2. *p.* 4. *qu.* 26. *ar.* 2. Bartol. de Ledeſma *de matrim. dub.* 3. Syluest. *v. bigamia in princ.* Armill. *num.* 2. Tabien. *qu.* 3. Turrecrem. *cap. ſi cuius. art.* 1. *num.* 2. & 3. *diſt.* 35. & *cap.* 2. *de Bigam.* Io: And. *num.* 7. Butr. *num.* 11. Card. *qu.* 1. Panorm. *num.* 8. Bellam. *q.* 7. *n* 6. & communiter DD. quos referunt, & ſequuntur Sanchez *l.* 7. *de matrim. diſp.* 84. *num.* 15.

16. Imo hoc 2. ampliatur, vt ſit bigamus, & irregularis qui cenſetur tamen cum virgine contraxiſſe, ſed à ſe ſolo corruptam ducit. Huius tamen oppoſitum ſentiunt ad hunc textum Archid ſtatim à principio, Anchar. *num.* 5. *quæſt.* 1. & *cap.* 2. *de Cler. coniug.* Hoſtien. *n.* 2. Io: Andr. *in fin.* Imola *n. fin.* Anchar. *n. vlt.* Hoſt. *in ſum tit. de Big. q.* 6. Gloſſ. *in cap. Maritum. v. concubinam diſt.* 33. & *cap. Nemo diſt.* 32. Sed licet in *cap Qualis* 30. *qu* 5. Leo Papa, dicat quod vxor, quæ habenda eſt ſecundum legem debet eſſe virgo caſta, & deſponſata in virginitate. Et noſter textus requirat quod vxor ſit vnica, & nihilominus virgo, quia vxor, quæ non fuit ab alio corrupta verè nō diuiſit carnem ſuam in plures, quæ eſt ratio ob quam ducens corruptam cenſetur bigamus ex iuris interpretatione, & fictione. Et quia matrimonium habet vim purgandi præcedens vitium corruptionis, vt ex *cap. Tanta*, qui filij ſint legitimi. Et quia hoc matrimonium non continet defectum ſignificationis ſacramentalis, cum ſit coniunctio viri cum vnica, quæ in plures carnem ſuam non diuiſit, & ſic ſignificat coniunctionem Chriſti cum vnica Eccleſia, ideò ad vitandam bigamiam ſufficit quod vxor ſit virgo, quia non ſit ab alio deflorata, & in hoc ſenſu intelligi debent iura citata, vt vult Gloſſ. hic in *v. contraxerunt*, & Dom. Franc. *n.* 2. Quod etiam cum D.Thom. 4. *d.* 27. *quæſt.* 3. *ar.* 1. ad 2. docuerunt ibid. Richar. *ar.* 4. *q.* 1. Palud. *q.* 4. *ar.* 2. *n.* 10. Sot. *q.* 3. *ar.* 1. D. Anton. 3. *p. tit.* 28. *cap.* 3. Syluest. *v. Bigamia in princ.* Armill. *nu.* 6. Tabien. *quæſt.* 3. Gloſſ. *in d. cap. Qualis v. deſponſata.* Gloſſ. *in cap. Debitum in fin. de big.* Gloſſ. *in cap.* 2. *de Cler. coniug. in fin.* & ibi Butr. *in fin.* Panorm. *num.* 4. & *d. cap. Tanta, qui fil. ſint legit.* Butr. 16. Io: Andr. *num.* 3. Nauar. *cap.* 27. *n.* 195. & innumeri alij, quos referunt, & ſequuntur Sanchez *de matrim. l.* 7. *diſp.* 83. *num.* 14. Farin. *in praxi part.* 1. *qu.* 8. *num.* 8.

17. Hinc eſt, quòd multo minus priuatur priuilegio clericatus clericus coniugatus, ſi duxit virginem non ab alio corruptam factam poſtea adulteram, quamuis etiam notoriè eam poſtea cognoſcat. Nam hic textus non requirit niſi quod vnicam, & virginem duxerit ad hoc vt clericus priuilegijs clericatus potiri poſsit.

Ca-

Capella Tholoſ. dec.64. & dec.235. num.2. & 3. Clar. l. 5. §. fin. qu. 36. num. 2. Cucus l. 3. tit. 9. num. 18. Farin. d. q. 8. num. 8. Sanchez de matr. diſp. 46. num. 3. Sanchez diſp. 84. num.14.

18. Nec obſtat quod cognoſcens vxorem adulteram ſit bigamus interpretatiuè ex quacumque ignorantia cognoſcatur vxor adultera. Imò quod hoc verum ſit etiam ſi vir vxorem adulteram verè pendente lite cogitur cognoſcere Eccleſia præcipiente, vt docuit D. Th. 4. diſt. 27. qu. 3. ar. 1. qu. 3. ad quartum & plures alij, quos referunt & ſequuntur Sanchez d. diſp. 84. num. 17. Flam. de reſig. beneſic. l. 5. qu. 3. num. 189. Quia hoc eſt verum quantum ad effectum incurrendi irregularitatem, non verò quantum ad effectum, vt Clericus coniugatus priuetur omnino priuilegijs Clericorum, quia ad hoc ex iſta decretali requiritur vt duxerit non virginem non verò ſufficit, quod ductam virginem, & poſtea adulteram cognoſcat, vt citati DD. tradunt, & ſic non valet argumẽtum ab irregularitate ad priuationem priuilegij clericatus.

19. Imò ex eo quod Clericus viduam, vel ab alio corruptam ducat non perdit priuilegium reſpectu temporis matrimonium hoc antecedentis; vnde ſi ante tale matrimonium aliquod delictum commiſit, reſpectu talis delicti gaudet priuilegij foro, non obſtante, quod ex bigamia ſubſequuta illud amiſerit, quia ad gaudendum foro ſpectatur tempus delicti commiſsi, arg. l. 1. ff. de pœn. Bal. l. affinitatis in f. C. communia de ſucceſſ. & ita in terminis noſtris docent Clar. §. fin. q. 36. num. 11. Cucc. lib. 3. tit. 9. num. 19. Barbos. in l. Titia. 35. num. 33. ff. ſolut. matrim. Sanchez l. 7. de matrim. diſp. 46. num. 4.

20. Secundum requiſitum eſt, vt Clerici coniugati deferant tonſuram, & veſtes clericales. In Clerico autem coniugato vtrumque horum requiritur copulatiuè, vt patet ex hoc textu, & ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. Dom. in cap. ſi Iudex inf. de ſent. excom. Imola in cap. Io: num. 3. de Cler. coniug. Couar. Practic. cap. 31. num. 7. Bellet. diſq. Cler. p. 1. tit. de ſau. Cler. §. 8. num. 10. & alij communiter. Nomine verò tonſuræ intelligitur corona, quam clerici deferunt in capite. Ab hac verò deferenda excuſat caluities, quæ reddit coronam impoſsibilem, vel alia ſimilis cauſa, Farinac. qu. 8. num. 67. Sanchez d. diſp. 46. num. 9. Fermoſ. cap. 2. q. 11. num. 1. de for. compet. Capella Tholoſ. dec. 104. Clarus lib. 1. §. fin. qu. 36. n. 17.

21. Quantum verò ad Clericorum veſtes, multa dici poſſent: videantur ſancita per Pontifices, & Concilia, 21. q. 4. per totam cap. penult. imo tot. tit. de vit. & honeſt. Cleric & Clem. 2. eod. tit. & Concil. Trident. ſeſſ. 4. cap. 6. de reform. & ſeſſ. 22. cap. 1. & Conſtit. Sixti Quinti Cum ſacroſanctam, quæ eſt 92. in Bull. Rom. Et quia in hoc ſacri canonis potius prohibendo, quam ſtatuendo proceſſerunt, & quia etiam aliud eſt loqui de neceſsitate veſtitus clericalis in ordine ad beneficia obtinenda, vel ad euitandas pœnas aliquas, & aliud eſt loqui de eadem neceſſitate in ordine ad non amittendum priuilegium canonis, & fori, nunc modo nos loquimur de hac neceſsitate.

22. Ponderant verò Dom. num. 5. & Franc. num. 2. quod textus in plurali dicit veſtes, & colligunt neceſſarium eſſe, quod Clericus coniugatus omnes veſtes, quia nimirum omnes veſtes eius extrinſecæ debent eſſe honeſtæ, & clericales apparere, vt clericali priuilegio gaudeant. Quod colligunt etiam ex cap. ſi iudex, inf. de ſent. excommun. Couar. pract. cap. 31. num. 7. Farin. p. prima praxis. q. 8. num. 65. Sanchez l. 7. de matrim. diſp. 46. num. 5. Azor. p. 1. l. 13. cap. vlt. q. fin.

23. Propterea aliqui voluerunt, quod Clericus coniugatus vt fruatur priuilegijs debeat deferre vtramque veſtem talarem, ſeu longam vſque ad talos. Ita enim voluerunt Moſcouius de maieſt. milit. Eccl. l. 1. p. 2. c. 2. Venerus in exam. Epiſ. l. 5. cap. 5. num. 2. Cæpolla conſ. 11. num. 30. Sed contrarium ſentiunt alij volentes ſufficere quod altera ex veſtibus, ſcilicet, vel tunica, vel pallium ſit talare, licet altera ſit breuior, & non tegat genua. Ita tenent Garzias de benefic. par. 3. c. 1. num. 23. Nouar. in nou. iure Pontif. conc. 117. nu. 6. Diana p. 4. tr. 1. reſ. 91. Fermoſ. cap. 2. de for. compet. quæſt. 9. num. 1.

24. Sic, quod Clericis, qui degunt in villis ſufficiat ſi deferant veſtem lungam vſque ad medios crures dum in forma diferat à laicali declarauit 1. Congr. Epiſc. & Regul. in Altamuren. 16. Maij 1589. & Rauen. 8. Aug. eiuſdem anni. Et quod conſtit. Sixti V. non comprætendat Clericos villarum ſeu itinerantes, & quod iſtis ſufficiat ſi deferant veſtem, quæ pertingat ad mẽſuram palmi circiter ſupra pedem, & infra genua declarauit eadem S. Cong. in Vliſsiponen. 20. Octob. 1589. & in Couuerſanen. 20. Feb. 1590.

25. Alias verò adeo iudicatur neceſſe, vt omnes veſtes ſint honeſtæ, vt inter has etiam numeretur capucium ſiue pileus. Ideo Capell. Tholoſ. dec. 228. refert in Archiepiſcopatu Tholoſano deciſum fuiſſe, vt quidam clerici coniugati capti per curiam ſecularem non remitterentur ad Eccleſiaſticam, quia deferebant capucium plurium colorum, & hoc mutat habitum clericalem.

26. Verum dicendum eſt, quod cum habitus Clericorum non ſit à iure diffinitus, illæ dicuntur clericales veſtes, & honeſtæ, quæ à communi vſu, & conſuetudine illius prouinciæ, in qua comorantur, fuerint admiſſæ; & propterea eas gerendo Clericus non priuatur canonis, vel fori priuilegio, ex eo quod gerat habitum clericalem, Gloſſ. in cap. penult. de vit. & honeſt. Cler. Et in Clem. 1. ver. ſæculari, de elect. & in cap. ſi quis virorum, 30. diſt. & in cap. ſumma. 21. q. 4. Card. in clem. 2. ad fin. de vit. & honeſt. Panorm. in cap. 1. de Apoſt. Alex. conſ. 149. num. 12. l. 6. & conſil. 8. col. fin. lib. 1. Farinac. d. q. 8. num. 69. Prob. hic ad Mon. num. 4. Couar. pract. cap. 31. num. 7. verſ. 4. Clarus §. fin. tit. 9. num. 71. & 74. Azor. inſtit. iur. par. p. lib. 13. cap. vlt. qu. fin. Sanchez l. 7. de matrim. diſp 46. num. 6. & ex Clar. loco citato benè aduertit Farin. d. num 69. quod ad videndum an Clericus incedat, vel non incedat, in habitu, & tonſura, videndum eſt an ille, qui in aliquo habitu incedit, ſi videatur in populo, prima facie iudicabitur clericus, vel potius laicus. Couar. etiam vbi ſupra, hoc declarans ait, quod in habitu clericorum attenditur non laicorum conſuetudo, ſed clericorum. Et ideo Clerici coniugati dicuntur incedere in habitu clericorum, ſi ijs vtãtur veſtibus,

bus, quibus alij Clerici coniugati vti ſolent, licet differant ab illis, quibus vtuntur Clerici in ſacris ordinati, vel beneficiati. Sic enim attendi debet conſuetudo eiuſdem generis perſonarum, non verò diuerſarum, & hæc conſuetudo in totum clericalem habitum definiet. Imo ſi ex legitima præſcripta conſuetudine, vt clerici coniugati etiam non deferendo clericalem habitum priuilegio fori gauderent talis conſuetudo valeret, vt poſt Fulgoſ. *conſ.224. col.1.* & Boſſ. *tit. de for. comper. n.130.* & Couar. *dict. cap.31. num. 7.* aduertit Farin. *d. q.8. num. 69.*

27. Sed quid dicendum de veſtibus interioribus. Grat. *diſcep.229. num.* 20. vult quod clericorum veſtis tam interior, quam exterior debeat eſſe clericalis, aliter non gaudeat priuilegio clericis conceſſo. Et Capella Tholoſ. *dec.293.* refert, quod quidam clericus coniugatus cum vnica, & virgine, qui portabat vnam ſaupalandam planam de caditio, deſuper totam planam, excepto quod circa collum circumquaque erat vnum coletum latitudinis quatuor digitorum, & vltra de colore liuido, ſiue blauo, cuius coloris erat foderata dicta ſaupalãda & cordulæ 5. vel 6. ſaupalandæ erant etiam blaui coloris; cum verò hic clericus fuiſſet captus à Curia ſæculari, Curia Eccleſiaſtica iudicauit eum non debere remitti, ſed poſſe à Curia ſæculari iudicari. Sed primò indubitatum eſſe debet, quod vbi veſtis interior non appareat, etiam ſi ſit laicalis non priuat clericum coniugatum priuilegijs clericatus, vt docent Dom. *num.* 5. Franc. *num.1.* Io: And Anchar. *num* . . Sanchez *l.7. de matr. diſp. 46. nu.5.* Pax Iord. *lib.10. tit.37. num.19.* Et hoc probatur ex *Clem. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* in qua expreſsè prohibetur Clericis publicè ferre veſtes laicales, de quibus ibi. Sed præterea conſiderari debet, & diſtingui ſtatus ab honeſtate illius, & ſic diſtingui debet quid ſit neceſſarium Clerico ex honeſtate ad vitandas alias pœnas iuris, & præcipuè latas in *d. Clem. 2. de vit. & honeſtat. Cleric.* & quid ſit neceſſarium ad conſeruationem ſtatus clericalis ſecundum ſubſtantiam, & ad vitandam pœnam priuationis priuilegiorum clericatus. Neque enim Clericus ex inhoneſtate vitæ abſolutè perdit ſtatum & priuilegia clericatus, ſed per Iudicem Eccleſiaſticum punitur. Ideò ad hũc effectum ſufficere debet, quod exterior veſtis ſit clericalis. Et licet textus in plurali dicat veſtes, ſicut dicit textus in *cap. Si Iudex inf. de ſent. excomm.* intelligitur de veſtibus exterioribus. Quod ſi iſtæ accidẽtaliter ſint mutatæ in aliquo, dum maneat ſubſtantia veſtis in figura, & colore hoc ſufficit, dum habitus non ſit ita mutatus, vt deferens appareat laicus. Vnde dato quod veſtis interior laicalis ſit, & appareat, ſi non apparet notabilitèr, non ſufficit ad priuandum clericum ſtatu clericali, vt notat Dom. *n.5.* Non debet verò cenſeri, quod veſtis interior laicalis notabiliter appareat, ſi per ſpatium quatuor digitorum apparet, ſed ſolum ſi veſtis clericalis ex vna parte ita ſit breuis, & interior laicalis tàm latè patens, vt ſic indutus non appareat clericus. Cæterum abſolutè ſufficit ſi clericus eſt ita indutus, vt diſtinguatur ſimpliciter à laicis, licet aliquid vanitatis laicalis oſtendat. Pro hac enim à Iudice Eccleſiaſtico, non à laico puniendus erit. Et quod caligæ non veniant nomine veſtis, & ideò, quod Clericus deferens caligas diuerſorum colorum nõ perdat priuilegium, ex Capell. Tholoſ. *dec.52.* & Ricc. tradit Fermoſ. *cap 2. de foro comp. quæſt.11. num.3.*

28. Verum vt habetur ex *Clem. 2. de vit. & honeſt. Cler.* rationabilis cauſa excuſat clericum à delatione habitus: eſt verò rationabilis cauſa vel infirmitas, Capell. Tholoſ. *dec.104.* Decian. *tract. crim. tom.1. l.4. cap.9. num.109.* Sanchez *dict. diſp. 46. num. 9.* vel paupertas, Barboſ. *cap. 6. ſeſſ.23.* Conc. Trid. *num.* 22. vel quia de nocte vadit, Farinac. *dict. qu. 8. num.67.* vel neceſsitas, vt quia incedit per partes infidelium, aut inimicorum, & vniuerſaliter quælibet rationabilis cauſa. Gloſſ. *in cap. Clerici de vit. & honeſt. Cler. &* Gloſſ. *in Clem. 2. eod. tit. in verb. rationabili.* Barboſa *dict. num.22. & de off. Epiſc. alleg.9 num.16.* & apud eum Vgolin. Ricc. & Squillante. Bellet. *diſq. cl ric. De fauor. cleric. §.8. num.17.*

29. Sed etiam paucitas materiæ excuſat, nimirum breuitas temporis, nam cum clericus deponens habitum ex cauſa in breui duratura, & ad effectum illum reaſſumendi ſtatim opere finito, non tam dicitur dimiſiſſe habitum, quam eo ſe expoliaſſe ad commodius aliquid agendum. Cucus *l.5. tit.9. num.69.* Capell. Tholoſ. *dec. 104.* Sanchez *dict. diſp. 46. num. 8.* Fãgnan. *cap. ſi quis num. 20. de foro compet.* Barboſa *dict. cap.6. ſeſſ. 23.* Trident. *num.22.* Nam nec eſt neceſſe quod die noctuque habitum clericalem deferat, neq; quod deferat illum in priuato intra domum, ſed cum extra incedit, & tunc cum homines extra proprio cuiuſcumque generis habitu vti ſolent. Videantur de his, quæ habent DD. ad textum in cap. *Ne Cler. vel mon.* & quæ ſcripſi *tom. 3. de ſtat. quæſt. 189. ar.8. inſpect. 3. à num.317.* de neceſsitate quam habent Religioſi vt temere habitum non dimittant,

30. Clericus verò coniugatus dimittendo habitum perdit priuilegium clericale, ſed non inamittibiliter, quia reaſſumendo habitum illud reaquirit, vt hic tradunt Monac. *num.1.* Probus *num.4.* Anchar. *num.1. & 3. qu. 6.* Panorm. *cap. Clericus el.2. n.4. & cap. fin. num.11. de vit. & honeſt. cler.* Alex. *conſ.149. num.7. vol.6.* D. Antonin. *3. p. tit.24. cap. 1. in princ.* Tabien. *v. excom. 5. caſu 1. num. 27.* Sanchez *l. 7. de matrim. q. 46. num.29.* Fagnan. *cap. magnus de oblig. ad tacit. n.81.* Dom. *v. fin. n.7.* Franc. *& cum num. 6.* Syluest. *v. excom. 6. num.4.* Pax Iordan. *lib.11. tit.3. num. 26.* Clar. *dict. q.36. num.15.* Farin. *d. quæſt.8. num. 66.* Nam ceſſante cauſa, ceſſat effectus. *l. generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* Nec debet tolli humanitas iuſtę pœnitentiæ. *l. ſi quis libellus. C. de appell. & cap. ſi quis libellus.2. q.6.* Ideo clericus, quod ſuo facto perdidit, ſuo facto recuperat. *arg. cap. Qui ſæpè ſup. de elect. in hoc 6.* Et ex verbis huius textus id colligitur, ibi, *Eos gaudere nolumus priuilegio clericali.* Hæc enim verba ſolum exercitium reſpiciunt. Et ideo Sac. Congregat. Epiſc. & Regul. in Orien. 31. Iul. 1590. declarauit clericum priuatum habitu, & priuil. eo quia non inſeruiebat Eccleſiæ, ſi velit iterum inſeruire Eccleſiæ cui fuit adſcriptus, & habitum deferre, & tonſuram, debere reintegrari; & ſic priuatio priuilegij clericalis intelligitur quoad

poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſionem, non quoad proprietatem. Nau. *conſ. 62. num. 6.* & ſic *cap. Clericus el. 2. de vit. & hon. cleric.* de clerico, qui dimiſſa tonſura duxerat vxorem, dicitur, quod iterum tondeatur. Vnde Panorm. ibi *num. 4.* colligit priuilegium clericale non perdi inamiſſibiliter.

31. Verùm quidem eſt, quod ſi clericus tempore dimiſſionis habitus commiſit delictum, ſi præueniatur à iudice laico, & ſententietur, vel capiatur ante reaſſumptionem habitus, hæc reaſſumptio non iuuabit illum, quantum ad illa, in quibus clericus qui dimiſit habitum fuit præuentus à Iudice laico, Fagnan. *dict. cap. Magnus num. 82. & cap. propoſuiſti n. 27. de for. compet.* Capell. Tholoſ. *dec. 144. & 147.* Neuo *conſ. 50. nu. 3.* Farin. *d. q. 8. num 66.* Ideo S. Congr. Conc. vt refert Fagnan. *d. cap. Magnus num. 73.* in vna Nuſcana cum dubitatum fuerit, an clericus coniugatus, qui poſt dimiſſum habitum & tonſuram clericalem deliquit, & pro eo delicto in Curia ſæculari citatus, & condemnatus fuit, deinde reaſſumpto habitu & tonſura Eccleſiæ inſeruire cœpit iuxta decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6.* poſſit à iudice laico poſt delictum commiſſum iudicari, & puniri. S. Congregatio cenſuit non poſſe propter idem delictum in carcerem conijci aut perſonaliter diſtringi, modo non reaſſumpſerit habitum in fraudem. Iudex igitur poteſt proceſſui finem imponere, & contra illum realiter procedere, iuxta doctrinam Io: And. *in cap. vn. de oblig. ad rat.* Et verba illa deciſionis modo non reaſſumpſerit habitum in fraudem, vt notat idem Fagn. non important, vt qui habitum reaſſumpſit animo euitandi iudicium ſæcularem poſsit indiſtinctè in eo foro perſonaliter diſtringi, ſed ſolum ſi perſona fuerit præuenta, puta quia poſitus in carcere aufugit, aut dimiſſus fuit ſub fideiuſſione. Tunc enim de fraude conſtare dicitur, quantum pertinet ad perſonalem diſtrictionem, quemadmodum de ea cōſtare dicitur quoad bona quando cauſa eſt præuenta. Et ita etiam poſt Steph. Vveyms. *conſt. 9. numer. 15.* tenet etiam Barboſ. *ad cap. 6. ſeſſ. 23. Concil. Trident. numer. 43.*

32. Sed Farin. vbi ſup. addit, quod in dubio reaſſumptio habitus præſumitur facta in fraudē quod vbi fraus prçſumitur in reaſſūptione habitus ceſſat priuilegiū clericale, Capell. Thol. *d. deciſ. 144.* Neuo *d. conſ. 50. n. 3.* Clarus *q. 36.* Capon. *concl. 97. num. 112.* Sed hoc iuxta prædicta explicari debet. Verum é contra, quod per primam capturam non poſſit dici facta præuentio, ſed quod clericus coniugatus dimiſſo habitu captus à Iudice laico, ſi fugiat à carceribus, & reaſſumat habitum clericalem ſe dederit in priſtinam libertatem ex Them. Velaſ. *tom. 1. alleg. 46. per tot. contra Cabedum, &* Mart. *de iuriſ. p. 2. c. 32. num. 41. part. 1. dec. 58. num. 8.* deducit Barboſ. *de off. Epiſ. alleg. 12. nu. 29.* cui conſentit Fermoſ. *cap. 2. de for. compet. qu. 14. num. 5.* Iudex enim laicus tanquam incompetens non poteſt Iudicem Eccleſiaſticum præuenire, *cap. propoſuiſti de for. competen.* ſed in contrarium valdè vrget *cap ex parte el. 2.* & ideo ſtandum eſt dictis *n. ſuper.*

33. Ex his verò ſequitur quod clericus coniugatus cum vnica, & virgine, mortua vxore, ſi deſerat tonſuram, & habitum, & Eccleſiæ inſeruiat recuperat omne priuilegium quod clericis non coniugatis conuenit. Quia huiuſmodi priuilegium non erat extinctum, ſed ſuſpenſum, Io: And. & Archid. hic Dom. *§. fin. nu. 5.* Franc. *num. 4.* Panorm. *c. Clericus el. 2. n. 4. de vit. & hon. Cler.* Sanchez *l. 7. de matr. diſp. 46. num. 30.* Clar. *d. q. 36. num. 18.* Cucc. *l. 3. tit. 9. n. 67.* Et quod clericus coniugatus cum vnica, & virgine ordinatus 4. minorib. mortua vxore non debeat impediri reaſſumere habitum clericalem, & inſeruire Eccleſiæ, & promoueri ad ordines maiores, declarauit Sac. Congreg. Regul. in vna Baren. 3. Iunij 1597.

34. Quæritur verò vlterius an Clericus coniugatus dimittens habitum & tonſuram ſit ipſo iure priuatus priuilegijs clericalibus: licet verò iuxta antiqua iura ad hoc vt Clericus ob dimiſſionē habitus clericalis perdiderit priuilegiū canonis eſſet neceſſaria trina Epiſcopi monitio, *cap. In audientia, cap. Contingit, ſup. de ſent. excom.* Nunc tamen in Clerico etiam non coniugato poſt decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 6.* hæc monitio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit, quod Clericus de facto habitum, & tonſuram dimiſerit, & continuo incedat in habitu laicali, & publicè laicus iudicetur, vt declarauit Sac. Cong. Concil. apud R.P.D. Fagnan. *cap. ſi quis num. 21. de for. comp.* & tenet Cuccus *l. 3. inſtit. tit. 9. num. 66.* Zech. Marius Antoninus, Ricc. Squillant. Vgol. quos ſequitur Barboſ. *dict. cap. 6. ſeſſ. 23.* Concil. Trid. *num. 22. & de off. Epiſc. all. 12. n. 21. 3. allat. part. 1. tit de fauor. Cler. c. 8. num. 7.* Eadem, & potiori ratione idem dicendum eſt de Clerico coniugato, tùm ex hoc textu, tum ex *d. cap. 6. ſeſſ. 23. Conc. Trid.* Nam horum priuilegiorum priuatio non iniungitur vt pœna ſed ex natura rei conſequitur ob defectum conditionis, ſub qua Eccleſia vult Clericos huiuſmodi gaudere priuilegijs, & ideo ea conditione manifeſtè deficiente, ceſſat ex natura rei hoc priuilegium, vt hic notat Dom. *§. fin. num. 4.* & tradunt Panorm. *in cap. Ioannes num 2. de cler. coniug.* Angelus *v. excommunicatio 5. num. 22.* Cuccus *l. 3. Inſt. tit. 9. n. 67.* Boſſius *tit. de foro compet num 128.* Clarus *l. 5. §. final. q. 36. num. 19.* Sanchez *l. 7. de matrim. diſp. 46. num. 19.* R.P.D. Fagnan. *cap. Contingit el. 2. de ſent. excomm. num. 17.*

35. Et quidem hoc ſine dubio procedit vbi dimiſſio habitus clericalis ſit manifeſta; ſed vbi hoc ſit controuerſum, quia vel qualitas habitus ſit controuerſa, vel quia ſit controuerſum an dimiſſio habitus ſit continua, & non ex rationabili cauſa, dicendum eſt Iudicis Eccleſiaſtici eſſe hoc decernere, quia hæc cauſa ex ſui ſubſtantia ſpiritualis eſt & Eccleſiaſtica, ſicuti ad Eccleſiam ſpectat determinare qualitates habitus Clericalis, & ita declaraſſe Sac. Congreg. Concilij refert R.P.D. Fagnan. *cap. ſi quis n. 21. de for. competent.* Vnde hoc etiam docuerunt Dom. *hic. §. fin.* Cæpolla *conſ. 11. num. 30.* Farin. *d. q. 8. num. 34.* Couar. *pract. cap. 33. num 1.* Scacc. *de iud. l. 1. cap. 11. num 88.* Maſcard. *de probat. concl. 689. n. 8.* Grat. *diſcept. 190. num. 3.* Layman. *l. 4. tr. q. 9. cap. 7. n. 6.* Diana *p. 1. tr. 2. reſ. 27.* Seraphin. *dec. 742. num. 5.* Palaus *tom. 2. diſp. vnica p. 4. num. 7.* Marius Anton. Armendar. Molina, Latter. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſ. *d. c. 6. ſeſſ. 23. Conc. Trid. n. 24.*

Digitized by Google

n. 24. *c.* 6. *de off. Epiſ. alleg.* 12. *nu.* 16. Fermoſ. *cap.* 1. *de for. compet. q* 9. *nu.* 5. Bonac. in Bull. Conc. *diſp.* 1. *p.* 16. *ſec. prima p.* 6. *nu.* 32.

36. Quamuis vero Dom. hic *v. fin.* & Franc. *n.* quos ſequitur Farin. *d. nu.* 34. dixerit, quod ſi Iudex ſecularis ſtatim denudato capite videat à ſe captum non deferre tonſuram, poſſit dene gare remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, eo quod allegatio delationis tonſuræ ſit calumnioſa, tamen conſiderari debet, quod ſi contra allegatur cauſa rationabilis, vel alicuius infirmitatis, vel alicuius neceſſitatis, ob quam præcipue pro breui tempore omiſſa fuit tonſura, ſiue ex quacunque cauſa res reddatur dubia, cognitio huius ad Iudicem Eccleſiaſticum eſt remittenda, Quamuis etiam Iudex laicus pro informatione ſuæ conſcientiæ, & vt videat, an teneatur captum remittere ad Iudicem Eccleſiaſticum, poſſit aliquam ſummariam informationem de hoc accipere.

37. Tertium requiſitum ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. eſt quod Clericus coniugatus ex deputatione Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruiat. Quamobrem tenetur Epiſcopus Clericum prima Tonſura initiatum, & id petentem alicuius Eccleſiæ ſeruitio deputare, prout fuiſſe deciſum in vna Valentina 28. Martij 1628. refert Barboſa *d. cap.* 6. *nu.* 29. Et hanc deputationem fieri debere Ordinationis tempore, ita vt Clericus tunc adſcriptus, non poſſit amplius adſcribi dicunt Garz. *de benef. l.* 2. *c.* 5. *nu.* 101. Barb. *d. cap.* 6. *num.* 33.

38. Mandatum vero Epiſcopi requiri expreſſum voluerunt Menoch. *de præſump. l.* 6. *præſ.* 76. *nu.* 41. & Cened. *lib.* 1. *q.* 4. *nu.* 24. & 20. ſufficere vero ſi ſit oretenus datum dixit Ricc. *in praxi Eccleſ. dec.* 602. *in p. edit. alias reſol.* 525. Squillante *cap.* 7. *nu.* 5. Barboſ. *d. cap.* 6. *num.* 5. Sed hoc mandatum non eſſe de neceſſitate, quia non cenſeatur tanti momenti, vt eo deficiente Clericus priuetur priuilegio fori declarauit S. Cong. Concilij, prout refert R. P. D. Fagnan *cap. Si quis de for. compet. num.* 22. ſicut etiam ſufficit ſi Clericus aliæ Eccleſiæ inſeruiat, quam illi ad cuius ſeruitium deputatus fuit, vt declarauit eadem S. Cong. apud eumdem ibid. Et propterea, quod ſufficeat, quod Clericus ſeruitium præſtet in diuinis tenuerunt Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. dec.* 111. *nu.* 5. & *dec.* 154. *nu.* 2. Nouar. *concl.* 92. *nu.* 5. Squillante de priuil. Cler. *cap.* 7. *nu.* 14. Sell. *cap.* 18. *nu.* 22. quos ſequitur Barb. *d. cap.* 6. *nu.* 32. Qui addit per S. Cong. 28. Martij 1628. deciſum fuiſſe Clericum incedentem in habitu, & tonſura, & deſcriptum in Catalogo Clericorum, qui in Synodo Diœceſana obedientiam præſtitit Ordinario, & per paruas vices in choro, & in proceſſionibus interfuit, attentis circumſtantijs gaudere debere priuilegio fori, quamuis alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi non inſeruiat, vel beneficium Eccleſiaſticum non habeat. Et ita tenendum eſt, quidquid in contrarium ſenſerint Carolus de Graſſ. *de effect. Cleric. eff.* 1. *nu.* 1177. & Barb. *de off. Epiſ. all.* 12. *num.* 14.

39. Et debet conſiderari, quod licet Clerici adſcripti alicui Eccleſiæ, ſi non inſeruiant, debeant ad id compelli, etiam per priuationem habitus, ſi opus ſit, vt declarauit S. Cong. Epiſ. & Regul. in vna Caiet. 22. Ianuar. 1596. Tamen Præsbyteri, & Clerici ſuauiter induci debent ad frequentandas Parochias, & ad præſtandum auxilium pro cantu diuinorum officiorum, ſed non cogi, ſi alias ad id, non ſint obligati, vt decreuit eadem S. Cong. in Senogalica 19. Aug. 1579. Quæ in Catanzaren. 10. Martij 1587. etiam declarauit Clericos inſeruiẽtes Cathedralibus gaudere priuilegijs etiam ſi expreſſe alicui Eccleſiæ non ſint adſcripti. Et in Catanzaren. 3. Aug. 1592. voluit, quod Clerici non inſeruientes Eccleſijs poſt debitas monitiones priuandos eſſe priuilegijs. Ex quo colligitur neceſſariam eſſe præuiam monitionem ad hoc, quod ex defectu ſeruitij Clericus ſit priuatus priuilegijs Clericalibus.

40. An vero conſuetudine poſſit obtineri, vt Clericus, qui defert tonſuram, & habitum, gaudeat priuilegio etiam ſi non ſit adſcriptus alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel illi non deſeruiat, R. P. D. Fagnan. *d. cap. ſi quis, de for. compet. à num.* 59 loquens de ſimili conſuetudine exiſtente Mediol. latè probat eam non ſubſiſtere, & *nu.* 71. concludit S. Congreg. declaraſſe eam non eſſe obſeruandam. Verum declaratio iſta data in caſu ſingulari, non præiudicat regulæ vniuerſali, & virtuti quam habet conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta, derogandi legi poſitiuæ etiam ſi illa præteritæ conſuetudini derogauit iuxta, *textum in cap fin. de conſuetud.* prout etiam latius dixi *cap.* 1. *de conſuet. in hoc* 6. præcipuè *q.* 1. *art.* 11. & 12. Imo in propoſito noſtro, & in fortioribus terminis, vt dictum eſt *nu.* 26. quod valeat conſuetudo, vt Clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori etiam ſi non deferat tonſuram, & veſtes Clericales voluerunt Fulgoſ. *conſ.* 124. & *l.* 1. Boſſ. *tit. de foro competen. num.* 130. Couar. alios allegans. Practic. *cap.* 31. *numer.* 7. Quos ſequitur Farinac. *dict. queſt.* 8. *num.* 69.

41. Quartum requiſitum addit Pax Iordan, & alij, vt ſcilicet Clericus non ſit negotiator, ſed hoc eſt commune etiam Clericis non coniugatis. Et de hoc late diſſerui *tom.* 2. *de ſtat. qu.* 187. *art.* 2. *à nu.* 145. Vbi *num.* 215. *in fin.* dixi etiam Clericis coniugatis eſſe prohibitam mercaturam, ſeu negotiationem. Quamuis, quia ex neceſſitate licita eſt, hæc cauſa neceſſitatis facilius inueniri poſſit in Clerico coniugato habente familiam, quam tenetur alere. Et in hoc ſenſu verum eſt, quod dicit Franc. §. *fin. nu.* 5. ſcilicet quod Clericus coniugatus ex negotiatione non perdit priuilegium.

42. In ſecunda vero parte textus decernitur, clericos coniugatos cum vnica, & virgine, & deferentes tonſuram, & veſtes clericales gaudere duplici priuilegio, ſcilicet Canonis ſi quis ſuadente. 17. *qu.* 4. & fori. Sed quantum ad fori priuilegium ſolum exprimitur, quod clericus coniugatus hoc priuilegio gaudet, cum agitur contra illum de crimine, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter. Et ita in hoc conueniunt DD. omnes.

43. Qui tamen diſputant, an huiuſmodi clericus gaudeat priuilegio fori in cauſis merè, & purè ciuilibus. Et gaudere exiſtimant Franc. §.

Et cum nu. 4. Lapus *all.* 158. *ad fin.* Angel. *Inſtit. de nuptijs* 5. §. *illud nu.* 5. Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 50. Bonac. *de cenſ. in Bull. Cœnæ diſp.* 1. *q.* 16. *p.* 3. *num.* 3. Carol. de Graſſ. *effect.* 1. *num.* 182. Botell. Cæpol. Zuuard. Marta, Riec. Maſcard. apud Barboſam *dict. cap.* 6. *ſeſſ.* 23. Conc. Trid. *n.* 44. Bollet. *diſquiſ. Cler. pr. p. tit. de fauor. cler.* §. 8. *n.* 9. Nouar. *qu. foren. p.* 1. *qu* 79. *num.* 2. Ciarlin. *l.* 1. *controu cap.* 63. *n.* 34. Diana *pr. p. tract.* 2 *reſ.* 50. *& p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 78 Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. vn p.* 2. *num.* 2. quorum ſententiam ſequuta fuit Sac. Congr. Immunit. in vna Regien. 17. Iunij 1631. cuius deciſionem in terminis referunt Ciarl. *d. cap.* 73. *num.* 18. & Barb. *de off. & poteſt. Epiſ. alleg.* 12. *n.* 25 vbi etiam ponitur Epiſtola 5. Cong. ad Epiſc Regien. dictæ deciſioni conformem. Sed ex hoc textu oppoſitum videtur colligi. Nam cum expreſsè textu decernat hos clericos gaudere priuilegio fori dum contra eos agitur de crimine ſiuè criminalitèr, ſiuè ciuilitèr, dum ſubdit, quòd in cæteris nullo poteſt gaudere priuilegio, colligitur eos non eſſe exemptos à laici iuriſdictione dum agitur contra eos merè ciuiliter. Et ita declaraſſe S. Congreg. Concilij referunt R.P.D. Fagnan. *cap. Propoſuiſti n.* 28. *de for. comp. & ex ſell. cap* 18. *num.* 27. Barboſ. *ad d. cap.* 6 *num.* 44. Vbi refert hoc idem declaratum fuiſſe à S. Congr. Regul. die 20. Februarij 1618. Niſi alicubi ſit conſuetudo, vt huiuſmodi Clerici ſint exempti etiam in merè ciuilibus, vt eſt in Regno Neapol. Et ita hanc partem ſuſtinent Io: Andr. hic *num.* 2. Anchar. *num.* 4. Dom. §. *fin. num.* 7. Panorm. *cap.* Io. *ſup. eod. tit. n.* 3. & *cap.* 2. *num.* 7. *de for. compet.* & ibi Imola *num.* 5. Aret *num.* 1. Syluelt. *v. Clericus* 1. *qu.* 6. Tabien. *v. Clericus* 5. *n. penult.* Farin. *in praxi qu.* 8. *num.* 7. Azor. *pr. p. lib.* 13. *cap. vlt. qu. fin.* Sanchez *l.* 7. *de matrim diſp.* 46. *num.* 22. Couar. *pract. cap.* 31 *n.* 6. Barboſa *de offic. Epiſc. all.* 18. *num.* 25 Fagnan. *vbi ſup.* Et apud iſtos quamplures alij. Et certè videtur quod textus noſter conſideret, quod delictum principaliter reſpicit perſonam, quæ ſi ſit Eccleſiaſtica debet eſſe exempta. Et ideo textus vult vt Clericus coniugatus habens requiſita nõ poſſit à Iudice laico puniri, vel in perſona, vel in rebus pro delicto, quod eſt perſonale. Sed contractus reales principaliter reſpiciunt rem, & accidit eos fieri vel à clerico, vel à laico, ideo de obligatione, quæ eſt ex contractu expreſsè non loquitur textus, dum eximit Clericum à foro laici, ſed ſolum de obligatione, quæ oritur ex delicto. Nihilominus quia *cap. Nullus* 2. 11. *q.* 1. *&* 2. *ſup. de for. comp. in antiq.* quod dicitur deſumptum ex Concil. Pariſ. abſolutè vult Clericos nedum non poſſe deſtringi, ſed nec poſſe condemnari à Iudice laico; & huic canoni innititur in hoc textu Bonifacius Octauus; Nec appareat vnde Boniſ. voluerit coarctare priuilegium fori ad cauſas, vbi agitur de delicto, ideo hic articulus apud me manet dubius, quia verbum *& in cæteris* benè referri poteſt ad cætera priuilegia clericalia à priuilegijs canonis, & fori diſtincta.

44. Sed data ſententia, quæ vult Clericum coniugatum non eſſe exemptum in ciuilibus dubium eſt, an Iudex laicus poſſit pro cauſa merè ciuili hunc Clericum incarcerare? Sanchez *dict. diſp.* 46. *num.* 23. poſt Montaluum, Couar. & Gutier. affirmat, eo quia Iudex conijciens in carcerem clericum coniugatum ad executionem contractus vel ſententię merè ciuilis; cum in hoc iudicio ſit Iudex competens, non ponit manus violentas in Clericum, & ideo non incidit in canonem, ſi quis ſuadente diabolo. 17. *q.* 4. Verum contrarium declarauit Sac. Cong. Concilij apud R.P.D. Fagnanum *in dict. cap. Propoſuiſti, n.* 28. *de foro compent.* Nam de iure communi perſonæ clericorum ſunt exemptę à laicorum iuriſdictione, *cap. Nullus* 2. *ſup. de for. compet. in antiq.* Ex quo verò canones voluerint (ſi hoc voluerunt, cũ & hoc negent plures citati) Clericum coniugatum ſubdi laico Iudici in cauſis realibus, & merè ciuilibus, non per hoc ſubdiderunt illi Clerici perſonam, vt poſſit illam diſtringere. Et ideo quod Iudex laicus nec in cauſa, vel pro cauſa merè ciuili poſsit carcerare clericum coniugatum habentem requiſita huius textus, & Conc. Trid. dixerunt hic Anchar. *num.* 4. Franc. §. *fin. Cum num.* 2. Lap. *alleg.* 41. *num.* 110. *& all.* 118. pauló poſt *princ.* Card. *cap. Ex parte q.* 3. *eod. tit.* & ibi Imola *num.* 3. Syluelt. *v. Clericus* 1. *qu.* 6. Tabien. *v. Clericus* 5. *n. penult.* Farin. *d. q.* 8. *n.* 7. Fagnan. *d. cap. Propoſuiſti n.* 27. Sed & etiã aduertendum, quod ſi ante contractum matrimonium, Iudex Eccleſiaſticus prius Clericũ citauerat, ratione præuentionis poteſt cauſam cognoſcere etiã merè ciuilem, quia hoc fert vis præuentionis in cauſa. Imò vt dictũ eſt *n.* 19. pro delicto commiſſo ante matrimonium, vel ante dimiſſionem habitus, & tonſuræ clericalis non poteſt clericus coniugatus puniri à laico iudice; è contrà verò multis citatis DD. Sanchez *dict. diſp.* 46. *num.* 10. vult quod Clericus coniugatus vt gaudeat priuilegio fori debeat detuliſſe veſtes clericales tempore delicti commiſſi nec ſatis ſit illas poſtea aſſumere. Sed oppoſitum probatum eſt ſupra *n.* 30. Ex reaſſumptione enim, habitus recuperatur priuilegium fori amiſſum ceſſante fraude, niſi Iudex laicus præuenerit vt eſt explicatum. Imò aduertendum non eſſe fraudem, ſi Clericus aſſumat iterum habitum, cum animo perſeuerandi in illo, licet occaſio, ſeu motiuum ex parte volentis fuerit ne capiatur à laico. Sed fraus erit, ſi adæquata cauſa finalis fuerit fugere iudicium laici, & ſic reaſſumere habitum vt geſtandum ſolum quantum opus fuerit, ad tale iudicium fugiendum. Imò quod Clericus non habens requiſita Concil. Trid. ſi adhuc publicè ſe gerit vt Clericus, poſſit ab Epiſcopo puniri & habeat tunc locum præuẽtio, docuit R.P.D. Fagnan. *cap. Odoardus, num.* 25. *de ſolut.*

45. In tertia parte textus decernitur Clericum coniugatum etiam habentem requiſita eiuſdem textus, in cæteris, nimirum præter priuilegium canonis 17. *q.* 4. & fori vbi agitur de crimine nullo alio gaudere priuilegio clericali, & ſic ſe habere tanquam merè laicum. Gloſſ. *in caſus poſitione*, Io: Andr. *num.* 2. Dom. §. *fin. num.* 3. Franc. *num.* 3. Butr. *cap. Io. n.* 16. *ſup. eod. tit.* & ibi Imola *num.* 17. Lambert. *de iure patron. l.* 1. *p.* 1. *q.* 7. *ar.* 3. *num.* 4. Flamin *de reſign. l.* 4. *q.* 2. *num* 100. Couar. *Pract. cap.* 31. *num.* 9. Sanchez *l.* 7. *de matrim. diſp.* 46. *num.* 12. Fagnan. *cap. Vt priuilegia nu.* 31. *de priuil.* Bellet. *dict.* §. 8. *num.* 11. Et ideo talis

Cle-

Clericus, nec eſt immunis quoad gabellas, munera, ſecularia, collectas, & alia regalia, vt hic tradunt DD. Panorm. *d. cap. ex parte*, Couar. *dict. cap.* 31. *num.* 9. Bellet. *d. num.* 11. & apud eum Guido Papa Graff. Ricc. Nat. Colta. Nec poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus, licet poſsit eſſe in temporalibus, nec poteſt eſſe delegatus ad cauſam ſpiritualem, nec poteſt intereſſe diuinis tempore interdicti, niſi adſit in contrarium conſuetudo, nec aliquo alio clericali priuilegio gaudet, vt hic docent Gloſſ. & alij.

46. Quamuis mortua vxore vnica, & virgine quam habebat, ſi incedat in tonſura, & habitu, & Eccleſię inſeruiat recuperet omnia priuilegia, quæ prius non erant extincta, ſed ſuſpenſa. Io: And. hic *v.* 2. Archid. *num.* 1. Dom. §. *fin. num.* 5. Franc. *num.* 4. Couar. *pract. cap.* 31. *n.* 8. Cuccus *l.* 3. *Inſt. tit.* 9. *num.* 67. Sanchez *dict. diſp.* 46. *num.* 29. Bellet. *dict.* §. 9. *num.* 12.

47. An verò vxor clerici coniugati huiuſmodi gaudeat priuilegio fori, affirmant Io: Mou. hic Dom. §. *fin. num.* 3. Barb. *num.* 7. Sylueſt. *v. Excommunicatio* 9. *caſu.* 5. *num.* 21. Tabien. *v. excom.* 5. *caſu* 18. *qu.* 7. *num.* 8. Cuccus *d. tit.* 9. *num.* 20. Panorm. *cap.* 2. *num.* 7. *de foro compet.* & ibi Imola *num.* 3. Felin. *num.* 30. Aret. *num.* 10. *poſt Gloſſ. in cap. Clericum el.* 1. *v. Clericum.* 11. *q.* 1. & *cap. Eos, qui, v. eos diſt.* 2. Nam generaliter vxor ſortitur forum viri. *l. cum quadam puel'a. ff. de iuriſdid. omn. iud.* & priuilegium exemptionis conceſſum clericis extenditur ad earum vxores. *l.* 2. *C. de Epiſ. & eorum Cler.* Sed hoc alij negant ex eo, quod priuilegium fori ſit perſonale. Io: Franc. hic *in fine*, Butr. *cap.* 2. *de for. comp. num.* 6. & ibi Neuo *n.* 21. Sanchez *l.* 7. *de matrim. diſp.* 47. *num.* 5. Verum ſicut alia priuilegia non ſunt ita perſonalia vt non ſe extendant ad vxorem, ita de hoc dici poteſt, quod ad vxorem ſe extendat. Hoc certum, quod mortuo viro clerico, vxor non gaudet priuilegio fori, ſicut nec viro viuente gaudet priuilegio eanonis, Sanchez *dict. diſp.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*

2 *Quid nominis diſtributionum.*

3 *Materia diſtributionũ eſt quodlibet pecunia æſtimabile.*

4 *Eſſentialis ratio diſtributionum quotidianarum eſt vt ſint ſtipendium pro actuali intereſſentia ſingulis diuinis officijs, & num.* 7.

Non eſt neceſſe vt dentur quotidiè, ſed quod dentur pro quotidiano ſeruitio. num. 4.

5 *Non eſt neceſſe vt in diſtributionibus ſeruetur eadem rata.*

Diſtributiones quæ fiunt pro aliquibus horis tantum non ſunt propriè quotidianæ. num. 5.

6 *Quid ſi diſtributiones integræ dentur inſeruientibus per* 15. *dies.*

7 *Diffinitio diſtributionum quotidianarum.* 7.

8 *Cur dicantur quotidianæ, & beneficia manualia, & victualia.*

9 *Diſtributiones propriè non veniunt ſub nomine fructus, aut reditus, aut prouentus beneficij.*

Damnatus ad reſtituendum fructus non eſt damnatus ad reſtituendum diſtributiones. n. 9.

Priuilegiatus ad percipiendum fructus in abſentia non percipit diſtributiones. 9.

Diſtributiones non augent corpus beneficij, nec in eius valore computantur. 9. &

Sunt reditus caſuales. num. 9.

10 *Largo modo dicuntur fructus, & iuxta ſubiectam materiam ſub eo nomine veniunt.*

Non intelligitur reſeruata penſio ſuper diſtributionibus. num. 10.

11 *Intellectus, cap. Cum non deceat, de elect. in hoc lib.*

Exceptiones aliquando fiunt declarationis cauſa. num. 11.

12 *Intell. cap.* 2. *de priuil. in hoc lib.* 12.

Diſtributiones ſunt fructus Eccleſiaſtici, ſed non propriè ſunt fructus beneficati. n. 12.

13 *Sunt eodem modo emolumenta Eccleſiaſtica.*

14 *Diſtinguuntur à menſa capitulari.*

15 *In Eccleſijs vbi non ſunt niſi diſtributiones iſtæ ſunt loco præbendarum.*

16 *Diſtributiones inſtitutæ de iure poſitiuo; & ad quem finem.*

17 *Ordinatæ à Concil. Trid.*

18 *Ad quem finem introducta.*

Qualiter non ſit ſimonia nec peccatum adeſſe diuinis officijs ob vtile temporale. num. 18.

Tit. III. De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel præbenda.

Cap. Conſuetudinem.

1. DEcretalis iſta ſedes eſt materiæ quotidianarum diſtributionum, eamque Gloſſ. & DD. diuidunt in quatuor partes, in quarum prima reprobat conſuetudinem, in ſecunda ſtatuit diſtributiones non poſſe percipi niſi ab intereſſentibus diuinis officijs, in tertia ſtatuit pœnam contrafacientibus, & in 4. extendit diſpoſitionem ad emolumenta funeralia. Sed mihi videtur, quod decretalis nobis præbeat decem concluſiones, ſeu regulas generales totam diſtributionum materiam comprehendentes.

REGVLA PRIMA.

2. PRimò igitur quidditatem diſtributionum explicans, ait diſtributiones quotidianas nuncupari beneficia manualia, ſeu victualia. Merito autem emolumenta, quæ in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſijs tribuuntur intereſſentibus diuinis officijs dicuntur diſtributiones, quia ſeruata diſtributiua iuſtitia, iuxta cuiuſcumque Clerici merita, & laborem tribuuntur. In iure autem aliquando dicuntur diſtributiones ſimpliciter, & abſolutè, *cap. fin.* §. *ſi autem inf. de conceſſ. præbend. & in Clem.* 2. *de ætat. & qualitat.* ſed ſæpius, & regulariter appellantur diſtributiones quotidianæ, *cap. licet, de præben. cap. fin. de reſcript. ſup. in hoc lib. cap. cum non deceat de elect. cap. fin.* §. *adijcimus, de ſent. excomm. in hoc eod. lib. Extrauag. Poſtulaſti, de præbend.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 21. *c.* 3. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Et in hac decret. In qua etiam dicuntur beneficia manualia, & victualia.

3. Harum verò diſtributionum materia

non eſt ſola pecunia, ſed quodcumque aliud pecunia æſtimabile, quod interreſentibus diuinis officijs datur ad eorum ſuſtentamentum, vt hic aduertit Dom. *num. 1.* & manifeſtum eſt ex extrauag. *Cum nonnulla 11. de præben.*

4. Verum cum multa ſint emolumenta, quæ in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs diſtribuuntur Clericis, in hoc conſiſtit forma ſubſtantialis, & eſſentialis differentia diſtributionum quotidianarum, quod ſunt ſtipendia data quotidie pro nocturnis, & diurnis horis, & officijs, vt dicitur in præfata extrauag. *Cum nonnulla de præben.* Illa tamen dictio quotidie cauſaliter debet intelligi, vt ſit ſenſus, quod diſtributiones, vel ſtipendium, quod pro quotidiano ſeruitio, & nõ pro menſtrua, vel hebdomadali, ſed pro quotidiana interreſentia præſtita in Eccleſia, non in vna vel pluribus horis canonicis aut miſſa, ſed in omnibus, & ſingulis tam nocturnis, quam diurnis partibus diuini officij tribuitur ad ratam cuiuſcumque partis eiuſdem officij diuini. Neque enim de ratione diſtributionum quotidianarum, eſt quod diſtributio fiat ſingulis diebus, ſed ſufficit ſi fiat quocumque tempore etiam in fine anni, dum tamen fiat pro quotidiana interreſentia præſtita in Eccleſia, die, noctuque in diuinis officijs, vt ex hoc textu probant Achil. de Graſſ. *dec. 12. de præben.* Cæſ. de Graſſ. *d. vn. num. 8. de Cler. non reſiden.* Seraphin. *d. 1149. num. 2.* Mandoſ. *in prax. ſignaturæ Gratiæ, rubr. de penſ. verſ. diſtributiones,* Rota *dec. 135. num. 7. p. 10. recent.* Fagnan. *cap. olim num. 49. de verb. ſignif.* Moneta *de diſtrib. p. 1. q. 4. num. 11.* & alij communiter.

5. Non eſt verò neceſſe quod in huiuſmodi diſtributionibus quotidie ſeruetur eadem rata, ſed auctior portio poteſt aſſignari pro aliquibus diebus feſtiuis, vel pro aliquo officio, ſeu officij parte, vt poſt Put. *dec. 363. num. 6. l. 2.* dixit Rota *dec. 135. num. 9.* Imò ſi contingerit, quod in aliqua Eccleſia ex ſtatuto, aut conſuetudine fieret diſtributio ſolum pro aliquibus diebus, aut aliqua officij parte tantum, licet hæc diſtributio propriè non poſſet dici quotidiana, ſi pro officio aliquorum dierum tantum fieret; eſſet tamen ad inſtar diſtributionum quotidianarum iudicãda, ſi fieret principaliter & primo pro actuali ſeruitio tunc præſtito. Tunc enim participes illius nõ eſſent abſentes, ſed ſoli illi parti diuini officij interreſentes, pro quo eſſet ſtatuta. Et ſic præcipua & eſſentialis ratio diſtributionum huiuſmodi eſt, quod non fiat pro canonico, vel beneficio, vel officio ſimpliciter & abſolutè, ſed pro actuali ſeruitio, & interreſſentia diuinis officijs vel parti illorum ſtatuta, & ordinata. Secus verò dicendum eſſet, ſi diſtributio fieret abſolutè pro ſeruitio diuino, ſed cum hac conditione vt ſufficeret intereſſe parti illius puta vni horæ, vel pro vno die, aut hebdomada, aut menſa, ad hoc vt Clericus integram diſtributionem accipere poſſet. Non enim propriè quotidianæ diſtributiones dici poſſunt quæ dantur inſeruientibus pro parte, ac ſi inſeruirent pro toto. Rota *dec. 330. num. 5. p. 1. diuerſ. & dec. 1143. part. 3. l. 3. diuerſorum.*

6. Et licet Rota *dec. 162. p. 4. tom. 2. recent.* diſtributiones quotidianas iudicauerit eſſe etiam ſi beneficiati diuidantur in duas partes, quarum vna reſideat per quindecim dies, & lucretur diſtributiones integras, & alia per alios 15. dies, per quos etiam lucretur integram partem, atque ita ob mutuum ſeruitium nunquam dicantur abſentes, Imò licet Beneficiatis applicetur vnum membrum redditunm, & quilibet adminiſtret membrum ſuum, & colligat fructus illius, cum hoc fiat ſolum pro maiori commoditate colligendi fructus, quos non ſibi, ſed Eccleſiæ colligat, & de eis non participet niſi pro rata ſeruitij. Tamen conſiderandum eſt, hæc eſſe vera ad intentum illius Rotæ obtinendum, quod erat, vt huiuſmodi diſtributiones non deberent computari in valore beneficij, & in penſione reſeruata ſuper fructibus, & redditibus, & prouentibus. Nam huiuſmodi diſtributiones ad modum quotidianarum iudicandæ ſunt, tamen propriè & in rigore aliqualiter deficiunt à natura, & proprietate diſtributionum quotidianarum.

7. Et ex his colligitur propria diffinitio diſtributionum quotidianarum quæ eſt, vt ſint ſtipendium quod non datur ſimpliciter Clericis Cathedralium, aut Collegiatarum Eccleſiarum ex titulo, aut beneficio, vel officio quod præſtare tenentur in Eccleſijs, ſed præter præbendas, aut portiones certas pro beneficio competentes diſtribuuntur pro diurno actuali ſeruitio, ſeu interreſentia in diuino officio, tam nocturno, quam diurno, ad ratã cuiuſlibet partis eiuſdem diuini officij iuxta ſtatuta, ſeu conſuetudines earumdem Eccleſiarum, vt clarè colligitur ex hac decretali, & ex extrauag. *Cum nonnullæ 11. de præbend. & cap. olim de verb. ſignif.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 21. c. 3. & ſeſſ. 24. cap. 12.* & docent communiter DD.

8. Hinc eſt, quod vocantur diſtributiones quotidianæ, quia dantur pro diurno labore. Dicuntur beneficia manualia, quia dantur ad manum ijs, qui diuinis officijs interſunt: vel quia pendent, & tribuuntur à manu diſtribuentis illas cis, qui Eccleſijs inſeruiunt, & pro ratione ſeruitij. Appellantur beneficia victualia, etſi enim propriè non ſint beneficia, ſunt tamen emolumenta victualia, quæ dantur pro victu inſeruientium actu in diuinis officijs. Nuncupãtur etiam ſtipendium, & merces laboris, & operis impenſi in vinea Domini, & multa alia ſimilia dicuntur communitèr à DD. de his diſtributionibus, ex eo quia dantur, & pro actuali ſeruitio, & ad ratam ſeruitij actualis, & interreſentiæ cuiuſlibet diei, & partis diuini officij.

9. Colligitur primò diſtributiones quotidianas non venire ſub nomine redditunm, ſeu prouentuum, ſeu fructuum beneficij, *cap. licet de præben. cap. 2. de priuil. in hoc ſexto* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* quia diſtributiones quotidianæ debentur ratione actualis ſeruitij, prouentus verò, ſeu redditus, aut fructus beneficiorum debentur ex titulo beneficij. Vnde eſt, quod condemnatus ad reſtituendum fructus beneficij, nõ per hoc tenetur reſtituere diſtributiones quotidianas, vel è contra, vt colligitur ex Concil. Trid. loco citato, niſi gratia materiæ aliud dici debeat. Verall. *deciſ. 29. p. 2.* Loter. *l. 1. q. 39. n. 26.* Moneta *par. 1. p. 6. num. 11.* Barboſ. *de Canon. cap. 21. num. 6.* ſicut nec damnatus ad reſtituendum diſtributiones tenetur reſtituere fructus,

Gonz.

Gonz. ad reg. 8. Cancell. §.7. num. 10. Barb. dict. num. 6. & apud eum Macig. & Garzia, ſic neque priuilegiatus vt in abſentia poſſit percipere fructus beneficij poteſt percipere diſtributiones quotidianas, vt ex hoc cap. & cap. 2. de priuil. infr. in hoc lib. colligunt DD. omnes, vnde in impetratione beneficij certi valoris diſtributiones quotidianæ non continentur ad effectum eas exprimendi. Rota dec. 8. de praben. in non. & dec. 79. num. 2. par. 4. recent. Reſpectu enim regulæ de exprimendo valore beneficij diſtributiones non computantur inter fructus. Curtad. dec. 6. num. 6. de prabend. Et quod diſtributiones quotidianæ non computentur inter fructus beneficij vacantis etiam ſi Canonicatus non haberet alios fructus, dixit Sac. Congr. Regul. 1600. Auellino 29. Nonemb. Ideo diſtributiones iſtæ nec augent corpus beneficij, nec habent cum illo communicationem. Rota dec. 24. nu. 9. & 10. par. 8. recent. Et propterea Rota dec. 330. num. 1. par. 1. diuerſorum firmauit regulam, vt appellatione fructuum etiam reſidentibus debitorum, vel dari ſolitorum non veniant diſtributiones quotidianæ, & quod aliud ſit reſidentia, & aliud interreſentia, vnde fructus qui dantur reſidentibus alij ſunt, & ſeparati à diſtributionibus quotidianis. Iſtæ enim ſunt redditus caſuales & incerti; pendent namque, & exitum habent ex incerto fortunæ actualis miniſterij & operis, & diuiduntur pro rata ſeruitij inter eos, qui diuinis officijs interſunt, nec attinent ad corpus Præbendæ. Fagnan. cap. licet num. 5 & 17. de praben. Non ergò propriè ſunt prouentus, vel redditus, vel fructus beneficiorum. Fructus enim propriè ſunt illi, qui deductis oneribus percipi poſſunt etiam ab abſentibus, vt poſt Gomezium, Puteum, Mohed. & Achil. tradit Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §.7. num. 163. Et ideo, quod diſtributiones quotidianæ non veniant nomine fructuum beneficiorum ex hoc textu, & ex cap. licet 32. de præb. & cap. fin. 9. In illis inf. de conceſ. præbendæ tradiderunt Couar. l. 3. var. c. 13. num. 7. Ripa in cap. Cum M. Ferarien num. 16. de conſtit. Pariſ. de reſig. benef. l. 2. q. 2. n. 30. Azor. p. 2. l. 7. cap. 7. qu. 2. Sanchez reſponſ. moral. l. 2. c. 2. dub. 89. n. 2. Moneta de diſtribut. l. 1. q. 6. n. 12. Redoan. de ſpolijs q. 3. num. 3. Fagnan. cap. licet n. 5. & 17. de præb. Oldrad. conſ. 118. num. 1. Pariſ. conſ. 33. n. 4. & 5. l. 4. Loter. de re benef. l. 1. c. 39. n. 22. Gonz. vbi ſup. Rota dec. 8. n. 1. de præb. in nou. & dec. 133. num. 1. & 2. de ſent. & re ind. in antiq. Caſſad. dec. 6. n. 6. de præb. Put. dec. 489. num. 3. l. 2. Cæſar de Graſſ. dec. 5. n. 1. de præb. Rota dec. 130. n. 1. p. 1. & dec. 1170. l. 3. part. 3. diuerſ. & dec 483. n. 1. p. 3. recent. & in Romana penſionis 10. Iun. 1588. coram Card. Pamph. & in Calaguritana penſionis 20. Decembr. 1589. coram Peña, & in Soſten. fructuum 27. Martij 1613. coram Mateſauedo. Barboſa de Canonicis cap. 21. num. 6. Rubeus ad dec. 576. num. 1. par. 4. tom. 3. recentiorum, & apud iſtos quamplures alij, quod ad hunc textum aduerterunt Franc. num. 2. & Prob ad Mon.

10. Verum eſt, quod diſtributiones quotidianæ largo modo fructus beneficiorum dici poſſint, quia in Cathedralibus, & Collegialibus Clerici ius habent ad percipiendas diſtributiones ſi diuinis officijs interſint. Rota d. 24. nu. 15. par. 8. rec. Put. dec. 233. n. 3. & 4. l. 1. in correctis. Et inter valorem fructuum, & fructus diſtinguūt quidam, ſic enim Rota dec. 33. n. 2. de ſent. & re iudic. & dec. 39. num. 1. de Præbend. in antiquis, quam ſequitur Fagnan. cap. Grauis num. 84. de reſtit. ſpoliat. dixit diſtributionem computari in valore fructuum, computandas tamen eſſe in fructibus per Mohed. dec. 6. n. 2. & 3. de præb. & Rotam dec. 1170. num. 2. p. 3. diuerſ. Veritas tamen eſt, quod propriè diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus beneficij niſi remotè, quia proximè dantur beneficiato non ratione beneficij, ſed ratione actualis ſeruitij, quia tamen ſupponunt titulum beneficij, ideo etiam largè loquendo dicuntur beneficij fructus. Ex quo ſequitur, quod ſecundum ſubiectam materiam aliquando ſub nomine fructuum beneficij diſtributiones quotidianæ intelligi debeant, nimirum v.g. in fauorabilibus vbi diſpoſitio aliter eſſet inanis, vt ſi aliter priuilegiū eſſet inutile, & nullius effectus. Dom. cap. Præſenti. num. 19. de off. ord. in hoc 6. Probus hic ad Mon. num. 60. & 64. Later. l. 1. cap. 39. num. 27. quos ſequitur Barboſ. de Canon. cap. 21. num. 7. Vbi etiam quod hodie nullo caſu intelligitur reſeruata penſio etiam ſuper diſtributionibus, ſiue omnia emolumenta in diſtributionibus conſiſtant, ſiue in eorum parte aliqua, niſi hoc ſit expreſſum.

11. Videtur enim quod in cap. Cum non deceat 30. de elect. in hoc lib. diſtributiones quotidianæ computentur inter fructus, quia ibi decernitur quod venienti ad Sedem Apoſtolicam pro imminentis electionis inſtructione dentur integrè fructus beneficiorum exceptis quotidianis diſtributionibus, cum enim exceptio ſit de regula, videtur quod ſub fructibus contineri debeant diſtributiones, quæ excipiuntur. Sed ſæpè exceptiones dantur ad maiorem declarationem, & ad tollendas cauillationes, & ambiguitates, & propterea in eo textu, ne quis ex eo quod textus vult eum qui pro negotio electionis accedit ad Sedem Apoſtolicam recipere integrè fructus beneficij, vellet ex hoc eum percipere diſtributiones, arbitrans eas computari inter fructus, propterea textus hos excluſit.

12. Dilliugui etiam poſſet inter fructus beneficiorum, & fructus eccleſiaſticos, & dici, quod licet diſtributiones quotidianæ propriè non ſint fructus beneficiorum ſunt tamen fructus Eccleſiaſtici quia debiti Eccleſiaſticis ex cauſa eccleſiaſtica, ſcilicet ex interreſſentia diuinis officijs; nam certè vt aduertit Moneta p. 1. q 7. n. 10. Bonif. VIII. in extrau. vn. de Decim. verſ. Et quia, inter prouentus Eccleſiaſticos numerat diſtributiones Eccleſiaſticas. Sed obſtat, quod idem Bonif. VIII. cap. 2. de priuil. in hoc lib. vult quod ſtudentes Romæ recipiant integrè prouentus ſuos eccleſiaſticos, & tamen diſtributiones quotidianas non percipiunt, vt ibi aduertit Gloſſ. in verſ. integrè & habetur clarè ex eodem Bonif. VIII. cap. fin. de reſcript. ſup. in hoc lib. Sed dicendum eſt diſcrimen eſſe inter prouentus Eccleſiaſticos abſolutè, & inter prouentus ſuos eccleſiaſticos. Quia enim diſtributiones quotidianæ non debentur niſi ratione actualis ſeruitij præſtiti in Eccleſijs, ſunt quidem abſolutè prouentus Eccleſiaſtici, ſeu fructus, aut redditus, ſed non

ſunt

Digitized by Google

ſunt prouentus ſui ideſt beneficiati ante præſtitum ſeruitium, ſed prouentus debiti beneficiato ratione beneficij ſunt prouentus beneficiati ex eo, quod eſt beneficiatus, & ideo ſunt prouentus ſui, & de his loquitur textus in *d. cap. 2. de priuilegijs*, & ſub his prouentibus ſuis eccleſiaſticis non continentur diſtributiones quotidianæ, quæ tamen abſolutè ſunt prouentus eccleſiaſtici, vt dicitur *d. cap. vn. de decimis*.

13. Hinc eſt quod licet Moneta *p. 1. quæſt. 7. num.* 14. exiſtimet, diſtributiones venire ſub nomine emolumentorum, tamen melius dicitur, quod nec propriè dicitur, quod ſint emolumenta beneficiati, nec propriè beneficiatus dicere poteſt abſolutè, quod ſint emolumenta ſua, quia illi non competunt ratione beneficij abſolutè, niſi valdè remotè, & in aptitudine, & in potentia, quia nec habet proximum ius ad illas, ſed ſolum ius potentiale, vt ſcilicet poſſit illas habere ſi actualiter inſeruierit, & quia habet ius ad inſeruiendum in Eccleſia, & ſic ad lucrandas diſtributiones. Abſolutè tamen loquendo diſtributiones huiuſmodi ſicut ſunt eccleſiaſtica emolumenta, ſic ſunt Eccleſiaſtici fructus, aut prouentus, aut redditus.

14. Colligitur ſecundò, diſtributiones quotidianas diſtingui à maſſæ groſſæ fructibus, aut prouentibus, aut emolumentis aut diſtributionibus. Licet enim in aliquibus Cathedralibus, aut Collegiatis præter præbendas diſtinctas, & cuilibet canonico, aut alias beneficiato in illis Eccleſijs appropriatas, & ſeparatas, detur etiam menſa quædam capitularis, & communis, quæ ſingulis ad ratam diſtribuitur vel ſingulis annis, vel ſingulis menſibus, aut hebdomadibus iuxta harum Eccleſiarum vſum, quæ maſſa communis dicitur maſſa groſſa, ſeu groſſi fructus. Nihilominus vt hic habet Gloſſ. *in v. receperint*, quam ſequuntur omnes DD. diſtributiones huius maſſæ non ſunt diſtributiones quotidianæ, quia huius maſſæ diſtributiones debentur ratione beneficij capitularibus, ſeu collegialibus; & ſequuntur naturam præbendarum, & dantur etiam abſentibus ex iuſta cauſa, ſeu dantur non aſſiduè interreſſentibus dummodo ſint præſentes, aut reſidentes verè, vel ficte fictione iuris. Et ideò de his diſtributionibus non loquitur hic textus, vt tradunt hic DD. & Panorm. & alij in *cap. de cætero de Cler. non reſid.* & Gloſſ. *cap. licet de præbend.*

15. Colligitur tertiò, quod vbi dentur Cathedrales, aut Collegiatæ in quibus non ſunt præbendæ diſtinctæ, ſed ſola maſſa communia, ex qua Clericis illarum Eccleſiarum dantur portiones ad ratam, iam in illis Eccleſijs non dantur alij prouentus, aut fructus, quam diſtributiones. De iure autem huiuſmodi diſtributiones pro præbendis habendæ ſunt, alias eſſet Canonia, ſiue præbenda, quod inconueniens eſſet, vt ex *cap. ſi quis obiecerit. 1. q. 3 & cap. Relatum de præb.* probat Gloſſ. *hic in v. receperit*, quam ſequuntur DD. omnes. Et ita hæ non ſunt diſtributiones quotidianæ, neque de illis loquitur textus.

16. Colligitur itaque quartò de iure poſitiuo ad promouendum Dei cultum inſtitutas eſſe quotidianas huiuſmodi diſtributiones, quæ ſint beneficia, ſeu ſtipendia manualia, & victualia Clericorum in Cathedralibus, & Collegiatis: Quamuis enim de iure diuino ſit vt inſeruientes Deo in Eccleſijs habeant ſuſtentamentum, quia qui altari ſeruit, de altari viuere debet. Modus tamen præbendi huiuſmodi inſeruientibus eſt de iure poſitiuo, & ideo de iure poſitiuo introductum fuit, vt in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs præter præbendas, detur maſſa quædam communis redditnum Eccleſiaſticorum, quæ non diſtribuatur niſi actu inſeruientibus ad ratam horarum diuinarum, & miſſarum, vt Clerici ſi non ex puro amore Dei ſaltem ex timore amittendi huiuſmodi quotidiana alimenta non negligant diuinis officijs interreſſe. Fuit verò hoc ab antiquo inſtitutum; ſic Iuo Epiſc. Carnuten. *epiſt.* 75. fatetur ſe in ſua Diœceſi huiuſmodi diſtributiones introduxiſſe vt Canonicos negligentes diligentes faceret, & ſomnolentos vigiles, & vt quos panis interni dulcedo non mouebat panis corporei refectio prouocaret. Et ita de his diſtributionibus iura decernunt, *cap. De cætero, de Cler. non reſid. cap. licet de præben. cap. olim de verb. ſignific. & in hoc lib. cap. fin. de reſcript. & in hac decret. & cap. fin. §. ſi autem de cõceſſ. præb. & cap. 2. de priuil. & cap. fin. §. adijcimus de ſent. excom.* Clem. *vt ij, de ætat. & qual. & extrauag. com.* 10. *&* 11. *de præb. & extrauag. com. de decim.* Sed in huiuſmodi iuribus diſtributiones huiuſmodi potius ſupponuntur introductæ ex conſuetudine Eccleſiarum, & approbantur. Nam & in hac decret. præcipitur earum obſeruantia, & conſuetudo contraria improbatur in Eccleſijs, in quibus huiuſmodi diſtributiones introductæ iam fuerant, vel in futurum introducendæ erant, quod factum fuit etiam *cap. fin. §. Adijcimus, de ſent. excomm.*

17. Sed ex decreto Conc. Trid. in omnibus Collegiatis, & Cathedralibus vſus diſtributionum quotidianarum fuit introductum *ſeſſ.* 21. *cap. 3. & ſeſſ. 24. cap.* 12. vbi hanc decretalem confirmauit. Et eadem ſeſſ. *cap.* 15. dat facultatem Epiſcopis augendi maſſam communem vbi illa ſit tenuis. Imò *ſeſſ. 22. cap.* 3. In odium negligentiæ Clericorum alterum genus diſtributionum inſtituit. Quomodo verò diſtinguantur diſtributiones ſtatutæ *ſeſſ. 21 cap. 3.* à diſtributionibus iſtis ordinatis *ſeſſ. 22. c 3. de reformat.* dicendum eſt in ſequentibus. Et pro Collegialibus nouis adeſt conſtitutio *cum ſicut* 41. Pij Quarti data 20. Nouemb. 1641.

18. Colligitur vltimo, quod finis inſtituendi diſtributiones fuit aſſiduitas, & frequentia diuini cultus, & vt quantum fieri poteſt nullus Capitularis vnquam deſit diuinis officijs, vt habetur ex iuribus citatis, & præcipuè ex hoc textu, & ex Iuone, & decretis Concil. Trid. & adnotauit Gloſſ. *in princip.* & Rota *dec. 24. num. 16. p. 8. recen.* Ad hunc finem verò conducit non parum concupiſcentia iſtius quotidiani alimenti, & timor illud non lucrandi. Et ideo ſummè curandum eſt, vt illæ diſtributiones non diminuantur, ne hæc diminutio cedat in diminutionem diuini cultus. Ideo S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium 1590. Troian. 8. Maij 112. dixit permittendum non eſſe Capitulo vt pro expenſis litium, aut aliorum, vtatur diſtributionibus quotidianis, ob inconuenientia, quæ ſequi poſ-

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, & præcipuè ne Eccleſiæ deficiat diuinus cultus, qui de facili deficere poſſet ob earum diminutionem. Concupiſcêtia enim vtilis etiam temporalis, & timor damni temporalis non ſunt de ſe affectus mali, & ſi in finem honeſtum ordinentur honeſti ſunt. Quod ſi aliqnis vel vltimum finem in hoc temporali intereſſe ponendo, vel illud non ordinando in finem honeſtum peccet, hoc prouenit ex malitia perſonali ſic facientis. Nec ideo lex mala eſt, quia quis malè ea vtitur, & ex illa mali occaſionem ſumit. Licet verò ſimonia eſſet, ſi Clericus ex parte operis adeſſet diuinis officijs principaliter propter lucrandas diſpoſitiones; non eſt tamen ſimonia, ſi concupiſcentia huius vtilis ſit ſolum ex parte volentis motiuum ad hoc vt interſit diuinis horis. Imò neque hoc eſt malum ſi ex honeſto motiuo procedat, cum non ſit contrarium bono ſpirituali illud eſſe temporalitèr vtile. Sed de his videri poſſunt, quæ docui *tract. de elect. cap. 7. quaſt. 3. per totam*. Vbi etiam probatum eſt non eſſe ſimoniam ex hoc quod intentio lucri temporalis ſit pura conditio ſine qua Clericus non adeſſet choro; quia nec de ſe malum eſt, quod amor vtilis ſit motiuum volendi ex parte volentis: nam imo, & in puriſſimo charitatis amore concupiſcentia vtilis eſt ratio amandi ex parte amantis; amicabilia enim, quæ ſunt ad alterum ſunt ex amicabilibus, quæ ſunt ad nos.

SVMMARIVM.

19 *Nedum Canonici, ſed Aſſitij, ſeu Portionarij, aut Manſionarij ſunt particepes diſtributionum.*
20 *Et etiam Canonici ſuper ætate diſpenſati.*
21 *Et etiam ſupernumerarij ſi ruptus eſt numerus.*
22 *Quando cenſeri debeat rumpi numerum Canonicorum dum datur ſupernumerarius.*
23 *Valet conſuetudo, & ſtatutum taxans numerum Canonicorum, & quod impetrans ſupra numerum non habeat diſtributiones.*
24 *Coadiutus ex aſſiſtentia coadiutoris lucratur diſtributiones.*
Coadiutor negligens tenetur ad intereſſe coadiuti. num. 24.
25 *Habenti canonicatum, & dignitatem duplex competit portio.*
26 *Non intereſt an contributiones ſint conflata ex dote dignitatis.*
27 *Intruſo non debentur diſtributiones.*

REGVLA SECVNDA.

19. IN Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis tam Canonici, quam alij beneficiati, & Clerici percipiunt diſtributiones. Hoc idem habetur ex *Clem. 2. de ætat. & qualit. & extrauag. Cum nonnulla, l. prima, ſeu 11. de præbend. & ex* Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 3.* Et aduertunt hic Dom. *num. 4.* Franc. *num. 4.* Rota *dec. 720. part. 3. recent. in fin.* & reliqui DD. omnes. Intelligitur verò regula de illis Clericis, qui ſunt de collegio, ſeu qui in Eccleſijs præfatis habent aliquod officium, ſeu ius, & debitum intereſſendi diuinis officijs. Rota *dec. 322. n. 8. part. 4. recent.* Quocumque nomine nuncupentur, & ſiue dicantur beneficiati, vt in hoc textu, ſiue Aſſitij, vt in *cap. penult. ſup. eod. tit.* ſiue Portionarij, vt colligitur ex Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 3. & 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12.* ſiue Capellani vt ex *Dec. conſ. 280.* & Petr. Nauar. *de reſt. t. tom. 1. l. 2. c. 2. d. 3.* ſiue officiales, vt in Cathed. Mediolanen. teſte Moneta, *p. 2. q. 1. n. 16.* ſiue Manſionarij, vt communiter ferè vbique appellantur. Sic enim & in Martyrolog. Rom. ſub die 14. Aprilis, & 26. Decemb. habetur mentio S. Abundij, & S. Theodori, qui fuerunt Manſionarij Eccleſiæ S. Petri in Vrbe.

20. Extenditur verò primo regula ad Canonicos diſpenſatos ſuper ætate; ex eo enim quod quis diſpenſatus ſuper ætate prouiſus fuit de Canonicatu, Præbenda, fructibus, & ſtallo, debet admitti ad diſtributiones quotidianas prout alij Canonici. Neque enim decretum Concil. *ſeſſ. 22. cap. 4. de reform. & Clem. 2. Vt ij de ætat. & qual.* habet locum in impedito defectu ætatis, nec in legitimè diſpenſato, ſed ſolum in negligente, & volente, ex Gloſſ. *in v. legitimo, in d. Clem.* prout referente Barboſ. *de contr. cap. 21. num. 12. & cap. 37. num. 13. reſoluit* S. Concil. in vna Reatina 10. Iulij 1625. & alia Montis Politiani 13. Ianuarij 1629. & in alia S. Miniati 15. Septembris 1629.

21. Extenditur ſecundò ad Canonicos ſupernumerarios in Eccleſijs, in quibus eſt aſſignatus certus numerus Canonicorum. Sed quia hoc diuerſimodè à DD. explicatur, dic breuitèr, quod per receptionem alicuius Canonici ſupra numerum, vel ſoluitur legitimè, & validè numerus, & in hoc caſu, Canonici ſupra numerum recepti percipiunt diſtributiones; hi enim Canonici ſic validè ſupra numerum recepti abſolutè & ſimpliciter ſoluto, & abrogato numero habent ſtatim omnia iura Canoniæ, veluti ſtallum in choro, & vocem in capitulo, atque ideo poſſunt eligere, & eſſe Delegati Papæ, & habere aliorum Canonicorum prærogatiuas omnes. Staphil. *de forma expect. form. 1. num. 8. & 12.* Mandoſ. *reg. 9. Cancell. q. 10. num. 5.* Grat. *diſcept. 867. n. 8. 6. 5.* Monet. *p. 2. q. 1. à num. 4.* Barb. *de Canon. q. 21. num. 15.* Et ideo videndum eſt, an dum Papa iubet aliquem recipi in Canonicum ſupra numerum, deroget expreſsè numero præfixo, an non deroget. Si enim derogat, Canonicus receptus percipit etiam diſtributiones.

22. Cenſetur verò derogare, ſi Papa iubet, vt Canonicus recipiatur cum plenitudine iuris canonicalis, & ideo tunc Canonicus ſupranumerarius diſtributiones percipit. Panorm. *cap. Cum M. Ferrarienſis num. 32. de conſt.* & ibi Felin. *n. 23.* Staphil. *d. Ferrar. 1. ver. Naſcitur etiam alius effectus.* Butr. *in cap. Pro illorum n. 8. de præb.* Grat. *diſcep. 867. num. 6. tom. 5.* Monet. & Barb. *locis citatis*. Secus verò eſt ſi Papa ſimpliciter mandat aliquem recipi. In hoc enim caſu non cenſetur velle præiudicare Canonicis numerarijs, ſed potius velle creare quoddam ius extraordinarium, & præparatorium ad integrum ius recipiendum. Panorm. *d. nu. 32.* Felin. *d. n. 23.* Et addit Panorm. idem dicendum de recepto authoritate legati, qui non poteſt neceſſitare Canonicos ad recipiendum aliquem contra ſtatuta Eccleſiæ, & illius priuilegia, vt per Gloſſ. *in d. cap. Pro illorum, de præben.* Vbi etiam quis fuit receptus expreſsè vt ſupranumerarius, ſignum eſt, quod Canonici

reci-

Digitized by Google

recipientes noluerunt frangere numerum, & ius integrum de nouo cenſeri iuxta *cap. dilecto de præben.* & ideo in illo caſu receptus diſtributiones non percipit. Panorm. *d. cap. Cum m. n. 31. de Conſtit. & ibi* Felin. *n. 23.* Ripol. *n. 188.* Barb. *de Canon. cap. 21. n. 15.* Et idem dicitur vbi fuerit Conſuetudo, quod Canonicum non poſſit adminiſtrare iura Canonicæ, niſi prius fuerit inſtallatus vt per DD. in *cap. Cum m.* Vbi Ripa *n. 187.* Et aduertit Steph. *d. forma 1. verſ.*

23. Dicitur etiam, de conſuetudine communiter ſeruati, vt creati in Canonicos antequam aſſequantur præbendam intra numerum non participent de quotidianis diſtributionibus, nec de alijs obuentionibus canonicalibus. Imo vocentur Canonici in herba. Hujuſmodi enim conſuetudo valet, ſicut valet ſtatutum taxans numerum Canonicorum in præiudicium expectantium, & ſtatutum, quod impetrans Canonicatum vltra numerum non habeat vocē in Capitulo, & cum impetranti obſtent hæc ſtatuto debet facere mentionem de vtroque. Nam ſi Papa reſcriberet cum clauſula non obſtantibus ſtatutis intelligeretur derogatum ſtatuto taxante numerum, non vero ſtatuto inhabilitante ad vocem Gratian. *diſcep. 867. n. 10. to. 5.* In his ergo ſtandum eſt conſuetudini legitimè præſcriptæ & ſtatutis Eccleſiarum, niſi Papa illis deroget. Vbi vero Pontifex ſic iubet, vt recipiatur aliquis ſupra numerum, quod ponit clauſulam ſine præiudicio antiquorum Canonicorum intelligitur eorum ius præſeruatum quantum ad omnia quæ in litteris non fuerunt expreſſe conceſſa in præiudicium illorum, vt latè explicat. Gratian. *d. diſcep. 687.*

24. Extenditur tertiò ad Canonicum, cui datus eſt coadiutor legitimus, ſiue ſimpliciter, ſiue cum futura ſucceſſione. Huic enim Canonico ſufficit, ſi interſit diuinis officijs per coadiutorem. Nauar. *conſ. 1. alius 2. num. 2. 3. & 6. de Cler. ægrot.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. num. 15. & 119.* Monet. *p. 2. q. 1. num. 22. & ſeq.* Barb. *de Canon. cap. 21. num. 16.* Vnde eſt, quod coadiutor tenetur intereſſe diuinis officijs, alias coadiutus retributiones amitteret, & ſi id eueniret ex culpa coadiutoris, ille teneretur ad reſarciendum coadiuto pro damno & intereſſe. Gonzal. *vbi ſup. num. 121.* Barb. *d. n. 7.* In illis tamen caſibus in quibus ex hoc textu Canonicus abſens à choro diſtributiones lucratur, ſi coadiutor v.g. cauſa infirmitatis non interſit horis canonicis, nihilominus coadiutus diſtributiones lucratur, vt tradunt Nauar. *dict. conſ. 1. num. 5.* Gonzal. *d. §. 9. num. 122.* Barb. *dict. cap. 21. num. 17.* Coadiutor enim non ſibi, ſed coadiuto diſtributiones acquirit, ſic enim in literis coadiutoriæ regulariter continetur, De voluntate tamen coadiuti poteſt ſibi coadiutor acquirere diſtributiones & fructus canonicatus. Nulli vero ex ſupradictis Canonicis debentur diſtributiones ante reſidentiam Concil. Trid. *ſeſſ. 24. c. 12.* Rota *dec. 157. num. 1. p. 2. recent.* quæ addit, quod nec etiam ante emiſſionem profeſſionis fidei. Verum quod Canonici reſidentes, & intereſſentes diuinis officijs lucrentur diſtributiones. Quamuis non præſtiterint fidei iuramentum decrarauit S. Cong. Concilij, prout referunt Fagnan. *cap. olim nu. 62. de verb. ſignif.* & Rubeus *ad d. 576. num. 15. part. 4. 6. 2. recent.* Concilium enim loco citato loquitur de fructibus beneficiorum, non de diſtributionibus, vt quampluribus DD. citatis aduertit Barboſ. *d. cap. 12. ſeſſ. 24.* Conc. Trid. *num 30.* Vbi quod idem dicendum eſt de anniuerſarijs defunctorum, quod de diſtributionibus dicitur, Rota in Varuien. Canonic. 28. April. 13. Iunij, & 4. Februarij 1611. coram Sacrato.

25. Si verò contingat quod aliquis habeat canonicatum ſimul cum dignitate illum non percipere duplicem portionem diſtributionum voluit Frācus hic *n. 2.* Quod & mordicus quampluribus citatis tenet Moneta *p. 2. qu. 4. num. 6. & ſequen.* tamen oppoſitum *in cap. Cum olim, de re iud.* tenuerunt Io: And. Panorm. & Folin. Couar. *l. 3. var. cap. 13. num. 6.* Et ita reſpondiſſe S. Cong. in cauſa Alberti Luti Archipræsbyteri, & Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Senen. die 7. Maij 1602. refert Fagnan. *cap. olim n. 53. de verb. ſignif.* ſed & ita reſpondit Rota *dec. 124. n. 1. part. 4. tit. 2. recent.* poſt aliam Rotam in Seguntina Canonicatus 6. Aprilis 1609. quam dicit fuiſſe à S. Congregation. Eminentiſſim. S. Concil. Interp. canonizatam. Valeret tamen conſuetudo contraria ſi adeſſet.

26. Imo addit ibidem Rota *dec. illa 124.* quod licet diſtributiones regulariter ſint conflatæ ex emolumentis & miniſterijs, nihilominus parum refert an diſtributiones ſint conflatæ ex dote Archidiaconatus, ad hoc vt Archidiaconus, qui ſimul eſt Canonicus duplicem portionem recipiat, quia non ideo diſtributiones minus debentur interreſſenti, vt plenè fuit deciſum in Burgen. diſtributionum. 8. Nouem. 1610. coram Peña.

27. Intruſus tamen in beneficio ſine legitimo titulo diſtributiones non facit ſuas *arg. cap. Extirpandæ §. Qui verò, in fin. de præb.* Labor enim attenditur in habentibus legitimum ingreſſum, & reſidentibus in caſibus, locis, & temporibus permiſſis, non in prohibitis. Caſſad. *dec. 6. num. 1. de Præb.* Fagnan. *cap. Grauis num. 91. de reſtit. ſpol.*

SVMMARIVM.

28 *Diſtributiones non debentur niſi actu inſeruientibus.*
29 *Aliud eſt reſidere in Beneficio, & aliud adeſſe diuinis officijs.*
30 *Proponitur difficultas.*
31 *Canonici debent eſſe præſentes in choro.*
32 *Non tenentur ad cantum figuratum.*
33 *Canonici tenentur lectiones, miſſam, & alia onera beneficio annexa per ſe ipſos exercere.*
34 *Nec valet ſtatutum, aut conſuetudo in contrarium.*
35 *Et idem dicendum etiam dum idem habet plura beneficia.*
36 *Pœna debita non obeuntibus munera per ſe ipſos.*
37 *Canonici tenentur pſallere in choro.*
38 *Expenditur textus cap. ſi quis Præsbiter 92. diſt.*
39 *Ex quo iure teneatur Canonicus ad pſallendum.*
40 *Expenditur cap. 1. de celebr. miſſ.*
41 *Ex quo ſuperiores debent compellere Canonicos ad*

Digitized by Google

ad pſallendum colligitur Canonicos debere pſallere.

42 *Idem probatur ex Concil. Trid.*

43 *Canonici in choro de iure ſcripto tenentur alta voce pſallere.*

44 *Expenditur textus huius decretalis.*

45 *Declarationes aliqua Sacra Congregationis.* 46

47 *Ex his probatur neceſſitas pſallendi alta voce.*

48 *Canonici in choro priuatim horas recitantes non lucrantur diſtributiones.*

49 *Hoc fallit ſi ex fundatione ſufficit præſentia Canonicorum.*

50 *Fundatio huiuſmodi præteudi non poteſt.*

51 *Canonici in choro mente ad diuina attendere debent.*

52 *Iuſtum impedimentum excuſat ab actuali cantu.*

53 *Iuſtum impedimentum non eſt ignorantia actus, aut nobilitas perſoua.*

54 *Quid ſi fuit erratum in pſalmodia.*

55 *Quid ſi Canonicus alterius chori pſalmodiam non percipit.*

56 *An qui ſubmiſſe recitat totum reſtituere debeat.*

57 *Dum pulſantur Organa ſufficit ſi Canonicus audiat pronunciata ſine cantu.*

58 *Summa regula data.*

59 *Canonico abſenti à choro in tribus menſibus ſibi à Concilio conceſſis non debentur diſtributiones.*

60 *Nec familiari Papa, aut Regum, aut Legatorum.*

61 *Nec priuilegiato vt percipiat fructus ac ſi reſideret.*

62 *Quid de Auditoribus Rota.*

63 *Quid de Inquiſitoribus.*

64 *Temporale eſt priuilegium conceſſum Conſultoribus.*

65 *Et Cruce ſignatis.*

66 *Perpetuum verò conceſſum Collectoribus Cameræ.*

7 *Nec Canonici abſentes vel quia inſeruiunt Epiſcopo, vel viſitant iuriſdictionem &c. percipiunt diſtributiones.*

68 *Nec Vicarius Epiſcopi, nec Vicarius Capituli.*

69 *Plures Caſus in quibus Canonicus ſi abſit amittit diſtributiones.*

70 *Vbi non ſunt diſtributiones quotidiana non procedit regula textus.*

70 *De mente Concilij Trid. vbi non ſunt diſtributiones ſeparanda eſt pro illis tertia pars fructuum.*

71 *Sub regula non comprehenduntur Eccleſia Regulares.*

72 *Concilium non reuocauit ſtatuta facta in limine fundationis.*

73 *Nec ſtatuta confirmata à Papa, vel indulta Pontificia.*

74 *Canonici aſſotiantes Epiſcopum ad limina percipiunt diſtributiones.*

75 *Tres caſus excepti remiſſiuè.*

75 *Et vbi ſit conſuetudo legitimè præſcripta vt abſentes ex iuſta cauſa ſatisfaciant miſſis per aliũ, vt participent diſtributiones.*

REGVLA TERTIA

28 DIſtributiones quotidianę non debentur Canonicis, Beneficiatis, aut Clericis Cathedralium, aut Collegiatarum Eccleſiarum ex eo quod ſint præſentes in locis, in quibus Eccleſiæ præfatæ ſitæ ſunt, ſed ſolum ex eo, quod in eiſdem Eccleſijs diuinis officijs adſunt. Habetur hoc idem *cap. de catero ſup. eod. tit. & cap. licet de præben. & cap. 3. ſeſſ.* 21. & 22. *& cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *Concil. Trid.* Et tradunt DD. omnes de diſtributionibus quotidianis agentes.

29 Itaque aliud eſt præſens eſſe ſeu etiam in Eccleſia reſidere, & aliud eſt diuinis officijs intereſſe. Ille enim dicitur præſens, qui eſt in loco, vbi eſt Eccleſia, & nihil amplius importat reſidere, *cap. Epiſcopus diſt.* 41. vbi de Epiſcopo ſtatuitur vt hoſpitium habeat prope Eccleſiam. Et ſic Beneficiatus dicitur reſidere in Beneficio ſi habitat in loco, vbi eſt Eccleſia in qua eſt beneficium. De quo videri poſſunt, quæ dixi *tom.* 1. *de ſtat. q.* 185. *a.* 5. *à num.* 13. vbi late de reſidentia Epiſcoporum, & Parochorum. Sed ad lucrandum diſpoſitiones non ſufficit præſentia, aut reſidentia in loco beneficij, ſed neceſſe eſt, quod Beneficiatus diuinis interſit officijs, Et ſi non interſit priuatur diſtributionibus nulla obſtante appellatione, quæ in hac materia non admittitur quantum ad effectum ſuſpenſiuum. 1. Cong. Regul. 10. Iunij 64.

30 Plura autem ſunt quæ circa intelligentiam huius regulæ à DD. controuertuntur. Primum verò & principale eſt, quid importat hæc intereſſentia diuinis officijs, qua deficiente non poſſunt Canonici, aut Beneficiati lucrari diſtributiones. Eſt verò præcipuè dubium an ſufficiat Canonicos præſentes eſſe in choro dum diuina perſoluuntur, & ſaltem an ſufficiat eos priuatim recitare diuinum officium, vel potius ſit neceſſe eos alta voce pſallere, & quæ canenda ſunt canere. Diligenter propterea inſpicienda ſunt diuerſa iura quæ ad quæſtionis reſolutionem conducunt.

31 Eſt autem primo certum corporalem præſentiam & reſidentiam in choro tempore diuinorum officiorum eſſe neceſſariam, minimeque ſufficere extra Eccleſiam & Chorum priuatim horas canonicas recitare. Ex hoc enim textu requiritur huiuſmodi Beneficiatos & Canonicos adeſſe in Eccleſia diuinis officijs. Quod etiam requiritur in Extrauag. Cum nonnullæ, 11. *de Proban. & in Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 12. 5. Præterea; & hoc nullus DD. negat.

32 Secundo conſuetudo vniuerſalis demonſtrat, non teneri Canonicos canere cantu, vt dicunt figurato, & ſic quando officium diuinum in toto, vel in parte perſoluitur in cantu figurato, ad canendum teneri vel manſionarios, vel Capellanos, vel Cantores ad id deputatos Petr. Nauar. *l.* 2. *de reſt. cap.* 2. *d.* 3. *num.* 205. *Comit. lib.* 1. *reſp. mor. q.* 62. *num.* 2. *in fin.* Moneta *de diſtrib. p.* 2. *q.* 2. *num.* 5. Leſſius *l.* 2. *cap.* 34. *d.* 33. *num.* 185. *&* 186. Bonac. *diſp.* 2. *de hor. q.* 1. *p.* 3. *num.* 4. Palaus *tract.* 1. *diſp.* 3. *p.* 3. *num.* 2. Barboſ. *de Canon. cap.* 34. *num.* 14. & apud eum

Cæned. Sebaſt. Cæſar, & Trullench. Neque enim Canonici, imo vel Beneficiati per ſe tenentur huiuſmodi cantum ſcire, vel Canonicorum grauitatem decet eos tali cantu vti, neque adeſt canon, qui hoc præcipiat. Idem verò dicendum putat Moneta de cantu firmo, quoad antiphonas, reſponſoria, verſiculos, introitum miſſarum, tractus, gradualia, offertoria, communiones, & alia huiuſmodi, quæ ſolent decantari per Portionarios, ſeu Manſionarios ad lectoralia. Nam neque de hoc extat lex aliqua Canonicos obligans, & conſuetudo habet vt id non præſtent Canonici vbi ſunt Portionarij, ſeu Manſionarij, aut Cappellani. Vbi tamen iſti inferiores Clerici non adeſſent, tenerentur Canonici ipſi huiuſmodi onus ſubire, alias nec muneri ſuo ſatisfacerent, & diſtributiones amitterent. Et etiam ad huiuſmodi cantum firmum tenentur vbi adſit conſuetudo.

33 Tertio obſeruari debent decreta Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4.* vbi Concilium vult vt eos, quibus Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs Dignitates Perſonatus, officia præbendas, & portiones, aut alia beneficia obtinentibus onera varia ſunt annexa, videlicet, vt alij miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, Epiſcopi cogant, *diebus ſtatutis dictos ordines per ſe ipſos exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præſtare, ſub eiſdem, & alijs, grauioribus pœnis arbitrio eorum imponendis. Et ſeſſ. 24. cap. 12. Omnes verò diuina per ſe, & non per ſubſtitutos, compellantur obire officia, & Epiſcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti adſiſtere, & inſeruire, atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteque laudare.*

34 Ex his enim habetur huiuſmodi dignitates Canonicos, ſeu Beneficiatos teneri per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos obire diuina officia ſuæ Dignitati aut Canonicatui, aut Beneficio incumbentia, vt cantare Miſſam, Euangelium, Epiſtolam in ſuis hebdomadis, aut diebus, & Epiſcopo celebranti ſolemniter, aut Pontificalia exercenti adeſſe. Quod ſi iuſto impedimento aliquis impediatur, tunc alias eiuſdem tamen ordinis, ſcilicet dignitas Dignitatē, Canonicus Canonicum, Portionarius Portionarium in ſua quiſq. hebdomada ne ordinem & graduum prærogatiuæ confundatur poterit, & debebit deputare. Quod procedit etiam ſi factum fuerit ſtatutum in contrarium, vel etiam huiuſmodi ſtatutum aut conſuetudo fuiſſent ante Concilium. Quæ omnia etiam reſpectiuè declarauit S. Congregatio Concilij vt in ſequent. declarationibus, quas refert Garz. *p. 3. cap. 2. num. 495. & 496. An Canonici*, inquit, & ideo quod huiuſmodij Dignitates Canonici, Portionarij &c. cum poſſint præfatis oneribus ſatisfacere per alium docuerunt Azor. *p. 2. l. 6. cap. & q. vlt.* Garzias *num. 494. & ſequent.* Moneta p. 2. *q. 2. concl. 7. n. 9. & ſequent.* Fagnan. *cap. licet num.* 82. & 83. *de præbend.* Vbi quod non valet conſuetudo in contrarium. Barboſ. *ad cap. 12. Concil. Trid. ſeſſ. 24. poſt* Trullench *in Decal. l. 1. c. 7. d. 31. num. 3. & Rotam dec. 659. num. 3. p. 4. diuerſ.* Vbi ex eadem Rota, quod non valet ſtatutum in contrar. An tamen ſi contraria conſuetudo introducta ſit poſt Concilium valeat, dicendum erit infra regula decima.

35 Quod extenditur, vt ſit verum etiam quando duo beneficia concurrunt in vna perſona, vt quia quis obtinet Dignitatem cum Canonicatu hoc enim caſu (niſi vnio facta ſit non æque principaliter ſed acceſſoriè ita vt beneficium vnitum per viam incorporationis extinctum maneat, quantum ad titulum & effectum & factum vnum cum beneficio cui eſt vnitum,) ſed vel beneficia non ſint vnita, vel ſint vnita æquè principaliter, vel vnio facta acceſſoriè facta ſit ad vitam, vel beneficium vnitum etiam ſi vnio facta ſit acceſſoriè non extinguitur quantum ad titulum, vt cum Dignitate vnitur Canonicatus, talis beneficiatus habens in Cathedrali aut Collegiata plura ſimilia beneficia, aut officia, tenetur per ſe ipſum vtriuſque vel omnium beneficiorum ſimilium, quæ habet obire munera, niſi ſeruitia ſimul concurrant, & ab vna perſona eodem tempore nequaquam præſtari poſſint; tunc enim vnum ſeruitium per ſe ipſum præſtare debebit, & poterit aliud modo ſupradicto præſtare per alium prout apud Garz. *p. 3. cap. 3. num.* 501. *& ſeq.* declarauit pluries S. Congregatio Concilii. Et quidem primo in vna Seguntina, quæ ſic ait. Obtinens. Et idem dixit Rota in Burgen. *ſeruitij 28. Febr. 1594. coram litta.* Quod & aduertit Barboſ. *cap. 12. ſeſſ. 24. Conc. Trid. num.* 113. Et in vna Abulen. quæ ſic habet. Illuſtriſſimè. Sicut quod vnio facta ſit acceſſoriè in perpetuum extincto titulo beneficij vniti non teneatur beneficiatus præſtare ſeruitia beneficij ſic vniti apud eundem Garz. declarauit S. Cong. & dixit Rota in Burgen. ſeruitij 13. Iunij 1594.

36 Hæc autem obligatio præſtandi ſeruitia præfata per ſe ipſum, & non per ſubſtitutum aut Vicarium eſt ex ſuo genere grauis, & obligans ad mortale, vt adnotauit Garz. *d. c. 2. n.* 50. *Et pœna lata in d. cap. 4. ſeſſ. 22. Concil. Trid.* contra non præſtantes per ſe ipſos ſeruitia ſui beneficij in Cathedralibus, & Collegiatis eſt illa, quæ fuit ſtatuta in Clem. 2. *Vt ij, de ætat. & pſal.* contra non ſuſcipientes ordines infra annum, & hæc eſt priuatio dimidiæ partis diſtributionum. Hæc vero pœna intelligitur de diſtributionibus quotidianis propriè dictis, non verò de extraordinarijs, quæ dantur pro funeribus, aut officijs defunctorum Mon. *p. 1. q. 3. num.* 3. Niſi diſtributiones funeralium ſint vnitæ cum horis. Garz. *in add. ad d. p. 3. cap. 4. num.* 15. Barboſ. *ad d. c. 4. ſeſſ. 22. Conc. Trid. num. 21. & de Canon. cap. 16. num. 13. Vbi n.* 14. quod priuatio præfata dimidiæ partis diſtributionum intrat etiam ſi alia pars non ſufficiat ad ſuſtentamentum Beneficiati Gloſſ. *in d. Clem. in v. pars dimidia. & n.* 15. Etiam ſi beneficiatus interſit diuinis officijs. Hæc tamen pœna in noſtro caſu non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt ex verbis illis Concilij habetur, ſcilicet, ſub *eiſdem pœnis & alijs grauioribus pœnis imponendis.*

37 Quarto ex præfato decreto Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12.* expreſsè habetur, Dignitates, Canonicos, & alios beneficiatos in Cathedralibus, & Collegiatis ad pſallendum in Choro ſeu canendum pſalmos, & hymnos poſſe & debere cogi per Epiſcopos ſub eiſdem pœnis amiſſionis

quo-

Digitized by Google

quotidianarum diſtributionum & alijs. Quod etiam habetur ex *Clem. 1. de celebr. miſſ.* & *aduerterunt* Armilla *in. v. Hora quæſt.* 21. Petr. Nauar. *de reſtit. l. 2. d. 3. num.* 220. Moneta *p.* 3. *q.* 2. *Concl.* 3. *num.* 13.

38 Quinto conſiderandum eſt decretum Martini Papæ, quod habetur *cap. fin. diſt.* 92. *Si quis Præsbiter, aut Diaconus, vel quil bet Clericus Eccleſiæ deputatus, ſi intra Ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi officium matutinis, vel veſpertinis horis ad Eccleſiam non venerit, deponatur à Clero, ſi tamen caſtigatus veniam ab Epiſcopo per ſatisfactionem voluerit promereri.* Conſiderari enim, debet, quod cum pœna non poſſit inſligi iuſtè niſi ob culpã: cum Pontifex decernat eſſe puniendum, & quidem pœna grauiſſima, qualis eſt pœna depoſitionis à Clero eum, qui Eccleſiæ deputàtus non venit ad quotidianum pſallendi officium matutinis, & veſpertinis horis; manifeſtum eſt indicio Pontificis peccare eum, qui id non præſtat. Sed nunquid dici poterit, quod ad vitandum hanc pœnam ſufficiat venire ad Eccleſiam, & ad Chorum conuenire? Taliter interrogantem ſi quis interroget, & dicat, Aduocato & ex pretio conuento vt veniat ad vineam, ad illam putandũ ſufficiat, ſi ad campum veniat, & ibi otioſus maneat, aut in acie opere non requiſito, ſe exerceat, reſpondebit non ſufficere. Qui enim conuenitur vt veniat ad operandum, conuenitur principaliter ad opus præſtandum in loco, non verò ad localem præſentiam tantum. Sic ergo puerile, imo ſacrilegum eſt & contra iuſtitiam virtutis religionis imaginari, quod deputatus ad hoc vt veniat ad Eccleſiam, & Chorum ad quotidianum pſallendi officium matutinis, & veſpertinis horis ſatisfaciat deputationi, ſi ad Eccleveniat, aut ad Chorum, & ibi non pſallat, ſed otioſus maneat, vel quodcumque aliud faciat.

39 Et ideo Turrecremata *ad d. cap. fin. diſt.* 92. inquit, quod huiuſmodi Clericus deputatus tenetur triplici ratione intereſſe diuinis ſcilicet ratione ordinis, ratione intitulationis, & ratione beneficij. Quamuis enim, vt ipſe *ibid. docet num.* 3. Clerici non deputari alicui Eccleſiæ non teneantur ratione Ordinis recitare Officium in Eccleſia, ad recitationem tamen officij tenentur, ſi ſint in ſacris. Qui verò ſunt deputati ad Eccleſiam, & Chorum tenentur iuxta chori exigentiam publicè in Choro Officium recitare, cum ad id ſint deputati. Non video tamen quomodo diſtinguantur in propoſito titulus deputationis, à titulo beneficij. Quia titulus deputationis ad diuina celebranda, ex quo tali deputato debetur, & datur ſufficiens ſuſtentamentum, eſt titulus beneficij. Niſi præter communem titulum deputationis habetur alius titulus beneficij, ex quo Clericus ad diuinum Officium obligetur in eodem Choro, & Eccleſia perſoluendũ. Hoc valde eſt conſiderandum, quod hæc obligatio eſt iuris diuini & naturalis, procedit enim ex vi deputationis, & cuiuſdam quodammodo pacti, & conuentionis, vnde eſt obligatio illius iuſtitiæ altiſſimæ, quam ad Deum primo, & conſequenter ad Eccleſiam, & inſtitutorem beneficij fert ſecum virtus Religionis, ſic obligantis ad Dei cultum præſtandum in Choro eos, qui ad id deputati ſunt.

40 Ad hoc idem facit *Clem. 1. de celeb. miſſ. ibi* plerique Eccleſiarum miniſtri, modeſtia Ordinis Clericalis abiecta. *Dum offerre Deo ſacrificium laudis fructum labiorum ſuorum in puritate conſcientiæ & animi deuotione deberent, horas canonicas dicere, ſeu pſallere transcurrendo, ſyncopando, & extranea quidem, & plerumque vana prophana, & inhoneſta intermiſcendo quia, tarde ad chorum conueniendo, ſeu Eccleſiam ipſam abſque rationabili cauſa ante finem officij exeundo &c.* & infra. *Nec cum vt in Cathedralibus, regularibus, & Collegiatis Eccleſijs horis debitis, deuote pſallatur in alijs verò conuenienter, & debitè celebretur diuinum diurnum, & matutinum officium, ſi Dei & Apoſtolicæ Sedis indignationem euitare voluerint, ſolicitam curent diligentiam adhibere, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam dummodo ad illos eam exercere pertineat, aliſque opportunis remedijs compeſcendo &c.* In hoc enim textu, quod miniſtri Eccleſiarum, quales præcipue ſunt dignitates, Canonici, & in Eccleſijs Cathedralibus, & collegiatis beneficiati, teneantur pſallere & Deo ſacrificium laudis fructum labiorum offerre, & horas canonicas dicere in Eccleſijs ad quarum ſeruitium deputati ſunt aſſeritur, & etiam ſupponitur tanquam de iure debitum, & præcipitur Superioribus vt curent præfata præſtari, etiam contradictores per cenſuras, & alia iuris remedia compeſcendo.

41 Et aduertendum quod non datur Superioribus facultas præcipiendi & de nouo cultum alias non debitum, vel pſalmodiam ad quã alias Miniſtri Eccleſiarum non teneantur inducendi; ſed iniungitur eis, vt curent diligenter, vt in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs pſallatur horis debitis, nimirum ſecundum quod miniſtri talium Eccleſiarum tenentur pſallere tam de die, quam de nocte. Neque huiuſmodi cura ſuperioribus iniungitur tanquam de conſilio, ſed vt ipſi Dei, & Sedis Apoſtolicæ indignationem euitent. Eſt autem certum Epiſcopos, & Superiores non teneri ex præcepto Dei, & Eccleſiaſtico ad vitandam Dei & Eccleſiæ indignationem, curam habere, & per cenſuras, & pœnas compellere Eccleſiarum Miniſtros ad id, ad quod ex ſuo miniſterio non tenentur. Quod ſi contingat aliquod non neceſſarium fieri neceſſarium prius præcedere debet præceptum obligans ad ſic faciendum, quam cohibitio per pœnas ad id præſtandum.

42 Eandem vim habet decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 12. ſupra relatum, in quo decernit, vt in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs Clerici omnes compellantur diuina per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos præſtare, & in choro ad pſallendum inſtituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteque laudare. Sic enim & hæc compulſio ſupponit in præfatis Clericis obligationem ad pſallendum, & Deum voce laudandum. Dicitur vero chorus ad pſallendum inſtitutus, ex eo quod ſic inſtitutus ad publicam, & communem Clericorum pſalmodiam; & ita vt vbi alternatim cantatur vnus chorus alta voce ita pſallat, ſeu cantet vt alter chorus audiat, & intelligat, & ſic omnes in Dei laude communicent; quod non fieret ſi choriſtæ priuatim, & ſubmiſſe horas recitarent,

vt poſt Caiet. *loco vbi ſupra citato* DD. communiter tradunt. Qeando igitur Concilium præcipit; vt in choro ad pſallendum inſtituto Clerici hymnis & canticis Deum diſtinctè laudent, præcipit vt Deum alta voce laudent, & vt ita pſallant vt vnus chorus aliũ audiat, & intelligat.

43 Quamobrem dicitur nedum Manſionarios, aut Portionarios, ſeu infimos Clericos, ſeu Canonicos, & dignitates in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis teneri in conſcientia ſub præcepto ex ſuo genere obligante ad mortale pſallere, ſeu cancre, & alternatim cum alijs vel ſimul cum cæteris, pſalmos, cantica, & alia diuina prout chorus obligat alta voce recitare. Ita Caiet. *tom. 1. opuſ. tract. 31. reſponſ. 8. & in ſum. v. horæ Canonicæ* Armill. *eod. verb. n. fin.* Nauar. *de orat. cap. 10. num. 41. & cap. 11. in fin. & cap. 13. num. 17. Et* Miſcell. 79. *& conſ. 13. de celeb. miſſ.* Sotus *l. 10. de iuſt. q. 5. n. 4. circa medium* Petrus Nauar. *de reſt. l. 2. cap. 2. n. 219.* Raphael. *à Turre de Relig. tract. de hor. Canon. contr. 10. diff 6.* Azor. *p. 2. cap. 11. q. 5. & 7.* Suarez *de Relig. tom. 2. tract. 4. l. 4. cap. 12. à num. 8. leſſ. l. 2. cap. 54. dub. 33. num. 184.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. p. 3. in fin.* Palaus *tom. 2. tract. 5. diſp. 3. p. 3. num. 4.* Garc. *de Benef. p. 3. cap. 5 13.* Et apud eum Sandoualis Beias Graff. Techius, & Vgol. Barboſ. *de Canon cap. 34. num. 9.* Et apud eum Trullench, Fauſtus, Vulpes Sebaſ. Cæſar. *diuer.* Bonat., Layman., Squillante, Rodriq. Fernandez, & alij Petrus de Ledeſma *p. 2. tr. 9. cap. 4. concl. 1. diff. 1.* Lopez *p. 2. cap. 90.* Comir. *p. p. q. 62.* Canonicatus enim deputationem importat ad cultum publicum, & publicam habet teſtificationem, cultus verò iſte conſiſtit in ſacrificijs conficiendis, diuiniſque laudibus celebrãdis; ergo id omne palam, & cum publica teſtificatione fieri debet. Præterea ex Eccleſiæ inſtitutione diuinum officium in choro ita eſt recitandum, vt alteri ab alteris andiantur; clara igitur voce à Canonicis in choro pronunciari debet.

44 Sexto ponderanda ſunt verba huius textus, *licet diuinis officijs non interſint*. Et infra. *Qui eiſdem officiis in ipſis Eccleſijs adfuerint*. Verba enim huiuſmodi intelligi debent de intereſſentia canonicali, propria, ſcilicet, Canonicorum, & ab illis ex officio debita, quæ non important ſolam præſentiam localem, ſed ſimul pſalmodiam, & cantum, vt enim probatum eſt Canonici debent in choro pſallere, & cantare. Et de hac eadem intereſſentia ſermo eſt etiam *cap. de cætero ſup. ord. tit. & cap. licet de praben., & extrauag. 11. de prabend. & cap. 3. ſeſſ. 21. Conc. Trid. & cap. 12. ſeſſ. 24.* Sicut igitur Dignitates, & Canonici non ſatisfaciunt ſuę obligationi licet tempore diuinorum officiorum ſint præſentes in Eccleſia, vel in choro, etiam ſi priuatim in domo, vel in choro ipſo recitent horas canonicas, vt probatum eſt, ita non lucrantur diſtributiones quotidianas.

45 Quod fuit declaratum à S. Congregatione Concilij prout refert Fagnan. *cap. licet numer.* 89. Nam propoſita controuerſia, An ſtantibus Eccleſiæ Conſtitutionibus, quarum exemplum datur in neceſſarijs, & decreto Concilij Tridentini, cap. 12. ſeſſ. 24. verſ. Omnes verò, & conſuetudine Eccleſiæ, etiam poſt Concilium, vt Canonici Beneficiati, & Clerici intonent Antiphonas, inchoent pſalmos, hymnos, inuitatorium, decantent verſiculos, orationes tã ad Miſſas, quam ad omnes horas; decantent lectiones ad matutinum, & capitula, ſeu lectiones breues ad omnes horas, recitent Confeſſionem, & abſolutionem, & fungantur in Miſſa ſolemni, quæ quotidie cãtatur, officio Sacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi, Acolythi, & pariter in officio Mortuorum: in cantando autem pſalmos, & reſponſoria, &c. non ſoleant niſi ad libitum eorum aliqui Cãtoribus, & Capellanis, qui officia diuina decantant, ſuas voces adiungere, plerique verò ſilere, & aſſiſtere: Et ſtantibus Bullis Iulij II. & aliorum, & nouiſſimè Gregorij XIII. & Sixti V. quibus approbatur vſus Cantorum, & Cappellanorum ad dicendum in Choro, cum clauſula tamen vt Canonici, Beneficiati, & Clerici non per hoc à functionibus ſuis abducantur. An poſſint, & debeant cogi omnes Canonici, & Beneficiati, & Clerici ad alta voce in Choro pſallendum, & decantandum horas Canonicas.

Die 12 Nouembris 1592. propoſitum fuit ſupraſcriptum dubium in Congregatione cui interfuerunt decem Cardinales. Et cum fuerit dubium plenè diſcuſſum, octo Cardinales fuerunt illius ſententententiæ, Canonicos Baſilicæ S. Petri tùm ex diſpoſitione iuris communis, tum etiam ex decreto Concilij, cap. 12. ſeſſ. 24 & ex Conſtitutionibus ipſius Baſilicæ teneri ad pſallendum in Choro.

46 Sed conſideranda eſt alia S. Cong. Concilij declaratio per quam prædicta comprobantur, Et quam refert Barboſ. *de Canonicis cap. 34. n. 9.* Nam propoſito dubio, An Canonici, & alij, qui interſunt diuinis officijs, ſatisfaciant eorum muneri exhibendo ſuam præſentiam in choro, etiam quod non cantent, neque pſallant, maximè ſi allegarent ſe eo tempore meditari, vel ſubmiſſa voce dicere, quæ ab aliis cantantur, vel alias pias preces tunc recitare; an verò teneantur præciſe alta, & conſona voce diuina Officia, & horas canonicas recitare, cantare, & pſallere, & aliter non ſatisfaciant muneri, & obligationi; eadem Sacra Congregatio ſub die 20. Aprilis 1602. cenſuit teneri omnino pſallere, alioquin obligationi ſuæ non ſatisfacere. Alta autem voce debent Canonici cantare in choro, & Epiſcopus poteſt illos ad hoc hortari, ſed non cogere.

47 Ex his autem duabus Declarationibus prima & ſibi, & ſecundæ videtur contraria. Nam pſallere nihil aliud ſignificat niſi cantare, vt ex Ambroſ. Calepino habetur non cantatur verò niſi voce ſaltem aliqualiter alta, Cum ergo Canonici teneantur pſallere ex decreto Concilij, & ex ipſa etiam declaratione, tenentur igitur etiam alta voce cantare. Sed & hoc fatetur ipſa declaratio. Sed hoc ſtante non videtur, quomodo ad id faciendum non poſſint cogi per Epiſcopum, cum Epiſcopus cogere poſſit Canonicos ad hoc vt prout tenentur in choro pſallãt. *cap. 1. de celebrat. miſſ.* ſupra relato. Quod ſi dicatur, quod verbum *debent* ſumitur vt eſt idem quod decet, non euitatur difficultas, quia eadem declaratio vult, quod Canonici omninò debeant pſallere, quod etiam, vt dictum eſt Cõcilium

cilium

cilium Trid. mandauit ſed quod mihi auget difficultatem eſt, quod in declarat. S. Cong. Rituum Egitanien. 23. Nouemb. 1602. quam vidi manuſcriptam, non tamen authenticam, adeſt verbum decet, & dicitur quod decet Canonicos alta voce cantare, & propterea quod ad id poſſunt hortari ab Epiſcopo, ſed non cogi interim tamen, quia non video ex quo Barboſa declarationes iſtas ſumpſerit, & de relata à Reuerendiſſ. Fagnan. integerrimo viro, & d. S. Congregationis Secretario non poſſum dubitare, & illa eſt prorſus conformis iuri, & eſt confirmata praxi Baſilicæ S. Petri Romæ, in qua omnes Canonici, & etiam Vicarius Eminenti. Archipræsbiteri alta voce cantant ab illa recedendum, nõ cenſeo, & Canonicos quantum ſit de iure ſcripto teneri ad pſallendum alta voce, credo.

48 Quamuis igitur Canonicos choro corporaliter intereſſentes licet non pſallant, vel cantent, ſed horas priuatim, aut voce ſubmiſſa recitent lucrari diſtributiones exiſtimauerint *Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. n. 514. Sanchez opuſc. lib. 2. c. 2. d. 99. & 100. Et alij apud Garziam, & Dianam. p. 2. tr. 12. de hor. can. reſ. 6. & 7.* & Barboſ. *ad d. cap. 12. Concil. Trid. ſeſſ. 24. num.* 158. Quos non refero, quia inituntur conſuetudine, de qua nunc non loquimur, ſed dicimus, quid ſit neceſſarium de iure ſcripto. De conſuetudine verò erit ſermo infra regula 10. oppoſitum, nimirum quod Dignitates, & Canonici horis ſtatutis in choro non pſallentes aut non canentes pſalmos, & hymnos, & alias præces iuxta regularem chori exigentiam non poſſint percipere diſtributiones docuerunt Nauar. *de orat. cap.* 10. *num.* 47. *& cap.* 11. Sotus. 10. *de iuſt. q.* 5. *n.* 4. *circa medium. Syluŝ in v. hora q.* 2. *&* 10. *num.* 41. *&* Miſcell. 79. Sandoual. *de off. diu. p. 6. cap.* 16. Lopez *in tract. p.* 2. *cap.* 90. Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *l.* 4. *cap.* 12. *v.* 8. *cum. ſeqq.* Azor. *inſtit. p. cap l.* 10. *cap* 11. *q.* 11. Petr. de Ledeſm. *p.* 2. *tract.* 9. *capit.* 4. *concl.* 2. *diff.* 1. Raphael à *Turre de hor. canon. contr.* 10. *diff.* 7. Rodriq. *p. p. capit.* 145. *num.* 5. Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. §. 11. Moneta *de diſtribut. p.* 2. *q.* 2. *concl.* 3. Barboſ. *de can. cap.* 34. *num.* 9. *& ad cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *Concil. Trid. num.* 158. *Comit. p.* 1. *q.* 62.

49 Limitatur tamen hoc, vt non procedat in illis Eccleſijs, in quibus ab inſtitutione vel per inſtitutum à Papa confirmatum ordinatum fuit, vt horæ, & diuina officia cantentur per Manſionarios, & Capellanos, pro Canonicis verò ſufficiat ſola inſiſtentia corporalis vt præbeāt authoritatem choro, & nobilitatem ex ſua præſentia, & interim ipſi voluntariè cantent, ſi volunt, vel cantatis ab alijs attendant.

50 Quamuis verò metaphiſicè loquendo etiam actualis corporalis præſentia ordinata in Dei cultum, ſit quid religioſum, & honeſtum. Et eo magis, quod poteſt adeſſe ſpes, quod Canonici intereſſentes diuinis officijs deuote illa audient, & ſi non voce mente Deum laudent, & & ideo ſi in fundatione Collegiatæ daretur ſtatutum quod obligaret Canonicos ad ſolam corporalem aſſiſtentiam ipſi ex ſola inſiſtentia lucrarentur diſtributiones. Et licet maleſacerent tempore quo Clerus pſallit, aut cantat, aut diuina celebrat confabulando, aut libros non ad Dei cultum ordinatos legendo, aut etiam dormiendo non tamen amitterent diſtributiones. Sed verum nihilominus dedecebit, quod niſi expreſſe conſtet de huiuſmodi fundatione, illa præſumi non poteſt, & in dubio ſtandum eſt iuri, & fundatio debet intelligi facta per conformitatem ad iura, quæ vt probatum eſt, & fatentur vt plurimum DD. in Canonicis requirunt etiam pſalmodiam, & non tantum attentionem ad ea, quæ in choro pſalluntur. Ideo ex DD. qui volunt, quod Canonici ex conſuetudine, aut ſtatuto non teneantur pſallere, plures in illis requirunt attentionem ſaltem externam, vt ſcilicet non ſcribant, non confabulentur, non dormiant, quia aſſiſtentia iſta præcipitur vt actus humanus, & religioſus, & ideò requirit interiorem mentis attentionem ad officia diuina quibus aſſiſtunt. Ita Raphael. *à Turre d. contr.* 10. *diff.* 9. Azor. *p.* 2. *l.* 10. *cap.* 11. *q.* 5. Petrus de Ledeſma *in ſum.* 2. *p. tr.* 9. *cap.* 4. *concl. vl. diff.* 1. *&* 2 Lopez *tom.* 1. *capit.* 246. Vega *p. p. c.* 128. *caſu* 10. Rodriq 1. *p. capit.* 245. *num.* 5. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. §. 1. *num* 19. *&* 21. Barboſ. *de poteſt. Epiſt. all.* 53. *num.* 132. *Palaus diſp.* 3. *p.* 4. *num.* 2. Moneta *de diſtr. p.* 2. *q.* 2. *concl.* 4. Et certè inuerisimile prorſus eſt, quod mens inſtituentium Cathedrales, aut collegiatas Eccleſias fuerit obligandi Canonicos ad ſolam præſentiam in choro, relicta eis libertate nedum non pſallendi, ſed nec attendendi mente ad Dei laudes cum facultate vt etiam ſi in choro confabulentur, aut dormiant, aut quod peius eſt ad illicita, & turpia mentem applicent, adhuc diſtributiones percipiant; neque hæc libertas præſumi poteſt, & niſi ſit euidenter expreſſa, negari debet.

52 Iuſtum tamen impedimentum excuſat à pſalmodia, & cantu in choro. Eſt autem iuſtum impedimentum quicũque actus cum pſalmodia, & cantu incompoſſibilis, qui ſit neceſſarius, & non potuerit, & debuerit haberi ante, vel non poſſit differri poſt, vt eſt actus thurificandi, vel actus inſeruiendi in altari, vel præparandi libros ad pſallendum, & alij huiuſmodi, ita tamen, vt qui ob huiuſmodi actus omiſit aliquã partem horæ Canonicæ illam priuatim ſuppleat Nauar. *de orat. cap.* 10. *num.* 69. *&* 70. *& cap.* 11 *num.* 36. *& ſeqq. & cap.* 16. *num.* 66. Moneta *d. q.* 2. *num.* 45. *poſt D. Ant.* 2. *p. tit.* 9. *cap.* 12. §. 3. Et tamen in hoc locum habere poteſt regula vt parum pro nihilo reputetur, maximè ſi ille, qui impeditur ne pſallat, attendit ad pſallentes. Nam hoc dato ſatisfecit obligationi, qui ſeruit in neceſſarijs ad pſalmodiam, vel ad diuinum officium illudque audit, & illi attendit. Imò ſi ſit præſens in choro, ſufficiet ſi dum habet opus in Dei cultum ordinatum, attendat operi ſuo, vt verbi gratia qui dum cantatur magnificat thurificat Canonicos, ſatisfacit parti ſuę, ſi attendit actui ſuo, & illum perficit dignè, & laudabiliter. Si tamen exierit à choro verbi gratia vt in Sacriſtia ſumat veſtes ſacras, vt procedat ad thurificandum altaria, vel ad inſeruiendum Sacerdoti thurificãti ſupplere debebit priuatim, quod omiſit, quod abſque dubio verum eſt de eo, qui ex alia neceſſitate, quæ non ſpectat ad officium diuinum omittit aliquam partem ho-

ræ,

ræ, vt ſi quis tantiſper exeat à choro ad reſpirandum qui etiam potuit, & debuit præuidere opus ſuum ante chorum, vt qui potuit, & debuit pręuidere lectionem quam cantare debet, & non præuider, licet non amittat diſtributiones, ſi eam præuidet dum alij pſallunt, & ille pſallere deberet, tamen tenetur omiſſum repetere Nauar. *d. c. cap.* 11. *num.* 36. Si tamen hoc frequenter accideret, vel ex induſtria, aut doloſa negligentia amitteret etiam diſtributiones ſi partem notabilem horæ alicuius ex hoc omitteret.

53 Iuſta tamen cauſa non pſallendi, aut canendi non eſt ignorantia cantus, aut defectus vocis, aut prælatio, qua quis in nobilitate, aut ſcientia, aut gradu alios antecellit. Nauar. *dec.* 11. Non quidem excuſat ignorantia, quia qui non callet id, quod eſt officio ſuo neceſſarium, vel non debet officium ſuſcipere, vel debet conari vt adiſcat, vel ſi nequit, vel non vult adiſcere debet priuari beneficio, vel officio iuxta doctrinam Panorm. *cap. Venerabil. de Præben.* Et ideo S. Cong. Regul. 159. Caſſano 6. April. 31. dixit Canonico ad poſſeſſionem Canonicatus admiſſo, ſi neſciat canere dandum eſſe tempus 4. vel 6. menſium, vt adiſcat cantum neceſſariũ, & ſi mediocriter didicerit poſſe tolerari, aliter de alia prouiſione cogitandum. Nec defectus vocis, quia vnuſquiſque ſatisfacit debito ſuo, ſi voce ſibi à Deo donata pro virili Deum laudet. Quod ſi vox eſſet tam abſona vt offenderet ſocietatem, eam Canonicus molire deberet. Quod ſi nequiret, vel nollet, eſſet Canonicatu priuandus, quia quæ ſunt Canonici implere non poſſet, aut nollet, vel à Superiore diſpenſationem obtinere deberet. Non dignitas, quia dignitas parui momenti eſt ad excuſandum à muneribus ſpiritualibus; imò dignitatis eſt poſſe, ſcire, & velle Deum laudare. Et quod Caiet. in u. horæ canonicæ dixit, quod maiores debent meditari intus, quæ ab alijs voce proferuntur, communiter à DD. reijcitur.

54 Si verò contingat, quod chorus erret, & vnum pro alio cantet non obligari ad ſupplendum errorem conuentualiter cantando quod cantari debet, ſed ſufficere ſi ſinguli ſingulatiter defectus ſuppleant Card. ex Turrec. *in cap. Clerici victum, diſt.* 91. *n.* 7. *&* Card. Alex. *ibidi n.* 7. *tradit* Nauar. *de orat. cap.* 10. *num.* 58. *quem ſequitur* Moneta *d. q.* 2. *num.* 48. licet ſi ſine ſcandalo id fieri poſſet, ſatius eſſet ſi chorus conuentualiter errorem emendaret.

55 Quod ſi contingat quod Canonicus pſallat, & partem ſuam cantet, & attendat ijs, quæ ab alia parte chori cantantur, ſed ea percipere non valeat, id ſufficere quantum ad percipiendas diſtributiones, modo Canonicus ſuppleat, quæ non audiuit, tradunt Palaus *tract.* 7. *tom.* 2. *diſp.* 3. *p.* 4. *num.* 6. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. §. 1. *num.* 10. & apud eum Reginald. Sed dicitur quod Superiorum eſt curam habere, vt chorales reuerenter, & diſtinctè laudes Dei proferant Canonicus, & quicumque alius obligatus ad chorum ſatisfacit, nec tenetur ſupplere ſi audito ſono alterius chori non percipit cantata ab ipſo, ſi cantata audiat et illis attendat, quia facit quod in ſe eſt, ſi attendit. Eo magis quod per ſe ad orationem non eſt neceſſe quod orans intelligat ſenſum orationis, quam recitat. Et præcepto de audiendo miſſa ſatisfacit, qui nihil percipit eius, quod ſacerdos dicit. Ita ex quo Eccleſia admittit modum recitandi horas in choro alternatim, Clericus deputatus ad Chorum tenetur pro ſua parte diſtinctè pſallere, & attendere ad ea, quæ ab alia parte recitantur, & in hoc facit, quod in ſe eſt, & hæc attentio eſt actus religionis, & Dei cultus. Nec obligatus ad chorum obligatur ad amplius. Ita Suarez malè citatus à Palao pro oppoſita ſententia, *tom.* 2. *tr.* 4. *l.* 4. *cap.* 28. *num.* 15. Sà *verbo hora num.* 9. Hæc tamen doctrina non procedit in eo, qui non ex debito, ſed voluntariè recitat horas alternatim cum alio, & non poteſt alterius partem percipere; hic enim non facit quod in ſe eſt vt plenè horas recitet.

56 An verò qui adeſt choro, ſed non pſallit, ſed vel domi priuatim, vel ſubmiſſa voce in choro recitat horas, vel attendens ad partem quam alius chorus cantat, ſubmiſsè partem ſui chori recitat amittat totas diſtributiones, vel ſolam partem; dicendum eſt infra regula Octaua.

57 Quando autem inter pſalmos pulſantur Organa verſus illi reſpondentes debent ab aliquo pronunciari. Sed illis auditis vel ſi non pronunciantur ab aliquo, illis ab ipſo priuatim recitatis non credo, quod Canonicus teneatur attendere ad ſenſum vel verba pronunciata, vel tunc mentaliter orare, donec ſonus terminetur; quia ſatisfecit muneri ſuo cantando ſuam partem, & alteram audiendo. Non igitur amittit diſtributiones in toto, vel in parte, ſi tunc vel cum alio loquatur, vel mens eius ad alia non illicita ſe vertat. Nimis enim graue eſſet, Canonicum obligari ad mentalem orationem ſupra vocalem, ad quam tenetur. Ideo quando integræ veſpere vel Miſſæ, aut aliæ horæ à Muſicis cantantur, tenetur quidem Canonicus ad recitandas horas priuatim, vel ſubmiſſe, & ad hoc vt choro aſſiſtat, ſed nimis graue eſſet illum obligare ad hoc vt cantatis attenderet, vel mentaliter oraret. Huiuſmodi enim modus celebrandi diuina eſt ad ſolemnitatem, & ad inducendum populum ad deuotionem, & viſitationem Eccleſiæ, non verò ad augendum onus Canonicorum.

58 Sic igitur explicata regula, & conſtito quod in Canonicis ad lucrandum diſtributiones non ſufficit præſentia in loco Eccleſiæ. imò nec præſentia corporalis in Eccleſia vel in choro. Sed eſt neceſſaria intereſſentia Canonicalis, per quam Canonicus adſit vt diuina officia celebret, & pſallat, & cantet, quæ cantanda ſunt, ampliatur, & explicatur regula multipliciter.

59 Quidem primo, vt in tribus menſibus vacantiæ Canonicis conceſſis à Concilio non poſſint à non intereſſentibus actualiter percipi diſtributiones, prout pluries declarauit S. Cong. Concilij apud Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 249. *& ſeqq. & tradunt* Probus ad Monac. *hic. num.* 34. Azor. *p.* 2. *l.* 7. *c.* 7. *q.* 6 Raphael *à Turre tract. de hor. Canon. cont.* 10. *diſp.* 4. *&* 5. Garz *vbi ſup. & apud eum alij plures.* Fagnan. *cap. licet. num.* 92. *de Præb.*

Rub.

Rub. ad dec. 576. num. 151. part. 4. tom. 3. recent.

69 Secundo nec qui manet in ſeruitio Pontificis, percipit diſtributiones quotidianas, ſi actualiter non ſeruit Eccleſiæ, & nō adeſt diuinis officijs, vt eſt textus clarus *in cap. Cum dilectus, de Cler. non reſid. iuncta Gloſſ. ibid. &* Panorm. *num. 5. & 4. hoc text.* Gloſſ. *in n. ad fuerit,* Io. And. *num. 2.* Archid. *num. 1.* Gloſſ. *in v. exceptis, cap. fin. de reſcript. in hoc 6.* Garz. *p. 3. cap. 2. num.* 385. Rota *in vna Ilerden. diſtribut. 2. Iunij* 1548. *coram* Gipſio Fagnan. *cap. licet. num. 99. de præben.* Moneta *p. 2. q. 6. tom. 2.* Vnde multo magis hoc idem verificatur in familiaribus Cardinalium etiam legatorum à latere, Monet. *d. q. 9. concl. 2.* Imo nec familiares Regum, aut Principis cuiuſcumque excuſantur à reſidenria, & intereſſentia, Et quidquid ſit de tempore ante Concilium Triden. nunc familiares Regum & Principum in abſentia nedum non percipiunt diſtributiones, ſed nec fructus beneficiorum, cum priuilegia huiuſmodi ſint reuocata per Cōcil. & Pium IV. Vnde quod dicunt Nauar. *in man. cap. 25. num. 121.* Rodriq. *in ſum. 36. num. 3. &* Vega *p. p. cap. 36. caſu 41.* Intelligendum eſt de priuilegijs, ſi quæ illis conceſſa ſunt poſt Concil. Trid.

61 Nam tertio conſiderandum eſt, quod licet. Huiuſmodi priuilegijs præfati Papæ, aut Principum familiares in abſentia percipiant fructus beneficiorum aut etiam diſtributiones iuxta tenorem priuilegiorum, hoc ſemper conſiderari debet, quod ſi priuilegium aliquibus concedat in abſentia perceptionem fructuum aut prouentuum, quæ proueniat præſentibus, & reſidentibus, ac ſi eſſent præſentes ac reſiderent, niſi dicatur ac ſi diuinis officijs adeſſent, aut intereſſent, huiuſmodi priuilegia non iuuant ad hoc vt abſentes percipiant diſtributiones. Gloſſ. *in v.* adfuerint, quam ab omnibus approbatam dicit Couar. *l. 3. variarum. cap. 13. num. 2.* Dom. *§. ſtatuimus num. 2. poſt* Io: And. Franc. *in fin.* Fagnan. *cap. licet. num. 10. & ſeqq. de Præben.* Rub. *ad dec. 576. num. 155. part. 4. tom. 3. recent.* Etiamſi in priuilegio indultum ſit Beneficiato, vt inſeruiat Eccleſiæ per Vicarium, quia diſtributiones quotidianæ non debentur niſi inſeruienti actualiter per ſe ipſum, Couar. *d. cap. 13. num. 2.* Et etiam ſi indultum ſit vt Beneficiatus percipiat fructus cum integritate illa, cum qua perciperet, ſi reſideret Cauad. *dec. 1. de cler. non reſid.* Reſidentia enim ſine intereſſentia non iuuat ad percipiendum diſtributiones debitas ſolis intereſſentibus *Lother. de re benef. l. 1. q. 29. n. 41.*

62 Auditores autem Rotæ ex priuilegio lucrari diſtributiones non obſtante quod non interſint, dicunt Barboſa *de Canon. cap. 24. n. 1. & de off. Epiſ. all. 53. num. 155. Et ad cap. 112. Conc. Trid. ſeſſ. 24. num. 75.* & apud eum Zalch. Cenod. & Sanctarell. Item Palaus *tr. 7. diſp. 3. p. 9. §. 8. num. 3.* Adducunt verò priuilegium Clem. 7. Sed certè Clem. 7. *in Conſtit. Conuenit 19. in Bull. Rom.* quæ fuit data 5. Aug. 1525. expreſſe excipit & negat Auditoribus Rotæ non reſidentibus poſſe percipere diſtributiones quotidianas. Præter quam quod omnia priuilegia ante Concil. Trident. quantum ad hoc conceſſa fuiſſe per idem Concilium & per Conſtit. Pij IV. confirmantis illud reuocata certum eſt, & id habetur declaratum à S. Cong. in vna Abulen. quam refert Garz. *p. 3. cap. 2. num.* 423. Vnde, niſi Auditores Rotæ, aliud habeant priuilegium, non poſſunt in abſentia percipere quotidianas diſtributiones.

63 Inquiſitores verò contra hæreticam prauitatem datos gaudere priuilegio percipiendi nedum fructus, ſed diſtributiones quotidianas ex conceſſione nedum Pauli Tertij. Sed Pij V. referunt Carena de *Offic. Inquiſ. p. p. tit. quinto §. 13. num. 5.* Barboſa *de canon. cap. 24. num. 2. & de poteſt. Epiſ. all. 53. num. 156.* Diana *p. 4. tr. 8. reſol. 71.* Palaus *tom. 2. tr. 7. d. 3. p. 9. §. 8. num. 3.* Et apud iſtos plures alij. Et de hoc adeſt declaratio S. Cong. Concil. quam ad verbū referunt Garz. *par. 3. cap. 2. num. 356. &* Barboſa *de Canon. d. n. 2. & eſt ſequent. ten. videlicet. Congregatio Concilij iam dudum conſulta reſpondit Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis minimè ius eſſe percipiendi diſtributiones quotidianas Canonicatuum, Dignitatum, aut aliorum beneficiorum eo tempore, quo beneficijs prædictis non inſeruiunt. Quam deciſionem Inquiſitores Hiſpaniarum veriti ne læderentur eorum priuilegia à diuerſis Romanis Pontif. ad tempus conceſſa, & à fel. record. Gregorio XIV. prorogata, vt eis prædicto muneri vacantibus liceret diſtributiones quotidianas percipere, ad Congregationem adierunt, illorumque tenore exhibito declarari petierunt, eam deciſionem ex iure communi depromptam, ad eorum priuilegia nequaquam pertinere. Itaque Congreg. priuilegiorum exemplo diligenter inſpecto iuri conſentanea inquiſitores poſtulare cenſuit, atque adeò declarauit deciſionem à ſe editam de diſtributionibus quotidianis in abſentia non percipiendis, non habere locum vbi ſpecialibus priuilegijs aut indultis Apoſtol. Inquiſitoribus, ſeu alijs ſancti Officij miniſtris fuerit cōceſſum, vt quotidianas diſtributiones quantumuis abſentes lucrentur; tunc enim priuilegia, & indulta huiuſmodi, quæ ad tempus, pro quo fuerunt conceſſa, durent eo firmius eſſe cuſtodienda quo præſtantius, & vtilius eſt Chriſtianæ Reip. Inquiſitorum Officium ad conſeruationem, & propagationem Orthodoxæ Fidei conſtitutum;* ita die 6. Iunij 1594. Cardinali Toleto S. Cong. ſignificauit. Garz. tamen *dict. num.* 356. refert hoc priuilegium non tanquam perpetuum, ſed tanquam temporale, ſolitum tamen prorogari. Et hoc idem colligitur ex præfata declaratione S. Cong. ibi, *ne læderentur eorum priuilegia à diuerſis Romanis Pontificibus ad tempus conceſſa, &* Zel. *record.* Greg. 14. *prorogata.* Et ibi. *Tunc enim priuilegia, & indulta huiuſmodi, quæ ad tempus, pro quo fuerunt conceſſa, durent.* Vnde priuilegium inſpici debet. Nam alias de iure communi nec Inquiſitores percipere poſſunt diſtributiones quotidianas in abſentia, vt eadem S. Cong. declarauit. Et propterea, quod Inquiſitores in abſentia non percipiant quotidianas diſtributiones, dixit Fagn. *d. cap. licet num. 104. de præben.*

64 Temporale etiam eſt priuilegium quod Barboſa *de Canon. cap. 24. num. 2.* refert conceſſum Conſultoribus, & Procuratoribus in Romana Curia, & alias vbilibet reſidentibus, ac Commiſſarijs ad cauſas S. officij deputatis, & depu-

Google

deputandis actu tamen inſeruientibus, in Caſtellæ, legionis, Aragonum, ac Hiſpaniarum, & vtriuſque Siciliæ Regnis exiſtentibus vt percipere poſſint diſtributiones quotidianas,& etiã emolumentum, quæ anniuerſaria dicuntur, ac ſi diuinis officijs intereſſent. Excipiuntur tamen Præbendæ Theologales, & beneficia curam animarum habentia. At ſolum igitur ſi huiuſmodi priuilegium prorogetur, vel de nouo concedatur illis iuuat.

65 Temporale quoque fuit priuilegium cõceſſum Cruce ſignatis per triennium; de quo Hoſtien. *cap.* Ad deliberandum, de Iudæis, & nihilominus, quia in eo non concedebatur niſi facultas percipiendi fructus, aut prouentus debite reſidentibus, non ſe extendebat ad quotidianas diſtributiones, vt poſt. Io: And. *probat.* Dunr *hic.* §. *ſtatumus*, *num.* 5.

66 Collector generalis tamen Cameræ Apoſtolicæ, Subcollectores, Aduocati, Procuratores, Fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & aliorum iurium dictæ Cameræ, eorum durante officio lucrati in abſentia diſtributiones ex priuilegio Sixti Quinti dato Romæ 8. Maij 1590. poſt multos alios refert Barb. *de Canon. cap.* 24. *n.* 3.

67 Quarto nec Epiſcopus, ſi ſit Canonicus, nec Canonici aut beneficiati inſeruientes Epiſcopo, aut eius familiares, etiam ſi Epiſcopo inſeruiant in viſitatione Diœceſis, S. Congreg. Regularium 1588. Iodi 19. Iulij 129. Etiam ſi à Capitulo habeãt mandatum tractandi cum Epiſcopo ſi viſitant de aliquo negotio Capitulari. 1590. Neapoli 14. Auguſti 187. vel in velandis monialibus, vel in alijs miniſterijs, in quibus iuxta decreta Concil. Trid. ei inſeruire debent, vel in aſſociando Epiſcopum volentem audire Miſſam extra Cathedralem in alia Eccleſia Ciuitatis,vel in celebrando in Eccleſia Monialium de ordine Epiſcopi S. Cong. Regul. 1594. Recanati 21. Ianuarij. 7. poſſunt in abſentia percipere quotidianas diſtributiones, niſi ſimul in caſu vtilitatis Eccleſiæ, vt infra explicatur regula niſi inſeruiant vel occupentur pro vtilitate Eccleſiæ S. Cong. Reg. 1590. Troia 8. Maij. 111. Ita enim expreſſe habetur ex hoc *text.* & *ſup. cap. de cætero*, & *cap.* ad audientiam, & pluries declarauit S. Cong. Concilij, cuius plures declarationes ad rem facientes refert Garz. *p.* 3 *cap.* 2. 347.& *ſeqq.* Ita quod Epiſcopus ipſe ſi ſit Canonicus, & abſit cauſa viſitationis ſui Epiſcopatus, non per hoc percipiat diſtributiones quotidianas, vt declarauit S. Cong. apud Fagnan. *d. cap. licet*, *num.* 98. *de Prabend.* vnde ſupradicta tradunt communiter DD. quos abunde cumulant, & ſequuntur Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 343. & *ſeqq.* Barb. *de Canon. cap.* 25. *num.* 5. & *ſeqq.* Moneta *de diſtrib. q.* 8. Palaus *tr.* 7. *d.* 3. *p.* 5. 7. Fag. *d. cap. licet. num.* 104. & *ſeqq.*

68 Ideo nec Vicarius Epiſcopi ſi ſit Canonicus aut beneficiatus percipit diſtributiones ſi diuinis officijs non interſit Fagnan. *d. cap. licet num.* 111. Garz. *d. cap.* 2. *num.* 357. Quia imo hic Vicarius debet ſedere non in loco Vicarij, ſed in loco ſui Canonicatus, & cum habitu Canonicali Nauar. *conſ.* 1. 2. & 3. *de maior.* & *obed.* & tanquam decifum à S. Cong. Rituum tradunt Garz. *d. c.* 2. *num.* 357. Grat. *diſcept.* 106. Quamuis in ordine ad lucrandas diſtributiones ſufficiat quod adſit diuinis officijs, vbicumque adſit, & reſideat. Quod extenditur etiam ad Vicarium Capituli per quartum Capitulum Sede vacante *num.* 8. Nam nec Vicarius Capituli Sede vacante percipit diſtributiones niſi interſit. Fungitur enim tunc vices Capituli,quatenus eſt ſucceſſor in iuriſdictione Epiſcopi, & non agit ad vtilitatem Eccleſiæ Cathedralis, vel Capituli vt eſt Eccleſia ſpecialis, ſed agit ad vtilitatem Epiſcopalis diœceſis, & ideo ſicut Canonicus Epiſcopus non percipit diſtributiones ſi non interſit, ex eo, quod agat ad vtilitatem Diœceſis, ita multo minus illas lucratur ex eadem cauſa Vicarius Capitularis, Moneta *p.* 2. *q.* 11. *num.* 83. quidquid contrarium teneat Garz. *d. cap.* 2. *num.* 358.

69 Sexto hoc idem dicitur de alijs Canonicis, vt non faciant diſtributiones ſuas, ſi non interſint diuinis officijs, nimirum Archidiaconus, vel Canonicus ſi abſit ex eo quod viſitat nõ propriam, ſed aliam Eccleſiam, liceat id faciat ex officio, & iure ſibi competenti ex officio, vt tanquam deciſum à S.Cong. tenent Garz. *d. cap.* 2. *num.* 332. & *ſeqq.* Moneta *p.* 2. *q.* 11. *num.* 63. Barb. *de Pot. Epiſ. all.* 53. *num.* 126. & *de Canon. cap.* 24. *num.* 4. Nec Canonicus, qui factus ſit Iudex commiſſarius in aliqua cauſa, ſi ex hoc non intereſt diuinis officijs, & etiam ſi ſit Iudex ſynodalis niſi abſit pro exequẽdis ſibi commiſſis, vt ex ſententia S. Cong. docet Fag. *cap. licet*, *num.* 112. *de Præb.* Vbi *num.* 117. quod idem ſit de Canonico aſſiſtente congregationi ſpiritualium ad regimen & directionem Eccleſiæ ſpectãtium. Nec habens præbendam Theologalem, aut ſermonem habens in Eccleſia ex officio extra dies in quibus non legitur, aut concio habetur ſi abſit à diuinis officijs percipit diſtributiones, vt tanquam pluries deciſum à S. Cong. tenet Fagnan. *d. cap. licet*, *num.* 114. & *ſeqq.* Mon. *p.* 2. *q.* 10. *num.* 27. Nec Canonicus, qui tempore chori in Eccleſia extra chorum celebrat deuotionis gratia, vel etiam ex Capellania aliqua, quam habet vltra Canonicatum: Quod etiam tanquam declaratum à S. Cong. docet Fag. *d. cap. licet*, *num.* 118. Quod tamen limitatur, niſi de mandato Superioris celebret pro commoditate Eccleſiæ S.Cong.Regul. 1601. Andrea 3. *Septem.* 202. Quæ tamen etiam voluit de facili non debere Canonicis concedi exemptionem à choro 1602. Malta 23. April. 42. & 1601. Andrea 3. Sept. 202. Et idem dicitur de deputatis in Eccleſia pro audiendis confeſſionibus 1601. Andrea 9. Nouem. 232. Nec Canonicus, qui cum diſpenſatione obtinet cum Canonicatu, vel Dignitate Eccleſiam Parochialem; hic enim tenetur reſidere in Parochiali, & quando non adeſt cum alijs in choro diuinis officijs non lucratur diſtributiones quotidianas. Nam & hoc ſæpius declarauit S. Cong. teſte Fagnan. *d. cap. licet. num.* 121. Nec Canonicus, qui ex diſpenſatione Apoſtolica obtinet plures Canonicatus in diuerſis Eccleſijs, iſte enim, vt S. Cong. cenſuit, non lucratur diſtributiones illius Canonicatus cui non deſeruit. Fag. *d. c. licet num.* 123. Nec Canonicus, qui deuotionis gra-

tia

tia vult peregrinari quamuis in anno Iubilei, ſi Iubilei cauſa in tribus menſibus vacantiæ abſit, diſtributiones percipiat. Epiſcopi verò in hoc caſu ſit prouidere quę pars Canonicorum eo tempore poſſit abeſſe. Fagn. *num.* 119. *&* 120. Nec ſi Canonicus abſit timore mortis tēpore peſtis. Huic enim non deberi diſtributiones voluit S. Cong. Concil. niſi detur conſuetudo legitima quod diſtributiones dentur abſenti ex iuxta cauſa Conan. *l.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. Ripa *de peſte contr.* 11. *num.* 143. *& ſeqq.* Fagnan. *d. cap. licet num.* 95. Nec ſi Canonicus abſit cauſa ſtudij, *cap. licet de Præbend. vbi DD. omnes.*

70 Fallit primo regula data in illis Eccleſijs in quibus non ſunt præbendæ diſtinctæ, nec fructus groſſi, ſed vniuerſi reditus Capituli conſiſtunt in diſtributionibus quæ ſecundum ordinationem Capituli dantur reſidentibus, ſeu intereſſentibus. Varg. *cap. olim de verb. ſignif.* Sed aduertendum, quod ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. In his Eccleſijs diuidi debent reditus in tres partes, quatum duæ habentur loco præbendarum, & dantur etiam abſentibus ex iuxta cauſa in caſibus in iure expreſſis, vt abſentibus ratione ſtudij, & duobus Canonicis Epiſcopo inſeruientibus, & in alijs caſibus expreſſis in iure. Sed tertia pars habet modum diſtributionum quotidianarum, & non diſtribuitur niſi intereſſentibus. Vnde non participant de illa abſentes cauſa ſtudij, vel alij in iure communi excepti, niſi ex ſpeciali Pontificis priuilegio. Si verò detur Eccleſia in qua reditus conſiſtunt in diſtributionibus, & tamen tertia illa pars non eſt ſeparata, ſicut eſt Eccleſia Sancti Petri Romæ, in iſtis Eccleſijs non dantur propriè diſtributiones quotidianæ, de quarum ratione eſt vt repartiantur habita ratione ad ſingulos dies, & ad ſingulas horas. Sed in huiuſmodi Eccleſijs diſtributiones habentur pro præbendis, & dantur etiam abſentibus in menſibus vacationum, vel non intereſſentibus ſingulis diebus, & ad ſingulas horas, ſed ſtatis diebus, & horis, vnde de his diſtributionibus regula non loquitur. Et ſic in hac parte regula non fallit, ſed vel in Eccleſia non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, vel ſi ſunt non dantur niſi intereſſentibus.

71 Fallit ſecundo regula in Eccleſijs Regularibus, in quibus Canonici abſentes de licentia ſuperioris percipiunt etiam diſtributiones quotidianas, quia huiuſmodi Eccleſiæ non comprehenduntur ſub decreto Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. §. Præterea, & §. Diſtributiones, Et propterea S. Cong. Concil. apud Fagnan. *d. cap. licet num.* 65. *&* 130. Declarauit Canonicos Regulares poſſe abeſſe etiam vltra quadraginta dies ex ſtatuto conceſſos de licentia ſuorum ſuperiorum, & tunc eoſdem poſſe percipere diſtributiones quotidianas prout ſuperiori, & Capitulo eis videbuntur concedendæ.

72 Fallit tertio regula in illis Eccleſijs in quibus ex lege fundationis ſtatutum ſit, vt abſentes in aliquo caſu percipiant diſtributiones quotidianas. Nam neque huiuſmodi ſtatuta in limine fundationis poſita reuocata ſunt per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. §. *Præterea*, *&* §. Diſtributiones, vt declarauit S. Cong. Concil. & refert Fagnan. *d. cap. licet num.* 58. *&* 131.

73 Fallit quarto regula in Eccleſijs vbi ex ſtatuto confirmato ex certa ſcientia à Pontifice, vel in perſonis quibus ex indulto Apoſtolico conceſſum eſt, vt non obſtante abſentia in aliquibus caſibus diſtributiones percipiant, vt dictum eſt *ſup. num.* 61. *In concil. enim Trid. d. cap.* 12. Non abrogantur ſtatuta confirmata à Sede Apoſtolica, aut indulta ab ea conceſſa vt declarauit etiam S. Congregatio & docent communiter DD.

74 Fallit quinto in Canonicis qui vel Epiſcopum euntem ad limina Apoſtolorum aſſociant, vel nomine eius veniunt ad ea viſitanda. Hoc enim decreuit Sixtus Quintus, & declarauit S. Cong. & id aduertunt Fagn. *d. cap. licet n.* 134. Garc. *d. c.* 2. *num.* 349. Ricc. *in prax. dec.* 498. *num.* 1. *alias reſol.* 389. *num.* 3. Monet. *p.* 2. *q.* 8. *num.* 28. Barb. *de Canon. cap.* 24. *num.* 14. & apud iſtos plures alij.

75 *Præterea* verò excipiuntur tres caſus in textu excepti, de quibus ſermo erit infra. Sed & aduertendum eſt, quod vbi ſit conſuetudo legitimè præſcripta, vt obligationi miſſarum Capitularium ſatisfiat per ſe vel per alium, abſentes cauſa ſtudij aut ex alia iuſta cauſa de licentia Superioris debent eſſe participes diſtributionum dictis miſſis reſpondentium, & earū tanta pars debet cuſtodiri apud depoſitarium, quanta ſufficit pro ſolita eleemoſina eorum, qu dictis miſſis ſatisfecerunt, vt declarauit S. Cong. Regularium 1596. Caſtellaneta 5. Februarij 17. Et idem dicendum vbi ſit conſuetudo legitimè præſcripta, iuxta dicenda infra regula 10. vt abſentes ex iuſta cauſa habeant diſtributiones.

SVMMARIVM.

76 *Diſtributiones tribui debent iuxta ordinationem Eccleſiæ.*

77 *Pro diſtributionibus ſeparari debet tertia pars fructuum, & quorum fructuum.*

78 *Hæc tertia pars ſeparari debet in Cathedralibus, & Collegiatis in quibus aut nullæ aut tenues ſunt diſtributiones.*

78 *Tenuitas diſtributionum vnde cognoſcatur.*

79 *Diſtributio fieri debet pro ſingulis horis, quibus Clerici adeſſe debent.*

79 *Non poteſt ſtatui vt qui adeſt vni horæ lucretur diſtributiones integras.*

80 *Sub nomine horarum veniunt Miſſa officium paruum B. Virginis & defunctorum, litania, et proceſſiones ad quas Capitulum tenetur.*

81 *Diſtributio debet fieri pro horis integris.*

82 *Sed hoc non intelligitur indiuiſibiliter.*

83 *Tertiæ præfatæ ſeparatio fieri debet ab Epiſcopo.*

83 *Capitulum etiam ſine Epiſcopo poteſt ſtatuere modum ſeruandum in diſtributionibus.*

84 *Menſura taxationis diſtributionum vnde ſit ſumenda.*

85 *Diſtributiones ex iuſta cauſa augeri poſſunt, & minui, niſi taxa facta ſit à Superiore.*

86 *In quibus conueniant ſeparationes tertiæ partis ſtatutæ à Concil. ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 3.

6 7 *In quibus verò diſtinguantur.*

REGVLA QVARTA.

76. DIſtributiones quotidianæ tribui debēt iuxta cuiuslibet Eccleſiæ laudabilem ordinationem factam, vel faciendam. Duo autem præcipuè ſunt, quæ ordiuationi laudabili Eccleſiarum ſunt commiſſa, ſcilicet conſtituere maſſam diſtribuendam, & determinare modum diſtributionis præcipuè quantum ad quantitatē ſingulis boris reſpoudentem. Ad regulæ igitur intelligentiam infraſcripta videri debent nimirum ex quibus maſſa diſtribuenda conſtitui, & quando, & in quibus Eccleſijs, & pro qua cauſa diſtribui, & qua proportione, & à quo ordinari debeant, & an poſſint augeri.

77 Et quantū ad primum hoc couſtat Maſſam hanc diſtribuendam conſtitui debere ex redditibus, ſeu fructibus ad Cathedrales, ſeu collegiatas ſpectantibus. Sed ad maiorem intelligentiam conſideranda ſunt, quæ habet Concil. Trid. *ſeſſ.21.cap.3. & ſeſſ. 22. cap. 3. Itaque ſeſſ. 21. cap. 3.* Concilium decernit, vt pro diſtributionibus ſeparetur tertia pars fructuum, non enim pro diſtributionibus ſeparanda eſt pars proprietatum, & bonorum immobilium, ſed fructuum. Et ſic tertia pars de qua Concilium loquitur ſumenda eſt ex fructibus, prouentibus, & obuentionibus quibuſcumque tā Dignitatum, & Canonicorum, quam aliorum Clericorum, qui diſtributionum participes eſſe debent. Et quod diſmembrari etiam debeant fructus miſſæ, ad eos conuertendos iu diſtributiones voluit S. *Cong Reg.1602. Albano 9. Ianuarij* 2. Et non debet inſpici in hoc antiqua taxa præbendarū ſecundū quod eſt in libris Capitulorum, ſed ſecundū præſentem, & curreutem valorem, & æſtimarionem. Er quidem deductis prius penſionibus, & oneribus legitimè impoſitis, quandiu illa durauerit, vnde de fructibus alteri reſeruatis, non debet hæc tertia deduci, durante reſeruatario, quamuis noua onera impoſita non comprehendant hanc tertiam partem. Nam nec ſuper diſtributionibus imponendæ ſunt, vel impoſitæ cēſentur penſiones, niſi Pontifex in literis penſionum id expreſſerit. Nec verò connumerari debent fructus qui non ſunt illius Eccleſiæ pro cuius Clericis maſſa diſtributionum ſeparatur, vnde ſi ex alia Eccleſia Dignitates, aut Canonici vel Clerici habent fructus aliquos, ex iſtis tertia pars ſeparari non debet, ſed cōmuniter illius Eccleſiæ cuius Clericis, ſeu pro cuius ſeruitio dantur diſtributiones, vnde nec computandi ſunt fructus beneficiorum ſimplicium, ſi beneficia non ſint vnita Canonicatibus eiuſdem Eccleſiæ. Ideo ſi in eadem Eccleſia detur Canonicus, qui licet habeat ſedem in choro, nullas tamen habeat diſtributiones quotidianas, vel nec ſufficientes præbendas, vel fructus niſi tenues, quæ retineri poſſunt cum Canonicatibus, vbi eſt conſuetudo abſque aliqua alia diſpenſatione, vt *cap. 1. de conſuet. & ſup. in hoc lib.* Quibus addendum ex S. Congreg. Regularium 1599. Sutri 25 Maii. 55. in diſtributiones conuerti non poſſe reditus à teſtatoribus aſſignati pro celebratione miſſarum in ſuffragium animarum ſuarum. Quod & declarauit S. Cong. Concilij. Hoc enim, & ſupradicta habentur ex pluribus S. Congreg. declarationibus, quæ habentur apud Garz. *p. 3. cap. 2. num. 475. & ſeqq.* Soldan. *in Compend. Canon. reſol. l. 3. tit. 4.* Barboſ. *de Canon. cap. 21. n. 26. & ad cap. 3. ſeſſ. 21. Conc. Trid. num. 6. & ſeqq.* non debet ex eius bonis tertia hęc pars ſeparari.

78 Ex vi vero Concil. huiuſmodi tertia pars fructuum ſeparari non debet niſi in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis. Vnde eſt, quod non debet extrahi aliqua pars fructuum beneficiorum, quæ ſunt extra huiuſmodi Eccleſias, niſi illa ſint eiſdem Eccleſijs vnita. Et in iſtis ſolum in caſu in quo in ipſis non ſit aliunde conſtituta maſſa pro diſtributionibus quotidianis, vel hæc ſit ita tenuis, vt diſtributiones ex ea factæ veriſimiliter negliguntur. Veriſimilitudo autem iſta attendi debet habita ratione numeri tam reſidētium, quam non reſidentium. Adhuc verò S. Cong. certis limitibus non definiuit quomodo hęc tenuitas fructuum æſtimanda ſit; quamuis, vt refert Fagnan. *d. cap. licet num. 128. de Præb.* licet aliquando declarauerit hoc habere locum in aliquibus Eccleſijs, in quibus adeò tenues erant fructus, vt Canonici in vniuerſum ſolum triginta aureos perciperent. Cæterum vbi ſunt diſtributiones quotidianæ ſufficientes, & tolerabiles, ex beneficiorum ſeu præbendarum fructibus nulla tertia pars pro diſtributionibus ſeparari debet. Videantur Garz. *p. 3. cap. 2. n. 470. & ſeqq.* Barb. *d. cap. 3. ſeſſ. 21. num 4. & de Canon. cap. 21. n. 26.* Et vbi diſtributiones aſſignatæ pro aliquibus horis ſunt tenues, debent rationabiles aſſignari detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non verò à diſtributionibus etiam pinguibus aliquibus alijs certis horis deputatis. Moneta *p. 2. q. 3. num. 1.*

79 Huius maſſæ verò pro diſtributionibus inſtitutæ, diſtributio fieri debet pro omnibus, & ſingulis boris, vt non liceat aſſignare diſtributiones pro aliquibus certis horis canonicis, & non pro alijs, ſed pro qualibet hora proportionaliter pars diſtributionum debeat aſſignari. Quod contra Gloſſ. *in Clem. 2. de et. & qual. in verſ. certis horis, & Card. ibid. q. 17.* tradunt Gloſſ. *hic. in v. Canonicus* Probus *hic v. 31.* Moneta *d. q. 3. num. 1.* & tanquam deciſum plories à S. Cong. tenent Garz. *d. cap. 2. num. 487. & 488. & Barb. d. cap. 12 ſeſſ. 21. num. 14. & 15.* Verum habenda erit ratio perſonarum, & obligationis earum, quod eſt id, quod intendit Gloſſ. citata. Nam certe vbi eſt obligatio intereſſendi omnibus, & ſingulis horis, pro omnibus, & ſingulis aſſignandæ ſunt diſtributiones. Sed reſpectu perſonarum, quæ ex ſtatuto confirmato à Papa, vel ex conſuetudine legitime introducta, vel ex fundatione non obligantur ad intereſſendum quotidie omnibus horis, ſed ſolum aliquibus, ſufficiet ſi aſſignētur diſtributiones pro illis horis, non licebit tamen ſtatuere vt qui adeſt vni horæ lucretur diſtributiones aliis horis aſſignatas ac ſi illis adeſſet, fieri tamen poterit, vt Canonici, ſi non ſunt obligati ad intereſſendum omnibus, & ſingulis horis, ſic non lucrentur diſtributiones alijs boris deſignatis, ſi illis non adſint, quod tamen lucrentur illas, quæ certis horis, quibus interſunt, ſunt ſpecialiter deputatæ.

Non-

80 Nomine vero horarum venit etiam Miſſa Conuentualis. Gloſſ. *hic in v. Ordinationem*. Mon. *d. q.3. num.* 1. Imo & horæ officij parui B. Virginis & officium mortuorum in illis Eccleſijs & diebus in quibus eſt obligatio illa recitandi in choro. Et litaniæ pariter & proceſſiones, ad quas tenentur Capitulares. In hoc enim caſu huiuſmodi officia cenſentur eſſe partes diuini officii, & iuſtum eſt, vt vbi creſcit labor, creſcat etiam id, quod pro ſuſtentamento datur laborantibus Moneta *d. q. 3. num. 5. & 7.* Poſt Nauar. *de orat. cap.* 10. *num.* 5. *& ſeqq.* An verò qui in illis diebus à choro abſunt, ſi ex priuilegio Apoſtolico percipiunt diſtributiones teneantur præfata officia recitare extra chorum diſputant Nauar. & Moneta citati. Portionem verò aſſignatam pro matutino, miſſa, & veſperis debere eſſe maiorem, quam pro alijs horis dixit S.Congregatio Regul. 1575. S. Carolo, 26.Octobris. 685.

81 Pro horis vero integris diſtributiones ordinari debent, verum quidem eſt, quod materiæ paruitas excuſat ab amiſſione diſtributionum. Et hæc materiæ paruitas non coniungitur ad conſtituendum notabilem quantitatem, ſi ſit reſpectu diuerſarum horarum. Quælibet enim hora eſt quoddam totum de ſe diſtinctum, & cõpletum, & quod cenſetur integrũm non obſtante defectu paruæ quantitatis. Ideò etiam ſufficit ſi Canonicus ingrediatur chorum tempore à ſtatuto permiſſo. Nauar. *cap.* 10. *num.* 11. Ex quo verò eo tempore tranſacto iam Canonicus omiſit diſtributiones illi horæ reſpondentes, Nauar. *d. cap.* 10. *num.* 44. Satius exiſtimat ne Canonicus chorum ingrediatur, ne exiſtentibus in choro præbeat occaſionem diſtractionis. Sed conſiderandum eſt, quod plures horæ ſimul continuatè licet ſucceſſiuè cantantur in choro, & ideò licet Canonicus prioris horæ diſtributiones omiſerit, quia debito tempore non adfuit, poteſt tamen, & debet ingredi chorum ad alias horas perſoluendas. Si verò quæratur quæ ſit cenſenda notabilis pars horæ, hoc eſt conſiderandum hanc notabilem quantitatem non eſſe omninò menſurandam ex obligatione recitandi horas abſolutè. Nam ſtat quod omiſſio alicuius partis ſit notabilis, & ſufficiat ad hoc vt Clericus mortaliter peccet ex illius omiſſione, & non ſufficiat ad hoc vt perdat diſtributiones maximè ſi partem omiſſam ſuppleat, non eſt enim tanta, & tam exacta obligatio recitandi horas in choro ad lucrandum diſtributiones, quanta eſt abſolutè ad recitandum integrè diuinum officium. Ideo in hoc ſtandum erit Eccleſiarum ſtatutis, aut rationabilibus cõſuetudinibus, ſi adſunt. Hæc etiam notabilis quantitas ſumenda eſt ſeruata proportione magnitudinis horæ. Sic enim aliqua erit pars notabilis v.g. horæ tertiæ. quæ non eſt notabilis reſpectu officij matutini. Quamuis reſpectu cuiuſcumque horæ danda ſit pars certa, quæ ſit vel leuis, & nõ ſufficiens ad mortale peccatum, vel notabilis, quæ ad id ſufficiat, & in caſu noſtro ſufficiet ad amittendas diſtributiones. Eſſe verò partem notabilem illam, quæ horæ ſit decima putat Moneta *d.q. 3. num.* 33.

82 Sed alij volunt, quod integritas horæ ſit neceſſaria ad integritatem diſtributionum habendam, ſed tamen quod qui illius parti adeſt, (niſi pars iſta adeò ſit parua, vt non ſit æſtimanda) lucretur proportionaliter partem diſtributionum illius horæ. Et ita Bonac. *diſp. 2. q. 4. p.* 11 *num.* 10. vult, quod Canonicus, qui acceſſit ad chorum matutino inchoato, ſed illius maiori parti interfuit non ſit priuatus integris diſtributionibus matutino reſpondentibus. Sic enim Beneficiatus non recitans aliquam partem matutini priuatur fructibus beneficij reſpõdentibus parti omiſſæ. Et ſic dicendũ eſt, neque enim leges decernunt quod diſtributiones reſpiciant horas indiuiſibiliter, ſed talis eſt obligatio, qualis eſt res præcepta, horum verò recitatio diuiſibilis eſt. Vnde nimis aſperum eſſet aſſerere, quod qui per partem etiam notabilem matutini voluntariè nõ attendit perdat ex integro fructus beneficij matutino reſpondentes, ſi pro maiori parte illud attentè recitauit. Addit verò Moneta *n.* 42. in ſua ſententia, quod pars illa notabilis ex cuius omiſſione amittuntur diſtributiones accipi debet præter eam, quam indulget conſuetudo, ſtatutum, aut Prouincialis ſynodus. Vnde ſi ſit ſtatutũ, quod Canonicus ſatisfaciat ſi ingrediatur chorum ante vltimum Kyrie in Miſſa, & poſtea vel non attendat, vel exeat à choro per partem minorem decima lucratur integras diſtributiones miſſæ reſpondentes. Idem verò Moneta dixerat *n.*30. quod rationabiliter in Conc. Prou. 1. Mediol. ſtatutum fuit, quod cum quis poteſt in principio adeſſe diuino officio, ſi aduentum ſuũ in extremũ definiti temporis punctum de induſtria diſtulerit, loco abſentis habeatur. Sed hoc abſolutè non eſt neceſſarium; quamuis iſte, qui ſine cauſa voluntarius abeſt ab initio, licet in tempore permiſſo adueniat, non poterit aliam partem eiuſdem horæ omittere in ſententia Monetę, niſi amittendo integras diſtributiones, ſi ſtatutum aut conſuetudo permittit vt ſolum ex iuſta cauſa quis in principio non adſit.

83 Maſſam autem ex qua ſumendæ ſint diſtributiones ſeparari poſſe, & modum diſtributionis pro ſingulis horis ordinari poſſe ab Epiſcopo ſimul cum Capitulo indubitatum eſt, vt ſatis efficaciter colligitur ex hoc textu. Epiſcopus enim cum Capitulo ordinare poteſt ea, quæ ſpectant ad ſpirituale regimen ſuę Eccleſiæ, vt tradunt DD. *cap. Cum omnes, de Conſtit.* ſeparatio tamen tertiæ partis fructuum pro diſtributionibus de qua loquitur Conc. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. Soli Epiſcopo committitur etiam vt Sedis Apoſtolicæ delegato. Quod etiam ſactum fuit reſpectu alterius tertiæ partis, de qua *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. Sic etiam, quod Epiſcopi ſit ſtatuere quæ portio cuicumque horæ aſſignanda ſit, dixit Rota *dec.* 115. *num.* 24 *p.6.recent.* Nihilominus etiam Canonici ſine Epiſcopo ſtatuere poſſunt modum ſeruandum in diſtributionibus quotidianis, per Gloſſ. *in cap. 2. §. Cæterum v. ſtatutum, infra de verb. ſignif. &* Franc. *ibi num.*2. Panorm. *cap. cum conſuetudinis, num. 4. de conſuet.* Azor. *p.2.l.7.cap. 7. q.* 17. Nam licet Capitulum ſine Epiſcopo nihil poſſit ſtatuere circa illa quæ concernunt generalem ſtatum Eccleſiæ, vel perſonam, & iura Epiſcopi ſine Epiſcopo, tamen ſtatuere poſſunt circa illa, quæ ipſorum Canonicorum intereſſe concernit, & tale eſt ſtatutum per quod decer-

natur vel quod ex mēſa Capitulari ſeparetur aliqua pars pro diſtributionibus quotidianis, vel quod diſtributiones fiant in hac vel illa proportione, & quod pro qualibet hora tanta quantitas aſſignetur. Et hoc eſt de mente Gloſſ. *hic in v. ordinationem, & tradit* Moneta *p. 2. q. 13. concl. 1. n. 25.*

84 In ordinanda vero proportione ſecundū quam fieri debeant diſtributiones non eſt neceſſario ſeruanda proportio, quam ſtatuit Pius V. in Conſtit. Ex proximo, 135. vt matutino reſpondeat dimidia pars fructuum diei reſpondentium, & alijs horis 6. pars alterius dimidiæ partis, ſed conſiderato labore conueniendi ad chorum de nocte, aut intempeſtiuè de mane, aut tempore calorum ad veſperas, vel etiam attenta ſolemnitate qua aliquæ horæ præ alijs recitantur aut recitationis diuturnitate, & alijs circumſtātijs, accipi debet menſura taxationis quantitatis diſtributionum pro ſingulis horis, & diebus, vnde & pro eadem hora maior pars aſſignari poterit in die feſto, quam in die feriato. Sic, quod diſtributiones poſſint augeri reſpectu alicuius officij, diei, vel horæ dixit Rota *dec.* 135. *num.* 8. *part.* 10. *recent. & in ſegouien. reſeruat. fructuum coram* Puteo *dec.* 365. *num.* 6. *l.* 2. Nam & Pius V. ipſe in illa Conſtitutione ſatis inſinuat aliam eſſe proportionem ſecundum quam diſtributiones diuiduntur ab illa, quam ipſe ſtatuit ibi pro recitatione officij abſolutè non conſiderata recitatione ſolemni chori certis horis habenda, vt patet ex illis verbis, *diſtributiones fortè aliter aſſignatas*.

85 Sic & in dies poſsūt diſtributiones aſſignatæ minui, vel augeri ex iuſta cauſa tamen nō ad libitum. Rota *dec.* 156. *num.* 9. *p.* 6. *recent.* Vbi quod ad eas minuendum iuſta cauſa non adeſt, vbi fructus non ſunt diminuti, maxime cum concurrat diſpoſitio ſtatuti. Seraph. *d.* 1059. *num.* 2. Ita vt ceſſet tunc arbitrium boni viri, ſecundum quod intelligi debet facultas illas augendi, aut minuendi ex Iaſ. *l.* 1. *in* 1. *lect. n.* 3. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Surd. *conſ.* 33. *num.* 94. *& ſeqq.* Et in hoc etiam attendi debet an quantitas proportionalis diſtributionum ſit ordinata per Sedē Apoſtolicam vel per ſtatutum ab ea confirmatum, & factum proprium illius; aut alicuius alterius ſuperioris. Tunc enim per Capitulum non poteſt fieri alteratio illarum.

86 Sed aliam quamdam diſtributionum ſpeciem ordinauit Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. diſtinctam ab ea quam ordinauit *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. & de qua loquutum fuit *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. & de qua loquitur hic textus, & alij DD. communiter. Decernit igitur Concilium vtrobique vt ſeparetur pro diſtributionibus tertia pars fructuum, & hęc ſeparatio fieri debet ab Epiſcopo etiam vt Delegato Sedis Apoſtolicę, & neutra illarum fieri debet ex fructibus non ſpectantibus ad Eccleſiam illam, ad quam pertinent participantes in illis diſtributionibus, Nec ſeparatio debet fieri ſecundum taxam antiquam beneficiorum taxatam in libris, ſed ſecundum valorem præſentem; nec debet pariter fieri ex fructibus eorum, qui in dicta Eccleſia nullas habent diſtributiones quotidianas, nec ſufficientes præbendas, vel fructus niſi tenues, qui retineri poſſunt cum Canonicatibus, vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, vt *cap.* 1. *de conſuet. in hoc lib.* prout ſupra etiam dictum eſt. Hoc enim declarauit S. Cong. apud Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 483. ſub his verbis. *Non comprehenduntur dignitates, quæ & ſi locum habent in choro, nullas tamen habent diſtributiones quotidianas, nec ſufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri poſſunt cum Canonicatibus vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, vt cap.* 1. *de conſuet. in* 6. *Nec illis vnire Eccleſias Parochiales ad augendum fructus diſtributionum quotidianarum Epiſcopus poteſt*. Sed apud alios inuenio aliquod diſcrimen in referēda hac declaratione, Nam vbi hic dicitur, *vel fructus tenues*, apud alios dicitur, *vel fructus, ſed tenues*, quod puto verius eſſe vt ſit ſenſus clarior, non comprehendi dignitates, quæ non habent ſufficientes præbendas, & dato quod habeant aliquos fructus, illi ſunt tenues. Nec ad augendos fructus diſtributionum quotidianarum poteſt Epiſcopus Canonicatibus vnire parochiales Eccleſias. Et hæc tertię ſeparatio fieri poteſt etiam ſi Dignitates, & non habeant vocem in Capitulo, & non percipiant diſtributiones, ſi tamen habent præbendas ſufficientes. De quibus vide plures declarat. S. Cong. apud Garz. *d. c.* 2. *num.* 477. *& ſeqq. &* Barb. *ad cap.* 3. *ſeſſ.* 22.

87 Verum duæ iſtæ tertiæ partes diſtinguūtur, primò quia tertia de qua *in c.* 3. *ſeſſ.* 21. ſeparari debet ex fructibus omnibus, & communibus menſæ Capitularis; ſed tertia de qua *in cap.* 3. *ſeſſ.* 22. detrahi debet ſolum ex fructibus etiam proprijs Dignitatum, Perſonarum, & officiorum, ſecundo quia illa ex neceſſitate ſeparari debēt in Eccleſijs non habentibus diſtributiones quotidianas, vel habentibus tenues; ſed hæc poſita eſt in arbitrio Epiſcopi, & fieri poteſt dato etiā quod in Eccleſia diſtributiones non ſint tenues, & hoc in odium negligentiæ obtinentium Dignitates &c. Tertio quia huius tertiæ ſeparationis nō eſt locus, vbi tertia illa ordinata *ſeſſ.* 21. ab Epiſcopo fuerit ſeparata. Quarto portiones abſentium ex illa priori tertia accipiendi accreſcunt alijs intereſſentibus, ſed portiones abſentium ex hac tertia accipiendæ accreſcunt Fabricæ Eccleſiæ, ſi indigeat, vel alteri pio loco ad arbitrium Epiſcopi, cuius etiam eſt determinate formam ſeruitij pro quo tertia hæc pars ſit diſtribuenda. Præterea diſtinguuntur, quia licet omnes iſtæ diſtributiones fieri debeant pro ſingulis horis, vt contra Nauar. Miſcell. 59. *alias* Miſcell. 14. *num.* 51. probat Garr. *d. cap.* 2. *num.* 462. *&* 489. tamen diſtributiones ſtatutæ *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. non debentur omnibus, ſed ſolum dignitatibus, Perſonatibus, & officialibus ex quorum fructibus tertia eſt ſeparata. Quibus etiam ſic debent diſtribui, & diuidi inter dignitates, vt quæ plus contribuit plus lucretur. Quæ omnia conſtant ex declarat. S. Cong. quas recenſet Garz. *d. cap.* 2. *num* 465. *&* 489. Tandem diſtinguuntur, quia diſtributiones iſtæ ex vi *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. deſignatæ non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ ſed ſunt ſpecie diſtinctæ Moneta *p.* 1. *q.* 3. *num.* 7. *& q.* 9. *num.* 42. Inter alia autem hoc diſcrimen poſuit Moneta, quod huiuſmodi diſtributiones non aſſignantur pro omnibus diebus, ſed pro certis. Quod tamen non concordat cum declara-

ra-

Digitized by Google

ratione S. Cong. volente quod huiuſmodi contributiones aſſignentur pro omnibus horis, verum quidem eſt, quod cum huiuſmodi diſtributiones non aſſignentur ſolum pro recitatione horarum, ſed etiam pro alijs ſeruitijs ſpectantibus ad diuinum officium, vt pro ſolemni celebratione miſſæ, ad quæ ſeruitia Dignitates non obligantur niſi in certis diebus, pro hac parte iſtæ diſtributiones reſpiciunt certos dies, ſed hoc eſt commune etiam diſtributionibus propriè dictis, de quibus loquitur Concilium *ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24 cap.* 12. Imo & datur alia conuenientia, quia licet Concil. *d. ſeſſ.* 22. committat Epiſcopo, vt præſcribat formam in his diſtributionibus obſeruandam, tamen vt ad *d. caput.* declarauit S. Cong Epiſcopus non poteſt Dignitatibus, Perſonatibus, & officijs certam officij, & ſeruitij formam præter ſolitam pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones conuerſæ. Et nihilominus hæc eſt inter has diſtributiones maxima differentia, quod cum ex Conſtitutione Pij Quinti 65. quæ incipit Cupientes, Canonicus qui ſimul ex diſpenſatione habet Parochiã, in Parochia reſidere debeat, & tamen diſtributiones non percipiat, nihilominus ex decreto Conc. *ſeſſ.22.cap.* 3. Si alicui ex prædictis dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis de iure ſeu conſuetudine, iuriſdictio, ſeu adminiſtratio, vel officium non competat, ſed extra Ciuitatem in Diœceſi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet incumbere voluerit; tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſideret, & miniſtrauerit tanquam præſens ſit, ac diuinis interſit in Eccleſijs Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur. Quamuis igitur ex vi *cap.* Extirpandæ de *Præb.* Vbi Parochialis annexa dignitati ſit extra Ciuitatem non poſſit dignitas illi inſeruire per ſe ipſam; ſi tamen ex indulto ſpeciali inſeruiat non lucratur diſtributiones ordinarias, ſed bene lucratur diſtributiones ſtatutas *d. cap.* 3. Et quamuis oppoſitum ſentiat Garz. *d. cap. 2. num. 325. in fin.* Ex eo quod Concil. abſolutè dicit eum habendũ eſſe pro præſenti, tamen hoc non probat; quia Concilium loquitur in terminis illius Capitis, nec debet vltra illos terminos extendi, maximè cum obſtet Conſtit. *Pij* V. 65. Vnde vnum de duobus dici debet, quod ſcilicet, ſi Parochialis annexa eſt extra Ciuitatẽ, vel Dignitas debet illã regere per Vicarium, vel ſi regit illam per ſe ipſum non lucretur diſtributiones quotidianas ordinarias, & propriè ſumptas, licet lucretur iſtas *in cap. 3. ſeſſ. 22. ordinatas.* Iſtæ igitur diſtributiones alterius ſpeciei eſſe conſtat ex relatis differentijs.

SVMMARIVM.

88 *Infirmitas omnis etiam ſi ſit ex culpa quæ impedit ut Clericus poſſit adeſſe diuinis excuſat, & facit vt abſenti debeantur diſtributiones, & quæ accreſcunt ex aliorum abſentia.*

89 *Nec ad hanc excuſationem neceſſaria eſt conſuetudo aut ſtatutum illam approbans.*

90 *Neceſſe tamen eſt vt infirmitas ſit cauſa abſentiæ.*

91 *Senectus excuſat, ſi reddat impotentem.*

91 *Item cæcitas, & ſurditas.*

62 *Infirmitas cũ non excuſat, qui ſolet non intereſſe diuinis.*

92 *Nec abſentem à loco ex alia cauſa.*

CONCLVSIO QVINTA.

88 Clericum Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ infirmitas excuſat, vt ſi diuinis Officiis non interſit, non amittat diſtributiones quotidianas. Ita ex hoc textu tradunt DD. omnes. Et regula eſt conformis illis, quæ habentur *cap. Clericus victum. diſt.91. & cap.1. de Cler. ægrot. & cap. ſignificatum de Præben.* Intelligitur vero regula de omni infirmitate, quæ iuſtè impediat, ne Clericus poſſit adeſſe diuinis officijs, ſiue hæc infirmitas ſit lepra, vel peſtis, vel alius morbus contagioſus, & infirmum à conſortio hominum excludens, ſiue ſit cruruũ debelitas, ſiue morbus arteticus, ſiue podagra, ſiue cæcitas, aut ſurditas, ſiue infirmitatis periculum graue Clericum in domo detineat de Medicorum conſilio; ſiue quia medicamentum ſumit, aut ſanguine minuitur, ſiue quia ſanitatis acquirendæ gratia ad balnea ire cogitur, & ſiue etiam infirmitas ſit in culpa. Semper enim vera infirmitas excuſat, & in foro conſcientiæ ſufficeret occulta. In externo verò ſufficit vera, & manifeſta, ſeu ſufficienter probata, & ad eam probandam ſufficeret iuramentum, vt hic habet Prob. *ad Monachum n.* 14.

89 Nec infirmitas vt excuſet indiget quod ſit, conſuetudine introducta, aut ſtatuto confirmata, ſed ſe ſola excuſat, & ita quod tempus infirmitatis non ſit computandum pro tempore vacationum, & ita quod infirmo competat etiã portio accreſcens ex aliorum negligentia.

90 Neceſſe tamen eſt, quod infirmitas ſit vera cauſa impediens ne Clericus poſſit adeſſe diuinis officijs; ideo ſi vel infirmitas ſit leuis, & talis, & vt non impediat, quin Clericus commodè poſſit intereſſe diuinis, vel Clericus alias etiã non intereſſet, quia eſt ſolitus non intereſſe etiam tempore ſanitatis non excuſat. Vnde eſt, quod nec abſentem à loco in quo eſt Eccleſia excuſat, niſi infirmitas ſit cauſa, quod non veniat, & nõ interſit. Hæc verò tradunt communiter Gloſſ. *hic in v. infirmitatis, &* DD. §. Qui verò, & præcipuè *Probus* ad Mon.*n.14. & ſeqq.* Fagnan.*cap. licet à num.* 136 *de Præben.* Moneta *de diſtribut. p. 2 q. 6.* Riccius *in praxi aurea. reſol.* 397. Sanchez *conſil. l. 2.cap.2.dub.*90. Azor. *p.2.lib.7.c.7.q.* 11. Couar. Petr. Nanar. *de reſtit. l.6.cap.2.d. 4. num.* 239. Garz. *de benef.p.3.cap.2.à num.* 263. Barboſa *de poteſt. Epiſ. all.53.num.* 168. *& de Canonicis cap.24.à num* 27. Et plurimi alij apud illos.

91 Senectus etiam ſi ſit talis ac tanta vt Clericus commodè non poſſit & ſine periculo adeſſe diuinis, in propoſito cenſetur infirmitas. Arbitrarium tamen eſt iudicare an ſenectus ſit talis, quæ excuſet. Et licet de iure ciuili *l.2. §. vlt. in fin.ff.de decurion.& l.3.final. C.* qui ætati vel profeſſ. ſe excuſ. maior 70. annis ſit exemptus à muneribus perſonalibus, de iure tamen Canon. & ſpectata vi præſent. textus, ſenectus non excuſat Clericum, vt non adſit diuinis officijs, niſi ſit infirmitas talis, quæ illum adeſſe impediat. Et

ideo

Google

ideo in hoc medicorum iudicio ſtandum erit. De cætero autem ſunt expreſſæ declaratioues S. Cong. quas refert Barboſ. *de Canon. num.* 30. Sed de prædictis adeſt deciſio Rotæ in cauſa Leodien. fructuum 22. Maij 1604. quam refert Garz. *d. num.* 363. Sub hoc verborum tenore. *Infirmo, & ſenio confecto debentur diſtributiones, etiamſi non reſideat, & etiamſi aliquando exiret de domo, nec infirmitas eſſet intimata capitulo, quia de iure infirmis non reſidentibus, aliàs tamen ſolitis reſidere, debentur diſtributiones, Couarru. poſt alios variar. lib. 3. c. 13. num. 8. Item & ſenio confectis, vt conſtat ex reſolutione Congregationis Concilij, nec iure cautum reperitur, quod intimatio infirmitatis debeat fieri per infirmos, & ſenio confectos, alias ſolitos reſidere, ad effectum conſequendi diſtributiones: & quoad prætenſum ſtatutum fuit dictum, de eo legitimè non conſtare, & illud in omnem caſum eſſe nullum, vti factum per capitulum ſine conſenſu Epiſcopi, ſine quo capitulum ſuper modo lucrandi diſtributiones ſtatuere non poteſt, vt fuit tentum in Lucana iuris 9. Aprilis 1601. corã Pamphilio. Nec poteſt excuſari capitulum ex conſumptione diſtributionum bona fide facta, cum minimè probabili er ignorare potuerit infirmitatem, & maximam ſenectutem, quod quidem infirmo de iure debeantur diſtributiones: & deciſio Putei 417. libro 1. procedit in terminis indulti conceſſi alicui de lucrandis diſtributionibus: cuius indulti conceſſio cum potuerit probabiliter ignorari à capitulo, non mirum ſi illius intimatio neceſſaria eſt ad conſtituendum capitulum in mala fide.* Canonicos etiam ſenes exemptos eſſe à matutinis dixit S. Cong. Regular. 161. Briſcia 16. Iulij 171. Quæ etiam declarauit ſenes & indiſpoſitos poſſe eximi à choro, dum tamen non habeant diſtributiones niſi infirmitas ſit talis, quod eos detineat in domo 1602. Cagli 20. Auguſti 91. *Poſſet* tamen dari caſus, quod infirmitas permitteret Canonicos aliquantiſper & cauſa ſanitatis exire à domo, & non permitteret adeſſe choro. Vnde in his arbitrium boni viri debet attendi. Vnde eadem S. Cong. declarauit ſolam ſenectutem non ſufficere ad lucrendas diſtributiones niſi habeat iunctam inhabilitatem. 1604. Ceſena 10. Februar. 23. Decrepiti tamen excuſantur ab eadem S. Cong. 1602. Venola 5. Febr. 14. Tolentino 9. Iulij 27. Et 1603. Tortona 15. Sept. 104.

92 Quod etiam aliqui à ſupradicta doctrina recedant in caſu, in quo qui non erat ſolitus intereſſe, vel etiam in caſu eius qui abeſt à loco ex legitima cauſa verè eſt infirmus, & velint, quod vterque abſolutè excuſetur. Ita enim poſt *Petr.* Nauar. *l. 2. de reſtit. cap. 2. d. 3. num.* 238. probabile putat Palaus *tr. 7. d. 3. p. 9. num.* 5. De eo, qui alias non erat ſolitus reſidere, & idem tenet de abſente ibid. *num.* 6 Quod inquam ſic dicitur nõ ſufficit, vt à communi ſententia recedamus. Neque enim infirmitas excuſat, niſi ſit cauſa non reſidendi; Non eſt vero cauſa non reſidendi ei qui etiam ſi non eſſet infirmus non reſideret. Solum igitur in caſu in quo infirmus, ſi non eſſet infirmus, intereſſet diuinis, infirmitas excuſat Clericum non intereſſentem, vt non amittat diſtributiones. Et ita quod infirmi, & alij, qui de iure communi percipiunt diſtributiones in abſentia non excuſentur, niſi ante impedimentum ſoliti eſſent intereſſe diuinis officijs, declarauit S. Cong. Regularium 1593. Aquileia 4. Auguſti 199. & 1602. Turino 5. Martij. *Cæterum* Epiſcopus non poteſt impedire, & facere vt non dentur diſtributiones infirmo, qui in ſanitate ſolitus fuit adeſſe 1602. Caſtellaneta 20. Auguſti. *93.*

SVMMARIVM.

93 *Neceſſitas corporalis excuſat abſentem, & ſibi debentur diſtributiones.*

93 *Quæ ſit neceſſitas corporalis.*

93 *Iniuſte damnatus excuſatur.*

94 *Requiritur quod neceſſitas ſit vera cauſa abſentia, & non poſſit tolli.*

95 *Iniuſte damnato carcerato, excommunicato &c. debentur diſtributiones, ſi iniuſtitia ſit ex parte cauſa, & ille ſit innocens; ſecus ſi iniuſtitia ſit ex modo procedendi.*

96 *Debet conſtare de iniuſtitia damnationis.*

97 *Ad hoc vt Clericus priuetur diſtributionibus debet conſtare de cauſa, ob quam ſit priuandus.*

97 *Debet præcedere ſententia, quæ tranſierit in iudicatum.*

98 *Clericus iniuſtè damnatus habet actionem contra accuſatorem, & Iudicem.*

99 *Excõmunicatus non amittit diſtributiones ſi actu inſeruiat.*

100 *Nec ſi ſibi iniuſtè negetur abſolutio.*

100 *Eas perdit etiam ſi non ſit in mora petendæ abſolutionis.*

101 *Tempus excommunicationis poteſt computari pro tempore vacationis.*

102 *Suſpenſus ſi adſit diuinis, aut ſi ſit iniuſtè ſuſpenſus non perdit diſtributiones.*

102 *Suſpenſus à beneficio non amittit diſtributiones.*

103 *Idem proportionaliter dicitur de interdicto.*

103 *Interdicta Eccleſia, vel polluta, qui non dedit cauſam, non priuatur diſtributionibus.*

104 *In ceſſatione à diuinis Clericis non competunt diſtributiones.*
Poteſt tamen ſuperior diſtributiones concedere, ſi qui dedit cauſam ceſſationi non poſſit reſtituere damnum.

105 *Priuatus beneficio, vel lite pendente, ſi Clericus adſit diuinis non perdit diſtributiones.*
Priuatus beneficio etiam iniuſtè poſt ſententiam, quæ tranſijt in iudicatum non percipit diſtributiones. Secus ſi reſtituatur in integrum, & ſententia declaretur iniuſta.

106 *Idem dicitur de degradato vel depoſito.*
Irregularis non impeditur ne interſit diuinis officijs.

CONCLVSIO VI.

93 CLericum Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ excuſat corporalis neceſſitas, vt etiam ſi non adſit diuinis officijs lucretur diſtributiones. Ita ex hoc textu docent communiter Gloſſ. hic, in *v. neceſſitatis*, & reliqui DD. omnes. Eſt autem corporalis neceſſitas, quando ex aſſiſtentia chori Clerico imminet graue damnum vitæ, honoris, vel futuræ. Neque enim

pia

Digitized by Google

pia mater Eccleſia cenſetur velle priuare emolumento ſuos Clericos coactos non adeſſe diuinis vt graue huiuſmodi damnum vitent. Et propterea excuſantur, iniuſtè carceratus, & expulſus à loco Eccleſiæ, & fugiens iniuſtam vexationem, & innocens citatus vt compareat prætextu delicti, & iniuſtè excommunicatus, aut ſuſpenſus, aut interdictus, & non parochus ſed Clericus fugiens tempore peſtis, & ſi in loco Eccleſiæ graſſatur bellum, vel adſunt inimici, ſed hoc, quod dicitur de peſte, aut bello non debet admitti ſine declaratione. Et quidem de peſte, vt refert Fagnan. *cap. licet num. 95. de Præb.* S. Congregatio declarauit non excuſari Clericum qui abeſt tempore peſtis, niſi adſit conſuetudo legitimè introducta, vt abſentes ex cauſa iuſta lucrentur diſtributiones. Et quidem hæc declaratio eſt rationabilis. Nam vbi periculum damni eſt ex cauſa communi, niſi excuſet omnes ſimul, & ſic excuſet ſimpliciter omnes à choro, non excuſat ſingulos ſeparatim, quia non eſt rationabile vt eadem ſit ratio intereſſentium cum periculo, & non intereſſentium, & quod aliqui velint diſtributiones ex cauſa, quæ ſi ſufficeret, excuſaret omnes, & tamen omnes non excuſat. Sed imo ratio dictat, vt ijs, qui in communi periculo adſunt, accreſcant diſtributiones illorũ, qui vt commune periculum fugiant intereſſe nolunt. Solum igitur quando periculum grauis damni eſt proprium alicuius, excuſat illũ vt etiã ſi non interſit diſtributiones recipiat. Qualis verò in propoſito poſſit eſſe conſuetudo rationabiliter introducta dicitur infra in regula decima. Cæterũ vt neceſſitas propria excuſet non eſt neceſſe, quod illa ſit approbata, vnde ſi locus ſibi non eſt tutus, non eſt opus conſuetudine, aut ſtatuto, ſed ſe ipſa excuſat, quia textus noſter abſolutè vult corporalẽ neceſſitatem excuſare Clericũ, vt ex non intereſſentia diſtributiones non amittat.

94 Et nihilominus ſemper neceſſe eſt, vt neceſſitas ſit propria cauſa abſentiæ in hoc ſenſu, quod Clericus alias adeſſet diuinis in Eccleſia debita, niſi neceſſitas huiuſmodi illum impediret, vnde hæc neceſſitas non excuſat eum qui alias non eſt ſolitus adeſſe, & neque adeſſet ſi neceſſitas ceſſaret. Si tamen Clericus periculum damni quod ſibi imminet, vel impedimentum hoc neceſſitatis poſſit tollere, ſi velit, cenſebitur voluntarius abeſſe, & diſtributiones perdet, ſi impedimentum non tollat.

95 Eſt autem aduertendum circa impedimẽtum damni iniuſti, quod imminere poteſt, quod intelligi debet de iniuſtitia ex parte cauſæ, quidquid ſit de iuſtitia, vel iniuſtitia Iudicis, debite, vel indebite procedentis. Itaque neceſſaria eſt ex parte Clerici, & ſufficit innocentia. Ideo ſi Clericus verè ſit innocens, ſi nihilominus à Iudice ſecundum allegata, & probata iudicante iuſtè quantum ſit ex forma iudicij aut carceretur, aut in exilium mittatur, aut excommunicetur, ſiue ſuſpendatur, aut interdicatur, Clericus innocens, qui non ex culpa ſua, ſed contra innocentiam patitur, excuſatur ſi ſic iniuſtè impeditus non adeſt diuinis, & negari ſibi non debent diſtributiones. Econtra verò, ſi non ſit innocens ſiue ex forma iudicij Iudex contra illum iniuſtè, ſiue iuſtè procedat, & illum impediat, Clericus diſtributiones amittit, quia cum ſit in culpa, voluntarius abeſſe cenſetur, & pœnam meretur.

96 Iniuſtè autẽ damnato tunc debẽtur diſtributiones, cũ de iniuſtitia damnationis, ſeu de eius innocentia conſtiterit vel extraiudicialiter vel reſpectiuè iudicialiter iuxta materię exigentiam, conſtabit verò de hoc iudicialiter per tres abſolutionis ſententias, vel per vnam, quæ tranſierit in iudicatum.

97 Pendente verò lite, quæ pendere dicitur, ſi damnatus appellauerit legitimè à ſententia contra ſe lata, diſtributiones dari debent, Imo ad hoc, vt diſtributiones accreſcant alijs, & illis vel fabricæ Eccleſiæ, aut loco pio actu diſtribuantur, debet conſtare Capitulo de cauſa ob quam Clericus priuari debeat diſtributionibus. Et licet vbi interceſſit ſententia iudicis pro iuſtitia illius præſumendum ſit; hoc tamen fieri non debet niſi ſententia tranſierit in iudicatum. Et ideo Capitulum non diſtribuit alijs bona fide diſtributiones quibus ratione delicti Clericus priuatur, & priuari non poteſt, niſi præcedente ſententia, niſi talis ſententia præceſſerit, quæ tranſierit in iudicatum, vel vbi ſufficit notorietas delicti, niſi adſit notorium quod nulla poſſit tergiueſatione celari. Et aduertendum quod etiam in caſu, in quo quis ex delicto incurrat ipſo iure priuationem diſtributionum, ſicut contingit in eo, qui commiſit delictum pro quo eſt lata excommunicatio, aut ſuſpenſio, adhuc neceſſaria eſt ſententia declaratoria criminis, ad hoc, vt Clericus priuetur diſtributionibus. Quod ſi pendente iudicio diſtributiones alijs fuerint collatę, ſequuta ſententia abſolutoria, & conſtito de innocentia Clerici ei debebunt reſtitui ab illis, qui eas perceperunt, niſi in eo caſu, in quo bona fide conſumptæ ſint ab eo cui acceſſerunt, & ille ex illis non eſt factus ditior.

98 Et nihilominus Clericus iniuſtè damnatus, & priuatus diſtributionibus habet actionẽ contra malitioſum accuſatorem, aut contra iniuſtum iudicem, ſi is mala fide proceſſit non ſeruato ordine iuris, quia iudex huiuſmodi fuit iniuſta cauſa huius damni Vgol. *de cenſ. t. 2. cap. 12. num.* 4 Saytus *de cenſ. l. 2. c. 5. num.* 27 Suarez *de cenſ. diſp. 13. dec. 2. num.* 23. Bonac. *de hor. can. diſp. 2. q. 5. §. 2. num* 4. Palaus *tr. 7. diſp. 3. p. 9. §. 2. num.* 8. Si verò Iudicis ſententia caſſata fuerit præſumetur in iudice mala fides; quamuis in hoc attendi debebit, an ſententia abſolutoria obtenta fuerit ex nõ ſeruato ordine iuris à priori iudice, vel potius ex nouis probationibus ex quibus conſtitit de innocentia damnati, quia ſi ſolum apud iudicem appellationis ex nouis probationibus innocentia damnati conſtitit, non poteſt dici quod Iudex qui innocentem damnauit mala fide, & iniuſtè proceſſerit.

99 Quantum verò ad excommunicatum, aut ſuſpenſum, aut interdictum hoc aliud conſiderari debet quod ad hoc vt priuetur diſtributionibus non ſufficit quod Clericus iuſtè, & verè ſit excommunicatus, ſed requiritur etiam quod non interfuerit diuinis. Nam ſi adeſt adhuc diſtributiones ſibi debentur obligatio enim ad intereſſendum diuinis officijs reſpicit ſubſtantiã actus, non modum. Nam Clerico exiſtenti in mortali, & ad malum finem intereſſenti diſtribu-

bu-

butiones debentur, quæ dantur pro actuali intereſſentia, igitur etiam debentur excommunicato ſi adſit diuinis officijs, licet malefaciat etiã ſi ſolum ſit excommunicatus occultus Petr. Nauar. *l.2.de reſt.cap.2.num.* 243. Vaſquez *de Benef. cap.4.§.3.dub.41.v.229.* Auila *de conſ.2.p.cap.6.d.* 1. Coninch. *diſp.14.de excomm.d.9.nu.8. & ſeqq.* Palaus *tr.7.diſp.3.p.9. §.2.num.4. Et cum* Bonac. *diſp.2.de hor. Canon. q. 3.p.2.§.2.num.2.& de excom.diſp.2.q 2.p.4.§.2.num.* 2. hoc limitet ad excommunicatum occultum. *Palaus* vbi ſupra, aduertit alios DD. non diſtinguere. Sed de hoc diligentius cogitandum. Solum ergo ſi non adſit amittit excommunicatus diſtributiones.

100 Et in illo caſu etiam non amittit, ſi ſibi negetur abſolutio iniuſtè. Quod verò plures dicunt eas ſibi deberi etiam ſi non ſit in mora petendæ abſolutionis, quia per ipſum non ſtat, quominus aſſiſtat. Syluеſ. *v.Clericus 4.q.25. & v.excomm.3.num.1.v.9.* Sà *v.beneficium. num.* 50. Armilla *v. Clericus num.* 18. Sayrus *l. 2. de cenſ. cap.5.num.* 206. Lopez.*tom.2.cap.* 18. Non ſubſiſtit, nec ſuffragatur *cap. Quia diuerſitatem, de Præben.* Quia diſtributiones non debentur Clericis, quia diligentibus vt adſint, ſeu non negligentibus adeſſe, ſed quia actu adſunt diuinis. Non habentur verò pro fictè intereſſentibus niſi qui neceſſitate impediuntur, qua non impeditur qui iuſte ex culpa eſt excommunicatus, dum ex hoc non adeſt, quia imo per ipſum ſtat vt non adſit, & ex culpa ſua non adeſt, niſi fuerit abſolutus, vel iniuſtè ſibi negata fuerit abſolutio. Suarez *de conſ.d.* 13.*num.* 4 *&* 5. Bonac.*diſp.* 1.*de excom.q.2.p.4.num.7.& de hor.canon. diſp.2.q.4.p.2.num.1.*Garz. *de Benef.p.7.cap.13.n.93.* Palaus *tr. 7. diſp.3.p.9.§.2. num.4.*

101 Et hoc etiam de excommunicato addendum eſt, quod probat Bonacina *d. pun.* 2. *num.* 3. Quod ſcilicet excommunicatus poteſt tempus, quo abfuit ratione excommunicationis computare pro tempore vacationis, ſi alias hoc tempus non eſt illi determinatè deputatum, ſed ſtat ad eius libitum. Et ſic poſtea diſtributionum erit particeps ſi aderit, & aliud tempus vacationis non ſumpſerit.

102 Suſpenſus verò iniuſte à diuinis officijs, ſi ex hoc nõ intereſt illis proculdubio non perdit diſtributiones. Quia autẽ ſuſpenſus tantum à beneficio non priuatur diſtributionibus, quia in materiã odioſa, vt ſupra *num.* 9. probatum eſt, ſub nomine fructuum beneficij non veniunt diſtributiones, ſed ſi adſit de facto vndequaque ſit ſuſpenſus, diſtributiones facit ſuas Palaus *d. p.9.§.2.num.* 9 Et idem dicitur ſi abſit, ſed eſt iniuſtè ſuſpenſus.

103 Idem dicitur cum proportione de interdicto perſonaliter. Quia ſcilicet ſi vel eſt iniuſtè interdictus, vel ſi nihilominus adeſt diuinis, non priuetur diſtributionibus. Quod de interdicto tolerato admittit Bonac. *d.p.2.§.4. n.* 4. Sed abſolutè id concedit Palaus *d.p.9.§. 2. nu.* 10. Si verò ſit interdicta Eccleſia, Clericus, qui non dedit cauſam interdicto ſi abeſt, quia non poteſt in Eccleſia illa adeſſe diuinis, non debet ex aliorum culpa priuari diſtributionibus. In interdicto vero generali, & in caſu in quo in terminis *cap. Alma Mater, inf. de ſent. excom.* poſſit celebrari diuina ſicut prius, priuabitur diſtributionibus, ſi diuinis non adſit. Quod verò dicitur vbi Eccleſia eſt interdicta idem dicient vbi eſt polluta, & propterea Clerici non poſſunt in ea celebrare diuina. Non enim propter hoc ipſi diſtributiones amittunt, ſi non ſunt in culpa pollutionis.

104 Tempore autem ceſſationis à diuinis Clericis Eccleſiæ ceſſantis non debentur diſtributiones per *text.cap.2.ſup.de off. Ordin.* & ibi dictum eſt *n.* 25. & præter ibi relatos tradunt Conar. *in cap.Alma mater §. 4. num.* 7. Mon. *p. 2.q. 16. num.* 36. *Palaus d.p.9.num.* 11. Arbitratur autem Palaus, quod ſi qui dedit cauſam ceſſationi non poſſit reſtituere damnum Canonicis, ſuperior poſſit diſtributiones, & alia emolumenta condere, eo quia non ſit iuſtum Clericos ſine culpa damnum pati.

105 *Priuatus* vero beneficio ante ſententiã non amittit diſtributiones, niſi ſi non interſit diuinis. Et idem dicitur pendente lite tempore appellationis, antequam ſententia tranſierit in iudicatum, vel antequam per tres conformes lis non ſit terminata prorſus. Vbi verò lis fuit terminata, etiam ſi Clericus iniuſtè fuit priuatus beneficio, quia tunc non habet amplius beneficium, & ex conſequenti nec habet titulum ad diſtributiones habendas, ideo illas non poteſt percipere ſi tamen obtineat contra ſententias beneficium reſtitutionis in integrum, ſi tandem de iniuſtitia priuationis conſtet, recuperare debebit etiam amiſſas diſtributiones, quas ex iniuſta priuatione impeditus obtinere non potuit.

106 Et idem cum proportione dicitur de degredato ſiue actualiter, & realiter, ſiue de depoſito ſeu verbaliter degradato. Irregularis verò per ſe non priuatur vt non adſit diuinis officijs, & ſic vt diſtributiones non acquirat. Impeditur tamen ne exerceat actus ordinis, & tunc ſi iniuſtè declaratus eſt irregularis non perdit diſtributiones, vt de excommunicato dictum eſt.

SVMMARIVM.

107 *Abſens pro vtilitate Eccleſia percipit diſtributiones.*

107 *Requiritur vtilitas grauis vera, certa, & manifeſta.*

108 *Requiritur vtilitas Eccleſia illius in ſpecie cuius ſunt diſtributiones.*

109 *Etiam abſens à loco pro vtilitate Eccleſia percipit diſtributiones.*

109 *Etiam ſi abſit cauſa electionis.*

110 *Non adeſt vtilitas Eccleſiæ, ſi negotium poteſt tractari per non obligatum ad chorum.*

110 *Ad hoc vt vtilitas excuſet non eſt neceſſaria conſuetudo.*

111 *Abſens cauſa curæ animarum annexa Canonicatui excuſatur.*

112 *Quid vbi parochia annexa eſt extra ciuitatem.*

113 *Dignitas, & Canonicus ſimul non lucratur diſtributiones dignitatis ex eo quod abſit pro cura animarum annexa Canonicatui.*

114 *Excuſatur abſens pro negotio Capituli, ac definitione iurium ſui beneficij.*

114 *Et qui inſeruit Epiſcopo, aut Pontificalia exercitanti.*

Et

Digitized by Google

115 *Et Canonicus Theologus eo tantum tempore quo legit.*

116 *Et Pœnitentiarius, qui abeſt vt audiat confeſſiones; quod multipliciter explicatur.*

117 *Et miſſus à Capitulo ad Concilium, vel ad Papam, vt aſſiſtat ratiotinijs.*

113 *Non excuſatur qui negotium tardius expedit, vel pro eo citius diſcedit, aut tardius redit.*

118 *Excuſatur obſes datus vel carceratus pro Eccleſia.*

119 *Non cenſentur abeſſe pro vtilitate Eccleſiæ, vel qui abſunt, vt adſint Capitulo, nec Vicarius Epiſcopi pro ſuo officio, nec examinatores ſynodales, nec inſeruientes Epiſcopo celebranti extra Eccleſiam.*

120 *Abeſt pro vtilitate Eccleſiæ, qui abeſt vt iura ſui beneficij tueatur, etiam ſi ob hoc excommunicatus, non tamen ſi lis ſit de iure proprio ad beneficium contra alium.*

120 *Nec prouiſor, aut Vicarius Epiſcopi ſi cauſa ſui officij excommunicetur.*

121 *Ad hoc vt abſens ex vtilitate Eccleſiæ excuſetur, non eſt neceſſaria licentia Epiſcopi.*

122 *Licet ſit neceſſarium mandatum Capituli in negotio communi.*

123 *Non abeſt ex vtilitate Eccleſiæ, qui commodè ante vel poſt diuina negotium poteſt expedire.*

124. *Quid de eo, cui commiſſum fuit expedire negotium de mane, & diſtulit illud veſperi.*

125 *Diſtributiones debentur pro eo tantum tempore, quod fuit neceſſarium, & fuit conſumptum pro expeditione negotij.*

REGVLA VII.

107 CLericũ Eccleſiæ Cathedralis aut Collegiatæ, vt in abſentia à diuinis officijs percipere poſſit diſtributiones quotidianas excuſat Eccleſiæ vtilitas. Ita ex hoc textu habetur, & docent communiter DD. Non tamen quælibet vtilitas hoc præſtat, ſed ſolum grauis, & magna, vt aduertit hic Probus *ad Monac. num.* 27. Moneta 2.*p.q.*11.*num.*33. Bonac. *diſp.* 2.*q.*5.*p.*3.*n.*5. Nec ſufficit vtilitas ficta, vel latens et occulta, ſed eſt neceſſaria vtilitas vera, certa, & manifeſta. Io: And. *hic. num.* 3. Anchar. *num.* 4. Dom. §. *ſi vero. num.* 28. Moneta *p.* 2.*q.*11.*nu.*32. Garz. *p.* 3.*c.*2.*num.* 421. Qui verò *num.* 8. Quod arbitrio prudentum eſt iudicandum in dubio & non ex proprio, & ſolo abſentis iudicio. Quamuis regulariter hæc vtilitas cenſebitur certa, & euidens, ſi Clericus à proprio Capitulo electus fuit pro negotio peragendo iudicato vtile Eccleſiæ. Palaus *tr.*7.*diſp.*3.*p.q.*§.3.*num.*3.

108 Nec tamen cuiuſcumque Eccleſiæ vtilitas ſufficit, ſed ſola propriæ illius Eccleſię vtilitas cuius ſunt diſtributiones excuſat ad eas in abſentia percipiendas. Io: And. *num.* 3. Anchar. *num.* 4. D. §. Si verò *num.* 8. Fagnan. *cap. licet num.* 160. *de Præben.* Bonac. vbi ſupra *num.* 6. Palaus *d.* §. 3. *num.* 1. Vult verò Palaus, quod ſufficiat etiã vtilitas Eccleſiæ vniuerſalis, ſed fallitur. Diſtributiones enim dantur pro actuali ſeruitio præſtito Eccleſiæ illi, ad quam ſpectant, & ideo habetur pro ficto intereſſente, qui eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem procurat licet abſens ſed hoc non extenditur ad alias Eccleſias, & nec etiam ad vniuerſalem, Fagnan. *d. cap. licet num.* 180. Vnde licet qui eſt in ſeruitio Papæ, inſeruiat Eccleſiæ vniuerſali, non tamen percipit diſtributiones, ſi nõ adſit diuinis in propria Eccleſia, vt probatum eſt ſupra ex communi ſententia.

109 Nonnulli verò fundati in *capit. Cum non deceat, de elect.* limitant regulam vt non verificetur in illis, qui abſunt à loco in quo eſt Eccleſia, licet abſint pro vtilitate ipſius Eccleſiæ. Ripa *tract. de peſte* 2.*p. num.* 145. Couar. *var. l.*3.*c.*13.*num.*8. Sed vt aduertit Fagnan. *d. cap. licet, nu.* 159. *Cap.* illud intelligitur de Eccleſijs in quibus erat conſuetudo, vt abſentes pro vtilitate Eccleſiæ non lucrarentur diſtributiones, quam tamen conſuetudinem non probauit S. Cong. ſed cenſuit etiam abſentem à loco Eccleſiæ pro eius vtilitate habendum eſſe pro intereſſente diuinis officijs, ſibique deberi diſtributiones Et hanc congregationis ſententiam ad ſe delatam probauit Paulus Quintus. Palaus verò *d* §.3.*n.*2. credit ex vi *d. cap. Cum non deceat* ſolum abſentem cauſa electionis non percipere diſtributiones. Sed & ſtandum eſt primæ reſponſioni, & dicendum, quod etiam qui pro cauſa electionis factæ à Capitulo Romam venit miſſus à Capitulo habetur pro ficto intereſſente, & conſequitur diſtributiones.

110 Non cenſebitur tamen abeſſe ob euidentẽ vtilitatem Eccleſiæ, ſi negotiũ commiſſum poteſt vtiliter, & commodè tractari per Procuratorem, aut alium qui non ſit obligatus ad chorum. Seraphin. *dec.* 113. *num.* 41. Abſolutè autem regula textus valet, independenter à ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto ordinante vt diſtributiones dentur abſenti pro vtilitate Eccleſiæ, & hoc ex vi huius textus, qui non ex vi conſuetudinis ſpecialis, aut ſtatuti, ſed abſolutè vult quod abſentes ex cauſa vtilitatis Eccleſiæ percipiant diſtributiones.

111 Hinc ſequitur diſtributiones quotidianas deberi, Dignitati, ſeu Canonico abſenti à choro propter exercitium curæ animarum ſuæ Dignitati, aut Canonicatui incumbentis, vt pluries declarauit S. Cong. apud Fagnan. *d. cap. licet num.* 163. Hoc vero quidam probare contendunt ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 22.*cap.* 3. Ita Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 335. Sed Concil. ibi loquitur de diſtributionibus in illo *cap.* ſtatuti, nimirum deſumptis ex tertia deducta ex fructibus Dignitatum, Perſonatuum, & officiorum, quæ non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, vt ex dictis *num.* 87. patet, & bene aduertit Moneta *p.*2.*q.*11.*num.* 70. Limitatur etiam hoc vt per curam animarum intelligatur adminiſtratio ſacramentorum, ſeu cura fori interioris, non verò exterioris fori, & iuriſdictionis; Quod ex varijs declarationibus S. Congregationis colligit Garz. *d. num.* 335.

112 Sed aduertendum, quod ſi Eccleſia habens curam animarum ſit extra Ciuitatem in qua eſt Cathedralis, vel Collegialis, tunc iuxta *cap. Extirpanda* §. *Qui verò, de præben.* Dignitas, aut Canonicus non poteſt curam illam exercere per ſe ipſum, ſed per Vicarium. Et ſic ca-

ſus iſte, vt Canonico exercēti curā animarū annexā dignitati, aut Canonicatui dētur diſtributiones habet locū ſolum, ſi Eccleſia cui incumbit cura animarū ſit intra Ciuitatem. Et nihilominus Archidiaconus, aut Canonicus vel ſimul cum Epiſcopo, aut Vicario, vel ſolus de mandato Epiſcopi, vel quicumque legitimè viſitans Eccleſiam propriam, & ſuæ præbendæ annexam, conſequitur diſtributiones quotidianas propriè dictas. S. Cong. Regul 1598. Aquileia 14. Octobris. Azor. *p. 2. l. 7. c. 7. q.* 10. Monet. *d. q.* 11 *t. num.* 63. Barb. *alleg.* 52. *num.* 163. *& de Canon. cap.* 24. *n.* 4. Palaus *tr. 7. d. 3. p. 9. §. 3. num.* 9.

113 Non tamen ſi aliam Eccleſiam etiam diœceſis, etiam vt Vicarius Epiſcopi etiam vt Vicarius Capituli, etiam ſi eam viſiter ex iure ſibi competenti. Quod ſi aliquis habens plura beneficia diſtincta, vt ſi ſit Dignitas, & Canonicus, ſi Eccleſia eſt annexa Canonicatui, tunc Canonicus exercens curam animarum in Eccleſia canonicatui annexa, vel illam viſitans vt ſupra, non lucrabitur diſtributiones debitas Dignitati, ſed ſolum debitas Canonicatui, cui Eccleſia illa eſt annexa, & vnita. Cæterum viſitans Eccleſiam propriam vt ſupra lucratur diſtributiones, non tantum ex vi conſuetudinis, vt concedunt Io: Mon. *num.* 2. Prob. *n.* 11. Io: And. *num.* 1. Dom. 4. Fran. *num.* 2. Sed abſolutè quia abeſt ex Eccleſiæ ſuæ vtilitate, vt citati DD. aduertunt.

114 Item abſenti propter negotia Capituli, & vt iura Capituli aut proprij beneficij tueatur. Item Canonicis Epiſcopo Pontificalia exercenti aſſiſtentibus ad præſcriptum *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. Concil. Trid. tam in Cathedrali, quam alibi in Ciuitate, aut ſuburbijs.

115 Item Theologo Cathedralis in diebus tantum in quibus legit. Quod ſi contingat matutinum recitari in veſperis ante diem lectionis, non excuſatur Theologus, ſed tenetur diuinis adeſſe, ſi vult lucrari diſtributiones, quia Greg. XIII dixit diſtributiones deberi Concionanti, aut legenti non ſolum hora, qua legit, ſed pro toto die in quo legit, non vero pro antecedenti. Imo hoc non procedit de iure communi, ſed ex gratia per declarat. S. Cong. allegatas à Garz. *p. 3. c. 2. num.* 120. Imo Garz. *num.* 122. vult hāc gratiam non eſſe communem omnibus indiſcriminatim, ſed ſolum illis, qui illam petierint, & obtinuerint à S. Cong. quæ illam poteſt concedere. Alij tamen abſolutè dicunt Canonicum legentem, aut Concionantem ex officio poſſe abeſſe ab horis omnibus illius diei in quibus cōciones habet, aut legit. Et talis videtur ſenſus declarationū quas Garz. recenſet *n.* 120. Et ita ſentiunt Fagnan. ſupra citatus, Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. §. 7. *proœm. num.* 180. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 5. §. 6. Barboſ. *de off. Epiſ. all.* 56. *num.* 8. *Et de can. cap.* 24. *num.* 7. Palaus *d. p. 9. §. 6. num.* 1. & alij apud eos.

116 Item Pœnitentiario dum Confeſſiones pœnitentium etiam non habentium caſus reſeruatos, vel ſola venialia confitentium audit, & ſiue illas audiat in confeſſionario, ſiue extra, & etiam emolumentorum funeralium prouenientiū ex eo, quod Capitulum aſſociatur cadauer ad ad ſepulturam. Quæ omnia tanquam definita à S. Cong. tradunt Fagnan. *d. cap. licet à num.* 167. Garz. *p. 3. cap. 2. à num.* 333. Moneta *p. 2. q. 11. num.* 63. *& ſeqq.* Barb. *de Canon. cap. 24. à n.* 4. Quod verò dictū eſt de Pœnitentiario extendunt aliqui, vt verificetur etiam dum Pœnitentiarius in Eccleſia aſſiſtit paratus confeſſiones audire, ibique Pœnitentes expectat. Quod tenet Palaus *tr. 7. d. 3. p. 9. §. 5.* id aduerſatur Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap.* 8. hoc concedenti Pœnitentiario dum confeſſiones audit, & declarationi S. Cong. quæ voluit Pœnitentiarium, qui tempore diuinorum officiorum priuatim officium recitat in Confeſſionario, aut alibi, aut celebrat, aut confabulatur, non lucrari diſtributiones; quod etiam docent Garz. *part. 3. cap. 4. num.* 124. Moneta *p. 2. q. 11. num.* 16. Vgolinus. *de off. Epiſ. cap.* 33. *num.* 5. Bonacina. *diſp. 2 quæſt.* 5. *p. 3. §. 5. num* 2. Barb. *ad dict. cap.* 8. *Concil. Trid. ſeſſ.* 24 *num.* 28. Illum tamen cenſendum eſſe audire confeſſiones ſi cum Pœnitente loquatur de ſpectantibus ad confeſſionem, vel cauſa impetrandi facultatem, vt poſſit ab aliquo caſu reſeruato abſolui, vel ratione conſilij accipiendi, quia hæc ad officium Pœnitentiarij ſpectant, Bonac. *ſupra num.* 2. Palaus *d. num.* 1. Sic nomine diuinorum officiorum veniunt etiam proceſſiones, & aliæ publicæ orationes, quæ fiunt per Capitulum Garz. *in ad. ad par. 5. cap. 4. num.* 125. Barb. *ad d. cap. 8. ſeſſ. 24. num* 30. Bonac. *d. §. 5. num.* 3. Palaus *d. p. 9. §. 5. num.* 2. Quidquid in contrariū dixerit Moneta *d. q. 11. num.* 6. Nam & id declarauit S. Cong. in vna *Gienen.* 4. *Septembris.* 1591. Et nedum Pœnitentiarius, ſed in eius defectum ſubrogatus, dum audit Confeſſiones percipit diſtributiones. Bonacina *d. §. 3. num.* 4. Palaus *d. §. 5. num.* 3. Ad minores etiā pœnitentiarios datos à ſuperiore in ſubſidium Pœnitentiarij, nullo congruo ſtipendio illis aſſignato. Sed hoc negat Bonac. Dictū tamen Monetæ poteſt ſuſtineri in caſu neceſſitatis in aliqua ſolemnitate vel alio caſu in quo ex multitudine pœnitentium non ſufficiat Pœnitentiarius. Tunc enim illi occupantur ex neceſſitate ſeruitij ipſius Eccleſiæ. Palaus *d. §. 5. num.* 6. Sic enim S. Cong. Regul. 1601. Andria 9. Nouem. 232. & 1601. Aquila 27. Nouē. 141. voluit deputatos pro audiēdis Confeſſionibus in Eccleſia, aut adminiſtrandis ſacramentis percipere diſtributiones. Imo & hæc competunt deputatis pro ſeruitio curæ annexę Eccleſiæ. Audientia tamen confeſſionū non ſuffragatur Pœnitentiario, ſi audit Confeſſiones extra Eccleſiam, etiam in domibus infirmorum Garz. *in add. ad p. 5. cap. 4. num.* 125. *in fine* Barb. *ad d. cap. 8. ſeſſ. 24. Concil. Trid.* Bonac. *d. §. 5. num.* 2. Pœnitentiarius verò etiam tempore vacationum adeſſe debet ex cauſa audiendi confeſſiones, vt docent Garz. *p. 5. cap. 4. num.* 122. Barboſ. *ad d. cap. 8. ſeſſ. 24. Conc. Trid. num.* 33.

117 Itē miſſus à Capitulo ad Conciliū Generale, vel Prouinciale. Moneta *num.* 91. Barb. *all.* 53. *num.* 158. *& de Canon. cap. 24. num.* 8. Palaus *d. p. 9. §. 3. v.* Bonac. *diſp. 2. q. 5. p. 3. num.* 13. Item miſſus à Capitulo legatus ad Pontificem, vel Principem ad gratulandum de aliquo felici aduentu, vbi tamen ſit conſuetudo id faciendi. Bonac. *num.* 12. Palaus *num* 5. Item deputatis

ad

ad ſumendas rationes reditunm, & bonorum Eccleſiæ, ſi tempore officiorum ſit in hoc occupatus. Moneta *p. 2.q.5.num.* 47. Bonac. *ſup. n.* 11. Palaus *ſup. num. 6.* Vbi quod hoc ſic verum etiam ſi alio tempore poſſint hæc computa fieri, quia hoc eſt cum ſpeciali grauamine eius, qui ad hoc deputatur, quod ipſe ſubire non tenetur. Et declaratio Cong. relata à Garz. *p. 3.cap. 3.n.* 568. Barb. *de Canon. cap. 24. num.* 21. loquitur de Epiſcopo, & Capitulo, quibus non licet tempore diuinorum has rationes aſſumere, & ordinare, quia cederet in diminutionem diuini cultus Vernm hoc patitur difficultatem. Quia ſi qui deputatur ad ratiocinia ad id tenetur vel ex officio vel ex ſtipendio, non grauatur, & debet, ſi cōmodè poteſt ſatisfacere muneri ſuo, ſine præiudicio diuini cultus. Sed ſi ad id non tenetur, ſed laborem illum ſuſcipit gratis, cur vult ex hoc exēptionem à choro, cum veriſimile ſit non defuturum alium, qui extra tempus chori ratiocinia videat ſi commodè id fieri poteſt, & iura volunt vt hæc extra tempus chori expediantur?

118 Et nihilominus ſi Clericus ad tractanda negotia ſibi à Capitulo mandata vel citius diſcedat, quam ſit neceſſarium, vel tardius redeat, vel vt recreationes ſumat, aut ex quacumque alia cauſa tardius quam poſſet, & deberet negotium expediat, niſi illum excuſet bona fides, non poſſet percipere diſtributiones tempore illius abſentiæ non neceſſariò reſpondentes, vt ex Fauſto & Seraph. *dec.* 115. *num.* 2. aduertit Barb. *de Canon. cap. 24. num.* 12. & 23. Item obſes, aut etiam repræbeſaliarum cauſa captus, & detentus, non eſt priuandus diſtributionibus quotidianis. Moneta *p. 2. q. 5. num. 56.* Barboſ. *de Can. 24. num.* 18. *& alleg.* 53. *num.* 163. Palaus *d.§. 3. num.* Item abſenti à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione.

119 Cum verò regulariter Canonici non poſſint habere Capitulum pro negotijs Eccleſiæ tractandis tempore diuinorum officiorum, niſi ad id ſpecialis, & grauis cauſa cogat, vt habetur ex Conſtit. Clem. VIII. quæ incipit decet Rom. Pontif. & datur impreſſa in principio Breuiarij eiuſdem Pontificis. Et declarauit S. Cong. Ideo regulariter adeſſe Capitulo tempore diuinorum officiorum non excuſat. Hoc enim non eſt in vtilitatem Eccleſiæ, ſed in diminutionem diuini cultus abſque neceſſitate, & ideo regulariter Clerici abſentes à choro vt adſint Capitulo non lucrantur diſtributiones, ſicut nec Vicarius Epiſcopi, nec examinatores ſynodales, nec viſitatores Diœceſum, nec Canonici aſſociantes Epiſcopum volentem extra Eccleſiam celebrare, aut miſſam audire. Hi enim non abſunt ob vtilitatem Eccleſiæ, cuius ſunt Canonici.

120 Cum vero dictum ſit Clericum abſentem pro defenſione iurium ſui beneficii non amittere diſtributiones. Rota coram Seraph. *dec.* 1098. *num.* 5. *Et dec. 689. num. 3. p. 1.recent. & in Aſtem. Fruct.* 15. *Maij* 1613. *coram* Manzenedo, *& in Calagurit. fruct. 26.Maij* 1614. Garz. *p. 3.c. 2. num.*49. aſſerens hoc declaratū à S. Cong. & alij plures, quos refert & ſequitur Barb. *de Canon. cap. 24. num.* 25. Palaus *d. §. 3. num.* 11. Aduertendum eſt hoc non verificari ſi lis ſit iniuſta S. Cong. Epiſ. & Regularū. 1602. Ceſenæ 15. Ianuar. 6. & 1604. Grauina 5. April. 44. Et ſi non concernat principaliter intereſſe Eccleſiæ ſed intereſſe perſonę, & ex conſequenti Eccleſiæ, ſicut ſi litiget de conſecutione beneficij, ſeu de iure proprio beneficij contra alium S. Congregatio 1602. Milano 17. Septembris. 103. Garzia *d. num.* 49. Bonacina *diſp. 2. quæſt. 5.p. 2. §. 3. num.* 2. Palaus *ſup. num.* 11. Barboſa *de Canonicis capit.* 24. *num.* 26. & apud eum Rota in *Aſten. Fruct.* 15. *Maij* 1613. *coram* Manzanedo *& in Calagur. fruct.* 22. *Iunij* 1615. Cæterum vbi lis ſit de iure beneficij debentur Clerico abſenti diſtributiones etiam non obſtante quod ob litem ſit iniuſtè excommunicatus, imo etiam ſi iuſtè excommunicatus, quouſque iuridice fuerit conuictus, quia iuſtè beneficiatus defēdit iura ſui beneficii donec fuerit conuictus cauſam malam fouere. Barb. *all.* 53. *num.* 173. *de. de Canon.c.* 24. *num.*26. Gutierez. *l. 1.Canon.cap.* 1. *num.* 142. Palaus *d.num.* 11. Qui aſſerunt eamdem eſſe rationem, ſi in vacantia Eccleſiæ prouiſor ob cauſam officij excommunicetur, quia excommunicatur ob officium ad Eccleſiam pertinens, & quod ipſa Eccleſia per ſe exercere debebat. Sed quod dicitur de Prouiſore, ſeu Vicario Capitulari ſupra improbatum fuit, quia huiuſmodi officiū non eſt proprium Capituli vt eſt Eccleſiæ ſpecialis, ſed vt ſuccedit in iure Epiſcopi, & vt repræſentat Eccleſiam ipſius Diœceſis, & illius locum tenet.

121 Cum verò ad hoc vt Clericus percipere poſſit diſtributiones in abſentia ratione vtilitatis Eccleſiæ præter hāc cauſam iuſtam etiam licentiam Epiſcopi requiri ex decreto Conc. Trid. *ſeſſ* 23. *cap.* 1. *voluerit* Garz. *p. 3. cap. 2. num.*90. & alij apud eum, & apud Barb. *de Canon. cap.* 24. *num.*26. Ex eo tamen textu Concil. id non deducitur vniuerſaliter, quia Concil. ibi loquitur de Epiſcopis, & curam animarum habentibus. De reſidentia verò Epiſcoporum, & Parochorum neceſſaria præcipuè ex illo *cap. 1. ſeſſ.* 23. Conc. Trid. videri poſſunt, quæ ſcripſi *tom. 1. de ſtat.q.* 185. *d 5. per totum.* Eſto igitur Epiſcopi, & Parochi non poſſint abeſſe à ſuis Eccleſijs niſi de licentia, hoc non eſt neceſſarium Canonicis, ſeu Clericis Eccleſiarum Cathedralium, & collegiatarum, ad hoc vt non amittant diſtributiones, ſi ex altera ex cauſis in textu expreſſis, & approbatis abſint. Quamuis Epiſcopi ſit prouidere ne tot abſint, vt cultus Dei diminuatur notabiliter, & detrimentum patiatur. Vnde tempore Iubilæi eius eſt prouidere ne eius lucrandi cauſa plures eodem tempore cum detrimento diuini cultus Romam veniant.

123 In hoc etiam diſtinguendum eſt, an cauſa abſentiæ ſit propria Clerici, vel communis Capitulo. Nam ſi ſit propria, vt eſt infirmitas, aut neceſſitas defendendi iura propria ſui beneficij Clericus non indiget licentia, vt abſit abſolutè enim textus concedit diſtributiones abſentibus ex huiuſmodi cauſa. Sed ſi negotium ſit commune erit neceſſarium mandatum capituli ad hoc vt nomine Capituli agere poſſit, & ex illa cauſa abeſſe. Nam Capituli eſt in hoc Procuratorem eligere, & poſſet extra Capitulum. In caſu tamen ſufficere poterit mandatum præ-

ſumptum, & negotij vrgentia. Vt ſi quis eſſet in curia expedito ſuo negotio accideret aliquod commune negotium, quod non pateretur dilationem, ſi interim maneret in curia pro defenſione neceſſaria iuris cõmunis Capitulo, donec Capitulum admonitum, quod ſibi bonum videretur decerneret, iuſtè abeſſe, & ſibi deberentur diſtributiones: ſicut ſi negotium Eccleſiæ ſit ita commune, quod concernat ſingulos, vt ſingulos poterit quilibet ſine mandato, & nomine proprio ius Eccleſiæ tueri, & ſi neceſſe ſit ex hac cauſa abeſſe. Non igitur eſt neceſſaria Epiſcopi licentia ad hoc vt Clericus Cathedralis, aut Collegiatæ Eccleſię abſit pro defenſione iurium Capituli, aut proprij beneficij Cacrd. *de hor. canon. cap.* 68. *num.* 14. Fauſtus *l.* 3. *q.* 39. Riccius *in collect.* 2437. *par.* 6. quos ſequitur Barb. *de canon. cap.* 24. *n.* 26.

123 Non adeſſe tamen neceſſitatem euidentẽ abſentiæ, ſi Clericus abſque detrimento diuini cultus poſſit ante vel poſtnegotiũ expedire, voluit Moneta *p.* 2. *q.* 5. *n.*43. Eius oppoſitum verò voluerunt Bonac. *diſp.* 2. *q.* 5. *p.* 3. *num.* 16. *&* Palaus *d.* 5. 3. *num.* 13. Quia qui abeſt agendo negotium Eccleſiæ abeſt pro Eccleſiæ vtilitate. Sed vera eſt prior Monetæ opinio, quia non vrget vtilitas Eccleſiæ vt tempore diuinorum abſit qui commodè extra illud tempus poteſt negotiũ Eccleſiæ agere. Et talis non abeſt cauſa vtilitatis, ſed cauſa ſuæ commoditatis licet redundantis in Eccleſiæ vtilitatem, qui commodè poſſet extra tempus diuinorum Eccleſiæ vtilitati proſpicere. Imo in hoc non adeſt Eccleſiæ vtilitas, ſed damnum, cum ſine neceſſitate diminuatur diuinus cultus, & vtilitati Eccleſiæ ſine damno talis diminutionis commodè conſuli poſſit.

124 Si etiam contingat caſus quod alicui Clerico conceſſum, ſeu commiſſum ſit expedire negotium Eccleſiæ de mane, & ipſe de mane, attendat proprijs negotijs, & veſperi negotium Eccleſiæ peragat nullas ſibi deberi diſtributiones voluit Moneta *d. q.* 5. *num.*44. Sed deberi ſibi veſpertinas cenſet Palaus *d.p.* 9. § 3. *n.* 14. Sed deberi matutinas dixit Bonac. *d.p* 3. *num.* 21. Sed dicitur non eſſe neceſſariam licentiam, vt Clericus abſit pro negotio Eccleſiæ, & eius vtilitate. Quatenus verò negotium ſit commune, & ſit neceſſarium mandatum capituli, ſi qualitas temporis non eſt neceſſaria ad expeditionem negotij commiſſi, qualitas illa, vt verbi gratia quod negotium expediatur matutino tempore, cenſeri debet vt appoſita ad melius non vt neceſſario obſeruanda, & ideo Clerico non de mane, ſed de veſpere negotium Eccleſiæ perficiente debentur diſtributiones. Sed ſi qualitas temporis matutini erat neceſſaria, Clericus tenebitur ad intereſſe, ſi Eccleſia damnum paſſa eſt; & nihilominus diſtributiones ſibi debentur, quia & in mandato ſubintelligitur vt negotium perficiatur veſperi, ſi id non fuit factum de mane. Dici tamen debet, quod ſibi debentur ex matutinis aut veſpertinis diſtributionibus illæ, quæ ſunt minores. Si enim maiores ſunt matutinæ, hæc non non debentur, quia tunc Clericus non abfuit ex vtilitate Eccleſiæ. Si maiores ſunt veſpertinæ, hic exceſſus non debetur, quia Clericus voluntarie, & non ex vtilitate Eccleſiæ, ſed ex eius cõmoditate, aut negligentia diſtulit Eccleſiæ negotium, quod de mane perficere debebat, & ideo tunc contentus eſſe debet matutinis diſtributionibus ſi illæ ſunt minores. Quod eo magis dici debebit, ſi Clericus fraudolenter ex eo diſtulit negotium vt diſtributiones maiores conſequeretur.

125 Pro toto vero illo tempore Clerico debentur diſtributiones, quod neceſſariò conſumptũ eſt in tractando negotio Eccleſiæ computato itinere receſſus, & reditus, huius verò temporis quantitas arbitrio bonis viri eſt menſurãda ceſſante omni fraude, & negligentia. Et quidem ſi negotium potuit cito expediri & ex negligentia Clerici fuit expeditũ longiori tempore ipſe non eſt ſecurus in conſcientia, nec ſibi debentur diſtributiones pro illo temporis exceſſu. Et propterea S. Cong. Reg. 161. Città di Caſtello 29. Maij 141. inter abſentes ex legitima cauſa, quibus tamen non debentur diſtributiones numerauit illos, qui potuerunt redire, & nõ redierunt. At è contra, ſi citius conficie iter, aut expediuit negotium quam obligatus eſſet, non poteſt ab Eccleſia illis diebus abeſſe, ſicut nec qui expediuit negotium ante horam diuini officij poteſt poſtea officij tempore abeſſe, ſicut nec *Pœnitentiarius*, qui ante officij tempus pœnitentium confeſſiones audiuit, poteſt poſtea à choro abeſſe tempore officii. Et nihilominus, ſi dum Clericus negotium peragit, infirmitatur, aut aliquo alio impedimento detinetur, quo diuinis adeſſe non poſſit excuſatur, & eodem modo diſtributiones lucratur ac ſi in expediendis negotijs Eccleſię occuparetur. Moneta *p.* 2. *q.* 5. *num.* 58. Sfortias *Oddo de reſtit. in integ. p.* 2. *q.* 27. *à* 3. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 5. *p.* 3. *num.* 18. Palaus *d. p.* 9. *§. n. fin.*

SVMMARIVM.

126 *Canonicus qui intereſt diuinis officijs diſtributiones facit ſuas; & de eis poteſt ad libitum diſponere, & teſtari, etiam ſi non ſint exacta, & ita vt tranſeant ad hæredes.*

127 *Canonicus, qui ſine cauſa legitima abeſt à diuinis, ſi recipiat diſtributiones illas non facit ſuas: Nec Capitulum aut is, cui accreſcerent poteſt illas donare, aut remittere: nec valet ſupra hoc aliquod ſtatututum.*

128 *Et hoc eſt verum etiam de diſtributionibus iam amiſſis, poſt eorum tamen actualem diſpenſationem factam ei, cui accreſcunt, ille eas poteſt donare, vel obligationem reſtituendi relaxare.*

129 *Et his Canonicus in conſcientia tenetur diſtributiones reſtituere, vel alijs intereſſentibus, vel reſpectiuè Eccleſiæ.*

130 *Quid de eo, qui mala fide poſſidet beneficium.*

131 *Damnatus ad reſtituendum fructus tenetur reſtituere diſtributiones, ſi eſt intruſus: ſecus dicendum per ſe, & abſolutè, quia nomine fructuum non veniunt diſtributiones.*

Re-

Digitized by Google

REGVLA OCTAVA.

126 Clericus Cathedralis, aut Collegiatæ Eccleſiæ dum adeſt diuinis officijs diſtributionum acceptarum dominium acquirit, eaſque facit ſuas, qui veró non intereſt etiam ſi diſtributiones recipiat eorum non accipit dominium, nec eas facit ſuas, ſed ad earum reſtitutionem tenetur. Prima pars huius regulæ, maniſeſtiſſima eſt, & ideo Clericus de diſtributionibus legitimè perceptis poteſt pro ſuo arbitrio diſponere, & etiam ad libitum teſtari ſicut de patrimonialibus, & ad fauorem cuiuſcumque hæredis. Io: And. *hic num.* 3. Anch. *num.* 4. Dom. §. *Qui vero num.* 2. Franc: *num.* 4. Barb. *num.* 22. *Item* Dom. *conſ* 83. Franc. *in cap. Præſenti num.* 10: *ſup. de off. ord. in hoc* 6. Card. *in Clem. fin. q.* 13. *de Præb.* Alban. *conſ.* 25. *per tot.* Gigas *de penſ. q.* 52. Couar. *in cap. Cum in officijs num.* 6. *in fin. de teſtam.* Redoan *de ſpoliis quæſ.* 1. *num.* 27. Grat. *diſcep.* 381. *num.* 11. Hoſtien Butr. Card. & Mola *in capit. Quia nos de teſtamen.* quos refert, & ſequitur Alex. *conſ.* 116. *num.* 5. *l.* 7. Seraph. *dec.* 594. *num.* 7. Rota *dec. in Eugubina diſtribut.* 28. *Aprilis* 1634. *coram* Dunozeto, Fagnan. *cap. grauis num.* 28. *de reſt. ſpol. de præb. & cæteri DD. omnes.* Et ita vt hoc verum ſit etiam de diſtributionibus non ſolutis, quia in hoc paria ſunt, quod fuerint ſolutæ, vel debuerint ſolui. Nec citra præſcriptionem negligentia, aut difficultas exactionis tollere poteſt obligationem. Pariſ. *conſ.* 33. *num.* 22. *l.* 4. Moneta *par.* 3. *q.* 3. *num.* 20. *& ſeqq.* Beller. *diſp. Cler. p.* 1. *tit. de bon. Cler.* §. 7. *num.* 18. Rota in Cæſaraug. *diſtrib.* 21. *Iunij* 1641. *coram Bichio.* Quamobrem in materia diſtributionum non habet locum concluſio illa, vt Clericus viuat tanquam Dominus, ſed moriatur vti ſeruus nuda vita cõtentus. Bul. *capit. Cum in Ferar. num.* 20. Prob. ad Mon. *cap. Hoc conſultiſſimo num.* 7. *de reb. Eccl. non alien.* Rubeus *ad dec.* 576. *num.* 21. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Sicut enim mercenarius, & ruſticus poteſt de ſui operis mercede diſponere, ita Clericus diſponere poteſt ad libitum tanquam dominus de ſuis diſtributionibus, quæ ſe habent vt merces ſui actualis ſeruitij, & ideo in illis datur via executiua. Dom. *dec.* 216. per totam.

127 Sed Canonicus, ſeu alius Clericus, qui ſine legitima cauſa abeſt à diuinis officijs ita amittit ius ad diſtributiones, vt etiam ſi ſibi à Capitulo dentur, eorum dominium non acquirat, nec eas faciat ſuas, & ita quod nec Capitulum poſſit illas remittere, aut qualitercumque amiſſionem diſtributionum condonare, Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* Archid. *in fin.* D. And. *num.* 3. Anchar. *num.* 4. Dom. §. *Qui vero n.* 10. Barb. *num.* 26. Nauar. *de hor. Canon. cap.* 22. Miſcell. 14. *num.* 48. Fagnan. *cap. licet num* 90. *de Præb.* Rub. *ad dec.* 576. *num.* 151. *& ſeqq. p.* 4. *tom.* 2. *recent.* Menoch. *de arb. caſu* 429. *num.* 8. Rota *in Hiſpalen. diſtribut.* 2. *Maij* 1603. *coram Coccino.* Et ita quod nec Epiſcopus, nec Capitulum ſtatuere poteſt, vt non intereſſentibus ſine cauſa legitima dentur diſtributiones, & illi illas faciant ſuas. Rota *in d. Hiſpalen.* Gratian. *diſcept.* 166. Et ita vt, ſi Capitulum ante diſtributionem mandet amiſſas diſtributiones alicui donari, nulla ſit donatio. Quia Capitulum non eſt huiuſmodi diſtributionum dominus, ſed diſpenſator, qui contra voluntatem domini, & legum præſcriptum non poteſt bona adminiſtrata donare. Et ita hoc expreſsè declarauit S. Cong. apud Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 431. Sed imo nec Canonici illi, quibus ammiſſæ diſtributiones accreſcere debent, poſſunt illas remittere, & vt dentur non intereſſenti condonare, ita enim apertè conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *capit.* 12. Quod eſt verum, nedum ſi abſit omnis fraus, & cõtentio, ſed etiam ſi interceſſerit tranſactio, quæ omnino nulla eſt, cum per Trident. loco citato illicita ſit in hoc omnis remiſſio, & colluſio.

128 Et licet aliqui hoc limitauerint ad diſtributiones amittendas, non autem ad amiſſas, ſentientes iam amiſſas poſſe remitti Rodriq. *p. p. cap.* 36. *caſu* 42. *&* & alij quos refert, & probabiliter approbat Moneta *p.* 3. *q.* 5 *&* Bonac. *diſp.* 2. *q.* 5. *p.* 7. §. 1. Tamen oppoſitum omnino eſt verum, vt ſcilicet, amiſſæ diſtributiones ante actualem diſtributionem, non poſſint per Epiſcopum, vel Capitulum, vel eum, cui accreſcere debent remitti, vt declarauit S. Congregatio & tanquam ab ea deciſum docent Garz. *d. cap.* 2. *n.* 431. Barb. *de poteſt. Epiſ. all.* 53. *num.* 14. Menoch. *de arbit. caſu* 429. *num.* 10. Palaus *tr.* 7. *d.* 3 *p.* 9. §. 13. *num.* 6. Et aperte Colligitur ex verbis Concil. Poſt diſtributionem verò factam, cum iam dominium acquiſitum eſt illis quibus accreuerunt, iam illi qui eorum facti ſunt domini illas etiam illis, qui eas amiſerunt poſſunt donare, & valet donatio, ſi ſine fraude, & colluſione fuerit facta. Et in hoc ſenſu intelligi debet Gloſſ. hic in *v. ſunt* ſicut illam interpretatur Rota *dec.* 108. *num.* 5. *coram Coccino*, & Nauar. *de hor. canon.* Miſcell. 14. *cap.* 22. *num.* 48. Quod etiam docent Dom. §. *qui verò num.* 10. Franc. *num.* 4. Barboſ. *num.* 25. Suar. *tom.* 4. *de relig. l.* 4. *cap.* 30. *num.* 17. Nauar. Miſcell. 59. *num.* 4. Azor. *p.* 2. *l.* 7. *c.* 7. *q.* 9. Bonac. *d. q.* 5. *p.* 7. §. 2. Et ita in hoc ſenſu Canonicus cui accreſcit portio ab alio amiſſa, poſtquam illi illa portio fuit adiudicata, & ſic iam eſt ſua, poteſt illam remittere, ideſt liberare eum, qui illã amiſit ab obligatione reſtituendi; quod voluit Gloſſa Rota, Nauar. Dom. & Franc. citati, Rubeus *ad dec.* 576. *num.* 161. Si tamen interuenerit conuentio cum Capitulo, vel cum donãte, vt dentur contributiones ei, qui illas amiſit, cum pacto, vt & ipſe illas remittat, aut donet ei, qui illas amiſerat conuentio tanquam colluſoria eſt nulla. Palaus *d. p.* 9. §. 13. *num.* 2. Qui tamen habet aliquod probabile ius ad diſtributiones & ſic dubium eſt, an ſibi debeantur, poteſt ſuper hoc iure dubio tranſigere, etiam ſuper acquirendis, non tamen à ſucceſſore. Bonac. *d. p.* 7. §. 3. Palaus *d. p.* 9. §. 13. *n.* 7.

129 Cum igitur qui, cum debet, non intereſt diuinis, ſi recipit diſtributiones, eas non faciat ſuas, illas reſtituere tenetur in conſcientia, nulla expectata ſententia iudicis. Eſt verò in hoc diſcrimen. Nam in terminis *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. Concil. Trid. eas tenetur reſtituere fabricę Eccleſiæ, ſi indiget, vel ſi non indiget alteri pio loco ad arbitrium Epiſcopi; illæ enim diſtributiones, quæ nec propriè ſunt diſtributiones quotidianæ, cum non ex maſſa communi, ſed ex tertia parte fru-

Digitized by Google

fructuum Dignitatum, *Perſonatuum*, & officiorum lumantur, ordinatæ, ſunt non in ſolatiũ intereſſentium, ſed in odium abſentium à diuinis. Sed diſtributiones propriè de quibus eſt ſermo in hoc textu, *& cap. 3. ſeſſ. 21. & cap. 12. ſeſſ.*24.Conc. Trid. accreſcunt alijs Clericis intereſſentibus, & illis reſtitui debent vt hic tradunt Franc. §. ſtatuimus *num.* 4.Fagnan. *cap. Quia nonnulli num.*16.*&* 21.*de Cler.non reſid.* Rota *dec.*225. *p.* 2. *diu.& dec.*712.*num.*2.*part.*;*recent.& dec.*314.*num.*7. *coram* Duran.[*Et in Aſturicen.reſident.*6.*Iunij* 1616.*num.* 2. *coram* Coccino, quæ eſt prima inter impreſſas apud Monetam *de diſtrib.*Nauar. *miſc.*59 *num.*9 Moneta *p.*2.*q.* 6. *num.*15.Gar*r.part.*3.*cap.* 2. *d num.* 464. Aduertit vero Rota *dec.* 117. *p.* 9. *tom.*1.*num.*13. quod ad hoc vt diſtributiones abſentium accreſcant præſentibus, præſentia debet eſſe vera, realis, & nõ ficta, & ſic hæres eius, qui abſens ex legitima cauſa percipere debebat diſtributiones, non poteſt illas petere cum iure accreſcendi, ſeu non decreſcendi reſpectu aliorum Canonicorum abſentium. Quia priuilegium, vt diſtributiones accreſcant præſentibus non procedit fauore illorum, qui fictè habentur pro præſentibus, cum in veritate abſint, licet ex legitima cauſa Bonac. *diſp.*2.*q.*7.*p.*1.*num.*6. Palaus *diſp.* 3.*p.* 8. *num.* 8. Barbol. *de Canon.cap.*22.*num.* 12. Nullibi enim reperitur in iure cautum quod fictè intereſſentes lucrentur portiones abſentium, ſeu incapacium. Fictio autem locum non habet niſi in caſibus expreſſis. Rota *dec.*1. *de ſponſ.in nou.* Sed quamuis hoc procedat vbi Clericus eſt impeditus ne adſit ex cauſa propria, vt quia abeſt ex infirmitate, aut ex propria corporali neceſſitate. Nihilominus ſi abſit ex vtilitate Eccleſiæ, non video cur non debeat in abſentia percipere diſtributiones etiam cum iure accreſcendi, ſeu non decreſcendi. Quia non debet pati damnum ex ſeruitio Eccleſiæ, & ex hoc peioris eſſe conditionis, quam alij, cum huiuſmodi non minus inſeruiat Eccleſiæ, quam illi, qui ſunt in choro præſentes: In hoc etiam caſu in quo diſtributiones accreſcunt alijs intereſſentibus Epiſcopus non poteſt eas applicare Fabricæ Eccleſiæ aut alteri vſui pio, vt declarauit S. Cong. Epiſcoporum 1559.Caſtellaneta 13. Iunij 172.

130 Qualiter vero nec malæ fidei poſſeſſor alicuius beneficij teneatur nedum fructus beneficij reſtituere, ſed etiam quotidianas diſtributiones, imo nedum receptas, ſed præmiſſa proteſtatione etiam quas intereſſendo diuinis recipere potuiſſet, licet eas non receperit, tractat latè Fagnan. *cap.Grauis de reſt.ſpol. à n.*76.

131 De condemnato verò ad reſtituendos fructus beneficij, quod ſimul cenſeri debeat damnatus ad reſtitutionem diſtributionum, tenet idem Fagnan. *ibid num.* 86.Quod verum eſſe poteſt, vbi condemnatio ſit ex nullitate tituli, quia verbi gratia non eſt verus Canonicus, ſed intruſus qui,cũ nõ habeat titulum beneficij non facit ſuas diſtributiones, quia iſtæ, non debentur niſi veris beneficiatis, & actuale ſeruitium attendi debet, ſi præſtitum fuerit ab habentibus legitimum ingreſſum, & in caſibus à iure non prohibitis, ſed permiſſis, *Caual. dec.* 6.*num.*1.*de præbend.* Nam alias gerenti negotium alicuius eo inuito non debetur ſalarium regulariter, intruſus vero inuita Eccleſiâ intereſt diuinis. Cæterum quod nomine fructuum beneficij non veniant diſtributiones, & quod propterea condemnatus ad reſtitutionem fructuum, non teneatur reſtituere diſtributiones, dictum eſt & probatum *ſup. num.*9.

SVMMARIVM.

132 *Licet emolumenta mortuariorum non veniant ſub nomine diſtributionũ in hoc eſt eadem ratio, & non debentur non intereſſentibus.*

133 *Diſpenſatus ad diſtributiones non eſt diſpenſatus ad aniuerſaria.*

134 *Debentur nedum Canonicis, ſed etiam Aſitijs.*

REGVLA IX.

132 DE diſtributionibus pro defunctorum aniuerſarijs largiẽdis idem eſt obſeruandum, vt ſcilicet non debeantur non intereſſentibus, & illi ſi eas percipiant eas non faciant ſuas, ſed illas reſtituere teneantur. Extenſio autem iſta neceſſario fuit exprimenda, aliter ex vi regulæ datæ de diſtributionibus, non intereſſentes non amiſiſſent emolumenta mortuorum, quoniam talia emolumenta non veniunt ſub nomine diſtributionum Card. Tabar. *in Clem.* 2.*num.*15.*de ætat.& qual.* Azor.*p.*2.*l.*7.*cap.*7. *q.* 4. Moneta *p.*1. *q.* 3. *num.* 12.*& fin.* Sed ex vi huius textus in hoc æquiparantur, quod non debentur abſenibus. Dom.§.*fin. num.* 1. Franc.*num.*1. Prob. *num.* 37. Lap. *all.*42.*num.*1. *&* 3. Vbi adden.alias accumulaut. Monet.*de diſtribut.p.*1.*q.*3. *num.*10.*&* 11.*& p.*2.*q.*14.*num.*22. Sanchez *conſ. l.* 2. *cap.* 2.*d.*105.Rota *dec.*32.*num.* 6. *& dec.* 59. *num.*4.*part* 7.*recen.* Nauar. *conſ.*13.*de Cler.non reſid.* Dantur enim ratione perſonalis ſeruitij præſtiti in celebrandis diuinis ſeruitiis, ſicut diſtributiones quotidianæ. Couar. *l.*3.*var.cap.*13. *nu.* 1.Lara *de anniuerſ.l.*2.*cap.*1.*num.*33.*&* 36.

133 Imo, & peculiari ratione ſpeciale habent priuilegium; quia diſpenſatus à Pontifice vt in abſentia à choro percipiat diſtributiones, non per hoc eſt diſpenſatus vt habeat anniuerſaria, quæ ſunt propriè debita illis, qui pro redemptione animarum fuſis præcibus diuinam opem implorant, niſi in diſpenſatione aliter exprimatur Moneta *p.*2.*q.*14.*n.*22.Cened.*q.canon.c.* 1.*num.*5.Rota *d.dec.*59.*n.* 7

134 Sicut etiam in hoc conueniunt cum diſtributionibus, vt debeantur nedum Canonicis, ſed etiam Manſionarijs, ſeu Aſſitijs, ſi admittuntur, & conueniunt ad perſoluenda anniuerſaria, niſi aliud conſuetudo, vel ſtatutum, vel voluntas teſtatorũ iuſſerit, vt ex hoc textu iuncto §. *ſtatuimus* deducit Rota *d.dec.* 59. *num.* 1. Quod eo eſt certius, ſi conſtet voluntatem teſtatoris fuiſſe vt Aſſitij anniuerſarijs interſint, & de eorum emolumentis participent.

SVM.

SVMMARIVM.

135 *Conſuetudo qua Clerici non intereſſentes diui. nis officijs percipiunt diſtributiones eſt reprobata.*

136 *In hac Decretali & per Concilium Tridentinum reprobata eſt conſuetudo præterita percipie-di diſtributiones in abſentia.*

137 *Ablatum eſſe etiam immemorabilem declarauit S. Cong. Con ilij.*

138 *Clauſula non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus non excludit immemorabilem, niſi ſit iniqua.*

139 *Conſuetudo vt non intereſſentes percipiant diſtributiones eſt de ſe iniqua.*

140 *Omnis alia cauſa percipiendi diſtributiones cenſetur inſufficiens, ex quo tres tantum ſunt expreſsè approbata.*

141 *Non eſt reprobata ſola conſuetudo percipiendi diſtributiones in perpetua abſentia.*

142 *Eſt reprobata conſuetudo vt etiam qui ſolum aliquando abſunt habeant diſtributiones.*

143 *Difficultas eſt de conſuetudine introducta poſt Concilium.*

144 *Manente ratione legis conſuetudo non præualet legi.*

Conſuetudo legem non abrogat, niſi id petat boni communis quædam neceſſitas. 144.

145 *Per Bonifacium VIII. reprobata fuit conſuetudo recipiendi diſtributiones in abſentia extra tres caſus exceptos.*

146 *Diſtributiones quæ ſunt ex teſtamento vel contractu nullius conſuetudinis vi dari poſſunt abſentibus.*

147 *Idem dicitur de omnibus diſtributionibus quotidianis.*

Lex de diſtributionibus eſt conuentionalis, & ideo conſuetudo illi contraria eſt de ſe illicita, & nulla. 147.

148 *An conſuetudo contra legem diſtributionum præualeat non adiuncta præſcriptione.*

149 *Canonicis deeſt titulus per quem præſcribere poſſint diſtributiones in abſentia.*

150 *Deeſt etiam bona fides.*

An vbi conſuetudo debet eſſe propriè præſcripta, vim non habeat niſi præſcriptio ſit valida, & hæc inanis ſit, ſi non ſit valida conſuetudo. 150.

Conſuetudo quæ eſt ex legis ignorantia non abrogat legem. 150.

151 *Ad præſcribendum an ſufficiat titulus ex parte tituli opinatus, & in re verus.*

An vbi ius reſiſtit poſſeſſori ac aſſiſtit alteri requiratur verus titulus. 151.

152 *An legi Pontificia conuentionali non deroget conſuetudo niſi centenaria immemorabilis.*

153 *Dari poteſt conſuetudo interpratatiua iuris in caſu dubio.*

154 *Et quæ introducitur ſciente Pontifice, & approbante.*

155 *Eo modo fit, quo poteſt dari priuilegium.*

Conſuetudo contra ius poſitiuum ſemper eſt valida ſi ſciente Pontifice ſit inducta. 155.

156 *Conſuetudo percipiendi diſtributiones in abſentia, quæ vim habet ſolum ex temporis longo decurſu non eſt valida etiam inducta ex cauſa, quæ ſufficiat ad percipiendos fructus in abſentia, quia hæc cauſa in ordine ad diſtributiones eſt reprobata.*

157 *Nulla eſt conſuetudo vt qui habet duos Canonicatus, & reſidet tantum in vno percipiat diſtributiones vtrinſque.*

Et quod diſtributiones primi anni dentur hæredibus defuncti. 157

158 *Et quod Canonici percipiant diſtributiones tempore vacationis.* 159.

159 *Et quod diſtributiones dentur abſenti ad breue tempus.*

160 *Et quod qui adeſt vna hebdomada, vel vna hora lucretur integras diſtributiones.*

161 *Et quod Archidiaconus viſitans Eccleſiam ſuæ dignitati non annexam eas acquirat.*

162 *Et quod familiares Papæ aut Epiſcopi diſtributiones acquirant.*

163 *Et quod dentur diſtributiones ex ea cauſa, quæ ſufficiat ad percipiendos fructus.*

163 *Et quod celebrans, vel audiens confeſſiones in Eccleſia non miſſus à ſuperiore diſtributiones habeat.*

164 *Et quod peregrinationis cauſa Canonici vltra tres menſes abſint.*

165 *Valet conſuetudo, vt tantum detur intereſſentibus matutinis, quantum pro alijs horis.*

166 *Non valet conſuetudo vt aliqui non interſint matutinis, & acquirant diſtributiones.*

167 *Valet conſuetudo vt venientibus, aut diſceſſuris pro vtilitate Eccleſiæ dentur tres dies, in quibus quieſcant, vel neceſſaria parent, & diſtributiones non perdant.*

168 *Non valet conſuetudo vt Clericis dentur duo dies in menſe pro tonſione barbæ.*

169 *Valet conſuetudo interpratatiua, vt qui inſeruierunt per 40. annos ſint iubilati.*

170 *Non valet conſuetudo vt debeantur diſtributiones ijs, qui in choro non pſallunt.*

171 *Nec vt quis poſſit inſeruire per alium.*

172 *Nec vt tollantur omnino diſtributiones.*

173 *Poteſt dari conſuetudo vt diſtributiones non dentur infirmis.*

174 *Et conſuetudines ordinatæ ad tollendas fraudes.*

Decretalis iſta excipiens tres caſus permittit potius, quam præcipiat, & ideo conſuetudo in contrarium inducta ex rationabili cauſa non eſt contra mentem legis. 174

175 *Nullum ſtatutum non confirmatum à Papa valide tradit diſtributiones non intereſſentibus.*

176 *Quod tamen præſtat fundatio, & priuilegium.*

REGVLA X.

135 CONſuetudo, qua Canonici, & Clerici Cathedralium, & Collegiatarum præſentes in locis, in quibus Eccleſiæ ſunt ſitæ, licet non interſint diuinis officijs percipiant diſtributiones eſt à iure reprobata, & ideo inefficax. Hanc regulam vltimo loco propono, licet in textu ſit prima, quia ordo doctrinæ poſtulat, vt videatur prius, quid ſit de iure ſcripto, & poſtea quantum valere poſſit conſuetudo, ſi contra ius ſcriptum ſit introducta. Habetur verò hæc regula ex Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 3. ibi, non* ob-

obſtantibus exemptionibus, & alijs conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuſcumque, & *ſeſſ.22.cap.3.* ibi. *Non obſtantibus conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus, & conſtitutionibus etiam iuramento, & quauis authoritate firmatis*. Et *ſeſſ.24. cap.12.* ibi. *Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus.* Cum vero Concil. Trident. *ſeſſ.21. cap. 3.* velit, vt in Eccleſijs vbi nullæ ſunt vel tenues diſtributiones quotidianæ ſeparetur tertia pars fructuum, & in quotidianas diſtributiones conuertantur, hoc intelligendum voluit, *ſaluis conſuetudinibus earum Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt*. Et *ſeſſ.22.cap.3.* idem decreuit de illa tertia parte, quam ibi ſeparari voluit ex fructibus Dignitatũ. *Hæc*, inquit, *in ijs tantum Eccleſijs conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictæ Dignitates non ſeruientes, aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum aſcendat*.

136 Hic vero diſtingui prius debet conſuetudo, quæ erat ante Concilium, vel quæ poſt Concilium fuerit introducta. Et dicitur primo manifeſtiſſimum eſſe, quod tam Boniſac. VIII. in hoc textu, quam Concil. Trid loeis citatis reprobant conſuetudinem quæ tunc eſſet.

137 Eſt autẽ primo dubiũ an per iura citata ſublata fuerit etiã conſuetudo immemorabilis. Negat Palaus *tr.7 d.3.p.9.§.12.n.1.* Ex eo principio quod conſuetudo immemorabilis non cenſeatur excluſa, niſi fiat eius expreſſa mentio, vt plures DD. tradunt. Et quia conſuetudo immemorabilis præſumitur ex fundatione aut priuilegio prouenire. Verum huic opinioni obſtat S. Cong. Concilij, quæ quidem pluries declarauit per illa verba Concilij, Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus excluſam eſſe etiam conſuetudinem immemorabilem, vt videre eſt apud Garz. *part.3.cap.2.à num.* 197. Et ideo hoc tanquam deciſum ab ead. S. Cong. docent Garz. vbi ſup. Barboſ *de Canon.cap.23.num.* 2. Fagan. *cap. licet. num.78. & 79. de Præb.* Nam conſiderari debet nedum dictio illa quibuſcumque quæ eſt vniuerſaliſſima, & diſtribuit pro ſingulis omnibus, & ſic habet vim diſtribuendi diſpoſitionem Concilij etiam ad immemorabilem conſuetudinem, ſed vlterius debet ponderari quod Concilium *ſeſſ.21.cap.3. & ſeſſ.22. capit. 3.* Excludit etiam immemorabilem conſuetudinẽ præcipiens ſeparari tertiam partem fructuum pro diſtributionibus quotidianis. Et præterea etiam conſiderari debet, huiuſmodi intelligentiam fuiſſe approbatam, & confirmatam à Greg. XIII. vt ex declarat. quam refert Garz. *num.* 197. & Fagnan. *cap. cum omnes num.31. de Conſtit.*

138 Verum adhuc vrget difficultas, quia quod per clauſulam non obſtantibus quibuſcũque conſuetudinibus non excludatur immemorabilis ſæpius declarauit S. Congregatio, & præcipue *ad cap.4. ſeſſ.6. & cap.6. & 20 ſeſſ.25.* prout referunt Garz. *d.cap.2.num.*194. Gonzalez *ad reg. 8.* Cancell. Gloſſ *33.num.5.* Gratian *diſcep.492.n. 5. & 6.* Et propterea hoc idem ſenſit alijs citatis *ſup.cap licet num.379. de conſtit.* Et idem abſolutè ſenſerunt Raim. Aym. Couar. & Rota apud Grat. loco citato. Cum igitur Concil. Trid *d.c.* non exprimat immemorabilem, licet dicat non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, nõ poteſt deduci, quod excludat immemorabilem. Nec obſtat quod allegatur ex Greg. XIII. quia in illis declarationibus ſermo habetur de reſidentia, aliud verò eſt reſidentia quæ etiam eſt de iure diuino in ſubſtantia, & aliud eſt perceptio diſtributionum, quæ de iure poſitiuo eſſe videtur. Et ſi dicatur ex Fagnan. *cap. ad hæc nu. 34. de Relig. domibus* tolli etiam immemorabilem quando lex dans regulam excipit vnũ, vel alios caſus. In præſenti vero nedum hæc Decretalis, ſed Concil. *d. cap. 12.* improbando conſuetudinẽ ſtatuit diſtributiones non percipi ab abſentibus exceptis infirmitate, neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ. Reſpondetur quod vbi conſuetudo improbatur tanquam contraria iuri diuino aut naturali, cenſetur reprobata etiam immemorabilis, vt dixi citato *n.376.* Sed vbi conſuetudo reprobatur vt contraria iuri poſitiuo, non cenſetur reprobata immemorabilis, quia talis conſuetudo non eſt per ſe irrationabilis Et alias lex vt ſit rationabilis, & iuſta potius debet eſſe conformis moribus populi, & nimis durum eſt diſponere contra id, quod ab immemorabili tempore eſt ſeruatum, niſi adſit cauſa ſpecialis quæ ad id vrgeat, & ideo niſi lex expreſsè reijciat immemorabilem, non cenſetur illam vel reuocare, vel improbare. Et ad hoc facit, quod latè probat Gon al. *d.* Gloſs. *33. num. 9. & ſeq.* ſcilicet regulam eſse, vt tunc cenſeatur ablata immemorabilis, quando conſuetudo eſt reprobata vt iniqua, vt poſt Rochum, & Filinum probat Couar *l.3.var.cap.13.num.5.* circa medium. Non eſt vero per ſe iniqua conſuetudo, quæ per ſe nõ eſt contra legem diuinam, aut naturalem; omnis enim alia conſuetudo non eſt per ſe ex obiecto mala, ſed ſolum mala eſse poteſt, quia prohibita.

139 Ad hæc tamen dicitur, quod percipere diſtributiones in abſentia à choro extra caſus exceptos eſt de ſe iniquum, & contra religionis iuſtitiam; ſuppoſita enim inſtitutione diſtributionum in hoc, quod ſint ſtipendium datum pro actuali ſeruitio, & intereſsentia diuinis officijs, non intrat ſola obligatio iuris poſitiui, ſed pactum religioſum intimè clauſum in ipſa inſtitutione horum beneficiorum manualium, & victualium, quæ ab Eccleſia dantur ſub conditione, & modo actualis ſeruitij, & ideo iam intrat lex iuſtitiæ. Quamobrem cum percipere ſalariũ datum pro labore, ſine labore ſit de ſe iniquum, ſimul iniqua eſt conſuetudo percipiendi diſtributiones, quæ ſunt ſtipendium inſtitutum pro actuali ſeruitio, ab illis qui actualiter non ſeruiunt. Et ideo huiuſmodi conſuetudo etiam immemorabilis cenſeri debet reprobata.

140 Ideo non valet, quod alij dicunt, ſcilicet quod reprobata ſit conſuetudo non intereſſendi ſine iuſta, non autem ex iuſta cauſa; Nam cum tam Bonifacius VIII. quam Concilium concedat diſtributiones abſentibus tantum ratione infirmitatis, neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ, ex hoc concluditur, quod omnis alia cauſa reprobatur tanquam non ſufficiens.

141 Sed nec legitimè interprætantur textus iſtos, qui dicunt eos loqui de illis, qui perpe-

tuo

tuo abſunt à diuinis, non verò de illis, qui aliquando non interſunt, quod voluerunt Monac. *hic, num.* 2. Moneta *p.2.q.12.num.* 50. Bonac. *de hor.canon.diſp.6.q.5.p.6.num.*20. et alij quidam. Sed hanc interpretationem iudico improbabilem, quia repugnat textui manifeſtè, vt Archid. *n.p.* aduertit. Illam enim conſuetudinem improbauit Bonifacius Octauus, & excluſit Concilium Trident. *d. c.* 12. per clauſulam *non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus*, quæ eſt contraria diſpoſitioni ipſorum; at verò tam Bonifacius VIII. quam Concilium nedum ſtatuerunt vt non percipiant diſtributiones illi, qui nunquam, vel perpetuo abſunt à choro, ſed qui aliquando, & ita vt proportionaliter qui non intereſt vel vno die, vel aliquibus horis, vel vni earum ſit priuatus diſtributionibus reſpondẽtibus illi horæ Canonicæ, vel horis cui, vel quibus non intereſt, & ideo vt probatũ eſt regula tertia ex declarationibus S. Cong. Concilii, & communi ſenſus DD. Nec in tribus menſibus Vacantiæ conceſſis à Concilio abſentes lucrantur diſtributiones, nec qui aliquãdo abeſt, vel vt celebret in Eccleſia deuotionis cauſa, vel vt voluntariè confeſſiones audiat, nec qui adeſt vni horæ lucratur diſtributiones alijs horis aſſignatas; igitur ſimul eſt improbata conſuetudo, vt qui aliquãdo abeſt percipiat diſtributiones aſſignatas illis, vel illi horæ quibus, vel cui non adeſt. Et ſic loquẽdo de conſuetudine præterita, quam indubitatum eſt eſſe excluſam, & improbatam improbata eſt etiam conſuetudo vt percipiantur diſtributiones reſpõdentes horę vel horis cui, vel quibus Clerici nõ adſunt aliquando, niſi ſimus in aliquo ex caſibus exceptis, vt ſentiunt Archidiac. *n.*1. Dom. *n.*3. Franc. *n.*2. & patet ex dictis.

141 Tota difficultas eſt de conſuetudine introducta poſt Concilium.

143 Nam multi exiſtimant quod nec Bonifacius VIII. nec Concilium reprobet conſuetudines rationabiles introducendas in futurum, ſed ſolum prius introductas ex eo, quod hoc non exprimit, & quod clauſula *non obſtantibus conſuetudinibus* non impedit in futurum introducendas. Quod voluit Gloſſ. *penul. in Clem ſtatutum de elect.* Anchar. *cap.1.ſup.de Conſtit. in hoc 6. & alij plures apud* Couar. *l.3.var.cap13.num.4.* vbi latè materiam tractat. Imò quia etiam ſi lex reprobet futuras conſuetudines tamen ex noua rationabili cauſa introduci poſſunt, & per eas legem illam abrogari, quod verum eſt iuxta explicata *ſup. in hoc lib.c.* 1. *de conſuet.artic.*12.*n.*1.

144 Verum hic aduertenda eſt doctrina D. Th. *p.2.q.97 a 3.ad* 2. quia ſcilicet manente, & durante ratione legis, lex non vincitur cõſuetudine, niſi forſan conſuetudo ſit talis, vt reddat impoſſibilem obſeruantiam legis, cuius eſt vt ſit conformis conſuetudini patriæ. Sicut etiam attendi debet, quod docet idem D. T. *p.2.quæſt.97.a* 2. ſcilicet, quod ad abrogandam antiquam legem nõ ſufficit, quod nouæ legis materia ſit honeſta, nec ſufficit quælibet vtilitas, ſed talis requiritur quæ ſit quædam neceſſitas. Cum igitur in præſenti nos ſimus in caſu conſuetudinis reprobatæ tribus tantum caſibus exceptis, ad inducendam nouam conſuetudinem, quæ eſt lex non ſcripta, per quam introducatur conſuetudo reprobata, non ſufficit, quod materia eius ſit qualitercumque de ſe honeſta, & concedibilis per nouam legem, aut priuilegium, ſed neceſſe eſt, quod ceſſet ratio ob quam conſuetudo prior fuit reprobata, & ſic quod res & ordo rerũ ſit mutatus, & ex nouis circũſtantijs oriatur noua cauſa finalis, & ſic noua vtilitas publica, & quædam neceſſitas approbandi vel in toto, vel in parte conſuetudinem iam expreſſè à iure reprobatam.

14 Sed amplius conſiderari debet, quod cũ Bonifacius Octauus ſolum tres cauſas generales approbauerit ex quibus licet non intereſſentibus diſtributiones percipere, cæteras omnes reprobaſſe cenſetur, vt conſiderauit Azor. *p.2.l.7.1.7. q.6.* quem immerito nõ approbat Bonac. *d.diſp. 2.p.6.num.*4. Et vrget contra ipſum hoc dilema. Vel conſuetudo ante Bonifacium Octauum inducta ex alijs cauſis, quã ex tribus exceptis fuit per eum reprobata vel non fuit reprobata. Hoc ſecundum dici non poteſt, quia Pontifex conſuetudine contraria reprobata ſtatuit vt exceptis illis tribus caſibus nullus qui non intereſt diuinis officijs percipiat diſtributiones, & ita quod quicumque extra illos tres caſus diſtributiones recipiat, eas non faciat ſuas, ſed eas teneatur reſtituere. Quod ſi aliquis extra illos tres caſus ex alijs cauſis valide, & religioſè recipere poterat diſtributiones in abſentia à diuinis officijs, iam inutilis, & ineficax fuiſſet illud ſtatutum Pontificis, quod qui aliter quidquam de diſtributionibus receperit exceptis illis tribus caſibus, diſtributiones, non faciat ſuas, quod dicere eſt pluſquam abſurdum. At verò ſi huiuſmodi conſuetudo percipiendi diſtributiones ab eis qui non adſunt diuinis officijs extra illos caſus fuit reprobata, ſimul reprobatæ fuerunt aliæ cauſæ ab illis tribus diſtinctæ, ſeu fuit reprobatum ex aliis cauſis ab illis tribus eas diſtributiones percipere. Hoc ergo attendi debet, an cauſæ, quæ nunc afferuntur tanquam iuſtæ illæ eædem fuerint tempore Bonifacii Octaui, aut Concilii, & iſtæ neque nunc admitti debent. Vel res eſt mutata, & ſaltem ex mutatis circumſtantiis noua cauſa conſurgit, & ſolum ſi hæc noua cauſa ſit rationabilis poterit introduci conſuetudo vt à non intereſſentibus diſtributiones quotidianæ recipiãtur.

146 In hac igitur quæſtione hoc primo eſt certum, quod vbi fundatione cautum eſt, vt diſtributiones dentur tantum intereſſentibus, nulla conſuetudine poteſt introduci vt percipiantur iuſtè à non intereſſentibus. Sic igitur diſtributiones quæ habẽtur ex teſtamento, vel legato, vel contractu vt dandæ ſolis illis qui adſunt horis diuinis, nullius conſuetudinis vi poſſunt acquiri ab abſentibus. Ita Nauar. Miſcell. 59. Palaus *tract. 7 d.3.p.9.§.12num.*21. Et ratio eſt, quia hæc cõſuetudo eſt contra ius naturale, & diuinum, quia contra iuſtitiam religioſæ fundationis, & originis harum diſtributionum quæ aſſignatæ ſunt ex mente inſtituentium ſolum actu inſeruientibus in diuinis officiis. Et ſic qui non intereſt, & has diſtributiones recipit, & vſurpat, non minus peccat, & ad reſtitutionem tenetur, quam ille, qui non præſtito opere vſurpat ſtipendium, quod non niſi pro opere debetur, & datur. Sic enim omnes iſti alienum rapiunt inuito domino.

147 Cnm vero hoc ſit per ſe eertũ,& cuidens, idẽ videtur dicẽdũ de diſtributionibus omnibus, quia omnes non ſunt niſi ſtipendium aſſignatũ pro actuali ſcruitio ehori. Siue enim quis dicae quod bouorum Eecleſiaſticorum dominium ſie Chriſti, ſiuc quod ſit Eecleſiæ prout tenui *tom. 1. de ſtat. q. 185. à 7. a num. 35.* hoc eertum eſt, quod eorum ſupremus adminiſtrator eſt Summus Pōtifex, qui totius Eeelcſiæ eſt etiam ſummus gubernator. Quo ſuppoſito, quod eſt eertiſſimum, conſiderandum eſt, quod Pontifex de bonis Eecleſię per ſuas leges diſponens, non ſolum eſt Legislator, nee ſolum obligar ex virtute obedientiæ, scd ſimul eſt contrahens, (non loquor de contractu propriè, & rigoroſe ſumpto, quia hie contractus non poteſt reperiri ſinc ſimonia dum traditur ſpirituale pro temporali, vt probaui *d. p. tom. dc ſtat. q. 186. à 6. à num. 20 & latius tom. 2. q. 187. à 4. à num. 869.*) ſeu concedens temporale ſub modo, & conditionc operis. Quod in propoſito noſtro eſt manifeſtum, concedit enim diſtributioucs ſub onere, & conditionc actualis ſeruitij, & intereſſentiæ diuinis officijs. Igitur non minus intrat hęc obligatio religioſæ, & altiſſimę iuſtitiæ quæ intrat dum ex teſtamento, vel actuali aliquo pacto laieus dat Eeelcſiæ bona temporalia ſub onere miſſarum aut alicuius alterius ſpiritualis operis. Vtrobique enim qui dat eſt dominus, ſeu adminiſtrator viees plenas Domini gerens, & quia non dat niſi ſub conditione operis, & oneris, ideo intrat talis iuſtitia, vt qui reeipit ſine præſtito opere non ſaciat rem ſuam, ſed illam rencatur reſtituere iuxta ea, quæ de hac reſtitutione dixi *tom. 2. dc ſtat. q. 187. à 6. n. 917.* Talis enim rem alienam contrectat inuito Domino. Sicut igitur quia vbi diſtributiones ſunt ex fundatione, quia rccipere illas ſeruitio actuali non præſtito eſt intrinſece malum, ideo conſuetudo ſie eas recipiendi eſt intrinſecè mala, & irrationabilis, & nulla & inualida, ita idem dieendum eſt de diſtributionibus quæ ex legis Pontificiæ inſtitutionc non debentur niſi actu intereſſentibus diuinis offieijs. Nam Pontiſex, qui in hoc eſt Dominus, & plcnas viees Chriſti gerit non concedit alicui diſtributiones, niſi ſub onerc actnalis intereſsẽtiæ diuinis officijs. Quabrem quod non poſſit introduci conſuetudo, ve non intereſſentes diuinis offieijs lucrentur diſtributiones docuerunt Gloſſ. *in cap. fin. ſup. dc rcſcriptionc in hoc lib. v. exceptis* Caſſad. *de cun. hoc tit.* Couat. *var. l. 3. cap. 13. num. 2.* Nauar. *dc hor. canon. cap. 5. num. 19. & cap. 18 num. 10.* Rebuff. Dueen. Pariſ. Hoicd. & Cabcd. quos hie refert Barboſ. Et quidem quod nec cõſuetudo immemorabilis excuſet. Moneta *p. 2. q. 12. num. 38. paſt* Hoied. Barb. *hic num. 4* Fagnan. *cap. licet num. 79.* vbi refert ſic declaraſſe S Cong. *ad cap. 12. ſeſſ. 24.* Conc. Trid. & verè ſic eſt.

148 Nec obſtat, ſi quis dicat, verum eſſe, quod manente inſtitutione, ſeu concceſſione diſtributionum ſub onere actualis interesſẽtiæ nec immemorabis ſuſſicere ad percipiendum diſtributiones in abſentia, quia hoc eſt contra iuſtitiam; verum conſuetudine vinei poteſt lex etiam vt eſt inſtitutio, ſeu pactum quoddam, & conceſſio ſub tali onere, & hoc modo ablata lege iam non erit contra iuſtitiam percipere diſtributioncs in abſentia ex alio titulo conſuetudine inducto, & approbato. Verum hæc obiectio quando etiam verum concluderet non iuuaret obiicientem. Lex enim conuentionalis, quæ ſimul eſt lex & contractus quidam, ſeu pactum, ſieut in propoſito eſt lex diſtributionum non poteſt abrogari ſola, & nuda conſuetudine, niſi ſimul adſit præſcriptio propriè ſumpta, per quam dominium rei aequiratur ſub alio titulo, quam ſub conuento. Ratio eſt, quia poſſeſſio quantumuis lõgæua non præiudieat iuri alicuius niſi ex vi legitimæ præſcriptionis; Nam proprium eſt præſcriptionis acquirere vni, & auferre alteri, vt per DD. quos retuli *c. t. dc conſuet. q. 1. à 1. n. 41. ſup. in hoc lib.* Et ideo cõſuetudo nõ derogat legi cõuētionali, niſi ſit præſcripta propriè. Cũ igitur recipiens in abſentia diſtributiones contra legem conuentionalẽ deroget iuri Eccleſiæ, cuius bona ſibi vſurpat certum eſt huiuſmodi receptionem quantumuis lõgæuam, & conſuetudine vallatam non valere neque Eeeleſiæ in ſuis bonis poſſe præiudieare niſi ex adiuncta pręscriptione. Quæ qualiter differat à conſuetudine apparet ex dictis loco citato *n. 29. & ſequent.*

149 Eſt vero præſcriptio poſſeſſio longæua cum titulo ſaltem putatiuo, qui ex ſe ſit ſuſſicieēs ad conferendum rei dominium, & ſimul cum bona ſide continuata per totum tempus neceſſarium ad præſcribendum. Primo igitur Canonici ad hoc vt præſcribant diſtributiones ex alio titulo, quam ex actuali ſeruitio, ex quo titulo eas poſſidere incipient! Non titulo ſolius Canonicatus aut beneficij, quia hic titulus cum ſit à iure reprobatus, non eſt ſufficiens ad præſcribendum, nec eſt ſufficiens ad traſferendum dominium eius, quod Eeelcſia expreſſe non vult dare ſolo titulo beneficij, ſed ſolum titulo actualis laboris & ſeruitij. Et itaquod Eecleſia non vult, quod Capitulum poſſit non ſcruienti diſtributiones remittere, & ſimul vult, quod non ſeruiens actu diſtributiones non ſaciat ſuas, etiam ſi illas recipiat. Et pręterea cum Eccleſia reprobet omnem alium titulum pro acquirendis diſtributionibus, diſtinctum à titulo actualis ſeruitij, iam conſuetudini percipiendi diſtributiones in abſentia à choro deficit prima eſſentialis conditio præſcriptionis, quæ eſt titulus ſaltem putatiuus. Sed tunc maximè eſt neceſſarius titulus, cum poſſeſſori repugnat ius, quod ſauet alteri. Sicut in propoſito ius repugnat non intereſſenti diuinis, & fauer intereſſentibus. Videantur *notata ſup. in hoc lib. cap. 1. & 2. dc Præſcript.* Eſt enim ſciendũ, quod vt notatum eſt ſupra in hoc *lib c. 3. num. 5. & cap. 1. q. 1. d. 4. num. 139.* vbi conſuetudo debet eſſe præſcripta, nec conſuetudo valet niſi adſit præſcriptio, nec præſcriptio etiam pluſquam immemorabilis valet, niſi cõſuetudo ſit legitima. Sicut in propoſito manente vi legis cõuentionalis volentis, quod diſtributiones dentur pro actuali seruitio Eecleſiæ præſcriptio, quæ iam eſt contra legẽ naturalẽ, & diuinam, quia contra conuentionẽ, & pactum non valet. Sic enim vbi alicui cõpetit ius ex lege cõuentionali, ius illud non eſt præſcriptibile niſi lege abrogata. Stante

igitur

Google

igitur lege conuentionali auferente ius non intereſſentibus, & dante illud intereſſentibus, qui non intereſt non poteſt diſtributiones contra legem ſic manentem prẹſcribere. At vero ſic eſt, quod conſuetudo, quæ eſt ex ignorantia, vel errore nunquam abrogat legem, vt probatum eſt *ſup. cap. 1. de conſuet. cap. 1. num. 4. in hoc lib.* qui enim legem non obſeruat, quia legem ignorat putat non eſſe obligationem operandi ſecundum legem & nunquam per annos etiã innumerabiles legem abrogat. Conſuetudo igitur orta ex eo, quod non præſens diuinis officiis recipit diſtributiones, quia putat hoc non eſſe prohibitũ, non valet, vt hanc legem abroget. Manente autem lege conuentionali iam qui diſtributiones recipit, eas obſtante nedum lege poſitiua, ſed naturali, & diuina recipit, non poteſt igitur eas validè recipere.

151 Accedit, quod licet ad præſcribendum ſufficiat titulus putatiuus, ſeu opinatus hoc eſt verum ex parte poſſidentis, cui ſufficit ſi credat ſe habere titulũ, & ex hoc continuat poſſeſſionẽ. Sed hoc non eſt verum ex parte tituli, ſed titulus debet eſſe verus, & verè efficax ad transferendum dominium. At verò Clericus Collegialis hunc titulum verum habere non poteſt vt recipiat diſtributiones in abſentia, quia maſſa illa diſtributionum ex nullo alio titulo verè poteſt participari, quam ex titulo actualis ſeruitij. Et additur quod vbi ſicut in caſu noſtro ius reſiſtit poſſeſſori, & aſſiſtit alteri ad validã præſcriptionem requiritur quod probetur titulus verus, & nõ ſufficit opinatus per notata *ſup. c. 1. de præſcrip. in hoc lib.* ſic igitur patet, quod à non intereſſentibus diſtributiones non ſunt præſcriptibiles, & ideo nec conſuetudine etiã immemorabili ſunt acquiſibiles, vt S. Cong. declarauit.

152 Prædicta verò magis explicãtur, ſi cõſideretur, quod in Principe ferente legem conuentionalem per quam ſtatuit vt bonum commune non diſtribuatur niſi pro tali ſeruitio conſideratur nedum ius legale, & generale directiuum in bonum per legis conſtitutionem, quod eſt ius legiſlatoris, ſed ſimul eſt ius dominij rei diſtributæ, quod eſt ius priuatum, contra quod non valet conſuetudo niſi adiuncta præſcriptione, quia conſuetudo vt dictiũ eſt nec reſpicit, nec præualet dominio, per eã enim acquiritur ius legale, nõ verò directè tollitur dominiũ rei ab eius domino. Quamuis verò iura voluerint vt conſuetudo per longum tempus præſcripta præualeat legi, & quod ad hoc ſufficiat conſenſus Principis legalis, qui cenſetur haberi etiã Principe ignorante conſuetudinem, ſi conſuetudo ſit inducta per tempus à lege præſcriptum, iuxta notata *ſup. in hoc lib. cap. 1. de conſuet. q. 1. a. 6.* Contra dominium tamen reale quod legiſlator habet rerum propriarum, aut etiam communium non præualet conſuetudo vel vt illud dominium auferat, vel vt illud violet, niſi ſimul accedat præſcriptio. Sic igitur ad hoc vt conſuetudo introducat aliquid contra dominium quod Pontifex habet rerum Eccleſiaſticarum tanquã ſummus adminiſtrator illarum, non ſufficit nuda conſuetudo, ſed requititur præſcriptio. Et ſic vt tollatur pactum illud, & conuentio dãdi diſtributiones ſolum actu inſeruientibus præſcriptio requiritur. Contra quam militant ſupradicta. Et quatenus contra tale ius dari poſſet valida præſcriptio, iam ad minus eſſet neceſſaria centenaria, vel immemorabilis, *cap. 1. & 2. ſup. de Præſc. in hoc lib.* Quę tamen nec per prædicta dari poteſt valida, & ſufficiens. Vnde merito citati DD. & S. Cong. dixerunt nec immemorabilem conſuetudinem valere vt non intereſſentes lucrentur diſtributiones.

153 In duobus tamen caſibus poteſt cõſuetudo facere, vt abſentibus dentur diſtributiones. Primus eſt ſi ſit dubium in aliquo caſu an abſentibus diſtributiones debeantur, vt ſi ſit dubium probabile an caſus compræhendatur ſub aliquo ex exceptis. In hoc enim caſu interprætatiua conſuetudo valet, quæ eſt optima legis interpres Couar. *l. 3. var. cap. 13. num. 3.* Fagnan. *cap. licet. nu. 134. de Præb.* & apud eum Baldus & Rochus de curte.

154 Secundus caſus eſt ſi conſuetudo ſciente, & approbante Summo Pontifice ſit introducta. Qualis eſt ſi Romæ abſentibus dantur propriæ diſtributiones. Nam in Eccleſia S. *Petri* nõ ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, quia ſic totum conſiſtit in diſtributionibus, quod tamen conceditur tempus vacationum, in quo diſtributiones non amittuntur. Sufficit verò ad valorem huius conſuetudinis quod ſemel ſciente & approbante Pontifice fuerit introducta, nec poſtea reuocata.

155 Attendi etiam debet diſtinctio conſuetudinis, quam tradidi *cap. 1. de conſuetud. q. 1. a. 8. num. 201. & 221.* Quia ſcilicet alia eſt, quæ vim habet ex tẽporis præſcriptione etiam Principe non ſciente; alia verò eſt, quæ inducitur Principe ſciente, & conſentiente, ad cuius valorem nec eſt neceſſe, quod ſit per longum tempus præſcripta, ſed ſufficit, quod ſit à Principe ſciẽte approbata. Eſt vero arbitrarium decernere an conſuetudo ſit inducta Principe ſciente, & approbante per DD. citatos vbi ſup. *n. 522.* Itaque in quibuſcumque caſibus in quibus conſuetudo non eſt contra ius diuinum, ſed ſolum contra ius poſitiuum per Pontificem diſpenſabile, & cõſtat de ſententia, & approbatione *P*ontificis non quidem cõniuentis, aut permittentis, ſed approbantis conſuetudinem introductam, vt diſtributiones dentur *C*anonicis, vel in choro non pſallentibus, ſed tacentibus vel à choro abſentibus ex hac vel illa cauſa alias iuſta, & rationabili, & præcipuè tali, quæ ſufficiat ad lucrandos fructus beneficiorum in abſentia, talis conſuetudo valida eſt, vt adnotauit etiam Nauar. *d.* Miſcell. 79. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia Medin. *in inſtruct. p. 1. cap. 14. §. 11.* Petri Nauar. *l. 2. de reſtit. l. 2. c. 2. num.* 21. Raphael. *à Turre de hor. Canon. contr. 10. diſp. 8. Io: à cruce in direct. prac. 3. à 3. d. 7. concl.* 4. Sanchez *in opus l. 2. c. 2. d. 100. num.* 2. Garz. de *Benef. p. 3. cap. 2. num.* 54. Moneta *de diſtrib. p. 2. q. 2.* Palaus *tract. 7. diſp. 3. p. 5. num.* 3. Bonac. *de hor. can. diſp. 1. q. 3. p. 2. §. 2. num.* 18. Suarez *tom. 2. de Relig. l. 4. c. 12. a. num.* 11. Barboſa *de Canon. cap 34. n. 9. & ad cap. 12. ſeſſ.* 24. Conc. Trid. *n.* 118. Et apud eum Azor. Diana, Reginal. Cened. Gauant. & Trullench. Nam vbi adeſt ſcientia, & approbatio Pontificis præſumi debet iuſtam adeſſe cauſam, & eo magis, quod illici-

Digitized by Google

lius approbatio iuſtificari poteſt etiã ex mediis extrinſecis, & facientibus ad bonum Eccleſiæ vniuerſale, & ad vitanda in Eccleſia maiora mala. Cæterum de poteſtate Pontificis abrogandi priorem legem poſitiuam etiam conſuetudinem reprobantem dubitare fas non eſt. Sed nec datur locus dubitandi de voluntate, quando conſtat ſufficienter de eius ſcientia,& approbatione; quæ præſumitur tunc cum Pontifex ſciens conſuetudinem poſſet,ſi vellet, nullo negotio eã tollere, & prohibere,& nihilominus eã diu tolerat.

156 Sed loquendo de conſuetudine quæ non habet vim niſi ex longo temporis curſu, etiam quadraginta annorum, & amplius, non video quomodo (etiã præciſa neceſſitate præſcriptionis ſupra ponderata) locum habere poſſit in præſenti ex ſola iuſta cauſa non noua, ſed quę non minorem vim habere potuiſſet tempore Bonif. VIII. & Concil.Trid.quam modo habeat, & nihilominus fuit tunc reprobata non obſtante, quod fuerit adeo iuſta, vt ſufficiens fuerit ad hoc vt Canonici perciperent fructus beneficiorum vel maſſam groſſam, qualis eſt cauſa ſumpta ratione ſtudiorum, aut vacationum conceſſarum à Concilio, & ex aliis iuſtis cauſis in iure expreſſis. Conſuetudo enim inducta ex cauſa à iure reprobata eſt irrationabilis,& inualida. Talis vero eſt cauſa, quæ pro iuſtificanda conſuetudine percipiendi diſtributiones à Canonicis in choro non pſallentibus adducitur à DD. & ſumitur vel ex ignorantia cantus, vel ex perſonæ, dignitate, aut præeminentia, vel ex alia ſimili cauſa, quæ verè nec eſt ſufficiens, & iuſta vt probatum eſt ſupra ex Nauar. *de hor. canon. cap.* 11. *n.* 41. Sed certe non eſt noua, ſed quæ tam tempore Bonif. IX. quam Concil. potuit adeſſe tanta, quanta nunc ſit. Non poteſt ergo ſine perſonali ſcientia, & approbatione Pontificis ex huiuſmodi cauſa à iure reprobata induci conſuetudo valida,etiam ſola vi conſuetudinis ſpectata. Nã ſi dicatur dari poſſe conſuetudinem rationabilem abrogantem legẽ Bonifacii VIII. vt reprobantẽ alias cauſas,eſt caſus metapyſicus non moralis.

157 Hinc iudicium fieri poteſt multorum caſuum, qui etiam a DD.controuertuntur. Nullam enim eſſe conſuetudinem vt habens plures Canonicatus in diuerſis Eccleſijs percipiat diſtributiones in vtraque, cum in vna tantum reſideat tradunt Moneta *de diſtribut. p.* 2. *q.* 12. *num.* 40. Barboſ. *hic num.* 5. Et vt mortuo beneficiato dentur diſtributiones primi anni. Anchar. *hic n.* 2. Barb. *num.* 6. & apud eum Azor. Canad. & Bonac. cuius tamen oppoſitum voluit Palaus *tr.* 7. *d.* 3. *p.* 9. §. 12 *num.* 13. quia iuſta cauſa huius conſuetudinis introducendæ ſit, vt recens Canonicus hanc in Canonici mortui exerceat miſericordiam, ſed tamen hæc cauſa non eſt noua, ſed inter reprobatas, & contrarias inſtitutioni diſtributionum eſt numeranda. Et ideo nullam eſſe conſuetudinem hanc dicitur.

158 Valere autem conſuetudinem, vt Canonicus tempore vacantiæ percipiat diſtributiones voluerunt Moneta *p.* 2. *q.* 12. *num.* 54. Et apud eum Dec.& Caned. Mag. *de diſtrib. cap.* 45. *n.* 21. *Palaus tr.* 7. *d.* 3. *p.* 9. §. 12. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 41. *cap.* 6. *num.* 40. vbi refert quod hæc conſuetudo adſit Romæ. Nam ſi huiuſmodi abſentibus conceduntur fructus ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. poſſunt etiam iuſtè concedi diſtributiones, quæ ſunt etiam quidam fructus beneficij. Et militat eadem ratio, vt ſcilicet ſic priuilegiati maiori cũ alacritate finita vacantia interſint diuinis. Quæ ratio verè nullius prorſus eſt vigoris, & contra iura, quæ expreſsè diſtinguendo inter fructus beneficiorum, & diſtributiones, illas concedunt abſentibus tempore vacantiæ, & has expreſſè negant, quia contra naturam diſtributionum eſt, quod dentur non intereſſentibus extra caſus exceptos. Nam nec finis diſtributionum eſt vt Canonici alacrius adſint diuinis hoc vel illo tempore, ſed quod nunquam deſint. Et propterea, quod Canonici tempore vacantiæ trium menſiũ non poſſint lucrari diſtributiones pluries declarâuit S. Cong. Concil. apud Garz. *p.* 3. *c.* 2. *num.* 249. & apud Monetam *p.* 2. *q.* 13. *num.* 33. Et propterea quod non ſit valida hæc conſuetudo tradiderunt Prob. *hic ad* Mon. *num.* 34. Azor. *p.* 2. *l.* 7. *q.* 6. Raphael *à Turre de hor. Can. contr.* 10. *diſp.* 4. & 5. Paris. *de reſignat. l.* 1. *cap.* 65. Gonzalez *ad reg.* Cancell. §. 7. *prohem. num.* 182. Garzia *p.* 3. *c.* 2. *num.* 249. Et apud eum Leo, Quaranta, Moſcon. Zerola, & Zechius. Barboſ. *de off. Epiſ. all.* 55. *n.* 124. Armendar. *in add. ad recop. leg.* Fagnanum *c. Cum omnes n.* 35. *de conſtit.* vbi quod nec valet cõſuetudo immemorabilis, & *c. licet. n.* 92. *de præben.*

159 Prioris tamen ſententiæ ſectatores aſſerentes tempus duorum menſium eſſe breue, ſimul ex eo probare voluerunt, quod valeat conſuetudo percipiendi diſtributiones tempore vacantiæ, quod valida ſit conſuetudo percipiendi illas in abſentia ad breue tempus, ad quod citat Couar. *variar. p.* 3. *c.* 13. *num.* 5. Dec. *in capit. Cum omnes, de Conſtit. in* 2. *lect. num.* 2. & ibi. Anton. *n.* 50. Lap. *alleg.* 36. Duenaſ. *reg.* 209. *limit.* 1. Hoied. *de beneſ. incompat. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. Verum ſine fundamento hoc aſſeritur contra hanc decretalem, & Concilium Triden. cum Canonici priuentur reprobata omni conſuetudine etiam immemorabili diſtributionibus reſpondentibus cuilibet parti, & ita vt ſi quis abſit per breuiſſimum tempus ſolum à veſperis ſit priuatus illius diſtributionibus. Et propterea, cum in Eccleſia Cathedrali Eccleſiæ Aeſinæ, vt refert Fagn. *capit. Cum omnes num.* 35. conſueuiſſent Canonici abeſſe per quatuor menſes, & tunc percipere diſtributiones, & illa conſuetudo ab omnibus Epiſcopis tolerata fuiſſet, & præcipuè à fel.mem. Paulo V. qui illi Eccleſiæ præfuit, cum ſupplicaſſent poſtea eam conſuetudinem approbari, eoſque in illa pergere poſſe, S. Cong. cenſuit non concedendum, ſed de cætero abſentiæ tempus tres menſes excedere non debere, & abſentes eo tempore percipere poſſe fructus præbendæ dumtaxat, amiſſis diſtributionibus quotidianis.

161 Valere quoque conſuetudinem, vt qui intereſt vna hebdomada, integras habeat diſtributiones reſpondentes etiam hebdomadæ ſequenti. Imo valere conſuetudinem, vt diſtributiones quotidianæ integræ dentur illis, qui non omnibus, ſed certis horis adſunt, probari poſſet ex eo quod valeat conſuetudo, vt diſtributiones quotidianæ tribuantur non modo ijs, qui integris horis non interfuerunt, ſed etiam non omnibus, ſed certis dumtaxat. Quod tenet Mone-

ta

Digitized by Google

ra *p. 2. q. 3. num. 43.* & apud eum Gloſſ. *in Clem. 2. de ætat. & æqual. v. certis horis & ibi* Card. *q.* 17. Anchar. *num.* 8. Imol. *num* 33. & alij. Sed hic caſus eſt diuerſus, & loquitur de aſſignatione diſtributionum, quæ poſſit fieri pro certis horis, & ita vt ſufficeret poſtea illis adeſſe. Sed caſus noſter ſupponit aſſignationem diſtributionū factam pro ſingulis horis, & nihilominus dici poſſe conſuetudine introduci, vt qui vni parti adeſt integras lucretur diſtributiones. Quamuis & caſus illius Gloſſ. maximè modo poſt decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. non debeat admitti, niſi in caſu, in quo ex fūdatione vel alio legitimo titulo aliqui non eſſent obligati ad certas horas; quia diſtributiones non tantum certis horis, ſed omnibus, & ſingulis aſſignari debent, vt etiam probatum eſt ſupra *n.* 79. & eadem Gloſſ. & Moneta iudicant eſſe magis conueniēs. Cæterū, quod non poſſit conſuetudine introduci, vt qui ſolum adeſt diuinis pro hebdomada vel parte temporis, vel pro vna vel aliquibus tātum horis lucretur integras diſtributiones altero tempori, vel horæ, reſpondentibus dixerunt Card. *in d. Clem. 2. de ætat. & qual. q.* 17. Prob. *hic ad Monac. num.* 31. Azor. *p. 2. l. 7. cap. 7. q.* 5. Moneta *d. q. 3. num.* 50. & apud eum Graff. & Boich. Barb. *hic num. 7. & de Canon. cap. 23. num.* 10. Conar. *var. p. 3. cap. 13. num.* 2. Bonac. *d. p. 6. num.* 10. Palaus *d. p. 9. §. 12. num.* 15.

161 Pariter valere conſuetudinem, vt diſtributiones quotidianæ dentur abſentibus inſeruiētibus Papæ, vel Epiſcopo, vel ijs, qui vacāt ſtudijs, vel ſuā iuriſdictionem viſitant, vel alijs negotijs occupantur, ob quæ abſentia cum acquiſitione fructuum permittitur tenuerunt multi. De Archidiacono viſitante hoc affirmant Io: Moneta *num.* 2. Io: And. Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 1. Sed iſti id docent, quia huiuſmodi viſitatio ſit pro vtilitate Eccleſiæ, & ſic reducunt id ad caſum in textu expreſſum. Vnde potius ex eorum doctrina dici debet, non valere conſuetudinem percipiendi diſtributiones in abſentia extra caſus hic exceptos. Quamuis nec ratio eorum militet, quia vel hæc Eccleſia eſt annexa Archidiaconatui, aut Dignitati, aut Canonicatui, & illi incorporata, vel non. Si detur primum non ex conſuetudine tantum, ſed quia ſumus in caſu excepto, & viſitans abeſt ob vtilitatem propriæ Eccleſiæ, cum parochiæ ſibi annexæ iura, & fructus viſitat, & ideo diſtributiones nō perdit. Quod licet Garz. *d. cap. 2. num.* 336. limiter, vt valeat tātum, ſi Parochia ſit intra Ciuitatem, in qua eſt Cathedralis, aut Collegiata, tamen diſtingui debet, quia ſi viſitat Eccleſiam pro iuriſdictionali exercitio, vera eſt ſententia Garz. pro qua facit declaratio S. Cong. *ad cap. 3. ſeſſ.* 22. quam ipſe refert *d. c. 2. num.* 335. ibi. *Cura animarum ſecus ſi tantum iuriſdictionalis: ſi vero eſt vnita, tunc eſt locus cap. Extirpandæ §. Qui verò de Præben. Et tunc cum viſitauerit ſuam iuriſdictionem, lucrabitur Præbendam, & fructus ſecus verò diſtributiones quotidianas.* Sed ſi viſitat ex neceſſitate vt iura, & fructus Eccleſiæ vnitæ tueatur, percipit diſtributiones. Sed ſi Eccleſia non eſt annexa, licet ſit ſub eius iuriſdictione, & ſic viſitat illam quoad iuriſdictionalia, viſitatio non concernit vtilitatē Eccleſiæ ſuæ, & ideo non poteſt conſuetudine obtineri vt cauſa talis viſitationis diſtributiones non perdat. Niſi etiam viſitatio eſſet neceſſaria pro defenſione ſuæ iuriſdictionis. Et in hoc ſenſu intelligi debent dicta ſupra *num.* 112. Garz. *p. 2. cap. 2. num. 333. & apud eum* Coſmas & Moneta *p. 2. q. 11. num.* 63.

162 Idem dicūt de cōſuetudine eius, qui eſt in ſeruitio Epiſcopi. Couar. *l. 3. var c. 13 n.* 5. Garz. *d. c. 2. n.* 348. & apud eū Dec. Dueunas, & Horeda. Et vniuerſaliter in caſibus præfatis. Mon *d. q.* 12. *num.* 42. Bonac. *diſp. 2. q. 3. p. 6. num.* 19. Palaus *tract. 7. diſp. 3. p. 9. §. 12. num.* 5. & apud eum Grat. *diſcept.* 161. *num.* 19. Verum cum iura expreſſe diſtinguant inter fructus præbendarum, & diſtributiones, vt patet *cap. de cætero, ſup. eod tit. & cap. licet, c. de Præb.* & fructus ex multis cauſis iura cōcedant abſentibus, quibus tamen negant diſtributiones quotidianas: quod etiam patet ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. In caſibus vero in quibus iura volunt dari diſtributiones abſentibus à diuinis officiis reprobent etiam conſuetudinē eas dandi manifeſtum eſt contra iura eſſe aſſerere, vt valeat conſuetudo dandi diſtributiones abſentibus in caſibus, in quibus alias eis concedūtur fructus beneficiorum. Et ſemper militat in contrarium ſubſtantia ipſa diſtributionum, quæ eſt vt dentur actu intereſſentibus, & ad finem, vt quantum fieri poteſt Clerici nunquam abſint ab officiis diuinis. Ideo quod Canonicis inſeruientibus Epiſcopo, etiamſi ſint illi duo, quorum opera ad præſcriptum ſacrorum Canonum Epiſcopus vti poteſt, non debeantur diſtributiones quotidianæ virtute cuiuſcumque conſuetudinis etiam immemorabilis, ſi ex hoc abſint, docet Fagnan. *cap. licet. num. 105. & ſequent.* Et iuuat hic ex eo inſerere declarationes S. Congregationis quas ibi refert, & ſunt ſequentis tenoris, videlicet. *Item cenſuit ſtante conſuetudine, vt Epiſcopo in Cathedrali etiam non pontificaliter celebranti, duo Canonici aſſiſtant, hos Canonicos ad hoc teneri, ſi ſit conſuetudo legitimè præſcripta. Cæterum ſi ſine conſuetudine adactos, ſiue volentes, vbi adſliterint percipere diſtributiones quotidianas nequaquam debere.*

Item cenſuit diſtributiones non lucrari Canonicos inſeruientes Epiſcopo in viſitatione diœceſis, aut in Monialibus velandis, aut in examine ordinandorum, & promouendorum ad beneficia, vel qui ſeminario præſident, aut in cognitionibus S. officij adhibentur. Item Archiepiſcopo Ianuenſi petente, vt duo Canonici eum comitantes in viſitatione Diœceſis pergere poſſent in percipiendis quotidianis diſtributionibus iuxta antiquam illius Eccleſiæ conſuetudinem, cenſuit non concedendum. Idem tenuit Nauar. *conſ. de Cler. non reſid. num.* 2. & ſententiam Nauar. approbatā fuiſſe à S. Cong. tradit Garz. *p. 3. cap. 2. num.* 348. vbi ad hoc duas declarationes S. Cong. refert. Vnde idem dicendum eſt de Canonico viſitante ſuam iuriſdictionem, aut abſente ratione ſtudij, aut quacumque alia ex cauſa diuerſa à tribus in textu expreſſis.

163 Valere quoque conſuetudinem, vt lucrentur diſtributiones Canonici in Eccleſia ſua tempore diuinorum officiorum celebrantes, ſiue id ex mandato ſuperioris, ſiue ex deuotione celebrent, quia adeſſe poteſt cauſa rationabilis, vel ſcilicet, vt Canonici excitentur ad celebrandū, vel vt maior populus ad Eccleſiā accedat ſciens

plura

plura ibi adeſſe ſacrificia. Cedit enim hoc in Eccleſiæ illius vtilitatem, dummodo debito non fraudetur ſeruitio chori, ſenſerunt Garzia *d. c. 2. num.* 401. *&* Palaus *d. §. 2. num. 6.* Sed vel hic caſus ſpectat ad vnum ex exceptis, ſcilicet, ad vtilitatem Eccleſiæ: quod contingit, vbi Canonicus ab eo, ad quem ſpectat miſſarum celebrandarum cura in Eccleſia, fuerit miſsus, Nam certe vbi populorum frequentia exigit in Eccleſia miſſarum frequentiam, debet in Eccleſia dari, qui huius curam habeat, ne oriatur confuſio, ſed fiat competens ſacerdotum diſtributio. Et ideo vbi hoc contingat, celebrans excuſatur ab intereſſentia chori, vt aduertit Fagnan. *d. cap. licet n.* 118. Vbi etiam ex declar. S. Cong. habet admonendos eſſe ſuperiores vt abſtineant à concedendis licentijs celebrandi tempore quo Clerici choro intereſſe debent. Sed præciſa deputatione, vel legitima licentia ſuperioris conſuetudine introduci non poteſt, vt Canonici non intereſſentes choro cauſa celebrandi miſſas priuatas lucrentur diſtributiones; Nã cauſa excitandi Canonicos ad frequentem celebrationem cum præiudicio obligationis ad chorum nec eſt rationabilis, nec eſt noua cauſa, & ſpecialis, ſed generalis, & præuiſa à iure, & reprobata ex eo, quod tantum tres aliæ fuerunt approbatæ. Et idem dicendum de abſentibus cauſa confeſſionum audiendarum. Et direct. Eccleſiaſt. diſcipl. editum ab Octauio Frangipani Nuncio Apoſt. in Belgio, quod refert Garz. *vbi ſup.* loquitur in eodem ſenſu. Vbi enim vtilitas Eccleſiæ id petat, fieri poteſt, iuxta tamen ſuperioris diſpoſitionem, & ordinem, & quantum fieri debet cum minori præiudicio chori; ſecus non excuſantur Canonici, ſed ſi cauſa confeſſionum abſint, non lucrantur diſtributiones.

164 Peregrinationis etiam cauſa valere cõſuetudinem vt Canonici vltra tres menſes abſint, quia hæc cauſa cedit in cultum Dei, voluit Palaus *d. §. 12. num.* 8. *&* Moneta *p. 2. q. 13. num.* 46. Sed oppoſitum ſenſit idem Moneta *q. 6. num.* 51. quem ſequutus fuit Garz. *d. cap. 2. num.* 394. ex ea ratione, quod cum huiuſmodi cauſa non contineatur ſub expreſſis cenſetur à iure reprobata. Quod claré habetur ex declarat. S. Cong. quas ibidem refert Garz. quæ ſic habent *Canonici deuotionis cauſa peregrinantes, & viſitantes aliquas Eccleſias, non lucrantur diſtributiones quotidianas, non obſtante aliqua in contrarium conſuetudine: fructus verò Præben. poſſunt, ſi intra tres menſes à decreto Concilij conceſſos fecerint has peregrinationes. Secunda. Abſentes cauſa peregrinationis, etiam ex facultate ſtatutorum Eccleſiæ, non percipiunt diſtributiones quotidianas, imò quoad Præben. fructus hoc tempore peregrinationis percipiendos, non excuſantur vltra tres menſes, quos Concilium permittit.* Nec valet reſpondere S. Cong. loqui de conſuetudine ante Concilium introducta; tum quia S. Cong. loquitur de conſuetudine, quæ tunc allegabatur, cum data fuit illa declaratio, tum quia loquitur ſtante Concilio iam præterito, & admittit poſſe concedi vt cauſa peregrinationis percipiantur fructus intra tres menſes à Concilio permiſſos. Tum quia S. Cong. mouetur ex eo, quod tam huiuſmodi conſuetudo, quam eius cauſa ſit inſufficiens, & à Concilio reprobata.

165 Admittendam pariter eſſe conſuetudinem, qua intereſſentibus de nocte matutinis cõcedantur tot diſtributiones, quot conceduntur præſentibus alijs horis, vt præbendati ad illius horæ aſſiſtentiam excitentur, voluerunt Moneta *2. p. q. 12. num.* 42. Azor. *2. p. l. 7. cap. 7. q. 6.* Bonac. *diſp. 2. q. 5. p. 6.* Palaus *d. §. 12. num.* 8. & apud iſtos Hoieda. Sed hic caſus pertinet ad aſſignationem diſtributionum, quæ rationabiliter fieri potuit à ſtatuto Capituli, ſeu à conſuetudine. Nam, & merito maior portio competit ſurgentibus de nocte ad matutinum, quam illi intereſſentibus de die.

166 Approbandam quoque eſſe conſuetudinem vt ſine amiſſione diſtributionum Canonici non interſint matutinis nocte media, vel etiam ad principium noctis; quia cum Canonici ordinariè ſint delicatæ complexionis ob eorum valetudinem conſeruandam poſſit hoc introduci, ſenſit Palaus *d. §. 12. num.* 14 *&* Garz. *d. cap. 2. num.* 326. id admittit maximè vbi Concilium non aliter fuit ab initio receptum. Sed in contrarium ſunt declarationes S. Cong. quas recenſet Garz. *n.* 325. Neque enim iuſtũ eſt, vt qui ſũt delicati velint Eccleſiæ emolumẽta ſine ſeruitio quod præcipuè verũ eſt de illis, quæ dantur pro actuali ſeruitio. Leges verò Canonicæ ad hoc vt obligent, non indigent conſenſu recipientium, ideo non iuuat non fuiſſe aliter receptum Concilium, ſi hoc non fuit à Pontifice approbatum. Nam, & conſuetudo Eccleſiæ Aeſinæ, vt diſtributiones darentur abſentibus per quatuor menſes, de qua ſupra *num.* 159. vel ex non recepto Concil. Trid. vel quia introducta fuerat poſt Concilium vim prætendebat, & tamen S. Cong. declarauit eam inualidam eſſe. Nec ſuffragatur motiuum Garziæ, quod huiuſmodi conſuetudo ſit interpretatiua; quia interpretatio non habet locum niſi in dubiis, at vero non eſt dubium ſed certum eſt, & ex recitatis declarat. S. Cong. conſtat Canonicos, ſi velint percipere integras diſtributiones intereſſe debere omnibus, & ſingulis horis.

167 Conſuetudo etiam ſuſtinenda videtur, qua redeuntibus ex aliquo negotio non quidem proprio, ſed ex vtilitate Eccleſiæ legitimè ſuſcepto, conceduntur duo vel tres dies vacationis, vt poſſint quieſcere ab itinere, ſarcinulas componere, & vires aſſumere ad chori aſſiſtentiam. Ita Io: Monacus *hic n.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 2. Prob. *num.* 11. Moneta *p. 2. q. 5 num.* 40. *& q.* 12. *num.* 49. Bonac. *d. p.* . *num.* 10. Palaus *d. §. 12. num.* 16. & apud iſtos Graff. & Cened. Et quidem hæc eſt conſuetudo interpretatiua, & rationabilis, non ex ratione quam affert Io: Monac. & approbat Moneta, quia ſcilicet valeat conſuetudo non intereſſendi pro aliquo paruo tempore. Nam merito hoc reprobat Archidiac. *n.* 1. vt ſupra dictum eſt; ſed quia continuatur adhuc, & durat negotium ſuſceptum pro vtilitate Eccleſiæ, vt conſiderãt Dom. & Franc. & alij, & decet, vt defatigatus aliquantiſper quieſcat. Sic enim & diſceſſuro pro Eccleſiæ vtilitate concedi debent pauci dies pro itineris præparatione, &

dum

dum quis ſe ad viam præparat, cenſetur iam viator, iuxta legem. Qui mittuntur. §. ſimiliter. *& ibi* Gloſſ. *in v. egere. ff. ex quibus cauſis maior. & ex Legato ff. de Legato.* Palaus *n. 16.*

168 Qui ibi *num. 18. poſt* Garz. *d. c. 2. n. 245.* Moneta *q. 13. num. 45.* bene aduertit irrationabilem eſſe conſuetudinem, vt Præbendati in menſe vnum vel duos dies pro tonſione barbę aſſumant, & in eis diſtributiones lucrentur. *Ci*tatur verò in contrarium Nauar. *de orat. cap. 5. n. 21. & cap. 21. num. 64.* Sed in his locis nihil tale affirmat.

169 Iubilationis quoque conſuetudinem, qua ijs, qui per quadraginta annos inſeruierunt continuo diuinis officijs, conceditur, vt non teneãtur ad actuale ſeruitiũ, & nihilominus lucrentur diſtributiones, approbant multi, quia & toleratur ſtatutum tale ſi factum fuerit, vt docent Garz. *p. 3. cap. 2. num. 344.* Moneta *p. 2. q. 2. num. 20. & q. 12. à num. 57. & q. 13. à num. 41.* Palaus *d. p. 9. §. 12. 9 & apud iſtos* Piaſec. & Cened. Et de hoc adſunt declarat. S Cong. quas refert Garz. *p. 3. c. 2. num. 344. An ſit derogatum Eccleſiæ compoſtellanæ permittenti Beneficiato, qui in ea per quadraginta annos continuos aliquod Eccleſiaſticum Beneficium pacificè poſſedit, & per dictũ tempus illud per ſe ſe ipſum in diuinis reſidendo deſeruit, vt à d. ita Eccleſia de cætero, quoad vixerit, vt emeritus, & indè donatus abeſſe liceat, & tanquam præſens in choro habeatur, tamen ratione fructuum Præbendarum quam diſtributionum quotidianarum, S. D. Greg. XIII. audita relatione Congreg. dixit, tollerandum eſſe hoc ſtatutum.* Cum vero Moneta requirat hãc conſuetudinem eſſe quadragenariam, Garz. è contra vult ſufficere decennalem, quia valet huiuſmodi ſtatutum, & ſic conſuetudo non eſt contra ius. Dici poteſt hanc eſſe conſuetudinem interpretatiuam, nam ſi eſſet contra ius commune non valeret ſtatutum, ſed ſtatutum valet, quia ius rationabiliter explicatur, vt hunc caſum non reijciat. Ad conſuetudinem vero interpretatiuam non eſt neceſſarius lapſus quadraginta annorum, vt dixi *ſup. de conſtit. capit. 1. q. 1. à decimo.*

170 Poſſe pariter introduci, vt ſufficiat ad lucrandas diſtributiones adeſſe per ſubſtitutum, dixerunt *Petr.* Nauar. *l. 2 de reſtit. capit. 2. n. 217.* Moneta *p. 2. q. 12. num. 48.* Bonac. *d. 2. q. 1. p. 5. & q. 3. p. 6. num. 17.* Palaus *tr. 7. diſp. 3. p. 9. §. 12. num. 11.* & apud eum Beroia, Macig. & Leſſ. Verum quod non valeat ſtatutum, quod hoc permittat docet Garz. *d. c. 2. num. 498.* Ex ſequenti declar. S. Congregationis Placen. 15. Iulij 1570. *Si factum eſt aliquod ſtatutum, quod Canonici poſſint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus pro alio, non habeatur eius ratio, quia eſt contra Concilium.* Ad quod facit alia declaratio ab eo relata *num.* 503.

Obtinens dignitatem cum Canonicatu,† aut portione tenetur per ſe vtriuſque beneficij onera ſubire, nec ſatisfacit, ſi in vna ſubſtituat, niſi ſeruitia ſimul ita concurrant, vt eodem tempore ab vna perſona præſtari nequeant.

Et in vna Abulen. quæ ſic ſe habet. *Illuſtriſſime & Reuerendiſſime D. Pro parte Epiſcopi Abulẽ. quæritur an obtinentes dignitatẽ cum Canonicatu, ſeu Portione in eadem Eccleſia, teneantur per ſe ipſos vtriuſque beneficij onera ſubire ita, vt non ſatisfaciãt Concilio deſeruiendo perſonaliter in Dignitate, & per ſubſtitutum in Canonicatu, ſeu Portione, non obſtante contraria Eccleſiæ conſuetudine? Epiſcopo Abulen. Reuerendiſſime D. vti Frater propoſitus fuit libellus S. Cong. Cardinalium Concilij Trident. interpretum, qui cum his ad amplitudinem tuã literis mittitur, de obtinentibus Dignitatem cũ Canonicatu ſeu Portione in eadem Eccleſia, vt ex illo ipſa videbit, Cong. cenſuit, ſic obtinentem teneri per ſeipſum vtriuſque beneficij onera ſubire, nec aliter Concilio ſatisfacere quam ſi perſonaliter vtrique deſeruiat, niſi tamen ſeruitia ſimul ita concurrant, vt ab vna perſona eodem tempore præſtari nequaquam poſſint. Porro facultatem ſubſtituendi in ſeruitio Canonicatus, quempiam alium Canonicum, qui eo tempore ſeruitio non ſit obſtrictus, exiſtimauit minimè illi denegandum eſſe, ceſſante fraude & Calumnia, quam Congregationis ſententiam amplitudini tuæ ſignificandam duxi, vt illam pro ſuo munere obſeruandam curet, cui optimam valetudinem precamur in Domino. Romæ die 27. Iulij 1585. amplitudinis tuæ, vti Fr. A. Card. Caraſa.* Et quod valida ſit conſuetudo inſeruiendi per ſubſtitutũ docet Fagnan. *capit. Cum omnes num. 21. & ſequent. de Conſtit. & cap. licet. num. 82. de Præb.* Quod fuit declaratum per S. Cong. & præcipuè conſiderandæ ſunt declarationes recenſitæ *d. cap. Cum omnes num. 21. & 28.* Et certè hic conſiderari debet, quod vel Canonicus eſt legitimè impeditus, vt non poſſit per ſe ipſum intereſſe. Et in hoc caſu Epiſcopus habet poteſtatem concedendi Capitularibus vt ſeſe inuicem ſubſtituant in ſeruitio chori. Quamuis vbi ſubſtitutio non ſit diuturna, quod nec ſit ad hanc ſubſtitutionẽ neceſſaria licentia Epiſcopi dixerit Suarez *tom. 2. de Relig. l. 4. c. 10. num. 18.* & voluit *Panorm. c. Extirpandæ §. Qui vero de Præben.* Sic igitur in hoc caſu non eſt opus conſuetudine, cum non ſit caſus excluſus, ſed permiſſus à lege, & ſola ſufficiat Epiſcopi licentia. Si verò Capitularis non ſit impeditus irrationabile eſt, vt lege præcipiente vt per ſe ipſum interſit, ipſe ſine neceſſitate nolit adeſſe. Indubitatum enim eſſe debet Decretalem hanc, quam confirmat Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12* velle vt Capitulares per ſe ipſos adſint ſi volunt lucrari diſtributiones. Quod etiam expreſſe iuſſit ibid. Concil. Videatur etiam declaratio S. Cong. in Aeſina, quam ſupra retulimus, vbi hæc immemorabilis reprobatur.

172 E contra vero poſſe conſuetudine introduci, vt nulli Capitulari dentur diſtributiones voluerunt Azor. *p. 2 l. 7. cap. 7. q. 5. ad fin.* Moneta *p. 2. q. 12.* circa medium Bonac. *d. 2. q. 5. p. 6. nu. 21.* Palaus *diſp. 3. p. 9. §. 12. num.* 12. Sed certè cõtra Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 3.* eſt quod in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis nullæ ſint diſtributiones aſſignatæ, pro actu inſeruientibus. Et quod dari poſſit ſpectatis particularibus circumſtantijs alicuius Eccleſiæ, vt non conueniat hic vel ille vſus diſtributionum, poteſt contingere, ſed quod non detur aliquid ſpeciale actu inſeruientibus ad differentiam negligentium, qua cauſa rationabili poterit iuſtificari contra legẽ hoc præcipientem? Sed ſi iam in Eccleſia ſeparata eſt maſſa quæ diſtribui debet pro actu intereſſentibus diuinis officijs, contra iuſtitiam erit, ſi id non fiat, nec id poterit rationabiliter con-

ſue

ſuetudine introduci. Quamuis in ſingulari dari poſſit caſus in quo expediat in aliud aliquod opus erogare de conſenſu Canonicorũ in aliud opus aut ſeruitium id, quod eſſet præſentibus diſtribuendum, & tamen etiam attendi debet decretum S. Congreg. regul. 1590. Troia 8. Maij 112. vt non permittatur Capitulo, vt pro litibus aut alijs cauſis, vtatur diſtributionibus quotidianis ob multa inconuenientia, quę inde ſequi poſſent, & præcipuè quia diminutis diſtributionibus diminueretur de facili diuinus cultus in Eccleſia.

173 Conſuetudo etiam poteſt præualere contra cauſas in quibus permiſſum eſt dari abſentibus diſtributiones. Sic enim conſuetudine introduci poſſet, vt nec infirmis abſentibus, aut ex vtilitate Eccleſiæ debeantur diſtributiones, ſi huius adſit rationabilis cauſa. Moneta *d. num.* 40. *Palaus d. num.* 19. & apud eum Hoieda, & Maeign. Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 561. Ex quo refertur hęc declaratio S. Congregationis. *Conſuetudo in aliqua Eccleſia introducta vt Canonici infirmi fructus tantum ſuæ præbendæ, non diſtributiones quotidianas percipiant, ſi legitimè præſcripta ſit, tollit conſtitutionem. Præſcribitur autem ſpatio quadraginta annorum.*

174 Inde à fortiori deducitur conſuetudine induci poſſe, vt non habeantur pro infirmi, qui ſunt extra ciuitatem, vel qui exeunt è domo, & non veniunt ad Eccleſiam, niſi ſit infirmitas notoria, qualis eſt podagræ aut paralyſis, vel qui non faciunt certum Capitulum de ſua infirmitate. Quod quidem verum eſſe, quia huiuſmodi conſuetudo, quæ ordinatur ad tollendas fraudes non ſit contra hunc textum, voluit Garz, *d. cap.* 2. *num.* 431. quod tamen diſplicet Palao *d.* §. 19. *num.* 20. Sed conſiderandum eſt, quod hæc decretalis excipiendo tres caſus infirmitatis, neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſiæ potius permittit, quam præcipiat. Et ideo mentis eius non eſt, vt ex rationabili cauſa etiam aliquibus infirmis & c. diſtributiones non dentur. Et ideo huiuſmodi conſuetudines ordinatę vbi opus eſt, ad tollendas fraudes, non ſunt contra mentem huius legis.

175 Sicut verò contra regulam huius textus non datur conſuetudo ita nec dari poteſt ſtatutũ validum editum ſiue à Capitulo, ſiue ab Epiſcopo, ſiue à Synodo, ſiue à Prouinciali Concilio, per quod ordinetur dari diſtributiones Clericis non intereſſentibus extra caſus in textu exceptos. Franc. *hic* §. *ſtatuimus num.* 2. Seraph. *dec.* 1256. *num.* 4. Rota *dec.* 659. *p.* 9. *diuerſ.* Garz. *d. cap.* 1. *num.* 498. Ciarlin. *controu. for. l.* 1. *c.* 38. *num.* 3. Et eſt per ſe euidens, quia inferior non poteſt contra legem ſuperioris aliquid ſtatuere, vnde hoc ſępius fuit declaratum per S. Cong. Valet tamen ſtatutum à Papa ex certa ſcientia confirmatum.

176 Similiter, vt dictum eſt per hunc textũ, & per Concil. non tollitur quin vel in liminne fundationis, vel per Pontificis priuilegium concedi poſſit, vt etiam extra caſus exceptos in hoc textu dentur abſentibus diſtributiones. Hoc tamen debet eſſe manifeſtè expreſſum. In dubio enim lex huius textus, & Concilij Trident. præualebit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio edendæ decretalis.*
2 *Rectoribus aſſignari debet congrua portio à Religionibus præſentantibus.*
3 *Religioſi ſunt capaces iuris patronatus.*
Patroni poſſunt conferre Eccleſias.
Præſentatio fieri debet Epiſcopo.
Et fieri debet intra tempus à iure ſtatutum.
4 *Eccleſia quinque modis ſpectare poſſunt.*
5 *Religioſi habentes ſolum ius patronatus non tenẽtur aſſignare congruam Rectori.*
6 *Nec ſi habeant tantum inſtitutionem etiam authorizabilem.*
7 *Habentes Eccleſiam quoad temporalia tantum, non poſſunt ſtatum Eccleſiæ immutare, & tenentur dum præſentant aſſignare congruam pro Rectore.*
8 *Habentes Eccleſiam pleno iure ſubiectam non tenentur ad aſſignandam congruam.*
9 *Habentes Eccleſiam non exemptam tenentur ad congruam aſſignandam, ſi ſui ſunt fructus Eccleſiæ.*
10 *Religioſi exercentes curam animarum per alios, tenentur ad congruam.*
11 *Religioſi non tenentur ad portionem pro oneribus, ſi ipſi illos portant, vel Eccleſia ab illis eſt exempta.*
An Cathedraticum, & portio Canonica poſſint remitti, & præſcribi.
12 *Portio pro Rectore ſemper debet aſſignari, cum Religioſi per alios Eccleſias regunt.*
Plures caſus in quibus Rectoribus aſſignatur congrua.
13 *Ad arbitrium Epiſcopi qualiter determinanda ſit quantitas congruæ.*
Ab hac aſſignatione non datur appellatio ſuſpenſiua.
14 *Semel aſſignata congrua non poteſt mutari.*
15 *Epiſcopus præſentationem Religioſorum non aſſignata congrua poteſt refutare, non tamen ad eum deuoluitur Electio, ſeu libera collatio beneficij.*
Hic eſt vnus ex caſibus in quo exempti ſubduntur Epiſcopo.
16 *Nedum Religioſi, ſed Clerici, ſi prouident, fructus beneficiorum tenetur ad congruam.*
Non tamen tenentur inſtituentes, niſi & ipſi fructus beneficiorum capiant.
17 *Obligatio aſſignationis congruæ eſt etiam ſi præſentetur Vicarius temporalis.*
18 *Non obſtat, ſed reprobatur conſuetudo contraria.*
19 *Inſtitutio facta non aſſignata congrua non eſt nulla, ſed Rector habebit actionem pro congrua obtinenda.*
10 *Corolſaria deducta ex textu.*
21 *Dictio alij aliquando includit maiora.*

Tit.

Tit. IV. De Prabend. & Dignitatibus.

Cap. Suſceptis. I.

1 QVoniam vbi Eccleſiarum Rectores non habent vbi congruè ſe ſuſtentent, & iura Epiſcopalia ſoluant, & alia onera ſupportent, ſæpè contingit, quod non inueniuntur perſonæ idoneæ, quæ huiuſmodi Eccleſias velint recipere, ſicque frequenter minus idoneis conſeruntur non ſine graui periculo animarum, ideo Clemens Tertius innouat, & extendit decretum Alex. Tertij *in cap. de Monachis ſup. eod. titulo*.

2 Traditur propterea hæc regula. Epiſcopi ad præſentationẽ patronorũ Religioſorum, ſiue illi ſint exempti, ſiue non exempti, & aliorum, ad aliquam Eccleſiam, non recipiant Præſentatum, niſi tantum ei de prouentibus ipſius Eccleſiæ coram eis fuerit aſſignatum, vnde iura Epiſcopalia poſſit ſoluere, & congruam ſuſtentationem habere, & alia ei incumbentia onera ſupportare, conſuetudine contraria non obſtante.

3 Sic ergo Religioſi capaces ſunt iuris patronatus, vt hic notat Dom. *num.* 2. Ex quo tamen ſunt Patroni, non per hoc poſſunt Eccleſiarum Rectores inſtituere, & Eccleſias conferre, ſed ſolum præſentare inſtituendos ab Epiſcopo. Io. And. *num.* 2. Archid. *in prin.* Anchar. *num.* 2. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2. Præſentatio autem regulariter fieri debet Epiſcopis, quorum eſt præſentatos inſtituere, ſed tamen etiam alijs præſentatio fieri poteſt, ſi eis ex conſuetudine vel iure ſpectet beneficia conferre, vt tradunt Archid. *in princ.* Io: And. *num.* 3. Anchar. *num.* 1. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 1. Qui etiam aduertit, quod ſu[illegible]cit præſentanti, ſi dicat eligo, vel præſento. Quamuis non ſufficiat ſi Patronus intra tempus à iure ſtatutũ eligat præſentandum, ſed illum præſentare debet. Certi enim iuris eſt tẽpus ad præſentandum patronis Eccleſiaſticis eſſe ſemeſtre à die vacationis *capit. vn. §. verum infra de iure patron.* quadrimeſtre autem laicis. *cap. Quoniam cap. Cum propter ſup. de iure patron.* Panorm. *cap. Cum te, eod. tit.* Garz. *p. 5. cap. 9. n.* 210.

4 Verum ex Panorm. *cap. De Monachis, ſup. eod. tit num.* 5. conſiderandum eſt, quod quinque modis Eccleſiæ ſeculares pertinere poſſunt ad Religioſos, nimirum Primo tantum quoad ius patronatus. Secundo quantum ad collationem ſeu inſtitutionem tituli collatiuam. Tertio quoad inſtitutionem authorizabilem, vt ſcilicet poſſint inſtituere presbiterum, etiam populi. Quarto quantũ ad temporalia tantum. Quinto quoad temporalia, & etiam ſpiritualia. In primo caſu, ſicut Religioſi nihil percipiunt de redditibus Eccleſiæ, niſi id, quod conſequitur quilibet laicus ratione iuriſpatronatus, vt *cap. Cum ſaculum, ſup. de iure patron.*, nec etiam tenentur Religioſi ad aliquam aſſignandam portionem Clerico præſentato, ſicut neque tenetur laicus. Quãuis in hoc Religioſi habentes ius patronatus habeant hanc prærogatiuam præ laicis, quod poſſunt exigere rationem de temporalibus Eccleſiæ vt *in cap. Dum plantari* §. In Eccleſijs, *ſup. de priuil.* & habent cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, *cap. bene ſup. de appllat.*

6 Idem vero dicitur de ſecundo, & tertio caſu, tum eadem dicta ratione, quia Religioſi ex hoc quod habeant collationem beneficij, vel inſtitutionem non poſſunt extendere manus ad fructus beneficij, vt in *Clem. quia Regularis*, niſi forſan quoad iura Epiſcopalia, vt *cap. præſenti ſup. de off. ord. in hoc lib. & cap. Quia cognouimus* 10. *q.* 3. *& cap. conquerente de off. ord.* Ideo ſicut nec fructus beneficij poſſident, ita de huiuſmodi fructibus non tenentur aliquam portionem, ipſi inſtituto. Sed nec opus eſt, vt illi detur, cum illi beneficium cum fructibus concedatur. Tum ſecundo ex alia ratione, quia in his caſibus non fit aliqua præſentatio Epiſcopo, ſed Religioſi ipſi beneficium vel conferunt, vel in illud inſtituunt.

7 In quarto caſu, quando ſcilicet Eccleſia eſt Religioſorum quantum ad temporalia tantũ habet locum propriè regula huius textus, & *cap. Auaritiæ, & cap. de Monachis ſup. eod. tit.* vt hic notant Dom. *in fin. &* Franc. *num.* 4. Barboſ. *nu.* 2., *&* Panorm. *d. num.* 5. Qui benè aduertunt duo requiri, ſcilicet vt Religioſi præſentent, ſecundo vt omnia temporalia Eccleſiæ percipiant. Nam propter Religioſorum inopiam, quandoque Papa vel Epiſcopus eis concedit Eccleſias quoad temporalia. Et nihilominus ex hoc Religioſi ſtatum Eccleſiarum immutare non poſſunt, ſicut nec Commendatarij, qui tenentur facere deſeruire Eccleſiæ per Clericos aut per numerum Clericorum conſuetum, & ſolitam hoſpitalitatem tenete more ſolito. Sic enim etiã Religioſi habentes Eccleſiam ſolum quantum ad omnia temporalia in vtilitatem ſuam non poſſunt conuertere niſi fructus ſuperfluos, qui remanent ſolutis iuribus Epiſcopalibus, ſeruata de more hoſpitalitate, & alijs oneribus Eccleſiæ perſolutis, & pariter aſſignata Vicario regenti Eccleſiam congrua ſuſtentatione. Quamobrem dum Epiſcopo præſentant Clericum ad regendã Eccleſiam debent ei aſſignare congruam portionem pro eius ſuſtentatione, & alijs oneribus ſupportandis, vt hic tradunt Gloſſ. Io: Monachus Archid. Io: And. Anchar. Dom. Franc. & Barboſ. *& ad dict. cap. De Monachis ſup. eod. tit.* Panorm. *num.* 3. *&* 9. Dec. *num.* 1. Card. *per Clem.* 1. *de iure patr.* Rota *dec.* 24. *de præben. in nou.* Rebuff. *in praxi de Vicario perpetuo num.* 2. Fuſc. *de viſit. l.* 2. *cap.* 16. *num.* 12.

8 Quintus caſus diſtingui debet in duos. Nam vel Eccleſia in ſpiritualibus, & temporalibus eſt ſubiecta Religioſis, & in hoc caſu non habet locum formalitas huius textus, quia deficit prima conditio, quæ eſt præſentatio. Ipſi enim Religioſi habentes ordinariam iuriſdictionem, & plenam tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, nulli Epiſcopo præſentant Rectorem Eccleſiæ, ſed ipſi inſtituunt, & deponunt *Cap. vn. infr. de Cappell. Monach. & cap.* Quoniam *de priuil.* Gloſſ. *in v.* ad monetam in Clem. 1. *de exceſſ. Prælat.* vbi declarat quando, & quibus mo-

modis Eccleſiæ dicantur ſpectare ad menſam Religioſorum, vel aliorum.

9 Vel Eccleſiæ non ſunt pleno iure ſubiectæ Religioſis, quia licet ad Religioſos ſpectent omnia Eccleſiæ temporalia, & imo habeant aliquā inſtitutionem collatoriam tituli, non tamen habent inſtitutionem authorizabilem quoad populum, qui non eſt illis pleno iure ſubiectus, ſed eſt ſubiectus Epiſcopo, licet cura exerceri debeat per nominatum à Religioſis. Et in his Eccleſijs Rectores præſentari debent Ep.ſcopo, & ab illo inſtitui, ſi ſint Vicarij perpetui, *vt per text.cap. vn. inf. de capit. Monach.* Et ideo cum hic adſint præſentatio, & perceptio fructuum beneficij, locū etiam habet regula huius textus, vt etiam DD. ſupracitati tradunt.

10 Verum quia modo ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regular.* Rectores Eccleſiarum, quæ non ſunt pleno iure ſubiectę Regularibus, in quibus ſcilicet Religioſi non habent plenam iuriſdictionem tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus etiam ſuper populum, & ſic non habent in Eccleſijs iuriſdictionem Epiſcopalem (vbi enim hanc habent, ipſi ſunt ordinarij, & veniunt loco Epiſcoporum, & habent Diœceſim, & populum, & eorum eſt conferre aut inſtituere, aut etiam deponere Rectores) debent ab Epiſcopo examinari, & approbari, habet quoque locum regula huius textus quoad Rectores ſeu Vicarios perpetuos, vt ſcilicet illis aſſignari debeat congrua portio pro illorum ſuſtentatione.

11 Et in hoc etiam diſtingui debet inter portionem pro Rectore, & portionem neceſſariam pro ſuſtentatione aliorum onerum. Nam ſi Religioſi ipſi huiuſmodi onera ſupportent, eiſque ſatiſfaciant, non tenentur pro illis aſſignationem facere, quia Rector talibus oneribus non grauatur. Si etiam Religioſi ab huiuſmodi oneribus ſunt exempti, vt quia Epiſcopus donauit, quæ ei competunt. Nam quamuis in conceſſione generali Eccleſiæ non intelligatur Epiſcopum donaſſe Cathedraticum, poteſt tamen in ſpecie donari, & valet donatio expreſſè, & in ſpecie de illo ab Epiſcopo facta, vt hic docent Archid. *in princ.* Io. And. *num.* 1. Dom. *num.* 5. *&* Franc. *n.* 3. Hoſtien. *in ſum.tit. de off. ordin.* §. *Quod pertinet*, Fagn. *cap. Conquerente num.* 50. *de off. ordin.* & apud eum Boich. & Card. *in cap. Venerabilis in* 3. *quæſt.* Quamuis verò, quod Cathedraticum non poſſit in totum præſcribi ſecundum Goffredum apud Archidian. *hic &* Panorm *cap. Cum venerabilis num.* 3. *de cenſib. & conſ.* 99. Fagnan. *d. cap. conquerente. num.* 49. Barboſ. *alleg.* 86. *num.* 42. Belle: *diſquiſ. Cleric.tit.de Cleric.debit.* §. 12. *num.* 13. Tamen quod præſcribi poſſit voluerunt Io: & Hugo. 13. *q.*2. *in princip.*, quos hic refert Archid. qui malè cum Io: And. hic citatur, pro oppoſita ſententia: quia vtriuſque opinione relata, vt ambas Archid. concordet ſubdit, quod Epiſcopus in generali donatione non cenſetur dimittere Cathedraticum, iuxta textum *in cap. Paſtoral. de donat.* ſpecialiter tamen remitti poteſt, vt poſt eundem Archid. dixerunt citati DD. Conſequenter verò loquendo bene ſequitur, quod poſſit etiam præſcribi, cum præſcribi poſſit contra aliquem, quod poteſt ab eo donari. Et ideo Panorm. *d.cap. Cum venerabilis* ex eo tenet quod Cathedraticus non poteſt præſcribi, quia tenet, quod non poſſit ab Epiſcopo remitti, quod etiam voluit Bellet. De quarta verò Canonica, quæ etiam inter iura Epiſcopalia numeratur, quod poſſit præſcribi, probaui *tom.* 2 *de ſtat.q.* 187. *à.* 4. *num.*611. *num.* 626. *ex cap. de quarta, de Præſcript.* Sic igitur ſi ab huiuſmodi iuribus Epiſcopalibus Eccleſia ſit exempta vel donatione, vel præſcriptione, non erit neceſſe quod Religioſi aliquid aſſignent pro iuribus Epiſcopalibus huiuſmodi, cum Eccleſia ad illa non teneatur.

12 Sed portio pro Rectore, vt poſſit ſuſtentari, & viuere de altari, etiam ſi alias habeat patrimonium, vel aliud ſufficiens beneficium, & ſiue Rector ſit perpetuus, ſiue ſit Vicarius amouibilis ad nutum, ſemper debet aſſignari à Religioſis quotieſcumque illi non per ſe ipſos, ſed per Clericos extra illorum ordinem Eccleſiam regunt. Sic enim Coadiutoribus, quos Epiſcopi etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati deputare poſſunt Rectoribus Parochialium Eccleſiarum illiteratis & imperitis, itidem aſſignanda eſt pars fructuum pro ſufficienti victu, ex Decreto Concilij Trident. C. 6. *ſeſſ.* 21. Ac ſimiliter Parochi abſcedentes tenentur idoneum Vicarium relinquere cum debita mercedis aſſignatione, vt in *C.*1. §. *Eadem omnino, ſeſſ.* 23. & in Parochialibus vnitis ab Epiſcopo deputandi ſunt Vicarij cum tertiæ partis fructuum aut maiori, vel minori arbitrio ipſorum ordinariorum portione etiam ſuper certa re aſſignanda, vt in *C.* 7. *ſeſſ.*7. licet hæc congrua Vicarijs perpetuis aſſignanda ex Bulla Pij Quinti *Ad exequendum* non poſſit eſſe maior ſcutorum Centum, nec minor quinquaginta. Sic cum ex Bulla *inſtaurandæ* Innoc. Decimi ſuppreſſionis paruorum Conuentuum ſuppreſſæ fuerint etiam Granciæ non tamen omnino, ſed vt ibi non habitent ſeu pernoctent Clerici, & cura animarum, ſi illis imminet, exerceatur per Præsbiteros ſeculares, S.Cong. ſuper ſtatu Regularis *vt videre* eſt apud Fagnan. *cap. Relatum n.*67. Ne Cler. vel Mon. voluit vt Rectoribus huiuſmodi in Vicarios perpetuos, vel amouibiles à Superioribus Regularium nominādos inſtitutis congrua portio aſſignetur arbitrio Epiſcopi, & ad præſcriptum Concil. Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. De quorum Vicariorum inſtitutione videri etiā poſſunt notata à *me par.*3.*de ſtat. quæſt.* 189. *a.* 10. *inſp.* 10. *n.*494.*& ſequent.*

13 Itaque igitur congrua iſta portio aſſignanda quantum ad quantitatem eius commiſſa eſt arbitrio Epiſcopi, ita tamen, quod in terminis præfatæ Conſtit. Pij Quinti non debet excedere centum ſcuta, nec eſſe minor quinquaginta. In terminis vero huius textus, *& cap. de Monachis, ſup. eod tit.* Epiſcopi eſt eius quantitatem arbitrari attenta tamen conſuetudine patriæ, & facultate Eccleſiæ, vt hic aduertunt Io: And. *nu.* 3. Anchar. *num.* 2. Dom. *num.* 8. *&* Franc. *num.* 3 Qualiter autem arbitrium in huiuſmodi taxatione ſit moderandum, conijci poteſt ex infraſcripta declaratione quam refert Fagnan. *cap. De Rectorib. nu.*10. *de Cler. agrot. An fructuum portio conſtituenda Parochialium Eccleſiarum vacaturarum*

Digitized by Google

Vicario curam exercenti, quouſque ad nouam inſtitutionem deueniatur, referre debeat ad ſolam ipſius ſuſtentationem, quo tam, aut ipſarum vacantium annuum valorem, vel ad ipſius Vicarij qualitatem: Sac. Cong. cenſuit ad hac omnia eſſe referendam, Rurſus cenſuit à datione Coadiutoris Vicario inſufficienti, & à congrua aſſignatione dari appellationem deuolutiuam tantum, & de grauaminibus videndum in ſecundo iudicio.

14 Semel verò hac congrua deſignata, & acceptata non poterit amplius augeri vel minui, vt hic aduertunt Archid. Io: And: *in princ.* & Dom. *num.* 6. Niſi forſan de conſenſu partium mutetur.

15 Si igitur Religioſi non aſſignant huiuſmodi congruam, non tenetur Epiſcopus nominationem Rectoris, ſeu Vicarij acceptare, ſed illam refutare poteſt, vt aduertunt Anchar. *num.* 1. & alij, Panorm. *cap. Extirpanda* §. *Qui verò & in cap. De Monachis vbi* Dec. *num.* 1. Rota *dec.* 24. *de Praben. in nou.* & alij, quos hic refert Barboſa *num.* 2. Sed ſi Religioſi præſentarunt idoneum in tempore nulla huius congruæ facta aſſignatione, non per hoc tranſacto tempore ad præſentandum deuoluta erit collatio ad Epiſcopum, ſed Epiſcopi eſt compellere Religioſos ad hanc faciendam aſſignationem, non verò beneficinm conferre cui voluerit, vel ordinare, vt hic probat Archid. in v. *Congruam*. Vnde bene aduertit Anchar. *num.* 1. quod culpa Religioſorum non debet nocere præſentatis. Nec quantum ad hoc Religioſos excuſat exemptio, quia in hoc caſu Epiſcopus iuriſdictionem exercet in Eccleſiam ſibi ſubiectam, cui non debet deeſſe Rector habens competens ſuſtentamentum, Panorm. *De cap. Monachis num.* 6. Barboſa *hic n.* 2. *in fin.* Et propterea, quod hic ſit caſus in quo Religioſi exempti ſubduntur Epiſcopis, notant hic Io. And. *in princ.* Dom. *num.* 5. Franc: *n.* 3.

16 Extenditur verò determinatio hnius textus etiam ad alios, qui habent ius præſentandi, nimirum vt explicat Gloſſ. ad alios Clericos, qui poſſunt poſſidere fructus Eccleſiarum. Laicis enim hoc non competit. Explicat autem Archid. & extendit ad alios qui habent ius inſtituendi. Et hoc approbat Barb. *hic num.* 2. *in fin.* Sed merito hoc reiiciunt Io: And. Dom. & Franc. in fine. Nam vt ſupra dictum eſt, inſtituentes nihil capere poſſunt de fructibus beneficii, ſed præſentatis beneficia cū eorum fructibus conferuntur, vnde non eſt neceſſitas alterius congruæ penſionis. Admittit tamen Io: And. dictum Archid. ſi loquatur de iam inſtitutis per Epiſcopos ad regimen Eccleſiæ, & tunc præſentatos per eos ſolum ad curam populi ſibi committendam. Sed neqne hoc conuenit textui, qnia nec præſentans, nec inſtituens tenetur ad huiuſmodi congruæ aſſignationem, cum non capiant de fructibus beneficii. Quatenus verò Epiſcopus ipſe, vel quilibet inſtituens fructus beneficii percipiat, tenebitur ſemper Rectori beneficii de congrua, vt ſupra eſt explicatum.

17 Limitat etiam Barboſa, & ait textum non procede in Vicariis temporalibns. Sed cum & ipſi viuere debeant de altari, & illis debet aſſignari congrua. Solum ſi Vicarii nedum ſint temporales, ſed Religioſi non eſt aſſignanda congrua, quia Religioſi ſuſtentantur à Religione.

18 Arbitrantur quoque Io: Monach. *num.* 2. quod in hoc textu reprobetur conſuetudo contraria ex eo quod ponitur clauſula non obſtante conſuetudine. Sed de hac clauſ. videri poſſunt notata *ſup. cap.* 1. *q. vn. a.* 19. *num.* 378. *de conſuet.* Et an per dictam clauſulam dicatur conſuetudo reprobata, dictum eſt *cap.* 1. *q.* 1. *a.* 12 *n.* 394. *de conſuet.*

19 Sed nec erit nulla inſtitutio ſi facta ſit nō aſſignata congrua pro Rectore. Habebit tamen Rector actionem, vt ſibi congrua aſſignetur etiam ſi opus ſit contra Epiſcopum.

20 Colligit quoq; Dom. ex hoc textu, Prælatos eſſe obligatos ad promouendā vtilitatē ſubditorum. *num.* 1. Et quod admiſſio præſentationis habet vim confirmationis in beneficio *num.* 3. Et quod ſtat Prælatum Eccleſiæ eſſe exemptū, & non eſſe exemptam Eccleſiam *num.* 4. & quod Eccleſiæ paupertas eſt occaſio, quod conferatur minus idoneo. *num.* 5.

21 Aduertit quoque *num.* 9. qnod dictio *alij* includit maiores expreſſis, & non tantum minores, quando ſit probatio in materia, quę tantum congruit maioribus. Sic enim Gloſſ. *hic* in verbo *alij* interpretatur Clericos.

SVMMARIVM.

1 *Regula huius textus explicata alibi.*
2 *Dignitates &c. vacantes apud Sedem Apoſtolicam ſunt reſeruata Papæ.*
3 *Etiam in litteris ſucceſſorum debet fieri expreſſa mentio huius vacationis, vt ſint valida.*
Reſcriptum tamen datum ex certa ſcientia eſſet validum.
4 *Modo etiam Epiſcopatus, Abbatia, & Prioratus ſunt reſeruata.*
5 *Beneficia huiuſmodi etiam electiua ſunt reſeruata.*
6 *Item beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam & in Curia.*
7 *Beneficia vacant in Curia nedum per obitum, ſed etiam per permutationem.*
8 *Beneficium vacat in Curia, ſi beneficiatus degens in curia ob quamcumque cauſam priuatur beneficio.*
9 *Vacat in Curia beneficium per renunciationem factam in manibus Papę.*
Ex litigio non deuoluitur electio ad ſuperiorem.
10 *Vacat beneficium in Curia ſi renunciatur Epiſcopo exiſtenti Romæ.*
11 *In iure patronatus laico non procedit reſeruatio ex eo quod beneficium vacat in curia.*
12 *Quid de beneficijs regularibus.*
13 *Quid de beneficijs Vrbis.*
14 *Ex priuilegio poteſt tolli reſeruatio.*
In conceſſione Generali non veniunt reſeruata.
Niſi ſit clauſula qualiacumque &c.
15 *Quid ſi Papa ſimpliciter conferat beneficium reſeruatum non facta mentione vacationis in Curia.*
16 *Si Papa exiſtenti extra Curiam conferat Beneficium, & ille ante acceptationem moriatur, beneficium manet reſeruatum. Secus ſi moriatur poſt acceptationem ante poſſeſſionem.*

Digitized by Google

17 *An poteſtas conferendi beneficium reſeruatum duret tempore ſucceſſoris.*
18 *Conſuetudo confirmata non deſinit eſſe conſuetudo, licet quodammodo tranſeat in ius commune.*
19 *Conſuetudo an addat nouum vinculum legi.*
20 *Dictio* præter *directè ſemper excludit.*
21 *Non eſt omnino idem mentio ſpecialis, & expreſſa.*

Cap. Licet II.

1 HVius *cap.* regula explicatur magis *cap. ſequenti, & cap. Præſenti 34. & cap. Si Apoſtolica 35. in fin. hoc lib. & in Clem. 1. Vt lite pend. & in extrauag. Ad regimen de præb.* quæ in regulis Cancell. renouatur per quemlibet Pontificem in præſenti propterea ea ſola conſideranda erunt, quæ huius decretalis ſunt propria.

2 Hæc verò eſt regula textus. Eccleſias, Dignitates, Perſonatus, & Beneficia, quæ deinceps apud Sedē Apoſtolicā vacare contigerit, nullus præter Romanū Pontificē quacumq; ſit authoritate munitus ſiue Ordinarius, cui electio, prouiſio, ſeu collatio pertineat, ſiue per litteras generales, aut ſpeciales ſub quacumque forma delegatus (niſi ei ſuper cōferendis huiuſmodi beneficijs ſpecialis, & expreſſa authoritas fuerit attributa) conferre alicui, vel aliquibus præſumat, irritumque ſit, & nullum, ſi ſecus fuerit attentatum.

3 Statim verò ſe offert difficultas quam mouet Io: Monachus *n. 6.* & proſequitur Io: And. *num. 3.* An lex iſta nunc obliget quantum ad illā partem, in qua non vult, quod per clauſulas generales, aut ſpeciales intelligatur commiſſa facultas conferendi beneficio iſta vacantia apud Sedem Apoſtolicam, niſi de hoc fiat ſpecialis, & expreſſa mentio. Quia cum par in parem non habeat imperium *cap. Innotuit de elect.* non potuit Clemens Tertius hanc legem imponere ſuis ſucceſſoribus, vt hanc facultatem non poſſint conferre per clauſulas generales, aut ſpeciales, ſine eius ſpeciali, & expreſſa mentione. Reſpondent verò, quod ſucceſſor ſi vult, poteſt reuocare ſtatutum anteceſſoris antequam habeat complementum. Cæterum factum prædeceſſoris habitum nomine Prælationis mero iure tranſit ad ſucceſſorem, licet poſſit contra illud excipi, & reuocari, vt *inf. cap. 1 de ſolut. & cap. 2. de poſſ.* Et forſan in hac materia, qui non reprobat, etiam exceſſiuum probat. Et ſic ſpecialis reſeruatio non continetur ſub literis generalibus, ſeu quibuſcumque nō exprimentibus hunc caſum, prout hic continetur. Sed vt ſupra dixi *cap. 1. q. vn. a. 10. num. 180. de conſtit.* Pontifex ſucceſſor non tenetur in reſcribendo ſeruare formam ſtatutam ab anteceſſore, licet hoc ſit æquum, & honeſtū. Et ideo vbi ſucceſſoris reſcriptum careat forma ſtatuta ab anteceſſore habendum erit vt nullum ex defectu voluntatis, quia non præſumitur voluiſſe à conſilio & forma ſtatuta ab anteceſſore recedere. Niſi hoc aliundè conſtet, quia in eo caſu iam conſtaret de voluntate Pontificis, de cuius poteſtate non eſt fas dubitare. Sed hic attendi etiam debet Regula iuris, in generali &c. *inſ. de reg. iuris* ex qua habetur per generalia verba non comprehendi ſpecialia digna expreſſione. Sed & conſiderari debet, quod hic ſumus in caſu conſuetudinis lege approbatæ. Imò notari debet, quod lex huius capitis directè eſt contra ordinarios, aut delegatos, quibus præfata beneficia conferre prohibetur. Suppoſita verò hac prohibitione & reſeruatione ad ſummū Pontificem, ſtatim oritur neceſſitas ſpecialis expreſſionis. Addit etiam Probus *num. 13. ex* Dom. *in cap.* Si Papa *diſt. 40.* Quod Papa ſucceſſorem poteſt priuilegiare, & ſic poteſt collationem ſucceſſori reſeruare. Nihilominus ſi Papa in reſcripto expreſſe fateretur beneficium cuius conferendi det alicui facultatem eſſe beneficium vacans apud Sedem Apoſtolicam nulla facta huius decretalis mentione literæ valerent, & eſſet facta ſufficiens expreſsio beneficij, nec dubitari poſſet de voluntate Pontificis concedentis. Sicut ſemper quando Papa reſcriberet, ex certa ſcientia valeret reſcriptum.

4. Sub reſeruatione autem iſta non comprehendi Epiſcopatus vult Gloſſ. *in v. dignitatem* Mon. *num. 1.* Probus *num. 41. & 48.* Archid. *nu. 1.* Io: And. *num. 4.* Dom. *num. 9.* Barboſ. *num. 19.* Lap. *alleg. 48. & alij*. Quod ad Abbatias etiam extendunt Gloſſ. Monac. Archid. & Frāc. Sed id negat Io: And. *num 4. &* Dom. *num. 10.* Gonzalez Gloſſ. 9. *à num. 35.* Garz. *part. 5. cap. 1. num. 114.* Imo ad Prioratus principales, qui independenter à Superiore Abbate regunt monaſteria idem dixerunt Gloſſ. & Archid. *num. 1.* Sed mihi facit difficultas verbum *Eccleſias*, quia ſub appellatione Eccleſiarum ex vi verbi comprehenduntur Cathedrales, *cap. Quamuis, infra in hoc tit.* Et animaduertit Rota *in Ciuitatem penſionis* 5. Decemb. 1567. Sed iam de hac quæſtione multum nō eſt curandum, cū in extrauag. *Ad regimen, de Præbend.* quæ à quolibet Pontifice renouatur expreſsè nominentur Epiſcopatus, Monaſteria, Prioratus, Dignitates, cæteraque beneficia quæcumque & qualiacumque prout etiam patet ex *p. reg. Cancell.*

5 Beneficia etiam electiua ſub huius *cap.* reſeruatione comprehendi ſentiunt Gloſſ. *in v. Collatio* Archid. *num. 2.* Anchar. *num. 4.* Franc. *num. 8.* quod colligūt ex textu ibi ipſorum electio. Sed & hoc expreſsè habetur in *d. extrauag. Ad regimen*, ibi: *Etiam ſi ad illa perſona conſueuerint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi.*

6 Ex vi tamen huius regulæ non comprehēduntur niſi Eccleſiæ Dignitates &c. & beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam. Idem verò eſt dicere beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam, & vacantia in Romana curia. Dom. *num. 5.* Franc. *num. 2.* Barboſ. *num. 17.* Rota in Sabinen. beneficij 24. Martij 1631. & in Cluſina Parochialis 28. Iunij 1632. Lap. *all. 96.* Garz. *p. 5. cap. 1. num. 68.* Nihilominus non deſunt, qui diſtinguant inter vacare beneficia apud Sedem Apoſtolicam, & in Curia Romana volentes omne beneficium vacans apud Sedem vacare in Curia, ſed non è contra ita Gonzalez *d. g. 13. à nu. 48.* Palaus *tract. 13. diſp. 2. p. 16. num. 2.* Sed ſi res pro meritis ponderetur, apparet quod beneficia quæ vacant vel Romæ, vel vbi ſit curia dicuntur reſeruata inquantum vacant apud Sedem

Digitized by Google

dem Apoſtolicam, & in quantum Curia, & Papa cenſentur vnum corpus conſtituere, & vnum trrbunal, & conciſtorium. Ideò conuertibiliter ſe habent vacare apud Sedem Apoſtolicam, & vacare in Curia, vt voluit etiam Gloſſ. cap. ſeq. prox. in v. Curia Staphil. de modo, & forma impetr. §. ſequitur videre. num. 10. Simonet. de reſeruat. q. 30. num. 2. Mandoſ. ad reg. 5. q. 1. num. 16. Lotter de re beneſ. l. 2. q. 27. num. 14. Ibi autem eſt curia Romana, vbi eſt Papa non verò ſolum vbi eſt Papæ audientia aut Concilium Franc. not. 3. num. 2. Dom. num. 4. Innoc. in cap. Ego N. ante fin. de iure iur. & ibi Panorm. n. 6. Felin. n. 9. latè Gonzalez ad reg. & Cancell. Gloſſ. 13. n. 2. Mādoſ. in reg. 5. Cancell. q. 2. num. 1. Card. in Clem. 1. nu. 18. de Magiſ.

7 Dicitur verò beneficium vacare in Curia Romana, ſeu apud Sedem Apoſtolicam nedum per obitum in illa, ſed etiam per permutationē, aut renunciationē ibi factā, aut ſi ibidem alii vacationis modi inducuntur, vt per Franc. & alios DD. infr. cap. Præſenti in hoc tit. Caputaquen. dec. 48325. & 327. par. 3. Monet. de option. n. 36. 37. 50. & 51. Et etiam ſi renunciatio, ſeu permutatio fiat à Procuratore. Prob. ad Mon. hic num. 21. & ſequen. Pariſ. l. 9. q. 14 Rota dec. 4. & 35. de Præb. in antiq. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 13. à num. 42. Garz. d. cap. 1. num. 75. Et hoc etiam ſi renuncians, aut permutans renunciet aut permutet per Procuratorem; attendi enim debet locus vacantiæ non perſona. Vnde ſi quis abſens in Curia per ſententiam latam in contumacem priuetur beneficio, illud dici vacare in curia. Franc. inf. cap. præſenti §. ſanè num. 4. in hoc tit. Panorm. not. 3. in cap. Ad petitionem, de accuſat. & ibi Felin. num. 2. Caputaquen. dec. 64. per c. & dec. 48. num. 1. & 2. dec. 327. p. 3. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. Gloſſ. 13. n. 45. Garz. d. cap. 1. num. 7. Et tamen aduerti debet, quod non omne beneficium vacans in curia eſt reſeruatum ex vi præſent. cap. aut cap. Præſenti. 34. inf. in hoc tit. Quia hic reſeruantur ſolum beneficia vacantia in Curia per obitum. vt ex verbis text. apparet, & ex extrauag. Ex debito de elect. quæ data eſt pro declaratione, & ampliatione huius text. & latè explicat, & probat Lot. de re beneſ. lib. 2. q. 27. à n. 28 Et eſt obſeruandum vt cognoſcantur beneficia reſeruata in corpore iuris, à reſeruatis alibi. Nam reſeruata in extrauag. Ad regimen, quæ fuit temporalis, licet in p. reg. Cancel. reſeruentur, hæc tamen reſeruatio non eſt in corp. iuris.

8 Hoc tamen non habere locum quando beneficium vacat per omiſſionem, vult idem Garz. num. 27. & fundatur in dec. Put. 346. num. 4. alias 356. Vbi Rota voluit, quod cum vacaſſet quoddam beneficium ob non obtentam intra ſpatium ſex menſium nouam prouiſionem, ad Ordinarium ſpectauerit prouidere da illo beneficio. Et ſic vult, quod vbi beneficium vacat ob omiſſionem, attendi debeat perſona, & locus, & quod non vacet beneficium in curia, ſi perſona, & locus beneficii eſt extra Curiam. Imo vult quod ſit conſiderandus ſolus locus vbi eſt perſona. Et ideo ex Paulino ait, quod priuatus, quia non ſoluit penſionem in partibus, ſi ſit Romæ, eius beneficium cenſeatur vacare in Curia. Et idem ſubdit verificari, quando beneficium reſidentis in curia vacat ex eo quod beneficiatus nō fuit promotus intra annum. Verum aduerti debet, quod caſus illius dec. 364. coram Puteo nō erat beneficii vacati in Curia, ſed extra Curiam, licet eſſet alias reſeruatū. At verò, vt notant add. ad illam deciſ. Rota 8. Januar. 1546. ideo reſpondit ad fauorem ordinarij Abul. in eo caſu, quia prouiſio facta ex indulto, quod habebat ordinar. ius in eo caſu de illo beneficio reſeruato ex quo prouiſus, vt neceſſe erat, non obtinuerat nouam prouiſionem, & ſoluerat iura Cameræ intra ſex menſes, iam fuerat reſoluta, & ideo iam reſeruatio ipſa expirauerat, iuxta doctrinam Rotæ deciſ. 63. de reſcript. & dec. 24 de præben. in non. Vnde ille caſus non facit ad rem noſtram. Cæterum quotieſcumque Beneficiatus degens in Curia priuatur beneficio, ſiue id fiat ob commiſſionem ſiue ob omiſſionem beneficium vacabit in Curia, niſi vacantia fiat à iure, & commiſſio, vel omiſſio ob quam ipſo iure vacat beneficium, ſit facta ab eo qui tunc non erat de curia, tunc enim beneficium extra curiam vacat. Sed de his dicendum eſt Deo fauente inf. cap. Præſenti 34. in hoc tit.

9 Licet vero, qui eſt abſens, ſi renunciet beneficium Romæ in manibus Pontificis per Procuratorem, dicatur renunciare in Curia. Et ideo beneficium in curia vacet, Archid. n. 2. Anchar. q. 1. Dom. n. 7. Franc. n. 7. Si tamen quis Romæ litigat de Epiſcopatu, licet ei fiat oppoſitio, qua verificata deuolueretur Electio ad ſuperiorem, ſi interim alibi renunciat Epiſcopatui, beneficiū non dicitur vacare in Curia, nec deuoluitur ad Superiorem, quia per litigium deuoluitur cognitio, non verò collatio. Archid. n. 2. Io: And. n. 2. Dom. n. 8.

10 Sed quid dicendum, ſi quis renunciet beneficium non in manibus Papæ, ſed in manibus Epiſcopi exiſtentis in Curia? Reſpondetur huiuſmodi beneficium vacare in Curia. Couar. l. 3. var. cap. 20. num. 9. Hier. Gabriel. conſ. 187. n. 2. l. 1. quos ſequitur Gonzalez. d. gloſ. 13. n. 43.

11 Limitatur tamen primo regula noſtra, vt non procedat in beneficijs, quæ ſunt iuris patronatus laici. Licet enim verificetur in beneficijs iuris patronatus Eccleſiaſtici, non habet tamen locum in illis, quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum, quibus ne retrahantur ex hoc à fundandis iuribus patronatus Pontifex non derogat. Gloſſ. hic in v. collatio Io: Iun num. 2. Prob. num. 1. Archid. num. 2. Io: And: num 5. Anchar. q. 4. Dom. num. 11. Franc. n. 8. Barb. n. 11. Roch. de iure patron. v. competens. q. 24. n. 54 Couar. pract. cap. 36. nu. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 17. n. 2.

12 Limitatur ſecundo vt ſub huius regulæ reſeruatione non cadant Abbatiæ, Prioratus, & alia beneficia Regularia, vt hic aduertunt Io: Monachus n. 1. Archid. n. 1. Frāc. n. 5. Puteus dec. 180. n. 1. l. 3. Gonzalez, ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. n. 11. Palaus tr. 13. diſp. 2. p. 16. n. fin. Barboſa hic n. 13. & de off. Epiſ. alleg. 57. num. 29. Verum non per hoc huiuſmodi beneficia ſi vacent in Curia non manent non reſeruata, quia expreſſè reſeruantur in extrauag. Ad regimen de præbend. & in reg. 1. Cancell.

Li-

Digitized by Google

13 Limitatur tertio in beneficiis Vrbis, quorum diſpoſitio pertinet ad Pontificem vt ordinarium Romanum, & in eis conferendis Pontifex non concurrit cum alio Ordinario Gonz. *d. gloſſ.* 13: *num.* 14. *poſt* Rotam *in Rom. beneficiatus 27. Ianuar.* 1593. *coram Blancheto & in Rom. beneficij ſeu Clericatus S. Petri* 27. Nouem. 1602. coram Pamphilio Decano Barb. *hic num.* 14. Palaus. *vbi ſupra.* Imo ſi contingat, quod Pontifex maneat extra Vrbem in alia Diœceſi, non per hoc beneficia illius Diœceſis dicuntur vacare in Curia. Nimis enim grauaretur Diœceſaus, ſi ex quo Papa degit in ſua Diœceſi, omnia beneficia vacantia dicerentur vacare in curia, & eſſent reſeruata, Gonzal. *d. gall.* 13. *num.* 5. Sed de hoc videndum eſt, quod dicitur infra *cap. Præſenti in hoc tit.* in quo hoc limitatur. Itaque Beneficia Vrbis ſunt quidem reſeruata Papæ, quia nullus eſt alius Ordinarius, qui illa conferre poſsit, niſi pro quanto S. Rom. Eccleſiæ Card. ex Papæ conceſsione habent facultatem in ſuis titulis beneficia conferendi, ſed non ſunt reſeruata ex vi huius capitis, niſi ſimul ſint beneficia Curialium, Rota *in d. cauſa beneficiatus Sancti Petri* 27. *Ianuar.* 1593. *coram Blanchetto.* Gonzal. *vbi ſup. n* 19

14 Ex priuilegio tamen poteſt competere aliis prouidere de beneficijs apud Sedē Apoſtolicam vacantibus ex conceſsione tamen generali id non intelligitur datum. Niſi in conceſsione fiat expreſſa mentio beneficiorum vacantium apud Sedem Apoſtolicam. Sed quid ſi in conceſſione ſit clauſula, *beneficia vacantia, vel vacatura, qualiacumque vbicumque & qualitercumque non obſtante quacumque lege aut priuilegio, de quo etiam oporteret de verbo ad verbum facere expreſſam mentionem in literis noſtris?* Lap. hic exiſtimat hiuſmodi conceſsionem non valuiſſe, ſi fuiſſet facta à Clem. III. auctore huius Decretalis, valere tamen ſi fiat à ſucceſſore, qui non ligatur legibus anteceſſoris. Sed diſtinctio diſplicet Anchar. *n.* 3. & Dom. *num.* 14. *in fin.* Quia Pontifex ſucceſſor anteceſſoris legem ſibi cenſetur imponere, ex quo eam non reprobat. Sed contra eſt, quia ſucceſſor factis poteſt legem anteceſſoris abrogare, nec eſt neceſſe vt id faciat verbis. Sed vbi Pontifex diſponit ex certa ſcientia clauſula illa ſufficit, ſed & abſolutè ſufficit, quia æquiualet expreſſæ mentioni. Et regulariter vbi in Pontifice non poteſt præſumi ignorantia nō eſt vnde dicatur, quod clauſula illa prægnantiſsima non ſufficiat. Videantur notata *ſup. c.* 1. *de conſtit. q. vn. a.* 10. & 19.

15 In his enim etiam multum attendi debet tenor ſupplicæ datæ Pontifici. Vbi enim in illa fit mentio vacationis beneficij ad Sedem Apoſtolicam, collatio ex hac parte non poterit eſſe ſubreptitia, & inualida. Alias verò in impetrandis beneficiis neceſſe eſt vt ſpecies, & qualitas vacationis exprimatur iuxta notata *ſup. capit. ſuſceptum* 6. *de reſcript. à num.* 32. Ideo Lap. vult quod ſi Papa non motu proprio conferat alicui beneficium ſimpliciter non expreſſo quod vacauerit in curia, collatio non valeat. Quod tamen reprobat Anchar. *num.* 3. Quia ille textus non comprehendit Papam, & ideò cum ille poſsit conferre, ſi ſimpliciter confert nullo expreſſo modo vacationis, valet collatio, ſecus ſi exprimeret vacationem per mortem, & beneficium vacaret per permutationem. *cap. ſuſceptum ſup. de reſcript. in hoc lib.* Sed contra inſtant Dom. *num.* 14. & Franc. *num.* 12. Tum quia obſtat regula Greg. XI. quæ etiam vult aliquid plus, nimirū quod ſi in perſona ex qua inducitur vacatio concurrunt plures qualitates, vt quia erat ſcriptor Apoſtolicus, Abbreuiator, & Collector &c. de omnibus illis debet fieri expreſsio. Tum quia vbi tacetur id, quo expreſſo Papa non ſic de facili conceſsiſſet literas, inducitur ſubreptio. *cap. Poſtulaſti ſup. de reſcript.* Tum quia in conceſsione facultatis prouidendi de beneficio vacante in Curia; neceſsaria eſt ſpecialis mentio huius vacantiæ; ergo & in ipſa collatione, cum taciturnitas vitiet collationem, ſicut & mandatum conferendi. Sed dic indubitatum eſſe ex *d. cap. ſuſceptum*, quod reſeruatio beneficii imo, & modus vacationis debet exprimi ab impetrāte in ſupplicatione. Sed vero modo vacationis expreſſo à ſupplicante ſi Papa ſimpliciter reſcribat non video cur literæ ſint ſubreptitiæ, aut non valeant. Non enim præſumi poteſt defectus voluntatis in Pontifice reſcribente, niſi præſumatur ignorantia, quæ præſumi non poteſt, vbi in ſupplicatione veritas eſt expreſſa. Et ſic verum eſt, quod ex regula Greg. XI. adducitur, quia qualitates illæ ad notitiam Pontificis deduci debent. Et in hoc non eſt neceſſaria abſolutè et vera illa regula, vt taciturnitas eius, quo expoſito Pontifex non tam de facili gratiā cōcederet, de quo videri poſſunt notata in *tract. de elect. t.* 25. *q.* 24. & *tom.* 1. *de ſtat. q.* 185. *a.* 7. *n.* 620. & *q.* 186. *a.* 7. *n.* 139. Et nihilominus vbi impetrans narrauit qualitates vacationis, iam Pontifex ſcire potuit, & ſciuiſſe pręſumitur, eaſdē qualitates: Nō ergo in illo præſumi poteſt ignorantia, aut ex ignorantia defectus voluntatis. Non eſt verò eadem ratio de conceſsione facultatis prouidendi de beneficio vacante in curia, & de collatione ſimilis beneficii, quia de primo datur ſpecialis lex exigens mentionem talis vacationis, quæ non datur de collatione. Et nihilominus dicitur, quod vbi Pontifex reſcribit ex certa ſcientia, nec in conceſsione prædictæ facultatis *vt ſupra num.* 3. *eſt dictum* eſt neceſſaria illa ſpecialis mentio quia tunc nec poteſtatis, nec voluntatis poteſt præſumi defectus, ſed bene præſumi debet, quod Pontifex, quod ex certa ſcientia diſpoſuit, voluit efficaciter poni, & quod noluit ſcienter inutiliter agere.

16 Duo etiam conſideranda ſcribit Dom. *n.* 14. *in fine.* Primum quod ſi poſtquam Pontifex contulit alicui beneficium, quod vacauit in Curia, beneficiatus ante acceptationem extra Curiam moritur, beneficium manet reſeruatum, quia collatio ante acceptationem non fuit perfecta, & ſic beneficium adhuc vacat. Sed ſi beneficiatus extra Curiam exiſtens acceptauit beneficium, licet moriatur ante acceptam poſſeſſionem, beneficium non eſt amplius reſeruatum, quia iam beneficium erat collatum, & ob mortem extra Curiam non vacat in Curia.

17 Poteſtas autem conferendi beneficia vacantiæ in Curia data Legato durat tempore ſucceſſoris per Anchar. *q.* 3. Sed Dom. *n.* 9. dicit hoc

eſſe

Digitized by Google

eſſe verum, ſi facultas ſit data ſimpliciter, ſed ſi fuit data limitate durat ſi fuit data nomine dignitatis concedentis, ſecus ſi nomine proprio. Sed videantur notata *ſup. cap.* Si gratioſe, *de reſcrip. in hoc lib.*

18 Cum verò Pontifex conſuetudinem vt ſolus Papa conferat beneficia vacantia in Curia approbans, ſimul ſtatuat vt ita fiat, Gloſſ. in *v.* ſtatuimus, vult conſuetudinem tranſiſſe in ius cõmune. Sed ſupra *cap. 1. de cõſuet. q. prima a. 1. n. 36.* probatum eſt conſuetudinem non deſinere eſſe conſuetudinem, eo quod per legem ſcriptam præcipiatur id quod cõſuetudine fuit inductum, eo quia non ſit de eſſentia conſuetudinis vt ſit non ſcripta, ſed conſenſu eorum quibus datur introducta. Ex quo tamen conſuetudo eſt in corpore iuris poſita iam ſub iure communi comprehenditur.

19 Ex Couar. autem *pract. cap. 27. num. 4.* colligit Barboſa *num. 15.* quod conſuetudo, & lex municipalis præcipiens id quod præcipit ius commune addit nouum vinculum. Sed vbi hæc intuitu eiuſdem virtutis fiant, non ſunt niſi vna lex cuius tranſgreſſio vnum eſt peccatum, licet aliqualiter grauius.

20 Aduertunt etiam Dom. *num. 4.* & Franc. *num. 2.* dictionem *præter* adiunctam orationi negatiuæ includere, ſicque eam aliquando includere, & aliquando excludere. Sed verè dictio *præter* directè, & propriè excludit, ſed quia aliquando, vt cum præmittitur oratio negatiua, excludit non eſſe, vel non habere, conſequenter includit eſſe, vel habere.

21 Ex quo etiã in textu Pontifex vult huius legis fieri ſpecialem, & expreſſam mentionem Barboſa *num. 18.* arbitratur, quod non ſit omninò idem mentio ſpecialis, & expreſſa.

SVMMARIVM.

1 *Ordinaria beneficia vacantia in Curia poſſunt conferri poſt menſem à vacantia, ſi non ſunt collata.*

2 *Hoc fuit abrogatum per extrauag. Piæ ſolicitudinis de Præben.*

3 *Non obſtat quod hic liber ſit compilatus poſt illam extrauag.*

4 *Stante etiam hac decretali Papa poſt menſem poteſt re integra conferre beneficium, quod vacauit in Curia.*

Cap. Statutum III.

1 DEcernitur in hoc textu, quod Epiſcopi, vel ſi in remotis degunt per eorum Vicarios generales exiſtentes in Diœceſibus, poſſunt poſt menſem à die vacationis menſurandum conferre dignitates, & beneficia vacantia in Curia, ſi non fuerint prius per Papam collata, dummodo Vicarijs hoc ſit legitimè commiſſum. Et ſic per hunc textum limitatur regula data *in cap. ſuper.*

2 Verum regula iſta abrogata manet per extrauag. *Piæ ſolicitudinis de Præbend.* hæc enim Decretalis fuit edita per Gregorium Decimum, quo poſterior fuit Bonif. VIII. conditor illius extrauag. Et ideo per illam legem poſteriorem contrarium diſponentem fuit hæc antiquior abrogata. Gloſſ. 1. *ibid.* Rota *dec. 12. in princ. de Præb.* Franc. *hic num. 6.* Domin. *conſ. 78.* Lapus *alleg. 96. num. 1.* Staphil. *de lit. gratia in præfat. num. 20.* Sarnen. *de trien. q. 31.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. §. 5. *num. 148.* Piaſec. *in praxi Epiſ. p. 7. cap. 5. num. 12.* Moneta *de opt. cap. 3. num. 70.* Garz. *part. 3. cap. 2. num. 98.* Miles *in repert. v. beneficia reſeruata vacantia in Curia.* Simon. *de reſeruat. q. 30. num. 3.* Rota in Cluſina Parochialis 28. Iunii 1632. coram Pirouano.

3 Nec obſtat, quod Aeneas Falco *q. 4. princ. effectu 6. num. 2.* oppoſitum ſentiat ex eo quod extrauag. illa data ſit anno primo Bonifacii VIII. & compilatio huius libri anno quarto Bonifacius vero non repoſuit hanc Decretalem Gregorii X. in corp. iuris, ſi eſſet reuocata. Quod etiam voluit Zerola in praxi Epiſc. *p. 1. v. beneficium* §. 3. *d. 4.* & alii apud Garz. *vbi ſup. num. 99.* Nam extrauagans illa tanquam poſterior vincit. Et præterea ſi huius textus regula iam eſt per illam extrauag. reuocata, manet talis per extrauagant. Bened. XII. *ad regimen* abſolutè reſeruantis beneficia vacantia in Curia prouiſioni Summi Pontificis, derogando omnibus contrariis, quæ extrauagans confirmatur per quemlibet Pontificem, vt patet ex *reg. 1. Cancell.*

4 Per hanc etiam extrauag. non excluditur quod Papa huiuſmodi beneficia non poſſet conferre poſt menſem, ſed quod poſt menſem manus Ordinarij non ſint ligatæ, & ſi propterea res ſit integra poteſt Papa moram purgare. Barboſ. *num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*

2 *In beneficialibus lata, & non lata interpretatio fieri debet.*

3 *Si diſpoſitio eſt de illis, quæ concernunt beneficia ſecundum ſe, latiſſima debet fieri interpretatio.*

4 *Hoc explicatur.*
Priuilegium conforme iuri communi latè interpretandum etiam ſi ſit contra conſuetudinem, & ſtatutum.

5 *Lata interpretatio fit quantum verba permittunt.*

5 *Literæ per quas mandatur alicui prouideri de beneficio ſtrictè debent intelligi.*

6 *Impetrationes beneficiorum redolent ambitionem, & præiudicant ordinarijs.*

7 *Diſpenſationes ſunt ſtrictæ interpretationis.*
Et priuilegia præiudicialia tertio, aut iuri communi, nec extenduntur de caſu ad caſum.

8 *Verba in ſua propria ſignificatione accipienda.*
Lata interpretatio fit vbi verba ſunt clara; & vbi conſtat de mente concedentis; & ne priuilegium ſit inane; & vbi fauor diuini cultus id exigit; & quando priuilegium non continet niſi præiudicium concedentis.
Romana Eccleſia non præſumitur priuilegiare in ſui præiudicium.

9 *Vbi beneficium conceditur motu proprio eſt latæ interpretationis.*

Be.

Google

Beneficia principis latè intelligenda.

10 *Si mandat prouideri alicui vſque ad certam ſummam non poteſt prouideri de penſione.*

11 *Ex vi huius mandati non poteſt prouideri de maiori ſumma.*

12 *Certa ſumma menſurari debet iuxta ſtylum loci tempore effectus.*

13 *Si mandatur ſimpliciter alicui prouideri vſque ad certam ſummam poſſunt illi conferri plura beneficia.*

14 *Non tamen tria beneficia.*

15 *Nec curata, vel curatum beneficium etiam ſi mandatum ſit datum motu proprio.*

15 *Motus proprius non ampliat gratiam, nec inducit diſpenſationem, nec tollit inhabilitatem.*

16 *Eadem dicenda ſi detur mandatum prouidendi ad certam ſummam in beneficijs.*

17 *Si mandatum detur de prouidendo in beneficio, non poteſt prouideri in pluribur beneficijs nec in maiori.*

18 *Si mandatũ ſit datum cum clauſula niſi pro alijs reſcripſerimus, literæ non valent ſi ſit reſcriptum pro vno.*

19 *Si mandatur alicui prouideri in beneficiis Ciuitatis, aut Diœceſis non includuntur beneficia Cathedralium:*

20 *In materia beneficiali, & ſtrictæ interpretationis ſub nomine Ciuitatis, aut Diœceſis non veniunt Cathedrales.*

21 *Hoc verum nedum de Canonicatibus, ſed de inferioribus beneficijs.*

Etiam ſi literæ datæ in forma pauperum. Quod tamen limitatur.

22 *Si mandatur alicui prouideri de beneficijs ad collationem Epiſcopi ſpectantibus includuntur beneficia Cathedralium.*

23 *Si mandetur alicui prouideri de beneficijs ciuitatis, a. includantur inferiores prabendæ.*

24 *Literæ in quibus exprimitur nomen Sancti, & non Cathedralitas ſunt ſubreptitiæ.*

25 *Si noua Cathedralis ſit erecta non præiudicat impetranti.*

26 *Si mandatur prouideri alicui in beneficijs prouincia includuntur Metrapolitana, & Cathedrales.*

27 *Idem dicendum in Patriarchali, vel Regni, vel Principatus.*

28 *Vberior interpretatio intelligitur quantum ad extenſionem loci & Eccleſiarum, non quantum ad prælationem.*

In paritate dàta præfertur, qui habet vberiorem gratiam.

29 *An gratia huius textus ſe extendat ad alios caſus.*

Cap. Quamuis IV.

1 Continet hæc decretalis quatuor concluſiones, ſeu regulas ſpectantes ad extenſionem literarum Apoſtolicarum in quibus mandatur aliquem prouideri de beneficijs, ex quibus habetur quæ beneficia ſub diuerſis verborum formis comprehendantur.

2 Prima verò regula fundamentalis, & ex qua ratio ad alias ſtatuendas habetur eſt iſta. Quamuis in beneficijs facienda ſit pleniſſima interpretatio, literæ tamen ſuper obtinendis beneficijs, cum ſint ambitioſæ debent reſtringi.

3 Itaque hic diſtingui debent diſpoſitiones beneficiales, quia aliæ ſunt in quibus non agitur de conferendo alicui aliquod beneficium, ſed de titulo beneficij, vt de erigendo beneficio, & de eius exemptione, & priuilegijs, vel de cultu diuino in eo habendo, vel de aliquo ſimili fauorem beneficii, cultus diuini, & ſalutis animarum concernente. Et de iſtis diſpoſitionibus loquitur prima pars regulæ vt aduertit Domin. *n.* 2. Et in his diſpoſitionibus interpretandis habenda eſt nedum lata, ſed latiſſima interpretatio. Et propterea ex hac regula latiſſimam interpretationem haberi debere vbi de donationibus factis Eccleſiæ eſt controuerſia decernitur *cap. Cum dilectis, ſup. de dona.* Ex quo capite habetur quod etiam teſtamenta ad pias cauſas latam admittunt interpretationem. Nam quod concernit diuinum cultum, & fauorem animarum latiſſimè interpretari debet. Beneficia verò ſecundum ſe ſumpta cultum diuinum & fauorem animarum concernunt. Gloſſ. *in v. pleniſſima,* Dom. *num.* 2. Franc. *n.* 2.

4 Latiſsimam etiam interpretationem non habere locum in beneficialibus ſi conſuetudo ſit in contrarium, aut ſtatutum, & alias oriretur ſcandalum, vel ſi priuilegium latè interpretatum eſſet inutile, vel ſi eſſet in præiudicium Tertii notat Franc. *num.* 2. Sed hæc reſpiciunt potius ſecundam partem regulæ in qua beneficialia conſiderantur ex parte impetrantium. Nam vt dictum eſt beneficia ſecundum ſe recta ſunt & optima, & diuinum cultum continentia. Alias verò quando priuilegium non eſt contra ius cõmune, ſed illi conforme, licet ſit contrarium conſuetudini aut ſtatuto, quod ſit latiſsimè interpretandum, dixit Panorm. *cap. Olim, de verb. ſignif. num.* 5. Sed nec faciendam eſſe magnam extenſionem dixit Archid. Verum non erit magna extenſio quotieſcumque verba in lata ſignificatione eam permittunt.

5 Sed aliæ ſunt diſpoſitiones beneficiales, quæ concernunt perſonas, illæ ſcilicet in quibus diſponitur vt beneficia dentur huic, vel illi. Et huiuſmodi diſpoſitiones licet ex parte Papæ diſponentis non habeant aliquid vitii, ob quod reſtringi debeant: quia tamen ex parte perſonæ illas diſpoſitiones impetrantis redolẽt ambitionem, ideo ſtrictæ interpretationis ſunt Gloſſ. *not. in Clem.* 2. *de off. ordin.* Et hic DD. communiter.

6 Dicitur verò quod huiuſmodi impetratio beneficiorum redolet ambitionem, quia accedunt ad honores, & lucrum Io: And. *num.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 1. Et prout impetrantur beneficia immediatè à Sede Apoſtolica continent præiudicium Ordinariorum, quibus de iure competit beneficiorum collatio, aut diſpoſitio *cap. Rodulphus, ſup. de reſcript.* vt ijdem DD. aduertunt.

7 Extenditur verò hæc regula ad diſpoſitiones per quas diſpenſatur in iure, & ad priuilegia Sic enim priuilegia quæ ſunt in præiudicium tertii ſtricte ſunt interpretanda *cap. Relatum ſup. eod. tit. capit. Archidiaconum Florentinum* 85. *diſt.*

Digitized by Google

diſt. Ideo priuilegiũ interpretari debet, vt quanto minus fieri poteſt iuri alieno præiudicet Panorm. *cap. cum dilectis n.* 5. *de donat.* Quod adeo verum eſt, vt neque ex identitate, imò neque ex maiotitate rationis in præiudicium alicuius priuilegium extendi poſsit de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam. Butr. *in cap. ſanè de priuil.* Dom. *in cap.* Ne aliqui, *not.* 4. *inf. de priuil.* Fagnan. *cap. olim num.* 19. *de verb. ſignific.* Pariter priuilegium in dubio deber interprætari, vt quãto minus fieri poteſt lædat ius commune; nam ab illo interprætationem recipit; & receſſus à iure communi eſt odioſus. *c.* 1. *&* 2. *de ſel. præsb. ſup. in hoc lib.* Panorm. *d. capit. Cum dilectis num.* 5.

8. Sed in his verba diſpoſitionis tenaciſſimè ſunt obſeruanda, nec ſunt impropriãda etiam ad fauorem tertij, ſed inquantum patitur verborum proprietas extendi debent, Panorm. *capit. Olim, de verb. ſignif.* Et ideo vbi verba priuilegiorum, aut aliarum diſpoſitionum ſunt clara, lata fieri debet interprætatio etiam in præiudicium tertij Fag. *d. cap. olim num.* 23. Et ideo vbi conſtat de mente concedentis, non poteſt, nec debet fieri aliqua reſtrictio. Et ſic etiam priuilegium, aut diſpoſitio, ſic debet interprætari, vt non ſit inanis, ſed habeat aliquem effectũ. *cap. In his, & cap. Paſtoralis, de priuileg.* Et ſemper in priuilegijs, & diſpoſitionibus, quando id exigit fauor diuini cultus, lata interprætatio locum habet etiam in præiudicium terti, & quãdo etiam priuilegium aut diſpoſitio non continet niſi præiudicium concedentis, aut diſponentis lata interprætatio locum habet. *cap. Quia circa de priuil.* vbi Gloſſ. Feder. *de ſen. conſ.* 61. *n.* 2. Panorm. *conſ.* 70. *l.* 2. Alex. *conſ.* 110. *num.* 10 Fagn. *d. cap. Clem. num.* 15. Quamuis hoc falleat in Eccleſia Romana, quæ non præſumitur voluiſſe quemquam priuilegiare in ſui præiudiciũ. *cap. Cum inſtantia, &* ibi Gloſſ. *in v.* Non credimus, de cenſibus

9. Sed, & ſecunda pars regulæ datæ, declarari debet, & explicari. Vera enim eſt, & militat eius ratio, vbi beneficium datur ad petitionem, & ſupplicationem alterius vt hic in text. *& notat ſup. in cap. Quod dilectio, de conſang. & affinit. & aduertit hic* Franc. *n.* 2. Nam alias vbi neficium confertur à Papa motu proprio, tunc quia non redolet ambitionem in beneficiato, collatio illa eſt latæ interprætationis. Et locũ habet regula, quod beneficia Principis latè ſint interprætanda. *cap. olim, de verb. ſignif. &* ibi Gloſſ. *fin.* & DD. cum temerarium ſit & abſurdum liberalitatem Principis in diminutionẽ velle interprætari. *l. Hac ſaluberima. C. de agen. in reb. lib.* 12.

10. Secunda textus regula continet, quod ſi Pontifex mandet alicui prouideri vſque ad certam ſummam, ei non in penſione, ſed in beneficijs Eccleſiaſticis tantum prouideri debet, niſi mẽtio habeatur expreſſa. Cum enim ex prima regula in his ſtricta interprætatio haberi debeat, in mandatis de prouidendo non intelligitur comprehenſa penſio, niſi exprimatur. Penſionarius enim non obligatur Eccleſiæ, nam penſio etiam laicis concedi poteſt *cap. poſſeſſiones* 16. *q.* 1. Et pro penſione quis non tenetur ad reſidentiã, nec intitulatur. Archid. *num.* 2. Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 2. Eo magis, quod penſio nec in lata ſignificatione ſit beneficium. Rebuff. *tract. de pacif. poſſeſſ. quæſt.* 114. Flamin. *de reſignat. l.* 1. *q.* 10. *num.* 69. *& l.* 2. *q.* 15. *d num.* 11. Garz. *ad reg.* 8. Cancell. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 2. Azor *inſtit mor. p.* 2. *l.* 3. *cap.* 5. *q.* 2. Suarez *t.* 5. *de cenſ. diſp.* 15. *ſec.* 1. *num.* 7. Barboſa *hic num.* 3. plures referens. Secus tamen dicẽdum eſſet ſi mandatum datum eſſet motu proprio Pontificis, *arg. cap. Si pluribus* 24. *inf. in hoc tit.*

11. Cum verò dictio *vſque* ſumi debeat incluſiſſe, ex vi præfati mandati poterit quidem impetranti prouideri de minori ſumma, non tamen de maiori. Gloſſ. *in v. vſque* Dom. *num.* 5. Franc. *num.* Quod licet contrarium velit Gloſſ. verum eſt etiam ſecundum Dom. & Franc. Si mandetur prouideri de beneficio vſque ad certã ſummam; tunc enim non poterit prouideri de maiori. Nam dictio vſque includit quantitatem minorem, non maiorem Archid. *n.* 2.

12. Certã etiam ſummã æſtimãdam eſſe iuxta ſtylum loci, & ſecundum tempus effectus ipſius collationis beneficij, ſeu effectus impetrationis aduertit Probus *n.* 1. & 2.

13. Sed aduertendum, quod mandatum hoc prouidendi vſque ad certã ſummam tribus modis dari poteſt, vel ſcilicet abſolutè, & ſimpliciter non expreſſo an in vno vel in pluribus beneficiis, vel expreſſo quod in pluribus beneficiis, vel expreſſo, quod in vno beneficio. Si detur mandatum in priori forma. Hoſtien. *in capit. Cum dilectus, de iure patron. voluit* quod vi talis mandati non poſſit impetrans prouideri niſi de vno beneficio aſcendente ad talem certam ſummam. Neque hoc diſplicet Franc. *num.* 5. quia Papa in verbis illis *ſed in beneficijs Eccleſiaſticis* factum narrat, & continuat ſermonem ad ea, quæ in principio dixerat ibi *literæ tamen ſuper impetrandis beneficijs impetratę*, non vero aliquid decernit. Sed quod ſi vnum beneficium non ſufficit ad certam ſummam, quod poſſit impetranti prouideri in pluribus beneficijs vſque ad ſummam conceſſam, voluerunt Moneta *num.* 2. Io: And. *num.* 1. Archid. *in princ. &* Dom. *num* 5. Et verè textus loquitur in ſingulari de beneficiato, & in plurali de beneficijs. Et propterea verius eſt, quod ex vi dictæ formæ ſi vnum beneficium non ſufficiat, poſſit impetranti prouideri in pluribus beneficijs.

14. Exiſtimat tamen Moneta *num.* 2. quod ſolum in duobus, non verò in tribus poſſit prouideri, per *cap. Is cui, inf. in hoc tit.* Sed oppoſitum ſentiunt Archid. Io: And. Lap. Dom. & Franc. Sed nimis vrget *d. cap.* Is cui. Et ideò dicendum eſt, huiuſmodi impetranti non poſſe prouideri de tribus beneficijs etiam ſimplicibus. Niſi mandatum ſit datum motu proprio.

15. Cum etiam præfati DD. in hoc conueniant, quod non poteſt impetrans ex vi præfati mandati prouideri de duobus curatis, diſcrepant tamen quia Lapus vult, quod vbi Papa mandet motu proprio poſſit prouideri etiam de duobus beneficijs curatis, cuius tamen contrarium tenent reliqui omnes. Et nihilominus quod in hoc caſu poſſit prouideri de vno curato putant Archid. *in princip.* Io: And: *num.* 2. Sed Franc. *n.* 4. ait de hoc eſſe cogitandum, & *num.* 5. abſolutè tenet oppoſitum. Et verè ſic dicendum eſt,

quia nedum ſi mandatum ſit datum ad ſupplicationem alicuius, ſed etiam ſi ſit datum motu proprio forma talis mandati non poteſt ſe extendi ad beneficium curatum, quod ſemper requirit ſpecialem mentionem. Nam motus proprius licet tollat ſubreptionem *cap. ſi motu proprio infr. in hoc tit.* non ampliat gratiam, Gloſſ. *notab. in Clem. per literas eod. tit.* Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 4 ſicut nec inducit diſpenſationem Gloſſ. *in cap. ſi motu proprio infr. in hoc tit.* & ibi DD. Franc. *num.* 4. Nec tollit ſubiecti inhabilitatem. Fr. *num.* 4.

16. Quæ, verò dicta ſunt de mandato de prouidẽdo vſque ad certam ſummam dato ſimpliciter, cum proportione vera ſunt, de mandato dato cum facultate prouidendi in beneficijs, neque enim huiuſmodi forma extenditur ad tria beneficia, nec ad beneficia curata, etiam ſi mandatum ſit datum motu proprio.

17. Sed ſi in mandato dicitur quod poſſit prouideri in beneficio non poteſt prouideri in pluribus, nec in maiori, Archid. *num.*2. Io:And. *num.*1. Franc. *num.*4.

18. Si etiam detur huiuſmodi mandatum cum clauſula, *ſi pro alijs non ſcripſerimus*, adhoc vt literæ huiuſmodi elidantur, & ſint nullæ, ſufficit, ſi Pontifex pro vno alio ſcripſerit, ita enim Curia ſeruat, vt aduertunt Archid. *n.* 1. Io:And. *num.* 1. Franc. *num.* 1. Dom. *num.* 4.

19. Tertia verò regula habet, quod ſi Pontifex mandat prouideri alicui de beneficio in aliqua Eccleſiarum Ciuitatis, aut Diœceſis, mandatum hoc non ſe extendit ad Cathedralem, niſi fiat eius expreſſa mentio, quia propter eius honorem ſub hac generalitate verborum non includitur Gloſſ. in *v. includit.* Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 5. Barboſ. *num.* 4. Panorm. in *cap. Poſtulaſti nu.*2. Dec. *num.* 10. *de reſcript.* Iterum Panorm. *in cap. fin. num.* 6. *hoc tit.* Card. *in Clem.* 1. *de ſuppl. negl. Prel. num.*8. Staphil. *de lit. gratia, de forma expectatiuarum* §. *noua forma, num.* 32. Couar. *in cap. Alma mater part.* 2. §. 11. *num.* 4. Gonzal. *in reg.* 8. *Cancell.* Gloſſ. 9. *num.* 5. *&* Gloſſ. 10. *num.* 3.

20. Quamuis enim in materia fauorabili, & latæ interpretationis appellatione Eccleſiarum Ciuitatis veniat Cathedralis, de quo *ſup. cap.* 1. *de vſu pallij*; ſicut alias nomine Clericorum ciuitatis veniunt Canonici Cathedralis, vt in *cap. Cum tibi, de verb. ſignific. & in cap. per exemptionem inf. de priuileg.* tamen in materia beneficiali prout eſt ſtrictæ interpretationis ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis, aut Diœceſis non includuntur Clerici Cathedralis. Io:And. *num.* 1. Maior enim eſt nobilitas Eccleſiæ Cathedralis, quam ſit aliarum, Dom. *nu.* 3. Franc. *num.* 3. Barb. *n.* 4. Et habere Canonicatum, ſeu Præbendam in Cathedrali eſt magnus honor, vt ex hoc text. colligunt Gonz. *ad reg.* 8 *Cancell.* Gloſſ. 2. *num.* 39. & Gomez *in cap. ſtatutum n.* 24. *de reſcript.*

21. Nedum verò de Canonicatibus, & Præbendis, ſed etiam de Manſionarijs, & Capellanijs, ſeu ſimilibus beneficijs inferioribus Cathedralis, verificatur hæc regula. Gloſſ. *in ver. includi.* Franc. *num.* 5. Archid. dicens ita pronunciatum fuiſſe in forma pauperum. Quod tamen dicitur de literis datis in forma pauperum non procedit, quando literæ diriguntur ad obligatum, quia tunc ſunt literæ iuſtitiæ, & largè interpretandæ, vt dicitur *infr. cap. ſi paup.* ſicut nec ſi literæ datæ ſint motu proprio, quia tunc ceſſat ratio textus, & ſic includeretur etiam Cathedralis, quæ regulariter venit nomine Eccleſiarum. Item nec ſi appareat de mente Pontificis volentis Cathedrales includi. Franc. §. *Quamquam n.* 5. Cæterum aliter dicendum ſi mandetur ſimpliciter, vt alicui conferatur vnum, vel duo beneficia, cum in prouiſionibus beneficiorum non veniant beneficia Cathedralis licet veniant Canonicatus Eccleſiarum inferiorum. Dom. hic *in fin.* Franc. *num.* 5. *poſt Rotam dec.* 247.

22. Si autem mandatum contineret, vt alicui prouideretur de beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, cum ad Epiſcopum ſpecialiter ſpectet collatio in Eccleſia Cathedrali, tunc ſub illo mãdato compræhenderentur etiam beneficia Eccleſiæ Cathedralis, quorum collatio ex iure ſpeciali non accidentali, caſuali, & temporali, ſed perpetuo pertineret ad Epiſcopum. Io: And. *num.* 1. Domin. *numer.* 7. & 8. Franc. *num.* 5. Rota *in antiquis deciſ.* 106. *in nouis dec.* 245.

23. Si etiam mandetur prouideri alicui in beneficijs Ciuitatis, vel Diœceſis licet poſſit ei prouideri in beneficijs Eccleſiarum collegiatarum inferiorum, non tamen poterit prouideri de Præbenda, quia præbenda non venit appellatione beneficij ſtrictè loquendo, ita Io: And. *inf. in hoc tit. cap. fin.* & ibi Butr. ſed oppoſitum tenet hic Franc. per illum textum allegans Flor. & Imol. & Rota *dicta dec.* 247.

24. Si etiam quis tacito nomine Cathedralis Eccleſiæ impetraret ſibi prouideri de beneficio in Eccleſia v.g. Sancti Petri literas forè ſubreptitias, quia ſtylus Curiæ habet vt Eccleſiæ Cathedrales non exprimantur per nomen Sancti in cuius honorem ſunt erectæ, *cap. Cum Clerici ſup. de verb. ſignif.* tradunt Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 7. Barb. *num.* 8. Menoch. *de arbit. caſu* 201. *num.* 134. Licet vero Eccleſiæ inferiores ſub nomine Sancti exprimantur, hoc tamen fallit in locis ſolemnibus habentibus matrices Eccleſias. Si tamen in his Eccleſijs exprimeretur nomen Sancti non vitiaretur reſcriptum. Lap. *all.* 16. *in fin.* Franc. *num.* 7.

25. Si quoque poſt impetrationem literarum de prouidendo Diœceſis fuerit diuiſa, & ſic noua Cathedralis fuerit erecta, hoc non præiudicat impetranti, ſed in noua Cathedrali poterit ei prouideri. Io:And *nu.* 1. Dom. *nu.* 4.

26. Quarta tandem regula continet, quod è contra, ſi mandetur alicui prouideri de beneficio in aliqua Eccleſiarum Prouinciæ, ſub hoc mandato includantur Metropolitana, & Cathedrales Eccleſiæ, quia vberior gratia fit impetranti in hoc caſu. Gloſſ. *in v. prouinciæ,* Anchar. *num.* 4. Dom. §. *Quamquam num.* 9. Franc. *num.* 8. Barboſ. *num.* 6.

27. Quod ampliatur vt idem dicendum ſit in Patriarchali prouincia, & ſi mandetur prouideri in aliqua Eccleſiarum, Regni, aut Principatus, aut Marchionatus, Dom. *d. num.* 9. Franc. *num.* 8. Barb. *num.* 6.

28. Ratio autem allata, quia ſcilicet in hoc caſu vberior debet fieri interpretatio intelligi

debet-

debet in extenſione loci, & Ecc'eſiarum, non tamen in prælatione. Nam ſi Papa prius fecit gratiam alicui in forma regulæ tertiæ, & poſtea alteri in forma huius regulæ, ille præferri debet in beneficio vacante extra Cathedralem. Si tamen eſſent æquales in data præferri deberet, qui habet vberiorem gratiam per *not.* á Io: Andr. in *cap. Duobus ſupra de reſcript.* & vt tenet hic Franc. *num.*8. poſt Lap. & Anchar.

29. An autem gratia de qua loquitur hæc regula ſit ſemper vera, negat Io: Monac. volens quod regula procedat ſolum in hoc caſu, hic expreſſo, ſcilicet quando fit mentio de Prouincia quia textus dicit in hoc caſu, & quaſi á cõtrario ſenſu dicat non in alio, ideo ſi Papa cum illegitimo diſpenſat vt habeat beneficium in Cathedrali: non poterit obtinere illud in Metropolitana, quia diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda, *cap.*1. *& 2. de fil. presbyt.* ſed ſecundum Archid. cui videtur conſentire Io: And. *n.*2. textus alios caſus non excludit; ſed dictum Io: Mon. approbant. Dom. & Anchar. & poſt eos Franc. *num* 8. *ex cap. Nos conſuetudinem* 12. *diſt.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*
2 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularia Regularibus conferri debent.*
3 *Regularibus non poſſunt conferri beneficia ſecularia curata.*
4 *Ad beneficia regularia curata nullus poteſt promoueri niſi ſit expreſſè profeſſus illius Ordinis & Monaſterii, cuius ſunt beneficia.*
5 *Ad beneficia regularia non habentia adminiſtrationem ad munus promotus debet Religionem profiteri.*
6 *Beneficium regulare quodnam ſit.*
7 *Beneficia præſumuntur eſſe ſæcularia.*
8 *Beneficium poteſt eſſe regulare fundatione, & præſcriptione.*
9 *Præſcriptione mutatur ſtatus beneficij.*
10 *Ad hoc vt beneficium ex regulari fiat ſæculare requiritur quadregenaria.*
11 *Non eſt eadem ratio de conſuetudine, & de præſcriptione.*
12 *Ex textu probatur neceſſariam quadragenariam ad hoc vt beneficium regulare fiat ſæculare.*
13 *Hoc eſt verum ſine limitatione.*
14 *Quod contra prohibitionem non poſſit præſcribi dicunt aliqui.*
15 *Oppoſitum probatur.*
16 *In his caſibus præſcribens nec eſt Rector, nec conferens ſolus, ſed Eccleſia ſimul cum ſuo capite.*
17 *An ad præſcribendam regularitatem requiratur titulus.*
18 *Præſcriptio regularitatis nedum impetranti, ſed conferenti præiudicat.*
Præſcriptio regularitatis non eſt contra ius commune, num. 18.
In quo ſenſu ſit verum beneficia præſumi ſæcularia. num. 18.
19 *Præſcriptio regularitatis licet ſit contra ius priuatum ordinarij non eſt contra ius commune ſpeciale.*
20 *In omni præſcriptione ſtatus beneficij eſt neceſſarius titulus, vel in nulla.*
21 *Neceſſe eſt, quod Rector ſit inſtitutus.*
22 *Et quod inſtituatur vt Rector.*
23 *Beneficia non electiua regularia ſunt manualia.*
*Non eſt neceſſe quod conferens intendat imprimere ſtatum regularitatis. num.*23. *&* 24.
Eſt neceſſe vt conferens bona fide conferat beneficium vt regulare. num. 23. *&* 24.
24 *Regularitas poteſt introduci inſtitutione, & præſcriptione.*
25 *Non eſt neceſſe ad præſcriptionem, quod conferens poſſit auctoritatiuè mutare ſtatum beneficij.*
26 *Beneficium conſuetum regi per Clericos ſæculares eſt illud quod eſt legitimè præſcriptum.*
27 *Solitum verificatur in vna vice, non conſuetum.*
Præſcriptio iſta 40. *annorum. num.*27.
28 *Poſſeſſio debet eſſe rationabilis. Et an poſſit eſſe talis contra prohibitionem.*
29 *Non intereſt an poſſeſſio continuetur per plures, vel per vnum.*
30 *Sufficit ſi poſſeſſio fuit continuata à pluribus ſucceſſiuè, & continuè.*
31 *Clericus debet eſſe inſtitutus non vt Vicarius, nec vt coadiutus, vt poſſit præſcribere.*
*Continuitas poſſeſſionis eſt probanda, n.*31.
32 *Actus præcedentes, aut ſubſequentes præſcriptionem complitam, illam non tollunt.*
33 *Præſcriptione quadragenaria beneficium regulare fit ſæculare.*
34 *Impetrans beneficium præſcriptione ſæculare validè impetrat etiam ſi tempore impetrationis illud bona fide poſſideretur à Regularibus.*
35 *Clerico ſæculari prouideri non poteſt de Prioratu præſcripto per Regulares.*
36 *Nomen generale aut diuerſæ qualitatis à qualitate perſonæ determinatur.*
37 *Beneficium regulare non poteſt conferri ei, qui tempore impetrationis eſſet ſæculare.*
38 *Sæcularis impetrans beneficium regulare debet exprimere hanc qualitatem.*
39 *In dubio ſtandum eſſe vltimo ſtatui beneficij multi dicunt.*
40 *Vbi lis ſit de pertinentia collationis ſeruatur vltimus ſtatus.*
41 *Idem vbi agitur de iuſtificatione gratiæ.*
42 *Secus vbi agitur in præiudicium tertij.*
43 *In lite an beneficium ſit regulare non ſtatur vltimo ſtatui, ſed beneficium cenſetur ſæculare ſi non probatur regulare.*
44 *Quid ſi beneficium ante expeditionem literarum non erat erectum?*
45 *Etiam qualitas ſacerdotalis beneficij præſcribitur.*
46 *Collatio regularis beneficij facta ſæculari eſt ipſo iure nulla.*

Cap. Cum de beneficio V.

1. DE conferendis beneficiis regularibus Clericis ſecularibus agitur in hac Decretali, & circa hoc duæ traduntur regulæ.

2. Præſupponitur verò, quod de iure communi Beneficia ſecularia ſecularibus, & regularia regularibus conferri debent *cap. Presbiteros cap. Nemo* 16. *q.* 1. *cap. In noua* 16. *q.* 7. *cap. Peruenit. el.* 2. 18. *q.* 2. *cap Cum cauſam* 27. *& cap. Cum in Magiſtrum* 49. *de elect. & ibi DD.* Clem. 1. de

elect.

elect. & quod decreuit Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 10. de de form. & ſeſſ. 25. cap. 21. de Regular. Et id tradiderunt Selu. de benef. p. 3. q. 11. num. 130. Coſm. in pragmat. ſanct. tit. de collat. §. Illi vero v. Religioſis. Nauar. conſ. 3. de Praben. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 7. a. num. 3 Garz. de Benef. part. 1. cap. 6. n. 13. & alii omnes, quorum hic refert Barb. num. 12.

3. Quamuis enim ex DD. antiquis plure voluerint beneficia ſecularia Curata poſſe Regularibus conferri ſine diſpenſatione, quos abundè refert, & ſequitur Sanchez l. 7. Sum. cap. 29. n. 35. tamen ex decreto Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 11. hodie hoc non verificatur etiam in Canonicis Regularibus.

4. Duplicis verò generis cum ſint beneficia regularia, quia alia ſunt quæ curam, vel adminiſtrationem adiunctam habent, vt ſunt Abbatiæ, Prioratus, & alia huiuſmodi; alia verò ſimplicia, quæ nec curam habent nec adminiſtrationem. Ad beneficia prioris generis nullus vel eligi, vel promoueri poteſt niſi ſit profeſſus illius Religionis cuius Ordinis ſunt beneficia, & ita vt nec ſufficiat profeſſio tacita, ſed requiratur expreſſa. cap. Nullus ſup. de elect. in hoc lib. Et ita vt nec profeſſus vnius Ordinis ad beneficia alterius Ordinis, imo vbi Monaſteria ſunt diſiuncta nec profeſſus vnius Monaſterij, ad beneficium alterius Monaſterij valeat promoueri. capit. Cum ſingula 32. §. prohibemus inf. in hoc tit. Vt de Abbate cauetur d. cap. Presbyteros, & d. cap. Cum ad noſtram, & d. cap. Cum in Magiſtrum. Et de Abbatiſſa. cap. Quia ingredientibus ſup. de teſtam. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. Et de Priore hic textus. Et hoc ſiue promotio fiat per viam electionis, d. cap. Nullus de elect. in hoc libro ſiue per viam collationis Clem. Ne in agro §. ſanè Prioratus, de ſtat. Monach ſiue per viam cuiuſcunque prouiſionis, vt in hoc textu. Et de neceſſitate expreſſæ profeſſionis eſt textus in d. cap. Nullus, & in d. Clem. Ne in agro § ſanè prioratus. De his verò videantur Puteus dec. 254. l. 2. Buratt. dec. 463. n. 1. Garz. de benef. part. 7. cap. 10. num. 10. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. num. 78. Io: And: ad d. cap. Cum cauſam num. 4. Butr. in princ. Card. num. 2. in 3. notal. Anchar. num. 1. Panorm. num. 6. Fagnan. num. 34. Barboſa ad d. cap. 10. ſeſſ. 14. Concil. Trid. Pax Iordan. l. 10. tit. 27. num. 19.

5. Ad regularia beneficia verò non habentia adiunctam curam, & adminiſtrationem, & portiones Canonicales ſic poteſt promoueri ſecularis, quod tamen tenetur habitum illius Ordinis ſuſcipere, & in eo profiteri, iuxta decretum Cōcil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 10. Et declarationes S. Cong. Concilij datas 12. Decembris 1585. & die 6. Iulij 1600., & alias, quas refert Fagnan. d. c. Cum cauſam n. 38. & ſeq. Videantur etiā idē Fag. d. c. Cum in magiſtrū, vbi latè hoc probat Gonz. & Garz. & Barboſa, & Pax Iordan. vbi ſup.

6. Sed quæ ſunt beneficia regularia? Sunt illa, quæ de iure non poſſunt regi, & adminiſtrari niſi per Regulares. Vnde ad Beneficij regularitatem non ſufficit quod ius conferendi illud, vel præſentandi ſpectet ad Regulares. Nam Regulares vtrumque ius habere poſſunt circa beneficia ſæcularia, vt aduertit Felin. cap. In noſtra. coroll. 40. num. 44. de reſcript. Selua benef. 3. p. q. 11. num. 129. Sanchez d. cap. 29. num. 13. Et ita ad regularitatem non ſufficit, quod ſit vnitum monaſterio. Nauar. conſ. 11. de ſtat. Sanchez d. num. 13. Sed omnino requiritur, quod de iure regi debeat per Regulares.

7. Omnia verò beneficia præſumi eſſe ex ſua inſtitutione ſæcularia hic aſſerunt Dom. num. 10. Franc. num. 9. Prob. num. 7. Milis v. beneficium num. 9. Gomez tract. de expectat. num. 106. Staphileus in forma expectat. forma 10. num. 2. Maſcard. de probat. capit. 172. à num. 1. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 7. num. 1. Rota dec. 2. num. 2. de Præb. in nou. & in vna Pamphilonen. Priorat. 21. Iun. 1594. coram Pamphilio. Sanchez l. 7. moral. 29. nu. 11. Conrad. in praxi benefic. l. 1. d. capit. 6. num. 322. Vnde eſt, quod eius, qui aſſerit beneficium eſſe regulare, ſit in dubio id probare.

8. Sed duabus cauſis modis, & beneficiū poteſt eſſe regulare, vel ſcilicet fundatione, & inſtitutione, vel præſcriptione. Poteſt enim eſſe regulare ex fundatione, ſi in erectione beneficij factū ſit ſtatutum, vt beneficium regi non poſſet niſi per Regulares. vt dicunt Lap. Dom. n. 9. Franc. num. 9. Hoieda de incompatib. benfic. p. 1. capit. vlt. num. 92. Azor. p. 2. l. 3. cap 26. q. 1. Hoc autem ſtatutum fieri debet per Epiſcopum, non verò per Superiorem Monaſterij aut Religionis à qua regendum ſit beneficium, niſi ſuperior ille habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt tradunt Lap. Dom. & Francus citati. Et ad hanc cauſam regularitatis reducitur etiam conceſſio ſeu priuilegium, ſi contingat beneficium ſæculare mutari in regularem ex legitima conceſſione Summi Pontificis mutantis beneficium de ſtatu ſæculari in Regularem.

9. Præſcriptione etiam mutari poteſt ſtatus beneficij, & fieri de ſæculari regulare, & de regulare ſæculare. Ad hanc verò præſcriptionem requiri primo poſſeſſionem pacificam, & continuam, certum eſt ex hoc textu & conſtat ex dictis ſupra c. de Præſcript. in hoc lib. Hanc verò debere eſſe quadraginta annorum, ſi præſcribenda ſit regularitas contra ſæcularem beneficij, quia contra Eccleſiam non currit præſcriptio niſi 40. annorum docent Gloſſ. in v. legitima, & ibi Archid. & Io. And. Anchar. in princ. Lap. Dom. n. 8. Franc. num. 5. Barb. num 4. Felin. cap. In noſtra coroll. 40. num. 43. de reſcript. Staphil. de forma except. forma 8. num. 4. Azor. p. 2. l. 3. capit. 26. q. 3, Gonzal. ad reg. Cancell. gloſſ. 7. num. 8. & alij communiter.

10. Sed ad præſcribendam ſæcularitatem beneficij contra regularitatem plures arbitrātur ſufficere præſcriptionem decennalem, quia ad reducendum rem ad primæuum ſtatum ſufficit decennalis, quæ iuri communi conſonat. Et tamen hoc limitant vt non procedat, ſi beneficium ſit regulare ex inſtitutione, vel fuerit rectum per Regulares per quadraginta annos continuè, & pacificè, quia prior illa præſcriptio quadragenaria non tollitur niſi alia quadragenaria. Ita tenuit Gonzal d. gloſſ. 7. num. 8. & apud eum Staphil. Gomez. Probus ad Monachum num. 5. Sed hæc ſententia non ſibi conſtat, quia vbi beneficium non eſt regulare ex fundatione, aut ex præſcriptione quadragenaria, illud non eſt verè regulare, & ad tollendam quamcumque aliam

præ-

Digitized by Google

præſcriptionem inchoatam, & non perfectam, nulla eſt neceſſaria præſcriptio, ſed per vnum actum interrumpitur, & extinguitur præſcriptio regularitatis inchoata, & non perfecta.

11. Quod verò dicitur à Gonzalez *d. gloſſ. 7. num.* 19. ex Panorm. *cap. fin. num. 9. de conſuet.* à Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent, num. 5. 6. & 30. de conſtit.* quia ſcilicet ad tollendam conſuetudinem vel præſcriptionem acquiſitam contra ius ſufficit præſcriptio decennalis, quia fit redirio ad ius commune, reſpondetur, quod confunditur cõſuetudo cum præſcriptione, & Panorm. loco citato loquitur de couſuetudine, & bene loquitur, *per not. ſup. cap. 1. q. 1. a. 8. per totũ, & art. 11. n. 28. de cõſuetudine in hoc lib.* quia cõſuetudo vt cõſuetudo non militat contra ius priuatum alicuius, ſed ſi ſit contra ius commune, merito ad eam tollendam ſufficit alia conſuetudo breuior, quæ ex quo reducit rem ad ius commune dici debet cõſuetudo ſecundum ius, ad quam ſufficit curſus temporis decennalis. Sed in omni præſcriptione tollitur ius priuatum, et confertur ab vno, quod eſt ſuum, & datur alteri. *per not. vbi ſup. a.* 1. Hoc vero competit Eccleſiæ, vt quod eſt ſuum non poſſit ab illa auferri per præſcriptionẽ minoris temporis, quam quadraginta annorum. *capit. 1. & 2. de præſcript. ſup. in hoc lib.* In præſenti verò non habet locum pura conſuetudo, ſed præſcriptio. Anchar. *num.* 1. Dom. *num.* 8. Vbi igitur vna Eccleſia præſcripſit regularitatẽ, hoc ius nõ poteſt ab ea auferri niſi per quadragenariã, quia ſolum per illam præſcribitur contra Eccleſiam.

12. Et ex textu hoc eſt manifeſtum, nam ad hoc vt Clerico ſæculari conferatur beneficium eo quod conſuetum regi per ſæculares, Pontifex requirit, quod hoc ſit legitimè pręſcriptum, nimirum præſcriptum per poſſeſſionem quadraginta annorum continuam, & pacificam, vt exponit Gloſſ. in v. legitima, & ad idem verbum, Monachus Archid. Io: And: Dom. *n.* 8. Franc. *num.* 5. Felin. *cap. in noſtra num. 43. de Reſcript.* Sanch. *l. 7. Moral. cap.* 29. *num.* 17. & apud eum Selua, Hoicda, A·or. Card. *in Clem. vn. in princ. num. 28. q. 19. de ſuppl. neglig. Prælat.* Et hoc confirmatur, quia de eadem præſcriptione loquitur textus in ſecundo dicto, vt paret per illa verba, qui per Religioſos iuxta modum prædictum eſt ſolitus gubernari. In ſecundo autem dicto manifeſtum eſt textum loqui de quadragenaria igitur, & de ea loquitur in primo dicto.

13. Vnde nec valet limitatio, quam ponunt apud eumdem Sanchez Rebuff. *in concordat. tit. de collation. §. Volumus, v. regularia in 4. requiſito,* Gome *ſ. de expectat. num.* 10. Staphil. *d. forma 8. n.* 3. ſcilicet, quod ſufficiat decennalis, quando ad fauorem inſignitorum aliquo gradu conceſſa eſt eſt prouiſio beneficij ſæcularis. Neque enim eſt beneficium ſæculare quod per quadraginta annos conſuetum fuit regi per Regulares, niſi per alios 40 annos ſit præſcripta ſęcularitas contra regularitatem, vt ex textu habetur.

14 E contra autem alii exiſtimant quod nõ poſſit præſcriptione etiam quadragenaria fieri vt beneficium regulare fiat ſæculare, ſi Pontifex prohibuit Abbati, vel ſuperiori Regulari ne beneficiũ conferat ſæcularibus. Et maximè ſi prohibitio ſit munita decreto irritanti. Et ita ſentiunt hic Archid. *num.* 2. Io. And. *num.* 1. Anchar. *q.* 2. Dom. *num.* 4. Qui etiam *num.* 6. vniuerſalem regulam tradit, & vult quod conſuetudo non poſſit præualere contra prohibitionẽ ſuperioris.

15. Sed primo ſemper diſtingui debet inter conſuetudinem, & præſcriptionem. Et ſecundo aduerti debet nõ eſſe maiorem vim in lege præcipiente aliquid fieri, & prohibente ne aliquid fiat; vtraque enim habet vim ex voluntate Pontificis legem ferentis; quo ſtante nihilominus lex Pontificia conſuetudine quadragenaria abrogari poteſt ex *d. cap. fin. & ex notat. ſup. capit. 1. de conſuet. quæſt. 1. a. 12. à num.* 290. Et quod etiã abrogari poſſit lex munita decreto irritanti probaui ibid. *a. 12. à num.* 190. Ablata autem lege non eſt impedita præſcriptio quin poſſit intrare, & quin iuxta propria requiſita præualeat cõtra ius priuatum, & ſic quod non poſſit auferre regularitatem, & inducere ſæcularitatem in beneficio, ſi ſit á ſui valido initio quadragenaria. Quamuis manente lege irritante poſſeſſionem, & actum, præſcriptio in contrarium vires habere non poſſit.

16. Sed hic vtile eſt præmittere dubiũ, quod tractat Prob. ad Mon. *num.* 10. quis, ſcilicet, in in hac materia dicatur præſcribere, conferens ne, aut ille, cui beneficium confertur. Et quidem beneficiatum non præſcribere vel ſæcularitatem, vel regularitatem, benè tenet Probus, quia in hoc non agitur de intereſſe Rectoris, cuius nihil intereſt, vt vacante beneficio illi præficiatur ſæcularis, vel regularis, dum interim ipſe permittatur regere beneficium. Sed tamen neque ſolus conferens in hoc præſcribit. Quia vbi conferens ſit Regularis, cui non eſt prohibitum conferre beneficium regulare, & alias ſi habeat iuriſdictionem Epiſcopalem poteſt conferre etiam ſæculare, parum illius intereſt an beneficium ſit ſæculare, vel regulare, cum vtrũque conferre poſſit. Ideo Eccleſia ſimul cum conferente, vt eſt vnum corpus cum ſuo capite, illa eſt quæ præſcribit, & præſcribendo acquirit ius vt beneficium de iure ſit regendum, & conferendum vel vt ſæculare, vel vt regulare. Et ſic huiuſmodi præſcriptio requirit tam actum conferentis beneficium, quam actum Rectoris gubernantis, vt illud ſit ſæculare beneficium quod per quadraginta annos continuè, & pacificè fuit collatum à legitimo conferente Clerico ſæculari, vel Clericis ſæcularibus, & ab eo, vel eiſdẽ fuit per dictum tempus gubernatum. Et illud ſit beneficium regulare, quod vt tale fuit per idem tempus vni vel pluribus Regularibus collatum, & ab eis gubernatum continuè, & pacificè.

17. Hinc modo facilior erit ſolutio alterius difficultatis, an, ſcilicet, ad hoc vt Eccleſia præſcribat regularitatem, ſit neceſſarius titulus in præſcribente. Hunc enim titulum noo eſſe neceſſariũ ad hoc vt beneficium regulare præſcriptione fiat ſæculare, eſſe verò neceſſarium ad hoc vt contra ſæcularitatem beneficii præſcribatur regularitas, dicunt Lap. Prob. *num.* 7. Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 9. Sanchez *d. l. 7. cap. 29. num* 19. Qui tamen hoc explicant dicendo, quod ad repellendum impetrantem ſufficiat adminiſtratio re-

regularis per 40. annos, non verò ad præiudicâdum Ordinario loci, niſi adſit præſcriptio immemorabilis, vt eſt *in c. 1. de præſcript. ſup in hoc lib.* quia huiuſmodi præſcriptio eſt contra ius commune ſaltem quoad ea, quæ ſunt legis Diœceſanæ, à qua dicta loca ſunt exempta, *vt capit. 1. ſup. de ſtat. Monach.*

18. Sed multa hic dicuntur, quæ probari non poſſunt. Et primo diſcrimen inter impetrantem, & conferentem in puncto noſtro non ſubſiſtit; quia ſi huiuſmodi præſcriptio non eſt efficax vt faciat beneficium eſſe regulare, iam nec obſtat impetranti, quia beneficium impetratum eſt ſæculare. Sed ſi præſcriptio valet, vt faciat beneficium eſſe regulare, iam præiudicat etiam Ordinario, vt non poſſit illud conferre.

19. Sed ſecundo non ſubſiſtit quod huiuſmodi præſcriptio ſit contra ius commune, quia in iure communi non eſt præceptum beneficia eſſe ſæcularia, aut prohibitum ea eſſe regularia. Etdum dicitur, quod de iure communi beneficia præſumantur regularia, verum eſt, ſed non quia de iure communi ſit, vt ſint ſęcularia, & non regularia, ſed quia Clericatus ſæcularis eſt prior, & vniuerſalior, & Clericatus regularis ex additione ſe habet ad Clericatum ſæcularem, & addit ſtatum perfectionis, vnde hæc qualitas adiuncta non præſumitur, niſi probetur.

19. Tertiò non diſtinguitur inter ius commune generale, & ſpeciale. Omnis enim præſcriptio cum ſit contra verum ius priuatum, quod habet ille contra quem præſcribitur, & illi aufetat illud ius, eſt contra ius commune generale, quod prohibet alienum ius vſurpare. Et ita hoc modo præſcriptio regularitatis beneficij contra ſæcularitatem eſt contra ius priuatum Epiſcopi, & præiudicat iuri legis Diœceſanæ, & ideo eſt ex hac parte contra ius commune generale. Sed hoc non obſtante certum eſt in iure, quod iuriſdictio, & iura Epiſcopalia poſſunt præſcribi, quia huiuſmodi præſcriptio directè eſt contra ius priuatum Epiſcopi, & ſimpliciter eſt conformis iuri, quod vult iura priuata poſſe præſcribi, non obſtante vero dominio, quod illorum habet ille contra quem præſcribitur. Sed aliud eſt ſpeciale ius, quod præcipit. v. g. aliquod ius ſpectare ad aliquem priuatiuè quoad alios, ſicut leges volunt quod ius decimarum pertineat ad Eccleſias intra quorum fines ſunt bona, aut perſonæ ſoluentes decimas priuatiuè quoad alios. Modo vt probatum eſt *dict. cap. 1. & 2. de præſcription.* tunc præſcribenti incumbit onus probandi titulum, quando ius ſpeciale quod aſſiſtit ei contra quem præſcribitur reſiſtit præſcribenti. At verò hic nullum datur huiuſmodi ſpeciale ius, quia nulla lex datur quæ vel prohibeat beneficia eſſe regularia, vel regularitatem præſcribi contra ſæcularitatem, imo hæc præſcriptio hic admittitur in ſecundo dicto textus.

20. Quarto, nam dum quæritur an in præſcriptione regularitatis ſit neceſſarius titulus, ſi eſt ſermo de titulo vero, aſſertum implicat, quia titulus verus de ſe fert dominium rei, nec indiget poſſeſſione longiſſimi temporis ad præſcribendum, & ſic titulus verus omnem excludit præſcriptionem. Sed ſi ſermo eſt de titulo putatiuo tali tamen, quod de ſe ſit aptus ferre dominium; hic titulus in omni præſcriptione eſt neceſſarius, vt fatentur omnes, & notatum eſt *dicto cap.* Nam & implicat poſſidere bona fide, ſicut eſt neceſſarium ad præſcriptionem, & poſſidere ſine probabili opinione alicuius tituli apti ad dandum rei poſſeſſæ dominium. Et ſic etiam in pręſcriptione ſæcularitatis eſt neceſſarius titulus, ſicut de iure Canonico eſt etiam neceſſaria bona fides. Et huiuſmodi titulus etiam ſufficit in præſcriptione regularitatis.

21. Hinc benè cognoſcitur neceſſitas alterius conditionis ad hoc vt præſcribatur ſtatus regularis, quia ſcilicet neceſſe eſt, quod poſſidens beneficium ſit in illo inſtitutus. Nam iutruſi ſine inſtitutione poſſeſſio etiam ſi per tempus immemorabile duraret non poteſt mutare ſtatum beneficij. Et hoc patet ex hoc textu, ibi: *Qui tanto tempore ab vno, vel pluribus inſtitutis in eo rectoribus*, Gloſſ. in *v. inſtitutis* Hoſtien. *num. 7.* Franc. *n. 3.* Rebuff. *in concord. tit. de collat.* Hoieda *p. 1. cap. vlt. num. 92.* Sanchez *d. l. 7. cap. 29. num. 21.*

22. Et opus eſt, quod ad præſcribendam regularitatem regularis inſtituatur non vt Vicarius, aut coadiutitius Clericus ſed vt Rector, & vt detur ei beneficium in titulum, & quod inſtituatur, vt Rector regularis; quia de iure antiquo, in quo Regulares poterant habere beneficia regularia curata, non ſuffiſſet ſuffi ciens, quod regularis inſtitutus fuiſſet Rector beneficij gubernandi ac ſi ipſe eſſet ſæcularis, & hodie non ſufficit, quod regularis inſtituatur rector beneficij regularis ex diſpenſatione, ſed neceſſe eſt, quod inſtituatur rector vt Regularis, & quia beneficium petat Rectorem regularem, vt poſt Lap. & Io: de Legn. tradit Anchar. *quæſt. 3.* Dom. *n. 9.* Franc. *num. 9.* Felin. *Cap. In noſtra, coroll. 40. de reſcript. num. 41.* Feder. *de Sen. conſ. 136.* Selua *p. 3. q. 11. nu. 125.* Sanchez *d. cap. 29. nu. 23.* Vnde ſequitur non ſufficere ſi Regulari beneficium ſit datum non in titulum, ſed in commendam.

23. Quia tamen beneficia regularia ſi non ſunt electiua ſunt manualia *cap. cum ad monaſterium. de ſtat. Mon.* Caſtad. *dec 4 n. 3. & dec. 102. num. 9. de Præben.* Milis *v. Beneficia regularia n. 30.* Mandoſ. *in reg. 3. reſeruat. q. 11 num. 13.* Nauar. *com. 4. de regul. num. 35.* Et ita vt ad nutum ſuperioris etiam ſine cauſa Rectores eorum poſſint à ſuperiore remoueri. Fagnan. *d. cap. Cum ad monaſterium num. 33.* Cum igitur præſcriptione mutetur ſtatus beneficijs ideo fieri poterit vt beneficium perpetuum, & ſæculare tranſeat in regulare, ſi per quadraginta annos ita factum ſit.

24. Præterea plures dicunt neceſſarium eſſe, vt qui confert beneficium Regulari, illud conferat ex intentione imprimendi ſtatum regularitatis. Ita poſt Lapum Dom. *num. 9.* Prob. *num. 5.* Felin. *d. num. 41. not. 2. de reſcrip.* Hoieda, Rebuff. & Selua apud Sanchez *d. l. 7. c. 29. nu. 25.* qui ait, quod in collatione beneficij conferens dicere deber Regulari, cõfero tibi beneficium ſæculare. Sed hoc contradicit eruditioni, omninò neceſſaria ad præſcribendum ex *cap. Vigilanti, de præſcript.* & ex *reg. poſſeſſor, inf. de reg. iur.* ſcilicet

quod

quod poſſidens beneficium ſit poſſeſſor bonæ fidei. Nam non poteſt bona fide conferre, & poſſideri beneficiũ vt regulare, non ſi verè ſcitur illud, eſſe regulare, nec poteſt nõ ſciri beneficiũ eſſe verè ſæculare, ſi datur ſæculare beneficium ex intentione imprimendi in illud ſtatum regularitatis.

25. Hic ergo diſtinguí debet inter mutationem ſtatus beneficij ex ſæculari in regularem, quæ fiat ex inſtitutione, & quæ fiat ex præſcriptione. Nam in eo, qui habet facultatem vt mutet ſtatum beneficij, ad hoc vt in effectu faciat illud de ſæculari regulare, neceſſe eſt proculdubio quod id faciat ex intentione imprimendi ſtatum regularitatis. Sed tunc non eſt neceſſaria poſſeſſio quadragenaria, ſeu præſcriptio, ſed ſtatim fit illa mutatio ex efficacia poteſtatis, & voluntatis eius, qui poteſt talem mutationem facere. Sed vt fiat hæc mutatio per præſcriptionem, non poteſt intendi hęc mutatio; quia ſi conferens beneficium Regulari, ſcit vel dubitat an verè beneficium ſit ſæculare, non poteſt bona fide illud conferre vt faciat illud regulare, ſi in eius poteſtate non eſt alius hanc mutationem facere, in quo caſu non eſt opus præſcriptione. Oportet quidem vt conferens intendat regularitatem, quia oportet vt intendat conferre beneficium vt regulare, ſed non quia intendat imprimere talem ſtatum, ſed imo quia bona fide putat talem in rei veritate eſſe beneficij ſtatum, quem velit manutenere, & in hoc ſuo vti iure. Et ſic etiam in beneficiato neceſſaria eſt bona fides, per quam poſſideat beneficium, vt regulare.

Hinc eſt, quod ad introducendam præſcriptionem non eſt in pręſcribente neceſſaria vera poteſtas ad mutandum ſtatum beneficij, ſed ſufficit quod ex aliquo titulo putatiuo conferens exiſtimans beneficium eſſe regulare bona fide illud conferat ex intentione manutenendi ius regularitatis in beneficio. Nam & hoc modo etiam poteſtatem conferendi beneficium quam non habet, præſcribere poſſet, ſi bona fide credens ex aliquo titulo talem facultatem ſibi conuenire, beneficium conferret, & in poſſeſſione conferendi per 40. annos pacificè maneret.

26. His ergo ſic præmiſſis venio ad regulas poſitas in textu. Quarum prima hæc eſt. Quando mandatur alicui clerico ſæculari prouideri de beneficio conſueto regi per clericos ſęculares, debet hoc intelligi de illo beneficio, quod tanto tempore ab vno, vel pluribus clericis ſæcularibus inſtitutis in eo rectoribus exiſtit continuè, & pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima ſit completa, etiam ſi ante, vel poſt Religioſi miniſtrauerint in eodem.

27. Explicatur igitur in hac regula quid intelligendum ſit nomine beneficij conſueti aſſignari clericis regularibus, licet enim ſolitum poſſit verificari in vna vice, non tamen conſuetum. Prob. *num.* 1. & ideo dicitur quod eſt illud, quod haber conditiones ſequentes. Prima eſt poſſeſſio longæua per tantum tempus, quod ſufficiat ad præſcriptionem legitimam. Quod tempus *ex cap. de multa de præſcript.* & alijs eſt tempus quadraginta annorum. Dicunt verò Arch. *num.* 2. Io: And. *num.* 1. Anchar. *q.* 2. Dom. *num.* 4. Fran. *num.* 3. hanc poſſeſſionem debere eſſe rationabilem, vnde volunt quod ſi eſſet contra expreſſam prohibitionem Pontificis, qui prohibuiſſet Abbati conferre beneficium ſæculari, poſſeſſio eſſet irrationabilis, & non ſufficeret, maximè ſi in prohibitione eſſet decretum irritans. Et verè hoc ſtante difficile eſt, quod præſcriptio incipiat cũ bona fide. Sed nihilominus, vt ſupra *n.* 14. dictũ eſt. Certũ eſt quod abrogata lege prohibẽte poteſt ingredi bona fides, & præſcriptio, quæ tamẽ debebit eſſe continua, & quadragenaria ab initio bonæ fidei. An verò in hoc & ſimilibus caſibus poſſit dari bona fides in ſucceſſore, dixi ſupra *cap. de præſcript.* 1. Decretum etiam irritans elidere vim præſcriptionis, dixit Rota pluribus in locis, & nouiſſimè *part.* 11. *dec.* 156. *num.* 1. *&* 2. quampluribus citatis. Sed abrogata lege iam ceſſat ius decreti irritantis. Videantur dicta *ſup. cap.* 1. *de conſuet. q.* 1. *num.* 12. *in hoc libro*.

29. Non intereſt verò ad validitatem præſcriptionis an poſſeſſio beneficij habita ſit ab vno Clerico ſæculari, vel à pluribus, vnde ſufficiet per hunc textum, ſi idem numero Clericus inſtitutus Rector poſſederit beneficium per 40. annos ad hoc vt beneficium dicatur conſuetum aſſignari Clericis ſæcularibus. Gloſſ. in *v. ab vno.* Franc. *num.* 3. Barb. *num.* 11. Gloſſ. *in cap. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ.* Molin. *de primog. l.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. Gutierez *pract. l.* 2. *quaſt.* 73. *num.* 2. Felin. *d. cap. In noſtra num.* 41. *de reſcript.*

30. Sic etiam in inducendo præſcriptionem ſufficit ſi poſſeſſio habita ſit à pluribus ſucceſſiuè & immediatè, coniunguntur enim tempora incipientis, & ſucceſſorum, quando fuerint continua. *cap. Cum Eccleſia Sutrina, &* 16. *quaſt.* 3. §. *de præſcript.* Franc. *num,* 1. Dom. *num.* 2.

31. In ordine tamen ad mutandũ ſtatũ beneficij non ſufficit poſſeſſio ab vno vel pluribus Clericis, etiam non ſolum de facto, ſed de iure poſſidentibus, tanquam Vicariis, aut conductitijs, aut commendatarijs. Sed opus eſt, vt huiuſmodi Clerici poſſidentes fuerint inſtituti Rectores in beneficio, & ſic beneficium fuerit adminiſtratum per huiuſmodi inſtitutos per 40. annos continuè, & pacificè. Quod enim ad præſcribendum poſſeſſio debeat eſſe continua, & pacifica, & ſemper cum bona fide explicatum eſt ſupra cap. *de Præſcrip. in hoc libro*. Et per mediam perſonam alterius Ordinis diſcontinuari poſſeſſionem dicunt Dom. *num.* 2. Barboſ. *num.* 3. Couar. *in reg. poſſeſſor* §. *d princ.* & ideo in dubio continuitas eſt probanda. Anch. *n.* 1.

32. Optimè in textu aduertitur quod actus ſeu poſſeſſio Rectoris Regularis, quæ præſcriptionem quadragenariam Clerici ſæcularis præceſſerit, vel ad eam ſubſequatur illi non præiudicat. Non quidem poſſeſſio præcedens, quia illam vincit poſſeſſio quadragenaria continua, & pacifica, quæ ſubſequitur. Non poſſeſſio contraria ſubſequens, niſi & ipſa ſit quadragenaria cõtinua, & pacifica, vel tantæ durationis, quanta ſufficit ad nouam præſcriptionem; quia præſcriptio completa, non niſi alia contraria præſcriptione eliditur. Archid. *num.* 1. Anchar. *num.* 5. Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 2. poſt Gloſſ. *in v. ante*, & *in v. poſt.* Felin. *d. cap. in noſtra n.* 44.

33. Sic igitur præſcriptione legitima ideſt anno-

Digitized by Google

annorum 40. Gloſſ. *in v. legitima*. Mon. *num.* 1. Archid. *num.* 1. Anchar. *in princ.* Prob. *num.* 41. Franc. *num.* 5. mutatur ſtatus beneficij, & beneficium regulare fit ſæculare, & è contra Staphil. *de expect. forma* 8. *num.* 4. Gutierrez *pract. l.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 8. Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſſ.* 7. *num.* 8. *& gloſs.* 8 *num.* 32. Nauar. *conſ.* 8. *hoc tit.* Barboſ. hic *n.* 6. *& ſequent.* Et ſic clara eſt regula textus, quod ſub nomine beneficij ſecularis, venit beneficium quod per quadraginta annos continuè fuit per vnum, vel plures Clericos ſæculares in eo inſtitutos adminiſtratum.

34. Sed quid dicendum in hoc primo caſu textus, ſi verè beneficium fuit per Clericos ſæculares præſcriptum per quadragenariam, ſed poſtea fuit etiam rectum per Regulares, itaut tempore impetrationis Regulares bona fide ſunt in poſſeſſione illud regendi, nunquid ab impetrante fieri debet mentio huius poſſeſſionis? affirmant Lap. *n.* 6. Anchar. *not.* 6. Dom. *n.* 10. Franc. *num.* 8 & dicunt non obſtare textum hunc, quia non exprimit ſe loqui de miniſtratione habita tempore impetrationis. Sed ſolutio non ſatisfacit, quia vbi conſtat beneficium ex præſcriptione eſſe ſæculare, non obſtat poſterior poſſeſſio non ſufficiens ad præſcribendum, & textus vult quod non obſtet impetranti ſi etiam poſt præſcriptionem beneficium fuerit quandoque gubernatum per Regulares, & abſolutè loquitur, & ſi voluiſſet dictum ſuum limitare vt non procedat ſi poſſeſſio Regularium ſit de tempore impetrationis id expreſſiſſet.

35. Sequitur ſecunda regula textus, quæ eſt talis. Quando ſcribitur, vt alicui Clerico ſæculari prouideatur de aliquo Prioratu prouideri non poteſt, de Prioratu, qui per Religioſos per modum prædictum ſit ſolitum gubernari.

36. Cum verò nomen *Prioratus* quamuis de ſe importet regularitatem, Moneta *num.* 3. nihilominus ſit generale ad ſæcularem, & regularē, ex hac regula reſtringitur, & determinatur eius ſignificatio vt intelligatur iuxta conditionem perſonæ impetrantis. Vt ſi ille ſit ſæcularis non niſi Prioratus ſæcularis poſſit concedi. Et ſic datur regula, quod nomen importans diuerſas qualitates intelligitur de qualitate conueniente perſonæ impetrantis, & quod licet gratia ſit ſimplex tamen interpretatur ſecundum qualitatem perſonæ impetrantis. Gloſſ. *in v. prioratus. &* ibi Io: And Dom. *n.* 4. Franc. *n.* 3.

37. Ita verò beneficium ſeculare cōferri debet ſæculari, & regulare regulari, quod in hoc attendi debet tempus impetrationis, ita vt prioratus regularis non poſsit conferri ei, qui tempore impetrationis erat ſæcularis, licet poſtea factus ſit Regularis. Gloſſ. *v. ſæculari* Archid. & Franc. *num.* 8. *in fin.* Vbi quod huiuſmodi iam facto Religioſo nec poterit prouideri de beneficio regulari.

38. Quamobrem ſæcularis impetrans beneficium regulare, tenetur exprimere hanc qualitatem. Prob. *num.* 3. ex Bald. *in l. fideicommiſſa.* §. *ſi duo ff. de leg.* 3. Felin. *cap. in Noſtra num.* 41. *de reſcript.* Selua *p.* 3. *verſ.* 22. *qualitas.*

39. Sed quid dicendum in vtroque caſu huius textus, ſi non conſtet de ſtatu aliquo beneficij, quia, ſcilicet, non conſtat nec de præcedente aliqua fundatione, vel preſcriptione legitima, ſed ſolum apparet beneficium gubernatum fuiſſe aliquando per inſtitutos ſeculares, & aliquando per Regulares, ſed nunquam per tantum tempus, quod ſufficiat ad præſcribendum. In hoc attendi debere vltimum ſtatum beneficij communius traditur *per capit. Querelam de elect. caput conſu t. de iure patronat. capit. cum olim de cauſa poſſeſſ. & per* DD. quos refert Rota *deciſ.* 737. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Et in noſtro caſu, ſi vltimus ſtatus collatiuus Prioratus ſit pro regularitate, quod ſufficiat poſſeſsio decenualis habita bona fide dicunt Dom. *num.* 8. Franc. *num.* 5. Rota *dec.* 2. *de Præbend. in nou. & dec.* 22. *in antiq* & apud Buratt. *dec.* 776. *num.* 2. *Et in Camermen. penſ.* 9. *Decem.* 1583. *coram Vicecomit.*

40. Sed eadem Rota 737. *p.* 2. *recent.* quam ſequitur Fetentill. *add. ad* Rotam 776. *coram Buratto diſtinguit.* Quia vel lis eſt de pertinentia collationis beneficii, aut præſentationis eiuſdem. Et in hoc caſu attenditur vltimus ſtatus beneficii, quia præſentatio, & collatio non ſunt de ſubſtantia beneficij ſed ſunt veluti fructus illius, qui fructus ad vltimum poſſeſſorem bonæ fidei ſpectant, per DD. & Rotas, quas ibi refert Ferent. Niſi liquidiſsimè conſtet de iure patronatus, vel de libertate beneficii, quia tunc vltimus ſtatus non ſuffragatur, eo quod proprietas abſorbeat poſſeſsionem.

41. Aut agitur de qualitate beneficii, & tunc ſi agitur præcisè ad iuſtificationem gratiæ adhuc attenditur vltimus ſtatus, eo quia in probanda qualitate beneficii in dubio attenditur vltimus ſtatus, qui ſuffragatur etiam contra prouiſum Apoſtolicum in ſummariјſsimo poſſeſſorio. Seraphin. *dec.* 433. *num.* 3. Rota *dec. in Aliphana iurispatronatus* 4. *Iulij* 1629. *coram Reuerendiſſ. Ghiſilerio.*

42. Vel agitur in præiudicium tertij impetrantis, qui probauit anteriorem ſtatum, & ſequens non eſt legitimè præſcriptus, & in hoc caſu ſi propter anteriorem ſtatum collatio facta ratione vltimi ſtatus eſt nulla ipſo iure, non attenditur vltimus ſtatus, vt ex hoc textu habetur, & notant Dom. *n.* 8. Franc. *n.* 5. *& per alios allegatos in d. dec.* 737.

43. Adhuc tamen res non manet ſine ſcrupulo. Vbi enim pro qualitate beneficij nulla eſt iuris præſumptio, præfata doctrina locum poteſt habere. Sed nos verſamur in qualitate beneficij pro qua eſt ex vna parte iuris præſumptio, ſcilicet pro ſæcularitate beneficij, vnde oppoſita qualitas probari debet, ſæcularitas verò de ſe conſtat, ſi regularitas non probatur. Ideo Prob. ad Mon. *cap.* 5. dixit ſufficere quod probetur ſecularitas per decem annos, ſi non probatur regularitas per 40. Sed melius dixiſſet, non dari neceſsitatem probandi ſæcularitatem, ſi non probetur regularitas, quia vt ipſe fatetur, & probatum eſt ſupra, primordialis beneficiorū natura eſt ſecularis. Quamobrem ſtandum mihi videtur deciſioni, quæ ex noſtro textu ſincerè intellecto deducitur. Cum enim nomen Prioratus de ſe importet regularitatem, vt notat Moneta *num.* 3. Nihilominus in vno ſolo caſu textus vult quod ſi ſcribatur prouideri debere alicui ſæculari Clerico de Prioratu, id non fiat, ſi ſcilicet iuxta modum præſcriptionis explicatū

in

Digitized by Google

in primo dicto Prioratus fuerit gubernatus per Regulares. Modus autem præſcriptionis prius explicatæ erat, vt ſufficeret præſcriptio 40. annorum non obſtante quod ante illam, vel poſt oppoſitum fuiſſet ſeruatum. Ex vi igitur textus qui ſolum excipit præſcriptionem quadragenariam, vbi non conſtat, quod Prioratus, vel ſimile beneficium fuit legitimè præſcriptum per regulares ſæculari Clerico conferri poteſt, non obſtante, quod per aliquod tempus inſufficiens ad præſcribendum illud beneficium fuerit rectũ per Regulares. Et ſic qui impetrauit huiuſmodi beneficium non expreſſo ſtatu huiuſmodi incerto, & variato, inualidè impetrauit, nec poteſt promoueri etiam ſi vltimus ſtatus inſufficiẽs ad præſcribendum fuit regularis, qua ſola præſcriptio perfecta, ex vi huius textus hanc ſolam excipientis, eſt illa, quæ facit beneficium regulare, ſi illud alias non ſit regulare ex fundatione, & non fuit contra regularitatem præſcriptum. Sic igitur non probata regularitate beneficij ſatis conſtat de eius ſæcularitate. Et illud conferre ſpectat ad illum, ad quem de iure ſpectat ſæcularia beneficia conferre. Nam in dubio beneficium præſumitur ſæculare. Nauar. *conſ.* 8. *n.* 1. *de Præben.* Maſcard. *de probat. concl.* 122. Gonzalez *ad reg.* 8. Canc. Gloſſ. 6. *in princ.* Barboſa *hoc num.* 14. *& alij ſupra num.* 7. *citati*.

44. Sed quid dicendum ſi beneficium ſit de nouo erectum ante datam literarum Dom. *num.* 10. licet ſub dubio exiſtimat, quod in primo caſu textus Clericus ſæcularis non poſſit de tali beneficio prouideri, quia forma mandati ſeruari debet. Verum non eſt neceſſe quod clauſula *de beneficio conſueto &c.* ſe teneat limitatiuè, & taxatiuè, quaſi Pontifex velit quod impetrans de nullo alio beneficio poſſit prouideri niſi de illo, qui conſueuit per 40. annos regi per Clericos ſæculares, ſed potius debet intelligi ampliatiuè ita vt impetrans nedum poſſit promoueri ad beneficium ſæculare, ſed etiam ad regulare per præſcriptionem legitimam ſæcularizatum. Et ideo in vtroque caſu textus ſæcularis, poteſt promoueri ad beneficium nouiter erectum ſed ſæculare.

45. Aduertit etiam Dom. *n. fin.* non eſſe eandem rationem de beneficio regulari quod eſt incompoſſibile cum ſæculari, & de beneficio ſacerdotibus collato. Nam ſi datur beneficium ſimplex ex natura ſua non ſacerdotale, etiam ſi per longum tempus etiam 40. annorum fuerit collatum ſolum ſacerdotibus non per hoc ſit, vt non poſſit non conferri alijs Clericis. Verum dicas, quod ſi per quadraginta annos fuit hoc beneficium collatum vt ſacerdotale ſolis ſacerdotibus, qualitas ſacerdotalis eſt præſcripta, nec poteſt conferri non ſacerdotibus.

46. Tandem aduerte, quod adeò verum eſt nunc vt ſæculare beneficium ſæcularibus ſit conferendum, & regulare regularibus, quod collatio ſine diſpenſatione aliter facta ſit ipſo iure nulla. Gonz. *ad* reg. 8. Cancell. Gloſſ. 7. *num.* 4. & 5. & 8. Gloſſ. *num.* 39. & 40.

SVMMARIVM.

1 *Perſonatus in eadem Eccleſia ſimul habere poſſunt Præbendam cui ſit annexa Parochialis.*

2 *Decretalis iſta abrogata per Concilium Trident.*

3 *Vbi Parochialis eſt annexa Canonicatui, an cura animarum conueniat Canonico?*

4 *Parochialis annexa Canonicatui non ponit in numerum cum illo, ſed amittit titulum, & fit ſimplex beneficium.*

5 *Canonicus ad impetrandum aliud beneficium non tenetur exprimere Canonicatum habere annexam Parochialem.*

6 *Canonicus huiuſmodi tenetur reſidere in Canonicatu.*

Cap. Super eo VI.

1 VNica regula traditur in hoc textu, quæ eſt iſta. Habentes Perſonatus in aliqua Eccleſia ſimul habere poſſunt Præbendas, etiam ſi illis annexæ ſint Parochiales Eccleſiæ, ſine diſpenſatione.

2. Sed quia Concluſio iſta eſt abrogata per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* non eſt vnde in eius expoſitione imoremur. Videantur probata *ſup. cap.* 1. *de conſuet. quæſt.* 2. *a.* 3. vbi agitur de prohibitione habendi plura beneficia etiam diformia in eadem Eccleſia.

3. Vbi verò parochialis Eccleſia eſt vnita Canonicatui, an cura animarum competat Canonico, vel potius Vicario perpetuo, qui deputatur ſecundum *tex. in cap. Extirpanda* §. *qui verò de præbend.* controuerſum eſt, quibuſdam volentibus quod Canonici habeant curã animarum in habitu non in actu, vt hic ſentiunt Dom. *num.* 4. & Franc. *num.* 2. alijs etiam negantibus illis curam animarum etiam in habitu, videatur Barboſ. *cap. fin. de off. Vicar. & de off. & poteſt. Epiſ. tit.* 2. Gloſſ. 17. vbi expreſſo quæſtionem examinat.

4. Colligitur etiam ex textu, quod Parochialis annexa Canonicatui non ponit in numerum cum illo, & quod habens Perſonatum, & Præbendam cui eſt annexa Parochialis non eſt triplex in eadem Eccleſia, ſed duplex, eo quod Parochialis annexæ titulus ſit extinctus, & illa iam tranſierit in beneficium ſimplex, quale eſt Canonicatus, cui eſt annexa. Et ſic magis dignum annecti poteſt minus digno. Dom. *num.* 2. Et tunc magis dignum non mutat naturam minus digni principalis cui annectitur, Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 2.

5. Et ideo habens Canonicatum cui eſt annexa Parochialis vt impetret cum diſpenſatione ſecundum beneficium, non tenetur facere mentionem Parochialis annexæ. Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 3. Barb. *num.* 4. Card. *in Clem. vn. num.* 6. *q.* 9. *de off. Vic.* Felin. *in cap. Poſtulaſti num.* 1. *de reſcript.* Gutier. *all.* 8. *num.* 9. Menoch. *de arbit. caſu* 201. *num.* 67.

6. Inde eſt, quod Canonicus habens Parochialem exiſtentem extra locum annexam tenetur reſidere in Canonicatu. Gloſſ. *in v. Non obſtante*

Beneficia principis latè intelligenda.
10 *Si mandat prouideri alicui vſque ad certam ſummam non poteſt prouideri de penſione.*
11 *Ex vi huius mandati non poteſt prouideri de maiori ſumma.*
12 *Certa ſumma menſurari debet iuxta ſtylum loci tempore effectus.*
13 *Si mandatur ſimpliciter alicui prouideri vſque ad certam ſummam poſſunt illi conferri plura beneficia.*
14 *Non tamen tria beneficia.*
15 *Nec curata, vel curatum beneficium etiam ſi mandatum ſit datum motu proprio.*
15 *Motus proprius non ampliat gratiam, nec inducit diſpenſationem, nec tollit inhabilitatem.*
16 *Eadem dicenda ſi detur mandatum prouidendi ad certam ſummam in beneficijs.*
17 *Si mandatum detur de prouidendo in beneficio, non poteſt prouideri in pluribur beneficijs nec in maiori.*
18 *Si mandatū ſit datum cum clauſula niſi pro alijs reſcripſerimus, litera non valent ſi ſit reſcriptum pro vno.*
19 *Si mandatur alicui prouideri in beneficiis Ciuitatis, aut Diœceſis non includuntur beneficia Cathedralium.*
20 *In materia beneficiali, & ſtrictæ interpretationis ſub nomine Ciuitatis, aut Diœceſis non veniunt Cathedrales.*
21 *Hoc verum nedum de Canonicatibus, ſed de inferioribus beneficijs.*
Etiam ſi litera datæ in forma pauperum. Quod tamen limitatur.
22 *Si mandatur alicui prouideri de beneficijs ad collationem Epiſcopi ſpectantibus includuntur beneficia Cathedralium.*
23 *Si mandetur alicui prouideri de beneficijs ciuitatis, a. includantur inferiores præbendæ.*
24 *Literæ in quibus exprimitur nomen Sancti, & non Cathedralitas ſunt ſubreptitiæ.*
25 *Si noua Cathedralis ſit erecta non præiudicat impetranti.*
26 *Si mandatur prouideri alicui in beneficijs prouinciæ includuntur Metrapolitana, & Cathedrales.*
27 *Idem dicendum in Patriarchali, vel Regni, vel Principatus.*
28 *Vberior interpretatio intelligitur quantum ad extenſionem loci & Eccleſiarum, non quantum ad prælationem.*
In paritate dàta præfertur, qui habet vberiorem gratiam.
29 *An gratia huius textus ſe extendat ad alios caſus.*

Cap. Quamuis IV.

1 Continet hæc decretalis quatuor concluſiones, ſeu regulas ſpectantes ad extenſionem literarum Apoſtolicarum in quibus mandatur aliquem prouideri de beneficijs, ex quibus habetur quæ beneficia ſub diuerſis verborum formis comprehendantur.

2 Prima verò regula fundamentalis, & ex qua ratio ad alias ſtatuendas habetur eſt iſta. Quamuis in beneficijs facienda ſit pleniſſima interpretatio, literæ tamen ſuper obtinendis beneficijs, cum ſint ambitioſæ debent reſtringi.

3 Itaque hic diſtingui debent diſpoſitiones beneficiales, quia aliæ ſunt in quibus non agitur de conferendo alicui aliquod beneficium, ſed de titulo beneficij, vt de erigendo beneficio, & de eius exemptione, & priuilegijs, vel de cultu diuino in eo habendo, vel de aliquo ſimili fauorem beneficii, cultus diuini, & ſalutis animarum concernente. Et de illis diſpoſitionibus loquitur prima pars regulæ vt aduertir Domin, *n.* 2. Et in his diſpoſitionibus interpretandis habenda eſt nedum lata, ſed latiſſima interpretatio. Et propterea ex hac regula latiſſimam interpretationem haberi debere vbi de donationibus factis Eccleſiæ eſt controuerſia decernitur *cap. Cum dilectis, ſup. de dona.* Ex quo capite habetur quod etiam teſtamenta ad pias cauſas latam admittunt interpretationem. Nam quod concernit diuinum cultum, & fauorem animarum latiſſimè interpretari debet. Beneficia verò ſecundum ſe ſumpta cultum diuinum & fauorem animarum concernunt. Gloſſ. *in v. pleniſſima*, Dom. *num.* 2. Franc. *n.* 2.

4 Latiſsimam etiam interpretationem non habere locum in beneficialibus ſi conſuetudo ſit in contrarium, aut ſtatutum, & alias oriretur ſcandalum, vel ſi priuilegium latè interpretatum eſſet inutile, vel ſi eſſet in præiudicium Tertii notat Franc. *num.* 2. Sed hæc reſpiciunt potius ſecundam partem regulæ in qua beneficialia conſiderantur ex parte impetrantium. Nam vt dictum eſt beneficia ſecundum ſe recta ſunt & optima, & diuinum cultum continentia. Alias verò quando priuilegium non eſt contra ius cōmune, ſed illi conforme, licet ſit contrarium conſuetudini aut ſtatuto, quod ſit latiſsimè interpretandum, dixit Panorm. *cap. Olim, de verb. ſignif. num.* 5. Sed nec faciendam eſſe magnam extenſionem dixit Archid. Verum non erit magna extenſio quotieſcumque verba in lata ſignificatione eam permittunt.

5 Sed aliæ ſunt diſpoſitiones beneficiales, quæ concernunt perſonas, illæ ſcilicet in quibus diſponitur vt beneficia dentur huic, vel illi. Et huiuſmodi diſpoſitiones licet ex parte Papæ diſponentis non habeant aliquid vitii, ob quod reſtringi debeant: quia tamen ex parte perſonæ illas diſpoſitiones impetrantis redolēt ambitionem, ideo ſtrictæ interpretationis ſunt Gloſſ. *not. in Clem.* 2. *de off. ordin.* Et hic DD. communiter.

6 Dicitur verò quod huiuſmodi impetratio beneficiorum redolet ambitionem, quia accedunt ad honores, & lucrum Io: And. *num.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 1. Et prout impetrantur beneficia immediatè à Sede Apoſtolica continent præiudicium Ordinariorum, quibus de iure competit beneficiorum collatio, aut diſpoſitio *cap. Rodulphus, ſup. de reſcript.* vt ijdem DD. aduertunt.

7 Extenditur verò hæc regula ad diſpoſitiones per quas diſpenſatur in iure, & ad priuilegia Sic enim priuilegia quæ ſunt in præiudicium tertii. ſtricte ſunt interpretanda *cap. Relatum ſup. eod. tit. capit. Archidiaconum Florentinum* 85. *diſt.*

diſt. Ideo priuilegiũ interpretari debet, vt quanto minus fieri poteſt iuri alieno præiudicet Panorm. *cap. cum dilectis n.* 5. *de donat.* Quod adeo verum eſt, vt neque ex identitate, imo neque ex maioritate rationis in præiudicium alicuius priuilegium extendi poſsit de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam. Butr. *in cap. ſanè de priuil.* Dom. *in cap.* Ne aliqui, *not.* 4. *inf. de priuil.* Fagnan. *cap. olim num.* 19. *de verb. ſignific.* Pariter priuilegium in dubio debet interpretari, vt quãto minus fieri poteſt lædat ius commune; nam ab illo interpretationem recipit, & receſſus à iure communi eſt odioſus. *c.* 1. *&* 2. *de ſal. præsb. ſup. in hoc lib.* Panorm. *d. capit. Cum dilectis num.* 5.

8. Sed in his verba diſpoſitionis tenaciſſimè ſunt obſeruanda, nec ſunt impropri anda etiam ad fauorem tertij, ſed in quantum patitur verborum proprietas extendi debent, Panorm. *capit. Olim, de verb. ſignif.* Et ideo vbi verba priuilegiorum, aut aliarum diſpoſitionum ſunt clara, lata fieri debet interpretatio etiam in præiudicium tertij Fag. *d. cap. olim num.* 23. Et ideo vbi conſtat de mente concedentis, non poteſt, nec debet fieri aliqua reſtrictio. Et ſic etiam priuilegium, aut diſpoſitio, ſic debet interpretari, vt non ſit inanis, ſed habeat aliquem effectum. *cap. In his, & cap. Paſtoralis, de priuileg.* Et ſemper in priuilegijs, & diſpoſitionibus, quando id exigit fauor diuini cultus, lata interpretatio locum habet etiam in præiudicium terti, & quãdo etiam priuilegium aut diſpoſitio non continet niſi præiudicium concedentis, aut diſponentis lata interpretatio locum habet. *cap. Quia circa de priuil. vbi* Gloſſ. Feder. *de ſen. conſ.* 61. *n.* 2. Panorm. *conſ.* 70. *l.* 2. Alex. *conſ.* 110. *num.* 10 Fagn. *d. cap. Clem. num.* 15. Quamuis hoc falleat in Eccleſia Romana, quæ non præſumitur voluiſſe quemquam priuilegiare in ſui præiudiciũ. *cap. Cum inſtantia, &* ibi Gloſſ. *in v.* Non credimus, de cenſibus

9. Sed, & ſecunda pars regulæ datæ, declarari debet, & explicari. Vera enim eſt, & militat eius ratio, vbi beneficium datur ad petitionem, & ſupplicationem alterius vt hic in text. *& notat ſup. in cap. Quod dilectio, de conſang. & affinit. & aduertit hic* Franc. *n.* 2. Nam alias vbi beneficium confertur à Papa motu proprio, tunc quia non redolet ambitionem in beneficiato, collatio iſta eſt latæ interpretationis. Et locum habet regula, quod beneficia Principis latè ſint interpretanda. *cap. olim, de verb. ſignif. & ibi* Gloſſ. *fin.* & DD. cum temerarium ſit & abſurdum liberalitatem Principis in diminutionem velle interpretari. *l. Hac ſaluberima. C. de agen. in reb. lib.* 12.

10. Secunda textus regula continet, quod ſi Pontifex mandet alicui prouideri vſque ad certam ſummam, ei non in penſione, ſed in beneficijs Eccleſiaſticis tantum prouideri debet, niſi mẽtio habeatur expreſſa. Cum enim ex prima regula in his ſtricta interpretatio haberi debeat, in mandatis de prouidendo non intelligitur comprehenſa penſio, niſi exprimatur. Penſionarius enim non obligatur Eccleſiæ, nam penſio etiam laicis concedi poteſt *cap. poſſeſſiones* 16. *q.* 1. Et pro penſione quis non tenetur ad reſidentiam, nec intitulatur. Archid. *num.* 2. Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 2. Eo magis, quod penſio nec in lata ſignificatione ſit beneficium. Rebuff. *tract. de pacif. poſſeſſ. quæſt.* 114. Flamin. *de reſignat. l.* 1. *q.* 10. *num.* 69. *& l.* 2. *q.* 15. *d. num.* 11. Garz. *ad reg.* 8. Cancell. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 2. Azor. *inſtit. mor. p.* 2. *l.* 3. *cap.* 5. *q.* 2. Suarez *t.* 5. *de cenſ. diſp.* 25. *ſec.* 1. *num.* 7. Barboſa *hic num.* 3. plures referens. Secus tamen dicẽdum eſſet ſi mandatum datum eſſet motu proprio Pontificis, *arg. cap. Si pluribus* 24. *inf. in hoc tit.*

11. Cum verò dictio *vſque* ſumi debeat incluſiſſe, ex vi præfati mandati poterit quidem impetranti prouideri de minori ſumma, non tamen de maiori. Gloſſ. *in v. vſque* Dom. *num.* 5. Franc. *num.* Quod licet contrarium velit Gloſſ. verum eſt etiam ſecundum Dom. & Franc. Si mandetur prouideri de beneficio vſque ad certã ſummam; tunc enim non poterit prouideri de maiori. Nam dictio vſque includit quantitatem minorem, non maiorem Archid. *n.* 2.

12. Certã etiam ſummã æſtimãdam eſſe iuxta ſtylum loci, & ſecundum tempus effectus ipſius collationis beneficij, ſeu effectus impetrationis aduertit Probus *n.* 1. & 2.

13. Sed aduertendum, quod mandatum hoc prouidendi vſque ad certã ſummam tribus modis dari poteſt, vel ſcilicet abſolutè, & ſimpliciter non expreſſo an in vno vel in pluribus beneficiis, vel expreſſo quod in pluribus beneficiis, vel expreſſo, quod in vno beneficio. Si detur mandatum in priori forma. Hoſtien. *in capit. Cum dilectus, de iure patron. voluit* quod vi talis mandati non poſſit impetrans prouideri niſi de vno beneficio aſcendente ad talem certam ſummam. Neque hoc diſplicet Franc. *num.* 5. quia Papa in verbis illis *ſed in beneficijs Eccleſiaſticis* factum narrat, & continuat ſermonem ad ea, quæ in principio dixerat ibi *literæ tamen ſuper impetrandis beneficijs impetratę*, non vero aliquid decernit. Sed quod ſi vnum beneficium non ſufficit ad certam ſummam, quod poſſit impetranti prouideri in pluribus beneficijs vſque ad ſummam conceſſam, voluerunt Moneta *num.* 2. Io: And. *num.* 1. Archid. *in princ. &* Dom. *num* 5. Et verè textus loquitur in ſingulari de beneficiato, & in plurali de beneficijs. Et propterea verius eſt, quod ex vi dictæ formæ ſi vnum beneficium non ſufficiat, poſſit impetranti prouideri in pluribus beneficijs.

14. Exiſtimat tamen Moneta *num.* 2. quod ſolum in duobus, non verò in tribus poſſit prouideri, per *cap. Is cui, inf. in hoc tit.* Sed oppoſitum ſentiunt Archid. Io: And. Lap. Dom. & Franc. Sed nimis vrget *d. cap.* Is cui. Et ideò dicendum eſt, huiuſmodi impetranti non poſſe prouideri de tribus beneficijs etiam ſimplicibus. Niſi mandatum ſit datum motu proprio.

15. Cum etiam præfati DD. in hoc conueniant, quod non poteſt impetrans ex vi præfati mandati prouideri de duobus curatis, diſcrepant tamen quia Lapus vult, quod vbi Papa mandat motu proprio poſſit prouideri etiam de duobus beneficijs curatis, cuius tamen contrarium tenent reliqui omnes. Et nihilominus quod in hoc caſu poſſit prouideri de vno curato putant Archid. *in princip.* Io: And: *num.* 2. Sed Franc. *n.* 4. ait de hoc eſſe cogitandum, & *num.* 5. abſolutè tenet oppoſitum. Et verè ſic dicendum eſt,

H quia

Digitized by Google

quia nedum ſi mandatum ſit datum ad ſupplicationem alicuius, ſed etiam ſi ſit datum motu proprio forma talis mandati non poteſt ſe extendi ad beneficium curatum, quod ſemper requirit ſpecialem mentionem. Nam motus proprius licet tollat ſubreptionem *cap. ſi motu proprio infr. in hoc tit.* non ampliat gratiam, Gloſſ. *notab. in Clem. per literas eod. tit.* Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 4 ſicut nec inducit diſpenſationem Gloſſ. *in cap. ſi motu proprio infr. in hoc tit.* & ibi DD. Franc. *num.* 4. Nec tollit ſubiecti inhabilitatem. Fr. *num.* 4.

16. Quæ, verò dicta ſunt de mandato de prouidẽdo vſque ad certam ſummam dato ſimpliciter, cum proportione vera ſunt, de mandato dato cum ſacultate prouidendi in beneficijs, neque enim huiuſmodi forma extenditur ad tria beneficia, nec ad beneficia curata, etiam ſi mandatum ſit datum motu proprio.

17. Sed ſi in mandato dicitur quod poſſit prouideri in beneficio non poteſt prouideri in pluribus, nec in maiori, Archid. *num.* 2. Io: And. *num.* 1. Franc. *num.* 4.

18. Si etiam detur huiuſmodi mandatum cum clauſula, *ſi pro alijs non ſcripſerimus*, adhoc vt literæ huiuſmodi elidantur, & ſint nullæ, ſufficit, ſi Pontifex pro vno alio ſcripſerit, ita enim Curia ſeruat, vt aduertunt Archid. *n.* 1. Io: And. *num.* 1. Franc. *num.* 1. Dom. *num.* 4.

19. Tertia verò regula habet, quod ſi Pontifex mandat prouideri alicui de beneficio in aliqua Eccleſiarum Ciuitatis, aut Diœceſis, mandatum hoc non ſe extendit ad Cathedralem, niſi fiat eius expreſſa mentio, quia propter eius honorem ſub hac generalitate verborum non includitur Gloſſ. in *v. includit*. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 5. Barboſ. *num.* 4. Panorm. in *cap. Poſtulaſti nu.* 2. Dec. *num.* 10. *de reſcript.* Iterum Panorm. *in cap. fin. num.* 6. *hoc tit.* Card. *in Clem.* 1. *de ſuppl. negl. Præl. num.* 8. Staphil. *de lit. gratia, de forma expectatiuarum* §. *noua forma, num.* 32. Couar. *in cap. Alma mater part.* 2. §. 11. *num.* 4. Gonzal. *in reg.* 8. *Cancell.* Gloſſ. 9. *num.* 5. *&* Gloſſ. 10. *num.* 3.

20. Quamuis enim in materia fauorabili, & latæ interpretationis appellatione Eccleſiarum Ciuitatis veniat Cathedralis, de quo *ſup. cap.* 1. *de vſu pallij*, ſicut alias nomine Clericorum ciuitatis veniunt Canonici Cathedralis, vt in *cap. Cum tibi, de verb. ſignific. & in cap. per exemptionem inf. de priuileg.* tamen in materia beneficiali prout eſt ſtrictæ interpretationis ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis, aut Diœceſis non includuntur Clerici Cathedralis. Io: And. *num.* 1. Maior enim eſt nobilitas Eccleſiæ Cathedralis, quam ſit aliarum, Dom. *nu.* 3. Franc. *num.* 3. Barb. *n.* 4. Et habere Canonicatum, ſeu Præbendam in Cathedrali eſt magnus honor, vt ex hoc text. colligunt Gonz. *ad reg.* 8 *Cancell.* Gloſſ. 2. *num.* 39. & Gomez *in cap. ſtatutum n.* 24. *de reſcript.*

21. Nedum verò de Canonicatibus, & Præbendis, ſed etiam de Manſionarijs, & Capellanijs, ſeu ſimilibus beneficijs inferioribus Cathedralis, verificatur hæc regula. Gloſſ. *in ver. includi*. Franc. *num.* 5. Archid. dicens ita pronunciatum fuiſſe in forma pauperum. Quod tamen dicitur de literis datis in forma pauperum non procedit, quando literæ diriguntur ad obligatum, quia tunc ſunt literæ iuſtitiæ, & largè interpretandæ, vt dicitur *infr. cap. ſi paup.* ſicut nec ſi literæ datæ ſint motu proprio, quia tunc ceſſat ratio textus, & ſic includeretur etiam Cathedralis, quæ regulariter venit nomine Eccleſiarum, Item nec ſi appareat de mente Pontificis volentis Cathedrales includi. Franc. §. *Quamquam n.* 5. Cæterum aliter dicendum ſi mandetur ſimpliciter, vt alicui conferatur vnum, vel duo beneficia, cum in prouiſionibus beneficiorum non veniant beneficia Cathedralis licet veniant Canonicatus Eccleſiarum inferiorum. Dom. hic *in fin.* Franc. *num.* 5. *poſt Rotam dec.* 247.

22. Si autem mandatum contineret, vt alicui prouideretur de beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, cum ad Epiſcopum ſpecialiter ſpectet collatio in Eccleſia Cathedrali, tunc ſub illo mãdato compræhenderentur etiam beneficia Eccleſiæ Cathedralis, quorum collatio ex iure ſpeciali non accidentali, caſuali, & temporali, ſed perpetuo pertineret ad Epiſcopum. Io: And. *num.* 1. Domin. *numer.* 7. & 8. Franc. *num.* 5. Rota *in antiquis deciſ.* 106. *in nouis dec.* 245.

23. Si etiam mandetur prouideri alicui in beneficijs Ciuitatis, vel Diœceſis licet poſſit ei prouideri in beneficijs Eccleſiarum collegiatarum inferiorum, non tamen poterit prouideri de Præbenda, quia præbenda non venit appellatione beneficij ſtrictè loquendo, ita Io: And. *inf. in hoc tit. cap. fin.* & ibi Butr. ſed oppoſitum tenet hic Franc. per illum textum allegans Flor. & Imol. & Rota *dicta dec.* 247.

24. Si etiam quis tacito nomine Cathedralis Eccleſiæ impetraret ſibi prouideri de beneficio in Eccleſia v.g. Sancti Petri literas forè ſubreptitias, quia ſtylus Curiæ habet vt Eccleſiæ Cathedrales non exprimantur per nomen Sancti in cuius honorem ſunt erectæ, *cap. Cum Clerici ſup. de verb. ſignif.* tradunt Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 7. Barb. *num.* 8. Menoch. *de arbit. caſu* 201. *num.* 134. Licet vero Eccleſiæ inferiores ſub nomine Sancti exprimantur, hoc tamen fallit in locis ſolemnibus habentibus matrices Eccleſias. Si tamen in his Eccleſijs exprimeretur nomen Sancti non vitiaretur reſcriptum. Lap. *all.* 16. *in fin.* Franc. *num.* 7.

25. Si quoque poſt impetrationem literarum de prouidendo Diœceſis fuerit diuiſa, & ſic noua Cathedralis fuerit erecta, hoc non præiudicat impetranti, ſed in noua Cathedrali poterit ei prouideri. Io: And *nu.* 1. Dom. *nu.* 4.

26. Quarta tandem regula continet, quod è contra, ſi mandetur alicui prouideri de beneficio in aliqua Eccleſiarum Prouinciæ, ſub hoc mandato includantur Metropolitana, & Cathedrales Eccleſiæ, quia vberior gratia ſit impetranti in hoc caſu. Gloſſ. *in v. prouincia*, Anchar. *num.* 4. Dom. §. *Quamquam num.* 9. Franc. *num.* 8. Barboſ. *num.* 6.

27. Quod ampliatur vt idem dicendum ſit in Patriarchali prouincia, & ſi mandetur prouideri in aliqua Eccleſiarum, Regni, aut Principatus, aut Marchionatus, Dom. *d. num.* 9. Franc. *num.* 8. Barb. *num.* 6.

28. Ratio autem allata, quia ſcilicet in hoc caſu vberior debet fieri interpretatio intelligi

debet-

debet in extenſione loci, & Eccleſiarum, non tamen in prælatione. Nam ſi Papa prius fecit gratiam alicui in forma regulæ tertiæ, & poſtea alteri in forma huius regulæ, ille præferri debet in beneficio vacante extra Cathedralem. Si tamen eſſent æquales in data præferri deberet, qui habet vberiorem gratiam per *not.* à Io: Andr. in *cap. Duobus ſupra de reſcript.* & vt tenet hic Franc. *num.*8. poſt Lap. & Anchar.

29. An autem gratia de qua loquitur hæc regula ſit ſemper vera, negat Io: Monac. volens quod regula procedat ſolum in hoc caſu, hic expreſſo, ſcilicet quando ſit mentio de Prouincia quia textus dicit in hoc caſu, & quaſi à cõtrario ſenſu dicat non in alio, ideo ſi Papa cum illegitimo diſpenſat vt habeat beneficium in Cathedrali: non poterit obtinere illud in Metropolitana, quia diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda, *cap.* 1. *&* 2. *de fil. presbyt.* ſed ſecundum Archid. cui videtur conſentire Io: And. *n.* 2. textus alios caſus non excludit; ſed dictum Io: Mon. approbant. Dom. & Anchar. & poſt eos Franc. *num* 8. *ex cap. Nos conſuetudinem* 12. *diſt.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*
2 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularia Regularibus conferri debent.*
3 *Regularibus non poſſunt conferri beneficia ſecularia curata.*
4 *Ad beneficia regularia curata nullus poteſt promoueri niſi ſit expreſſè profeſſus illius Ordinis & Monaſterii, cuius ſunt beneficia.*
5 *Ad beneficia regularia non habentia adminiſtrationem ad munus promotus debet Religionem profiteri.*
6 *Beneficium regulare quodnam ſit.*
7 *Beneficia præſumuntur eſſe ſæcularia.*
8 *Beneficium poteſt eſſe regulare fundatione, & præſcriptione.*
9 *Præſcriptione mutatur ſtatus beneficij.*
10 *Ad hoc vt beneficium ex regulari fiat ſæculare requiritur quadregenaria.*
11 *Non eſt eadem ratio de conſuetudine, & de præſcriptione.*
12 *Ex textu probatur neceſſariam quadragenariam ad hoc vt beneficium regulare fiat ſæculare.*
13 *Hoc eſt verum ſine limitatione.*
14 *Quod contra prohibitionem non poſſit præſcribi dicunt aliqui.*
15 *Oppoſitum probatur.*
16 *In his caſibus præſcribens nec eſt Rector, nec conferens ſolus, ſed Eccleſia ſimul cum ſuo capite.*
17 *An ad præſcribendam regularitatem requiratur titulus.*
18 *Præſcriptio regularitatis nedum impetranti, ſed conferenti præiudicat.*
Præſcriptio regularitatis non eſt contra ius commune, num. 18.
In quo ſenſu ſit verum beneficia præſumi ſæcularia. num. 18.
19 *Præſcriptio regularitatis licet ſit contra ius priuatum ordinarij non eſt contra ius commune ſpeciale.*
20 *In omni præſcriptione ſtatus beneficij eſt neceſſarius titulus, vel in nulla.*
21 *Neceſſe eſt, quod Rector ſit inſtitutus.*
22 *Et quod inſtituatur vt Rector.*
23 *Beneficia non electiua regularia ſunt manualia.*
Non eſt neceſſe quod conferens intendat imprimere ſtatum regularitatis. num. 23. *&* 24.
Eſt neceſſe vt conferens bona ſide conferat beneficium vt regulare. num. 23. *&* 24.
24 *Regularitas poteſt introduci inſtitutione, & præſcriptione.*
25 *Non eſt neceſſe ad præſcriptionem, quod conferens poſſit auctoritatiuè mutare ſtatum beneficij.*
26 *Beneficium conſuetum regi per Clericos ſæculares eſt illud quod eſt legitimè præſcriptum.*
27 *Solitum verificatur in vna vice, non conſuetum.*
Præſcriptio iſta 40. *annorum. num.* 27.
28 *Poſſeſſio debet eſſe rationabilis. Et an poſſit eſſe talis contra prohibitionem.*
29 *Non intereſt an poſſeſſio continuetur per plures, vel per vnum.*
30 *Sufficit ſi poſſeſſio fuit continuata à pluribus ſucceſſiuè, & continuè.*
31 *Clericus debet eſſe inſtitutus non vt Vicarius, nec vt coadiutitius, vt poſſit præſcribere.*
Continuitas poſſeſſionis eſt probanda, n. 31.
32 *Actus præcedentes, aut ſubſequentes præſcriptionem complitam, illam non tollunt.*
33 *Præſcriptione quadragenaria beneficium regulare fit ſæculare.*
34 *Impetrans beneficium præſcriptione ſæculare validè impetrat etiam ſi tempore impetrationis illud bona fide poſſideretur à Regularibus.*
35 *Clerico ſæculari prouideri non poteſt de Prioratu præſcripto per Regulares.*
36 *Nomen generale aut diuerſæ qualitatis à qualitate perſonæ determinatur.*
37 *Beneficium regulare non poteſt conferri ei, qui tempore impetrationis eſſet ſæculare.*
38 *Sæcularis impetrans beneficium regulare debet exprimere hanc qualitatem.*
39 *In dubio ſtandum eſſe vltimo ſtatui beneficij multi dicunt.*
40 *Vbi lis ſit de pertinentia collationis ſeruatur vltimus ſtatus.*
41 *Idem vbi agitur de iuſtificatione gratiæ.*
42 *Secus vbi agitur in præiudiciam tertij.*
43 *In lite an beneficium ſit regulare non ſtatur vltimo ſtatui, ſed beneficium cenſetur ſæculare ſi non probatur regulare.*
44 *Quid ſi beneficium ante expeditionem literarum non erat erectum?*
45 *Etiam qualitas ſacerdotalis beneficij præſcribitur.*
46 *Collatio regularis beneficij facta ſæculari eſt ipſo iure nulla.*

Cap. Cum de beneficio V.

1. DE conferendis beneficiis regularibus Clericis ſecularibus agitur in hac Decretali, & circa hoc duæ traduntur regulæ.

2. Præſupponitur verò, quod de iure communi Beneficia ſecularia ſecularibus, & regularia regularibus conferri debent *cap. Præsbiteros cap. Nemo* 16. *q.* 1. *cap. In noua* 16. *q.* 7. *cap. Peruenit. el.* 2. 18. *q.* 2. *cap Cum cauſam* 27. *& cap. Cum in Magiſtrum* 49. *de elect. & ibi DD.* Clem. 1. de

Digitized by Google

elect. & *quod decreuit* Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 10. *de deform.* & *ſeſſ.* 25. *cap.* 21. *de Regular.* Et id tradiderunt Selu. *de benef. p.* 3. *q.* 11. *num.* 130. Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de collat.* §. *Illi vero v. Religioſi.* Nauar. *conſ.* 3. *de Praben.* Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. *gloſſ.* 7. *a. num.* 3 Garz. *de Benef. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 13. & alii omnes, quorum hic refert Barb. *num.* 12.

3. Quannis enim ex DD. antiquis plure voluerint beneficia ſecularia Curata poſſe Regularibus conferri ſine diſpenſatione, quos abundè refert, & ſequitur Sanchez *l.* 7. Sum. *cap.* 29. *n.* 35. tamen ex decreto Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 11. hodiehoc non verificatur etiam in Canonicis Regularibus.

4. Duplicis verò generis cum ſint beneficia regularia, quia alia ſunt quæ curam, vel adminiſtrationem adiunctam habent, vt ſunt Abbatiæ, Prioratus, & alia huiuſmodi; alia verò ſimplicia, quæ nec curam habent nec adminiſtrationem. Ad beneficia prioris generis nullus vel eligi, vel promoueri poteſt niſi ſit profeſſus illius Religionis cuius Ordinis ſunt beneficia, & ita vt nec ſufficiat profeſſio tacita, ſed requiratur expreſſa. *cap. Nullus ſup. de elect. in hoc lib.* Et ita vt nec profeſſus vnius Ordinis ad beneficia alterius Ordinis, imo vbi Monaſteria ſunt diſiuncta nec profeſſus vnius Monaſterij, ad beneficium alterius Monaſterij valeat promoueri. *capit. Cum ſingula* 32. §. *prohibemus inf. in hoc tit.* Vt de Abbate cauetur *d. cap. Presbyteros*, & *d. cap. Cum ad noſtram*, & *d. cap. Cum in Magiſtrum.* Et de Abbatiſſa. *cap. Quia ingredientibus ſup. de teſtam.* & *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 7. Et de Priore hic textus. Et hoc ſiue promotio fiat per viam electionis, *d. cap. Nullus de elect. in hoc libro ſiue per viam collationis* Clem. Ne in agro §. ſanè Prioratus, de *ſtat. Monach* ſiue per viam cuiuſcunque prouiſionis, vt in hoc textu. Et de neceſſitate expreſſæ profeſſionis eſt textus *in d. cap. Nullus*, & *in d.* Clem. *Ne in agro* §. *ſanè prioratus.* De his verò videantur Puteus *dec.* 254. *l.* 2. Buratt. *dec.* 463. *n.* 1. Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 10. Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. *gloſſ.* 8. *num.* 78. Io. And. *ad d. cap. Cum cauſam num.* 4. Butr. *in princ.* Card. *num.* 2. *in* 3. *notal.* Anchar. *num.* 1. Panorm. *num.* 6. Fagnan. *num.* 34. Barboſa *ad d. cap.* 10. *ſeſſ.* 14. *Concil. Trid.* Pax Iordan. *l.* 10. *tit.* 27. *num.* 19.

5. Ad regularia beneficia verò non habentia adiunctam curam, & adminiſtrationem, & portiones Canonicales ſic poteſt promoueri ſecularis, quod tamen tenetur habitum illius Ordinis ſuſcipere, & in eo profiteri, iuxta decretum Cõcil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. Et declarationes S. Cong. Concilij datas 12. Decembris 1585. & die 6. Iulij 1600., & alias, quas refert Fagnan. *d. c. Cum cauſam n.* 38. & *ſeq.* Videantur etiã idẽ Fag. *d. c. Cum in magiſtrũ*, vbi latè hoc probat Gonz. & Garz. & Barboſa, & Pax Iordan. *vbi ſup.*

6. Sed quæ ſunt beneficia regularia? Sunt illa, quæ de iure non poſſunt regi, & adminiſtrari niſi per Regulares. Vnde ad Beneficij regularitatem non ſufficit quod ius conferendi illud, vel præſentandi ſpectet ad Regulares. Nam Regulares vtrumque ius habere poſſunt circa beneficia ſecularia, vt aduertit Felin. *cap. In noſtra. coroll.* 40. *num.* 44. *de reſcript.* Selua *benef.* 3. *p. q.* 11. *num.* 129. Sanchez *d. cap.* 29. *num.* 13. Et ita ad regularitatem non ſufficit, quod ſit vnitum monaſterio. Nauar. *conſ.* 11. *de ſtat.* Sanchez *d. num.* 13. Sed omnino requiritur, quod de iure regi debeat per Regulares.

7. Omnia verò beneficia præſumi eſſe ex ſua inſtitutione ſæcularia hic aſſerunt Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 9. Prob. *num.* 7. Milis *v. beneficium num.* 9. Gomez *tract. de expectat. num.* 106. Staphileus *in forma expectat. forma* 10. *num.* 2. Maſcard. *de probat. capit.* 172. *d num.* 1. Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. *gloſſ.* 7. *num.* 1. Rota *dec.* 2. *num.* 2. *de Præb. in nou.* & *in vna Pamphilonen. Priorat.* 21. *Iun.* 1594. *coram Pamphilio.* Sanchez *l.* 7. *moral.* 29. *nu.* 11. Conrad. *in praxi benefic. l.* 1. *d. capit.* 6. *num.* 322. Vnde eſt, quod eius, qui aſſerit beneficium eſſe regulare, ſit in dubio id probare.

8. Sed duabus cauſis modis, & beneficiũ poteſt eſſe regulare, vel ſcilicet fundatione, & inſtitutione, vel præſcriptione. Poteſt enim eſſe regulare ex fundatione, ſi in erectione beneficij factũ ſit ſtatutum, vt beneficium regi non poſſet niſi per Regulares. vt dicunt Lap. Dom. *n.* 9. Franc. *num.* 9. Hoieda *de incompatib. benefic. p.* 1. *capit. vlt. num.* 92. Azor. *p.* 2. *l.* 3. *cap* 26. *q.* 1. Hoc autem ſtatutum fieri debet per Epiſcopum, non verò per Superiorem Monaſterij aut Religionis à qua regendum ſit beneficium, niſi ſuperior ille habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt tradunt Lap. Dom. & Francus citati. Et ad hanc cauſam regularitatis reducitur etiam conceſſio ſeu priuilegium, ſi contingat beneficium ſæculare mutari in regularem ex legitima conceſſione Summi Pontificis mutantis beneficium de ſtatu ſæculari in Regularem.

9. Præſcriptione etiam mutari poteſt ſtatus beneficij, & fieri de ſæculari regulare, & de regulare ſæculare. Ad hanc verò præſcriptionem requiri primo poſſeſſionem pacificam, & continuam, certum eſt ex hoc textu, & conſtat ex dictis ſupra *c. de Præſcript. in hoc lib.* Hanc verò debere eſſe quadraginta annorum, ſi præſcribenda ſit regularitas contra ſæcularem beneficij, quia contra Eccleſiam non currit præſcriptio niſi 40. annorum docent Gloſſ. *in v. legitima*, & ibi Archid. & Io. And. Anchar. *in princ.* Lap. Dom. *n.* 8. Franc. *num.* 5. Barb. *num* 4. Felin. *cap. In noſtra coroll.* 40. *num.* 43. *de reſcript.* Staphil. *de forma except. forma* 8. *num.* 4. Azor. *p.* 2. *l.* 3. *capit.* 26. *q.* 3. Gonzal. *ad reg.* Cancell. *gloſſ.* 7. *num.* 8. & alij communiter.

10. Sed ad præſcribendam ſæcularitatem beneficij contra regularitatem plures arbitrãtur ſufficere præſcriptionem decennalem, quia ad reducendum rem ad primæuum ſtatum ſufficit decennalis, quæ iuri communi conſonat. Et tamen hoc limitant vt non procedat, ſi beneficium ſit regulare ex inſtitutione, vel fuerit rectum per Regulares per quadraginta annos continuè, & pacificè, quia prior illa præſcriptio quadragenaria non tollitur niſi alia quadragenaria. Ita tenuit Gonzal *d. gloſſ.* 7. *num.* 8. & apud eum Staphil. Gomez. Probus *ad Monachum num.* 5. Sed hæc ſententia non ſibi conſtat, quia vbi beneficium non eſt regulare ex fundatione, aut ex præſcriptione quadragenaria, illud non eſt verè regulare, & ad tollendam quamcumque aliam

præ-

præſcriptionem inchoatam, & non perfectam, nulla eſt neceſſaria præſcriptio, ſed per vnum actum interrumpitur, & extinguitur præſcriptio regularitatis inchoata, & non perfecta.

11. Quod verò dicitur à Gonzalez *d. gloſſ. 7. num.* 19. ex Panorm. *cap. fin. num.* 9. *de conſuet.* à Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent, num.* 5. 6. *&* 30. *de conſtit.* quia ſcilicet ad tollendam conſuetudinem vel præſcriptionem acquiſitam contra ius ſufficit præſcriptio decennalis, quia fit reditio ad ius commune, reſpondetur, quod confunditur cõſuetudo cum præſcriptione, & Panorm. loco citato loquitur de conſuetudine, & bene loquitur, *per not. ſup. cap.* 1. *q.* 1. *a.* 8. *per totũ, & art.* 11. *n.* 28. *de cõſuetudine. in hoc lib.* quia cõſuetudo vt cõſuetudo non militat contra ius priuatum alicuius, ſed ſi ſit contra ius commune, merito ad eam tollendam ſufficit alia conſuetudo breuior, quæ ex quo reducit rem ad ius commune dici debet cõſuetudo ſecundum ius, ad quam ſufficit curſus temporis decennalis. Sed in omni præſcriptione tollitur ius priuatum, et confertur ab vno, quod eſt ſuum, & datur alteri. *per not. vbi ſup. a.* 1. Hoc vero competit Eccleſiæ, vt quod eſt ſuum non poſſit ab illa auferri per præſcriptionẽ minoris temporis, quam quadraginta annorum. *capit.* 1. *&* 2. *de præſcript. ſup. in hoc lib.* In præſenti verò non habet locum pura conſuetudo, ſed præſcriptio. Anchar. *num.* 1. Dom. *num.* 8. Vbi igitur vna Eccleſia præſcripſit regularitatẽ, hoc ius nõ poteſt ab ea auferri niſi per quadragenariã, quia ſolum per illam præſcribitur contra Eccleſiam.

12. Et ex textu hoc eſt manifeſtum, nam ad hoc vt Clerico ſæculari conferatur beneficium eo quod conſuetum regi per ſæculares, Pontifex requirit, quod hoc ſit legitimè præſcriptum, nimirum præſcriptum per poſſeſſionem quadraginta annorum continuam, & pacificam, vt exponit Gloſſ. in v. legitima, & ad idem verbum, Monachus Archid. Io: And: Dom. *n.* 8. Franc. *num.* 5. Felin. *cap. in noſtra num.* 43. *de Reſcript.* Sanch. *l.* 7. *Moral. cap.* 29. *num.* 17. & apud eum Seluã, Hoieda, A·or. Card. *in Clem. vn. in princ. num.* 28. *q.* 19. *de ſuppl. neglig. Prælat.* Et hoc confirmatur, quia de eadem præſcriptione loquitur textus in ſecundo dicto, vt patet per illa verba, qui per Religioſos iuxta modum prædictum eſt ſolitus gubernari. In ſecundo autem dicto manifeſtum eſt textum loqui de quadragenaria igitur, & de ea loquitur in primo dicto.

13. Vnde nec valet limitatio, quam ponunt apud eumdem Sanchez Rebuff. *in concordat. tit. de collation.* §. *Volumus, v. regularia in* 4. *requiſito*, Gome. *de expectat. num.* 10. Staphil. *d. forma* 8. *n.* 3. ſcilicet, quod ſufficiat decennalis, quando ad fauorem inſignitorum aliquo gradu conceſſa eſt eſt prouiſio beneficij ſæcularis. Neque enim eſt beneficium ſæculare quod per quadraginta annos conſuetum fuit regi per Regulares, niſi per alios 40 annos ſit præſcripta ſecularitas contra regularitatem, vt ex textu habetur.

14 E contra autem alii exiſtimant quod nõ poſſit præſcriptione etiam quadragenaria fieri vt beneficium regulare fiat ſæculare, ſi Pontifex prohibuit Abbati, vel ſuperiori Regulari ne beneficiũ conferat ſæcularibus. Et maximè ſi prohibitio ſit munita decreto irritanti. Et ita ſentiunt hic Archid. *num.* 2. Io. And. *num.* 1. Anchar. *q.* 2. Dom. *num.* 4. Qui etiam *num.* 6. vniuerſalem regulam tradit, & vult quod conſuetudo non poſſit præualere contra prohibitionẽ ſuperioris.

15. Sed primo ſemper diſtingui debet inter conſuetudinem, & præſcriptionem. Et ſecundo aduerti debet nõ eſſe maiorem vim in lege præcipiente aliquid fieri, & prohibente ne aliquid fiat; vtraque enim habet vim ex voluntate Pontificis legem ferentis; quo ſtante nihilominus lex Pontificia conſuetudine quadragenaria abrogari poteſt *ex d. cap. fin. & ex notat. ſup. capit.* 1. *de conſuet. quæſt.* 1. *a.* 12. *à num.* 290. Et quod etiã abrogari poſſit lex munita decreto irritanti probaui ibid. *a.* 12. *à num.* 190. Ablata autem lege non eſt impedita præſcriptio quin poſſit intrare, & quin iuxta propria requiſita præualeat cõtra ius priuatum, & ſic quod non poſſit auferre regularitatem, & inducere ſæcularitatem in beneficio, ſi ſit à ſui valido initio quadragenaria. Quamuis manente lege irritante poſſeſſionem, & actum, præſcriptio in contrarium vires habere non poſſit.

16. Sed hic vtile eſt præmittere dubiũ, quod tractat Prob ad Mon. *num.* 10. quis, ſcilicet, in in hac materia dicatur præſcribere, conferens ne, aut ille, cui beneficium confertur. Et quidem beneficiatum non præſcribere vel ſæcularitatem, vel regularitatem, benè tenet Probus, quia in hoc non agitur de intereſſe Rectoris, cuius nihil intereſt, vt vacante beneficio illi præficiatur ſæcularis, vel regularis, dum interim ipſe permittatur regere beneficium. Sed tamen neque ſolus conferens in hoc præſcribit. Quia vbi conferens ſit Regularis, cui non eſt prohibitum conferre beneficium regulare, & alias ſi habeat iuriſdictionem Epiſcopalem poteſt conferre etiam ſæculare, parum illius intereſt an beneficium ſit ſæculare, vel regulare, cum vtrũque conferre poſſit. Ideo Eccleſia ſimul cum conferente, vt eſt vnum corpus cum ſuo capite, illa eſt quæ præſcribit, & præſcribendo acquirit ius vt beneficium de iure ſit regendum, & conferendum vel vt ſæculare, vel vt regulare. Et ſic huiuſmodi præſcriptio requirit tam actum conferentis beneficium, quam actum Rectoris gubernantis, vt illud ſit ſæculare beneficium quod per quadraginta annos continuè, & pacificè fuit collatum à legitimo conferente Clerico ſæculari, vel Clericis ſæcularibus, & ab eo, vel eiſdẽ fuit per dictum tempus gubernatum. Et illud ſit beneficium regulare, quod vt tale fuit per idem tempus vni vel pluribus Regularibus collatum, & ab eis gubernatum continuè, & pacificè.

17. Hinc modo facilior erit ſolutio alterius difficultatis, an, ſcilicet, ad hoc vt Eccleſia præſcribat regularitatem, ſit neceſſarius titulus in præſcribente. Hunc enim titulum non eſſe neceſſariũ ad hoc vt beneficium regulare præſcriptione fiat ſæculare, eſſe verò neceſſarium ad hoc vt contra ſæcularitatem beneficii præſcribatur regularitas, dicunt Lap. Prob. *num.* 7. Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 9. Sanchez *d. l.* 7. *cap.* 29. *num.* 19. Qui tamen hoc explicant dicendo, quod ad repellendum impetrantem ſufficiat adminiſtratio

re-

regulatis per 40. annos, non verò ad præiudicandum Ordinario loci, niſi adſit præſcriptio immemorabilis, vt eſt *in c. 1. de præſcript. ſup in hoc lib.* quia huiuſmodi præſcriptio eſt contra ius commune ſaltem quoad ea, quæ ſunt legis Diœceſanæ, à qua dicta loca ſunt exempta, *vt capit. 1. ſup. de ſtat. Monach.*

18. Sed multa hic dicuntur, quæ probari non poſſunt. Et primo diſcrimen inter impetrantem, & conferentem in puncto noſtro non ſubſiſtit; quia ſi huiuſmodi præſcriptio non eſt efficax vt faciat beneficium eſſe regulare, iam nec obſtat impetranti, quia beneficium impetratum eſt ſæculare. Sed ſi præſcriptio valet, vt faciat beneficium eſſe regulare, iam præiudicat etiam Ordinario, vt non poſſit illud conferre.

19. Sed ſecundo non ſubſiſtit quod huiuſmodi præſcriptio ſit contra ius commune, quia in iure communi non eſt præceptum beneficia eſſe ſæcularia, aut prohibitum ea eſſe regularia. Et dum dicitur, quod de iure communi beneficia præſumantur regularia, verum eſt, ſed non quia de iure communi ſit, vt ſint ſæcularia, & non regularia, ſed quia Clericatus ſæcularis eſt prior, & vniuerſalior, & Clericatus regularis ex additione ſe habet ad Clericatum ſæcularem, & addit ſtatum perfectionis, vnde hæc qualitas adiuncta non præſumitur, niſi probetur.

19. Tertiò non diſtinguitur inter ius commune generale, & ſpeciale. Omnis enim præſcriptio cum ſit contra verum ius priuatum, quod habet ille contra quem præſcribitur, & illi auferat illud ius, eſt contra ius commune generale, quod prohibet alienum ius vſurpare. Et ita hoc modo præſcriptio regularitatis beneficij contra ſæcularitatem eſt contra ius priuatum Epiſcopi, & præiudicat iuri legis Diœceſanæ, & ideo eſt ex hac parte contra ius commune generale. Sed hoc non obſtante certum eſt in iure, quod iuriſdictio, & iura Epiſcopalia poſſunt præſcribi, quia huiuſmodi præſcriptio directè eſt contra ius priuatum Epiſcopi, & ſimpliciter eſt conformis iuri, quod vult iura priuata poſſe præſcribi, non obſtante vero dominio, quod illorum habet ille contra quem præſcribitur. Sed aliud eſt ſpeciale ius, quod præcipit. v. g. aliquod ius ſpectare ad aliquem priuatiuè quoad alios, ſicut leges volunt quod ius decimarum pertineat ad Eccleſias intra quorum fines ſunt bona, aut perſonæ ſoluentes decimas priuatiuè quoad alios. Modo vt probatum eſt *dict. cap. 1. & 2. de præſcription.* tunc præſcribenti incumbit onus probandi titulum, quando ius ſpeciale quod aſſiſtit ei contra quem præſcribitur reſiſtit præſcribenti. At verò hic nullum datur huiuſmodi ſpeciale ius, quia nulla lex datur quæ vel prohibeat beneficia eſſe regularia, vel regularitatem præſcribi contra ſæcularitatem, imo hæc præſcriptio hic admittitur in ſecundo dicto textus.

20. Quarto, nam dum quæritur an in præſcriptione regularitatis ſit neceſſarius titulus, ſi eſt ſermo de titulo vero, aſſertum implicat, quia titulus verus de ſe fert dominium rei, nec indiget poſſeſſione longiſſimi temporis ad præſcribendum, & ſic titulus verus omnem excludit præſcriptionem. Sed ſi ſermo eſt de titulo putatiuo tali tamen, quod de ſe ſit aptus ferre dominium; hic titulus in omni præſcriptione eſt neceſſarius, vt fatentur omnes, & notatum eſt *dicto cap.* Nam & implicat poſſidere bona fide, ſicut eſt neceſſarium ad præſcriptionem, & poſſidere ſine probabili opinione alicuius tituli apti ad dandum rei poſſeſſæ dominium. Et ſic etiam in præſcriptione ſæcularitatis eſt neceſſarius titulus, ſicut de iure Canonico eſt etiam neceſſaria bona fides. Et huiuſmodi titulus etiam ſufficit in præſcriptione regularitatis.

21. Hinc benè cognoſcitur neceſſitas alterius conditionis ad hoc vt præſcribatur ſtatus regularis, quia ſcilicet neceſſe eſt, quod poſſidens beneficium ſit in illo inſtitutus. Nam intruſi ſine inſtitutione poſſeſſio etiam ſi per tempus immemorabile duraret non poteſt mutare ſtatum beneficij. Et hoc patet ex hoc textu, ibi: *Qui tanto tempore ab vno, vel pluribus inſtitutis in eo rectoribus*, Gloſſ. in *v. inſtitutis* Dom. *num. 7.* Franc. *n. 2.* Rebuff. *in concord. tit. de collat.* Hoieda *p. 1. cap. vlt. num. 92.* Sanchez *d. l. 7. cap. 29. num. 21.*

22. Et opus eſt, quod ad præſcribendam regularitatem regularis inſtituatur non vt Vicarius, aut coaductitius Clericus ſed vt Rector. & vt detur ei beneficium in titulum, & quod inſtituatur, vt Rector regularis; quia de iure antiquo, in quò Regulares poterant habere beneficia regularia curata, non fuiſſet ſufficiens, quod regularis inſtitutus fuiſſet Rector beneficij gubernandi ac ſi ipſe eſſet ſæcularis, & hodie non ſufficit, quod regularis inſtituatur rector beneficij regularis ex diſpenſatione, ſed neceſſe eſt, quod inſtituatur rector vt Regularis, & quia beneficium petat Rectorem regularem, vt poſt Lap. & Io: de Legn. tradit Anchar. *quaſt. 3.* Dom. *n. 9.* Franc. *num. 9.* Felin. *Cap. In noſtra, coroll. 40. de reſcript. num. 41.* Feder. *de Sen. conſ. 136.* Selua *p. 3. q. 11. nu. 125.* Sanchez *d. cap. 29. nu. 23.* Vnde ſequitur non ſufficere ſi Regulari beneficium ſit datum non in titulum, ſed in commendam.

23. Quia tamen beneficia regularia ſi non ſunt electiua ſunt manualia *cap. cum ad monaſterium. de ſtat. Mon.* Caſſad. *dec 4 n. 3. & dec. 102. num. 9. de Præben.* Milis *v. Beneficia regularia n. 30.* Mandoſ. *in reg. 3. reſeruat. qu. 11 num. 13.* Nauar. *com. 4. de regul. num. 35.* Et ita vt ad nutum ſuperioris etiam ſine cauſa Rectores eorum poſſint à ſuperiore remoueri. Fagnau. *d. cap. Cum ad monaſterium num. 33.* Cum igitur præſcriptione mutetur ſtatus beneficijs ideo fieri poterit vt beneficium perpetuum, & ſæculare tranſeat in regulare, ſi per quadraginta annos ita factum ſit.

24. Præterea plures dicunt neceſſarium eſſe, vt qui confert beneficium Regulari, illud conferat ex intentione imprimendi ſtatum regularitatis. Ita poſt Lapum Dom. *num. 9.* Prob. *num. 5.* Felin. *d. num. 41. not. 2. de reſcrip.* Hoieda, Rebuff. & Selua apud Sanchez *d. l. 7. c. 29. nu. 25.* qui ait, quod in collatione beneficij conferens dicere debet Regulari, cõfero tibi beneficium ſæculare. Sed hoc contradicit eruditioni, omninò neceſſaria ad præſcribendum ex *cap. Vigilanti, de præſcript.* & ex *reg. poſſeſſor, inf. de reg. iur.* ſcilicet

quod

quod poſſidens beneficium ſit poſſeſſor bonæ fidei. Nam non poteſt bona fide conferre, & poſſideri beneficiũ vt regulare, non ſi verè ſcitur illud,eſſe regulare,nec poteſt nõ ſciri beneficiũ eſſe verè ſæculare,ſi datur ſæculare beneficium ex intentione imprimendi in illud ſtatum regularitatis.

25. Hic ergo diſtingui debet inter mutationem ſtatus beneficij ex ſæculari in regularem, quæ fiat ex inſtitutione, & quæ fiat ex præſcriptione. Nam in eo, qui habet facultatem vt mutet ſtatum beneficij, ad hoc vt in effectu faciat illud de ſæculari regulare,neceſſe eſt proculdubio quod id faciat ex intentione imprimendi ſtatum regularitatis. Sed tunc non eſt neceſſaria poſſeſſio quadragenaria, ſeu præſcriptio, ſed ſtatim fit illa mutatio ex efficacia poteſtatis, & voluntatis eius, qui poteſt talem mutationem facere. Sed vt fiat hæc mutatio per præſcriptionem,non poteſt intendi hęc mutatio; quia ſi conferens beneficium Regulari, ſcit vel dubitat an verè beneficium ſit ſæculare, non poteſt bona fide illud conferre vt faciat illud regulare, ſi in eius poteſtate non eſt alius hanc mutationem facere, in quo caſu non eſt opus præſcriptione. Oportet quidem vt conferens intendat regularitatem, quia oportet vt intendat conferre beneficium vt regulare, ſed non quia intendat imprimere talem ſtatum, ſed imo quia bona fide putat talem in rei veritate eſſe beneficij ſtatum, quem velit manutenere, & in hoc ſuo vti iure. Et ſic etiam in beneficiato neceſſaria eſt bona fides, per quam poſſideat beneficium, vt regulare.

Hinc eſt, quod ad introducendam præſcriptionem non eſt in præſcribente neceſſaria vera poteſtas ad mutandum ſtatum beneficij, ſed ſufficit quod ex aliquo titulo putatiuo conferens exiſtimans beneficium eſſe regulare bona fide illud conferat ex intentione manutenendi ius regularitatis in beneficio. Nam & hoc modo, etiam poteſtatem conferendi beneficium quam non habet, præſcribere poſſet, ſi bona fide credens ex aliquo titulo talem facultatem ſibi conuenire, beneficium conferret, & in poſſeſſione conferendi per 40. annos pacificè maneret.

26. His ergo ſic præmiſſis venio ad regulas poſitas in textu. Quarum prima hæc eſt. Quando mandatur alicui clerico ſæculari prouideri de beneficio conſueto regi per clericos ſæculares, debet hoc intelligi de illo beneficio, quod tanto tempore ab vno, vel pluribus clericis ſæcularibus inſtitutis in eo rectoribus exiſtit continuè, & pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima ſit completa,etiam ſi ante, vel poſt Religioſi miniſtrauerint in eodem.

27. Explicatur igitur in hac regula quid intelligendum ſit nomine beneficij conſueti aſſignari clericis regularibus, licet enim ſolitum poſſit verificari in vna vice, non tamen conſuetum. Prob. *num.* 1. & ideo dicitur quod eſt illud, quod habet conditiones ſequentes. Prima eſt poſſeſſio longæua per tantum tempus,quod ſufficiat ad præſcriptionem legitimam. Quod tempus *ex cap. de multa de præſcript.* & alijs eſt tempus quadraginta annorum. Dicunt verò Arch. *num.* 2. Io:And *num.* 1. Anchar. *q.* 2. Dom. *num.* 4. Fran. *num.* 3. hanc poſſeſſionem debere eſſe rationabilem, vnde volunt quod ſi eſſet contra expreſſam prohibitionem Pontificis,qui prohibuiſſet Abbati conferre beneficium ſæculari, poſſeſſio eſſet irrationabilis, & non ſufficeret,maximè ſi in prohibitione eſſet decretum irritans. Et verè hoc ſtante difficile eſt, quod præſcriptio incipiat cũ bona fide.Sed nihilominus,vt ſupra *n.* 14. dictũ eſt.Certũ eſt quod abrogata lege prohibente poteſt ingredi bona fides, & præſcriptio, quæ tamẽ debebit eſſe continua,& quadragenaria ab initio bonæ fidei. An verò in hoc & ſimilibus caſibus poſſit dari bona fides in ſucceſſore, dixi ſupra *cap. de præſcript.* 1. Decretum etiam irritans elidere vim præſcriptionis, dixit Rota pluribus in locis, & nouiſſimè *part.* 11. *dec.* 156. *num.* 1. & 2. quamplurimis citatis. Sed abrogata lege iam ceſſat ius decreti irritantis. Videantur dicta *ſup. cap.* 1. *de conſuet. q.* 1. *num.* 12. *in hoc libro*.

29. Non intereſt verò ad validitatem præſcriptionis an poſſeſſio beneficij habita ſit ab vno Clerico ſæculari, vel à pluribus, vnde ſufficiet per hunc textum, ſi idem numero Clericus inſtitutus Rector poſſederit beneficium per 40. annos ad hoc vt beneficium dicatur conſuetum aſſignari Clericis ſæcularibus. Gloſſ. in *v. ab vno.* Franc. *num.* 3. Barb. *num.* 11. Gloſſ. *in cap. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ.* Molin. *de primog. l.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. Gutierez *pract. l.* 2. *quæſt.* 73. *num.* 2. Felin. *d. cap. In noſtra num.* 41. *de reſcript.*

30. Sic etiam in inducendo præſcriptionem ſufficit ſi poſſeſſio habita ſit à pluribus ſucceſſiuè & immediatè, coniunguntur enim tempora incipientis, & ſucceſſorum, quando fuerint continua. *cap. Cum Eccleſia Sutrina*, & 16. *quæſt.* 3. §. *de præſcript.* Franc. *num.* 1. Dom. *num.* 2.

31. In ordine tamen ad mutandũ ſtatũ beneficij non ſufficit poſſeſſio ab vno vel pluribus Clericis, etiam non ſolum de facto, ſed de iure poſſidentibus, tanquam Vicariis, aut conductitijs, aut commendatarijs. Sed opus eſt,vt huiuſmodi Clerici poſſidentes fuerint inſtituti Rectores in beneficio, & ſic beneficium fuerit adminiſtratum per huiuſmodi inſtitutos per 40. annos continuè, & pacificè. Quod enim ad præſcribendum poſſeſſio debeat eſſe continua, & pacifica, & ſemper cum bona fide explicatum eſt ſupra *cap. de Præſcrip. in hoc libro*. Ee per mediam perſonam alterius Ordinis diſcontinuari poſſeſſionem dicunt Dom. *num.* 2. Barboſ. *num.* 3. Couar. *in reg. poſſeſſor* §. *à princ.* & ideo in dubio continuitas eſt probanda. Anch. *n.* 1.

32. Optimè in textu aduertitur quod actus ſeu poſſeſſio Rectoris Regularis, quæ præſcriptionem quadragenariam Clerici ſæcularis præceſſerit, vel ad eam ſubſequatur illi non præiudicat. Non quidem poſſeſſio præcedens, quia illam vincit poſſeſſio quadragenaria continua, & pacifica, quæ ſubſequitur. Non poſſeſſio contraria ſubſequens, niſi & ipſa ſit quadragenaria cõtinua, & pacifica, vel tantæ durationis, quanta ſufficit ad nouam præſcriptionem; quia præſcriptio completa, non niſi alia contraria præſcriptione eliditur. Archid. *num.* 1. Anchar. *not.* 5. Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 2. poſt Gloſſ. *in v. ante* & in *v. poſt.* Felin. *d. cap. in noſtra n.* 44.

33. Sic igitur præſcriptione legitima idest anno-

in primo dicto Prioratus fuerit gubernatus per Regulares. Modus autem præſcriptionis prius explicatæ erat, vt ſufficeret præſcriptio 40. annorum non obſtante quod ante illam, vel poſt oppoſitum fuiſſet ſeruatum. Ex vi igitur textus qui ſolum excipit præſcriptionem quadragenariam, vbi non conſtat, quod Prioratus, vel ſimile beneficium fuit legitimè præſcriptum per regulares ſæculari Clerico conferri poteſt, non obſtante, quod per aliquod tempus inſufficiens ad præſcribendum illud beneficium fuerit rectũ per Regulares. Et ſic qui impetrauit huiuſmodi beneficium non expreſſo ſtatu huiuſmodi incerto, & variato, inualidè impetrauit, nec poteſt promoueri etiam ſi vltimus ſtatus inſufficiẽs ad præſcribendum fuit regularis, qua ſola præſcriptio perfecta, ex vi huius textus hanc ſolam excipientis, eſt illa, quæ facit beneficium regulare, ſi illud alias non ſit regulare ex fundatione, & non fuit contra regularitatem præſcriptum. Sic igitur non probata regularitate beneficij ſatis conſtat de eius ſæcularitate. Et illud conferre ſpectat ad illum, ad quem de iure ſpectat ſæcularia beneficia conferre. Nam in dubio beneficium præſumitur ſæculare. Nauar. *conſ.8.n.1. de Præben.* Maſcard. *de probat. concl.* 122. Gonzalez *ad reg.* 8. Canc. Gloſſ.6. *in princ.* Barboſa *hoc num.* 14. *& alij ſupra num.7.citati.*

44. Sed quid dicendum ſi beneficium ſit de nouo erectum ante datam literarum Dom. *num.* 10. licet ſub dubio exiſtimat, quod in primo caſu textus Clericus ſæcularis non poſſit de tali beneficio prouideri, quia forma mandati ſeruari debet. Verum non eſt neceſſe quod clauſula *de beneficio conſueto &c.* ſe teneat limitatiuè, & taxatiuè, quaſi Pontifex velit quod impetrans de nullo alio beneficio poſſit prouideri niſi de illo, qui conſueuit per 40. annos regi per Clericos ſæculares, ſed potius debet intelligi ampliatiuè ita vt impertans nedum poſſit promoueri ad beneficium ſæculare, ſed etiam ad regulare per præſcriptionem legitimam ſæcularizatum. Et ideo in vtroque caſu textus ſæcularis, poteſt promoueri ad beneficium nouiter erectum ſed ſæculare.

45. Aduertit etiam Dom. *n.fin.* non eſſe eandem rationem de beneficio regulari quod eſt incompoſſibile cum ſæculari, & de beneficio ſacerdotibus collato. Nam ſi datur beneficium ſimplex ex natura ſua non ſacerdotale, etiam ſi per longum tempus etiam 40. annorum fuerit collatum ſolum ſacerdotibus non per hoc ſit, vt non poſſit non conferri alijs Clericis. Verum dicas, quod ſi per quadraginta annos fuit hoc beneficium collatum vt ſacerdotale ſolis ſacerdotibus, qualitas ſacerdotalis eſt præſcripta, nec poteſt conferri non ſacerdotibus.

46. Tandem aduerte, quod adeò verum eſt nunc vt ſæculare beneficium ſæcularibus ſit conferendum, & regulare regularibus, quod collatio ſine diſpenſatione aliter facta ſit ipſo iure nulla. Gonz. *ad reg.* 8. Caucell. Gloſſ. 7. *num.* 4. & 5. & 8. Gloſſ. *num.* 39. & 40.

SVMMARIVM.

1 *Perſonatus in eadem Eccleſia ſimul habere poſſunt Præbendam cui ſit annexa Parochialis.*

2 *Decretalis iſta abrogata per Concilium Trident.*

3 *Vbi Parochialis eſt annexa Canonicatui, an cura animarum conueniat Canonico?*

4 *Parochialis annexa Canonicatui non ponit in numerum cum illo, ſed amittit titulum, & fit ſimplex beneficium.*

5 *Canonicus ad impetrandum aliud beneficium non tenetur exprimere Canonicatum habere annexam Parochialem.*

6 *Canonicus huiuſmodi tenetur reſidere in Canonicatu.*

Cap. Super eo VI.

1 VNica regula traditur in hoc textu, quæ eſt iſta. Habentes Perſonatus in aliqua Eccleſia ſimul habere poſſunt Præbendas, etiam ſi illis annexæ ſint Parochiales Eccleſiæ, ſine diſpenſatione.

2. Sed quia Concluſio iſta eſt abrogata per Concil. Trid. *ſeſſ.24. cap.17. de reformat.* non eſt vnde in eius expoſitione imoremur. Videantur probata *ſup. cap.1. de conſuet. quæſt.2. a.3.* vbi agitur de prohibitione habendi plura beneficia etiam difformia in eadem Eccleſia.

3. Vbi verò parochialis Eccleſia eſt vnita Canonicatui, an cura animarum competat Canonico, vel potius Vicario perpetuo, qui deputatur ſecundum *tex. in cap. Extirpandæ* 5. *qui verò de præbend.* controuerſum eſt, quibuſdam volentibus quod Canonici habeant curã animarum in habitu non in actu, vt hic ſentiunt Dom. *num.* 4. & Franc. *num.* 2. alijs etiam negantibus illis curam animarum etiam in habitu, videatur Barboſ. *cap. fin. de off. Vicar. & de off. & poteſt. Epiſ. tit.* 2. Gloſſ. 17. vbi expreſſo quæſtionem examinat.

4. Colligitur etiam ex textu, quod Parochialis annexa Canonicatui non ponit in numerum cum illo, & quod habens Perſonatum, & Præbendam cui eſt annexa Parochialis non eſt triplex in eadem Eccleſia, ſed duplex, eo quod Parochialis annexæ titulus ſit extinctus, & illa iam tranſierit in beneficium ſimplex, quale eſt Canonicatus, cui eſt annexa. Et ſic magis dignum annecti poteſt minus digno. Dom. *num.* 2. Et tunc magis dignum non mutat naturam minus digni principalis cui annectitur, Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 2.

5. Et ideo habens Canonicatum cui eſt annexa Parochialis vt impetret cum diſpenſatione ſecundum beneficium, non tenetur facere mentionem Parochialis annexæ. Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 3. Barb. *num.* 4. Card. *in Clem. vn. num.6. q.9. de off. Vic.* Felin. *in cap. Poſtulaſti num.1. de reſcript.* Gutier. *all.* 8. *num.* 9. Menoch. *de arbit. caſu* 201. *num.* 67.

6. Inde eſt, quod Canonicus habens Parochialem exiſtentem extra locum annexam tenetur reſidere in Canonicatu. Gloſſ. *in v. Non obniet.*

Digitized by Google

niet. Barboſa num. 6. Garzia part. 12. capit. 2. num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus cui prius fuit collatus Canonicatus præfertur in conſecutione prabendæ illi qui poſtea conſimilem gratiam accipit, licet prius ſit receptus.*

2 *In beneficiis prioritas iuris attenditur ex aſſecutione tituli, per quem acquiritur dominium in beneficio.*

3 *In litteris Apoſtolicis attenditur tempus datæ,*

4 *Primò impetrans præcedit ſecundò impetrantem.*

5 *Hoc intelligitur de gratia perfecta.*

Mandatum de conferendo continet gratiam imperfectam.

6 *Quoad vſum poteſtatis neceſſaria eſt poſſeſſio.*

7 *Fallit regula data quando dignitati poſterius impetratæ, eſt annexa præbenda.*

8 *Item quando primo impetrans non habet ætatem.*

In paritate datæ, quis præcedat remiſſiuè.

9 *Canonicatus poteſt dari ſine præbenda.*

10 *Præfertur ſecundo impetrans, ſi id Papa mandauit.*

Cap. Cum qui VII.

1 DEcernitur in hoc textu, cum cui collatus fuit à Pontifice Canonicatus præferendum eſſe in conſecutione præbendæ illis omnibus, quibus poſtea conſimilis gratia conceſſa fuit, etiam ſi iſti literas ſuas prius præſentauerint, & in Eccleſia eadem recepti fuerint.

2. Ex qua determinatione colligitur quod in beneficijs prioritas iuris attenditur ex prioritate datæ literarum Apoſtolicarum, & aſſecutionis tituli, non verò ex prioritate præſentationis litterarum, aut receptionis in Eccleſia, & poſſeſſionis obtentæ prout notant Gloſſ. *in v. præferendum*, & *in v. primo*. Dom. *num.* 3. Anchar. *num.* 2. Franc. *num.* 4. Barb. *num.* 1. Gloſſ. *in v. collatio cap. penult. in hoc tit. &* DD. *infra in cap. ſi ſibi abſenti* Couar. *l. 3. variar. cap.* 16. *num.* 1. Gomez *in reg. de non tollend. iure q.* 1. dominiū enim beneficij habetur nō ex receptione litterarum in Eccleſia aut receptione in eadem Eccleſia, ſed ex tituli collatione facta à legitimo ſuperiore. *vt cap.* 1. *de eo, qui mittitur in poſſeſſ. in hoc lib. Et d. cap. ſi tibi abſenti.*

3. In literis propterea Apoſtolicis attenditur tempus datæ, non verò tempus receptionis illarum in Eccleſia in qua eſt beneficium *cap. Cū te, de reſcript. & cap. ſi eo tempore, & cap. Tibi, qui eod. tit. in hoc lib.* Domin. *num.* 3. Anchar. *nu.* 2. Franc. *num.* 1 Gloſſ. *v. temp. cap.* 2. *de decim. hoc lib.* Gloſſ. *v. Canonicus, cap. ſtatutum de reſcrip.* Innoc. *cap. Mandatum eod. tit.* Panorm. *cap. Dilectus num.* 7. *hoc tit.* Dec. *num.* 5. Felin. *num.* 18. *in d. cap. Eam te* Molina *de primogen. l.* 2. *cap.* 7. *nu* 58. Pariſ. *de reſign. l.* 1. *q.* 6. *num.* 31.

4. Et ſic primo impetrans præfertur poſterius impetrantibus. Gloſſ. in *v. primo*. Et ſic non ſolum quantum ad prioritatem temporis, ſed etiam quantum ad alias qualitates attenditur tempus datæ in beneficialibus. Francus *num.* 2.

5. Hoc tamen intelligi debet de gratia perfecta, non verò de gratia imperfecta. Per gratiam enim perfectam ſtatim confertur ius impetranti. *Cap. Si poſtquam. cap. Quia ſæpe, capit. penult. in hoc lib.* Franc. *in d. cap. Quia ſæpe. n.* 1. *& in d. cap. penult.* Mandoſ. *reg.* 10 Cancell. *q.* 5. *num.* 2. Et ideo qui gratiam hanc impetrat alijs poſtea impetrantibus præfertur. Propterea Gloſſ. ponderauit verbum textus, ibi *collatus eſt*, & aduertit longè diuerſum eſſe conferre, & mandare, vt conferatur beneficium. Mandatum enim de conferendo continet gratiam imperfectam per quam ius non ſtatim quæritur, donec mandatū executioni datur. Staphil. *de lit. gratiæ tit. de* Mand. *de prouid.* 5. *Octaua forma* Barb. *hic num.* 4. Et de hac gratia imperfecta loquitur *cap. Dilectus inf. in hoc tit.*

6. Quoad vſum tamen poteſtatis, neceſſaria eſt receptio in Eccleſia, & poſſeſſio *cap. ſuper eo* 12. *de appellat.* Felin. *d. cap. eam te num.* 21. Molin. *d. cap.* 7 *num.* 58. Gom. *in cap.* 1. *de reſcrip. num.* 31. *in hoc lib.*

7. Non procedit etiam regula huius textus, in Dignitate poſterius impetrata, quæ habet annexam illam præbendam vacantem. Barb *num.* 7.

8. Neque ſi præbenda vacans eſſet ſacerdotalis, & qui ſecundo impetrauit habet ætatem, quam non habet primus impetrans *iuxt not ſup. cap. ſi eo tempore, de reſcript. in hoc lib.* In paritate autem datæ, qui præcedere debeat, dictum eſt *ſup. cap. Duobus* 14. *de reſcrip. in hoc* 6.

9. Habetur etiam ex hoc textu Canonicatū poſſe conferri ſine præbenda. Quod probatur etiam ex *cap. Dilectus, & cap. Delatum, & cap. Pro illorum in hoc tit. & cap. vlt. infra de conceſſ. præbend. in princip.* Gloſſ. *in cap. Cum In de conſtit. in v. receperunt, &* ibi Panorm. *num.* 16. Dec. *num.* 3.

10. Si etiam qui ſecundo impetrat non ſimilem gratiam, ſed maiorem impetraret, nimirum, vt omnibus præferri deberet, poſponeretur qui primo impetrauit Gloſſ. in v. *ſimilis*.

SVMMARIVM.

1 *Defectus ordinis non impedit promotionem ad beneficium. & 2.*

Cap. Si pro Clericis VIII.

1 HAnc regulam continet *hoc cap* ſcilicet, quod Papa ſcribēte, vt prouideatur alicui de beneficio etiam Curato etiam ſi prouidēdus non habeat Ordinem requiſitum Epiſcopus poterit illi prouidere; tenebitur tamen promotus intra tempus à iure ſtatutum accipere Ordines, quos requirit beneficium.

Itaque eum, vt aduertit Gloſſ. in v. *Aliis*, in promouendo requiruntur quatuor ſcilicet, ſcientia, ætas, mores, & ordo, & defectus trium priorū impedit promotionē, defectus verò Ordinis illam non impedit. Sed de horum neceſſi-

Digitized by Google

tate ad beneficia obtinenda, dixi latè *tract. de elect. cap.* 25. Et præcipuè de neceſſitate Ordinis, ibid. *q.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſus à Legato ſed non receptus niſi Papa mandante illum recipi auctoritate Apoſtolica, dicitur receptus auctoritate, & poſt impetrantibus præferri debet.*

2 *Legatorum facultas reſtricta à Concil. Trident.*

3 *Barboſa non bene refert textum.*

4 *Si Papa approbat factum vlterius, & mandat illud exequi auctoritate Apoſtolica, dicitur facere illud factum ſibi proprium.*

Hæc regula non eſt ex terminis vniuerſaliter vera.

5 *Vbi gratia non habet vim ſi ſit confirmata à Papa, ex confirmatione fit Papalis.*

6 *Gratia inferioris fit Papalis ſi mandatum Papæ non ſit purè executiuum, ſed conceſſiuum.*

7 *Mandatum Papæ tunc eſt conceſſiuum, cum gratia imperfecta adueniens illam perficit.*

8 *Papa approbans mandatum de prouidendo datum à Legato, & mandans illud exequi, facit gratiam Papalem.*

9 *Si gratia inferioris ſit perfecta, confirmatio Papæ, & mandatum de illius executione accipi poteſt vt ſit mere executiuum; & ſic non faciat gratiam Papalem.*

10 *Gratia facta à legato non dicitur facta auctoritate Apoſtolica.*

Cap. Si eum IX.

1. QVia de iure antiquo Legatus à latere expedire poterat mandatum de prouidendo alicui de beneficio, aut canonicatu vacaturo, ſi hoc dato contingat literis Legati non præſtari obedientiam, & Papa mandet auctoritate Apoſtolica eidem prouideri de beneficio, aut canonicatu iuxta tenorem & exigentiam earundem literarum Legati, tunc receptus non auctoritate Legati, ſed auctoritate Apoſtolica receptus dicitur, & ideò in aſſecutione præbendæ omnibus alijs eadem auctoritate receptis eſt præferendus.

2. Quid poſsit Legatus à latere circa beneficia conferenda dictum eſt ſup. *cap. Præſenti* 3. *de off. Legati in hoc lib.* vbi quod de iure antiquo poterat Legatus reſeruare aliquod beneficium cum beneficio acceptandi. Quod hic negat Io: And. ſed admittunt Lap. & ex ſorde Lig. Dom. & Franc. Sed cum Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. prohibuerit omnia mandata de prouidendo pro beneficijs vacaturis, nunc Legatorum facultas reſtricta eſt ad terminos Concilij ibid. Vnde caſus, quem ſupponit hic textus, non poteſt nunc habere locum in literis, in quibus mandetur prouideri de vacaturo beneficio, vel in quibus beneficia vacatura reſeruentur ad fauorem certarum perſonarum, ſed, ſi Legatus actu conferat aliquod beneficium, & fiat illi obſtaculum, & ille, vel illi ad quos ſpectat nolint illum recipere, tunc poterit contingere, vt Pontifex mandet literas Legati adimpleri, ſed vt probatur infra hic non eſt caſus, quem ſupponit textus. Videantur dicta loco citato *num.* 8.

3. In caſu igitur quod non recipiatur prouiſus à Legato, ſi Papa mandat illum recipi iuxta exigentiam literum Legati, receptus huiuſmodi debet dici receptus auctoritate Apoſtolica. Et aduertendum, quod Barboſa non benè ſummat, & exprimit regulam textus. Dicit enim, quod huiuſmodi prouiſus accipitur auctoritate Apoſtolica & Legati. Sed contrarium dicit textus, ſcilicet quod talis dicitur receptus auctoritate Papæ, non verò Legati. Sed hoc poteſt intelligi, vt non negetur illum recipi auctoritate Legati, ſed quod tantum. Item Barb. ait quod ſic receptus debet præferri alijs receptis auctoritate Legati, vel alia auctoritate. Quod licet ſit verum, tamen hoc non dicitur in textu, ſed hinc dicitur, quod ſic receptus præferri debet illis qui poſt recepti ſunt eadem auctoritate Apoſtolica, iuxta dicta *ſup. cap. Eum qui* 7. *in hoc tit.*

4. Ex hoc autem textu generalem regulam colligunt, quod ſi Papa approbat factum alterius, & mandat ſua auctoritate id exequi, dicitur tunc facere factum proprium, non alienum, quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur. Et citant *cap. ſi Apoſtolicæ, & cap. Hi qui infr. in hoc tit.* Ita Dom. *nu.* 2. Franc. *num.* 2. Barb *num.* 2. Sed hæc regula ita generalis fallit. Si enim Papa auctoritate Apoſtolica confirmat legem inferioris, ad quod inferior habet poteſtatem ordinariam, non per hoc facit, vt lex illa ſit Papalis, quia confirmatio Apoſtolica non mutat naturam rei cōfirmatæ, vt probatum eſt ſupra *cap.* 1. *qu. vn. ar.* 5. *de conſtit.* Et ſi Papa auctoritate ſua mandat inferiori, vt legem condat, ad quam inferior habet ordinariam facultatem, cenſetur excitare poteſtatem inferioris, non verò legem Papalem condere, vt probatum eſt loco citato *art.* 6. Et certè mandatum Papæ merè executiuum illius, quod inferior auctoritate propria contulit, ſicuti non dat ius nouum, ſed ſolum facit vt ius ab inferiori conceſſum locum habeat & perfectionem executionis accipiat, ita non facit quod ius acceptum ſit Papale, ſed illud relinquit naturæ ſuæ, vt tradunt ijdem Dom. & Franc. in fine, ad Gloſſ. in *v. receptus.*

5. Dicitur igitur quod textus iſte ex quo DD. illā regulā deſumunt loquitur in caſu gratię beneficialis, & vlterius conſiderandum eſt, quod ſi gratia conceſſa per inferiorem non eſt valida, niſi ſit confirmata per Papam, tunc confirmatio eſt ſubſtantialis, & gratia huiuſmodi eſt Papalis, cum non habeat vigorem, niſi ex auctoritate Apoſtolica.

6. Cæterum vbi ſumus in caſu gratiæ quam de iure potuit inferior concedere auctoritate propria, & ordinaria, tunc ſi quæritur an huiuſmodi gratia ex confirmatione Apoſtolica fiat Papalis, attendi debet, an confirmatio ſit pura confirmatio, & mandatum Papæ ſit merè executiuum, vel etiam ſit conceſsiuum. Nam ſi confirmatio Papæ eſt pura confirmatio, & Papæ mandatum eſt merè executiuum, gratia non fit Papalis, quia Papa nihil concedit, ſed conceſſum ratum habens, mandat illud exequi; & ſic

Papa factum inferioris potius proſequitur, vt habetur ex *cap. literis 39. de reſcript.* Et ſic clauſula auctoritate noſtra nō facit gratiam Papalem, cum Papa nihil concedat, niſi quod gratiæ inferioris executionem mandat. Solum igitur gratia fit Papalis, ſi mandatum Papæ nedum ſit executiuum, ſed etiam conceſſiuum.

7. Mandatum verò Papæ tunc eſt nedum executiuum, ſed conceſſiuum quando gratia conceſſa per inferiorem eſt inchoata tantum, & imperfecta, & Papa illam perficit, & locum habere vult vt ſi Legatus dat mandatum de prouidendo alicui de beneficio proximè vacaturo, & Papa hoc confermet, & executioni mandari decernat. Qui eſt caſus, *cap. ſi Apoſtolica 22. infra in hoc tit.* Et ſecundum Dom.& Franc. hic *in fine*, hic eſt caſus præſentis textus. Sic enim Pontifex perficit, quod Legatus inchoauit. Nam prouidendus iam ex auctoritate Apoſtolica habet ius nouum, vt ſibi de primo vacaturo prouideatur. Quod ſi beneficio iam actu vacante, illi ad quos pertinet exequi mandatū Legati per quod mandauerat prouideri de vacaturo, non obediant, tunc Papa mandante, vt in terminis literarum Legati beneficium conferatur, datur hic noua iuris collatio, vnde totum hoc eſt Papale, vt tradunt Dom. & Franc.

8. Et ita quod mandatis de prouidendo cōfirmatio, & ratihabitio Papæ, & mandatum continens clauſulam auctoritate Apoſtolica, ſeu verbum præcipimus, faciat vt gratia cenſeri debeat Papalis aduertit hic Barb. *n.4. ex Gloſſ. in v. Concedimus. Cap. Cum aliquibus ſup. de reſcrip. in hoc lib.* ſi Gomez. *in cap. 1. num. 42. de iud. in hoc eod. lib.* Per mandatum enim de prouidendo aliquod ius inchoatum datur impetranti, ſed dum Papa id ratum habens, mandat auctoritate ſua prouiſum recipi, nouum ius cumulatur. Nec poteſt dici quod hoc Papæ mandatum ſit merè executiuum, quia executio mera gratiam conceſſam ſupponit, per mandatum verò de prouidendo inchoatur gratia non perficitur & completur, & hæc gratia accedente mandato Papæ in ſua ratione perficitur, vt duplici iure beneficium vacans impetranti debeatur.

9. Sed ſi gratia ab inferiore conceſſa eſt perfecta, vt quia Legatus beneficium actu vacans contulit Petro, ſi Papa mandet prouiſum recipi, licèt dicat ſe id facere auctoritate Apoſtolica, non per hoc gratia fit Papalis, niſi aliunde id colligatur, quia in hoc caſu mandatum Papæ accipi poteſt vt merè executiuum, non verò vt conceſſiuum. Et in dubio intelligi debere vt merè executiuum docent citati Dom. & Franc. Qui propterea ex Paul. dicunt, hunc non eſſe caſum præſentis Decretalis; quia ſi Legatus de facto contuliſſet Canonicatum, prouiſus ex literis Legati haberet ius in beneficio, & quatenus de facto prouiſus non admitteretur mandatum Papæ ſuperueniens eſſet executiuum, & in dubio Papa potius cenſeretur factum Legati exequi quam proprium facere.

10. Cæterum quod gratia facta à Legato auctoritate legationis, non debeat dici gratia facta auctoritate Apoſtolica, habetur ex hoc textu, & *cap. Hi qui*, & *cap. Si à Sede*, & *cap. Si Apoſtolica, inf. in hoc tit. Specul. tit. de Legat. §. Nunc* *tractemus in princip.* Coſm. *in pragmat. tit. de collat. §. item voluit, ad verbum*, Romanus *in fine*. Et dictum eſt *ſup. Cap. Legatos 2. de off. leg. num. 12. in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo alternatiuum verificatur in primo.*
2 *In mandato alternatiuo ſiue ſit præſtationis ſiue Ordinis ſeruatur ordo Scripturæ, & n. 5.*
3 *Plures formæ mandatorum de prouidendo.*
4 *In diſpoſitionibus alternatiuis illud eſt primo exequendum, quod prius peruenit ad caſum in diſpoſitione contentum. num. 4.*
Niſi adſit clauſula, quod duxerit acceptandum, num. 4.
5 *Regulariter alternatiua intelligitur eſſe præſtationis.*

Cap. Mandato X.

1. Qvid faciendum in mandato de promouendo alternatiuo decernitur, in hoc textu, & dicitur, quod mandatum alternatiuum plures collationes includens verificatur in prima: ſed in vacantibus ſimul, ordo ſcripturæ attendi debet:

2. Quatuor erant formæ per quas mandabatur vt alicui prouideretur de beneficio. Prima quando Papa mandabat de certa perſona, ſed de beneficio incerto, & hæc eſt forma de qua in hoc textu. Secunda erat, quando mandabatur de certa perſona, & de certo beneficio, & de iſtis duabus formis habetur ſupra cap. *Ex parte el. 1. de off. deleg.* Tertia quando ſcribebatur pro perſona incerta, & certo beneficio, de qua ſup. *in cap. Is cui in 2. reſponſ. de off. deleg. in hoc libro.* Quarta quando ſcribebatur pro incerta perſona, & incerto beneficio, vt *in cap. Dudum, & cap. Quamuis el. 2. infra in hoc tit.* & prima ſubdiuiditur, quia aliquando ſcribebatur ſimpliciter, aliquando vero addito aduerbio alioquin, quia ſcilicet ſcribebatur, prouideat tali de beneficio ſpectante ad collationem ſuam, alioquin de beneficio ſpectante ad collationem cuiuſcumque.

3. Quatenus verò Pontifex mandet alicui prouideri de beneficio, indubitatum eſt Epiſcopum, vel alium cui mandatur teneri obedire, & de beneficio prouidere. Et nihilominus ad id nō teneretur ſi ex prouiſione mandata ſequeretur aliud graue ſcandalum, vel damnum contra bonum publicum. Neque enim mens Pontificis eſt, vt ſcandala oriantur, vel ve fiat bono publico præiudicium. Panorm. *in cap. Cum teneamur, num. 2. ſup. eod. tit.* Dec. *num. 3.* quos ſequitur hic Barboſ. *num. 2.* In his tamen caſibus monendus eſt Pontifex, & eius reſponſum expectandum.

4. Habetur autē ex 1. parte textus, quod in diſpoſitionibus alternatiuis, illud eſt primò exequendum, quod prius peruenit ad caſum in diſpoſitione incluſum Dom. *n. 1.* Franc. *num. 2.* Sic enim & verbum ſimpliciter prolatum de prima vice intelligitur. *l. Boues §. Hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* Socin. *conſ. 147. num. 5. lib. 5.* Alex. *conſ. 16. num. 9. lib. 4.* Si tamen in mandato alternatiuo

eſſet

Digitized by Google

eſſet clauſula quod duxerit acceptandum, tunc eſſet expectandum donec vacaret beneficium, quod prouidendus vellet acceptare. Gloſſ. *in v. Ad illius.* Staphil. *de lit. gratia tit. quando expirent litera* §.3. *n.*3.

5. Ex ſecunda verò parte textus colligitur quod in mandatis alternatiuis, ſcripturæ Ordo ſeruandus eſt Gloſſ. *in v. Scriptura* Anch. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2. Barboſ. *num.* 3. Gloſſ. *in regula in alternatiuis inf. de reg. iuris.* Quia tamē in textu videtur quod prouiſio de beneficio ſpectante ad collationem alterius, ſit ordinata in ſubſidium, & defectum beneficij ſpectantis ad collationem eius, cui ſcribitur, ideo hæc eſt alternatiua Ordinis, non verò præſtationis, vt docent Dom. & Franc. qui etiam aduertunt, quod regulariter alternatiua intelligitur eſſe præſtationis. Sed quæcũque illa ſit, in ea Ordo ſcripturæ ſeruatur. Ideò ſi mandatum fuiſſet prouideri de beneficio ad collationem alterius, vel propriam pertinente, ordo ſcripturæ ſeruandus fuiſſet, vt ſi ſimul beneficia vtriuſque qualitatis vacaſſent, prouidendum fuiſſet de beneficio ad collationem alterius ſpectante.

SVMMARIVM.

1 *Negligens petere præbendam ſibi prouiſam, non poteſt petere aliam.*
2 *Mandatum de prouidendo alicui de beneficio intelligitur de primo.*
3 *Negligentia extinguitur gratia.*
Dolo extinguitur gratia.
4 *Arbitrarium iudicare de negligentia.*
Quomodo probetur negligentia.
5 *Re integra negligens præbendam petere poteſt, ſi non datur ſecundus impetrans.*
6 *Collatio præbendæ inſtituta pro Canonicatu eſt collatio Canonicatus.*
7 *Receptus in Canonicum ſi ſit negligens in petenda præbenda prima vacante poteſt ſecundam.*
8 *Negligentia petendi præbendam non aufert Canonicatum.*
Negligentia in vno non nocet in alio.
9 *Negligens petere præbendam perdit ordinem, & præcedentiam.*
10 *Canonicus non eſt ſine ſpe præbendæ, vbi præbendæ ſunt.*
11 *Mandato pareri debet pro parte, ſi non poteſt pro toto.*
11 *Papa mandante prouideri alicui de Canonicatu, & præbenda, datur Canonicatus vbi non ſunt præbendæ.*
12 *Excluſus à proſecutione ſui iuris ex iure ſpeciali illud poteſt proſequi ex iure communi.*
Negligens petere Apoſtolos in termino ſtatuto poteſt iterum appellare intra decem dies.
13 *Executoris auctoritas non extenditur ad caſum non comprehenſum in litteris.*
14 *Ordinarius in hoc ſupplens defectum Executoris agit vt Delegatus.*

Cap. Si Clericus II.

1. DVo caſus dubij explicantur in hac Decretali, Primus eſt, ſi Clericus pro quo Papa mandauit Epiſcopo, vt ei prouideat de præbenda proximo vacatura in certa Eccleſia, & poſtea, vt eum faciat recipere in Canonicum, & fratrem, præbendam ſibi debitam, quando vacat petere negligenter omittat. In hoc caſu vero decernitur, quod ob negligentiam gratia ſit extincta, & ideo, quod ex vi præfati mandati nec aliam in eadem Eccleſia vacaturam poteſt petere, nec illi poteſt conferri.

2. Iterum igitur habetur ex hoc textu, quod vbi mandatur ſimpliciter prouideri alicui de beneficio intelligitur de primo vacante, non de ſecundo, vt etiam dictum eſt *cap. ſup.* Et ſic diſpoſitio ſimpliciter emanans intelligitur de *primo actu.* Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2. Barb. *num.* 2. Tiraquell. *in l.* Boues. §. Hoc *ſermone. num.* 27. & 39.

3. Itaque negligentia petentis extinguitur gratia, in tantum, quod ex veteri iure non reuiuiſcit, licet reuiuiſcat ex nouo *l. cum ſeruus ff. de adit. legat. cap. Ex tranſmiſſa, ſup. de renunciat.* Gloſſ. *in v. extincta, & ibid.* Archid. Io: And. Anchar. *num.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 2. Barb. *num.* 6. Aduertit verò Lapus, quod gratia fortius extinguitur ratione doli, vt eſt, ſi quis ſcienter faciat ſibi conferre præbendam alteri debitã. Ad quod facit *cap. eum qui, & cap. ſi beneficia infr. in hoc tit.*

4 Arbitrarium verò eſſe Iudici decernere de negligentia iſta poſt Gloſſ. tradunt Anchar. *nu.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 4. Ad probandam quoque negligentiam probandam prius ſcientiã præbendæ, vel beneficij vacantis notat Franc. Quando autem quis debeat dici habuiſſe ſcientiam huius vacantiæ traditur in Clem. 1. *in fin. infr. de conceſſ. præbend. &* ibi *per* Gloſſ. & *per* Rotam *dec.* 263.

5. Re etiam integra, ſi præbenda vacans non fuit alteri collata, negligens factus diligens poteſt illam petere, niſi in mandato datum ſibi fuerit tempus determinatũ ad illam petendam. Hæc autem procedunt, vbi non eſt ſecundus impetrans, tunc enim notabilis negligentia incipit à collatione beneficij facta alteri. Sed vbi adeſt ſecundus impetrans, res eſt valdè controuerſa. Videantur hic Lap. Dom. & Franc. & *ſup. capit. Tibi qui, de reſcript. in fin.*

6. Arbitratur etiam Anch. Canonicatum, & præbendam eſſe ſeparabilia, & ita vt nedum prius tempore poſſit conferri Canonia, quam præbenda, ſed è contra prius tempore dari poſſit præbenda, quam Canonia. Eo quia in hoc textu Executori mandetur, vt prouiſum de præbenda, recipi faciat in Canonicum. Ad quod adducit etiam *capit. Cum Eccleſia infr. in hoc tit. Sed in cap. Cum Eccleſia* ſermo eſt de præbenda Epiſcopali, & imo ex illo textu colligitur, quod ſi præbenda fuiſſet canonicalis, ex eius collatione collata fuiſſet Canonia, & auctus Canonico.

eorum numerus. Cæterum cum præbenda ex Canonicatu procedat, & ad Canoniam ſequatur, melius dicitur cum Archid. Io: And. Io: de Legn. & Lap. quos hic ſequitur Franc. *num. 3.* Quod collatio præbendæ inſtitutæ pro Canonico ſit ſimul collatio Canonicatus. Nec obſtat hic textus, qui vbi mandat Executori vt prouiſum de præbenda faciat recipi in Canonicum, loquitur de receptione facti, non verò de receptione iuris. Et quod collatio præbendæ inſtitutæ pro Canonicatu habeat vim collationis Canonicatus, habetur *ex cap. Peruenit. el. 2. ſup. de appellat.*

7. Secundus caſus in textu poſitus eſt, ſi Clericus auctoritate Apoſtolica ſit effectus Canonicus in aliqua Eccleſia, & expectare debeat præbendam vacantem. In hoc caſu verò decernitur, quod notabilis negligentia non obſtat, quin poſſit petere aliam præbendam proximo vacaturam, & nulli alij debitam, niſi ſint alij eadem Apoſtolica auctoritate præbendam in eadem Eccleſia expectantes. Aduertit verò, quod in huiuſmodi caſu non pertinet ad executorem datum pro prima præbenda vacatura conferre aliam, quæ poſtea vacabit, cum pro illa non habeat mandatum; ſed hoc pertinebit ad eum cui de iure ſpectat collatio præbendarum in illa Eccleſia.

8. Ex hoc textu habetur, quod ex quo, quis ob negligentiam perdit præbendam, non perdit Canonicatum, iam ſibi collatũ, & à principio acquiſitũ: quia negligẽtia in vno nõ nocet in alio. Secus ſi fuiſſet negligens in acquirendo canonicatu, quia præbenda non debetur ei, qui non eſt Canonicus. Dom. §. *verum n. 2.* Franc. *n. 1.*

9. Et tamen in hoc caſu licet negligens non amittat Canonicatum, & præbendam, quia alteram vacantem poteſt petere, perdit tamen prærogatiuam Ordinis reſpectu eorum, qui auctoritate Apoſtolica recepti in Canonicos, præbendas expectant, quia iſtis prius quam illi de præbendis poſtea vacantibus prouideri debet.

10. Habetur etiam ſecundò, quod poteſt quis eſſe Canonicus ſine præbenda, non tamen ſine ſpe præbendæ in Eccleſia, vbi præbendæ ſunt inſtitutę, cum Canonicus expectet præbendam. *cap. Relatum ſup. eod. tit. & cap.* Si *poſtquam inf. in hoc tit.* Dom. *num. 2* Franc. *n. 1.* Quod tamen Lapus limitat, vt non procedat, ſi Canonicus dolo, & ſcienter præbendam alteri debitam fecit ſibi prouideri, quia tunc ratione doli remanet ſine ſpe præbendę. Dom. *inf. cap. ſi poſtquam*, Franc. *hic n. 2.*

11. Colligitur quoque quod ſi non poteſt pareri mandato in totò pareri debet in parte, vbi rei mandata eſt diuiſibilis; cum enim hic fuerit executum mandatum pro Canonicatu, non fuit executum pro præbenda, quæ non vacabat. Hinc eſt, quod ſi Papa mandet prouideri alicui de Canonicatu, & de præbenda, cum vacauerit, ſi non poteſt ei prouideri de præbenda, quia in illa Eccleſia non ſit numerus præbendarum, debebit tamen ei prouideri de Canonicatu, & Canonicus ſic factus habebit portiones ſicut alij. Lap. *alleg. 14. circa finem* Franc. *hic n. 1.*

12. Deducitur etiam quod excluſus à proſecutione ſui iuris ex iure ſpeciali, ſi res non eſt extincta, poteſt ad eam admitti ex iure communi. Sic enim Canonicus, qui ex negligentia omittit petere præbendam primò vacantem, & ſibi debitam ex vi mandati de prouidendo, aliam præbendam vacantem poteſt petere, ſi non ex vi mandati, ex commune iure canonicatus, cui præbenda debetur. Dom. *num. 3.* Franc. *num. 1.* qui ex hoc approbant doctrinam Io: Calder. in quaſdam ſua *quæſt. volentis*, quod negligens petere Apoſtolos intra tres dies ſibi aſſignatos, licet ſit excluſus à proſequenda illa apppellatione, poterit iterum appellare, ſi remanent ſibi aliqui dies ex decem datis ad appellandum, vt per *not. ſup. cap. cordi de appellat. in hoc lib.*

13. Habetur etiam quod auctoritas executoris non extenditur ad non compræhenſa in literis. Nam in caſu huius textus, vbi prouiſus de Canonicatu fuit negligens in petenda præbenda primo vacante, ad quam ſolam extendebantur verba mandati, executor non poteſt facere, vt Canonicus prouideatur de alia præbenda poſtea vacante, ſed hoc ſpectat ad ordinarium collatorem præbendarum. Io: And. *in princ.* Dom. *num. 4.* Franc *num. 1.* Et ſic vbi gratiæ Papalis deficit executor, eam exequi ſpectat ad Ordinarium.

14. Exiſtimat verò Dom. quod Ordinarius id facere poſſit poteſtate ſibi ordinaria, quia hæc eſt poteſtas data à lege, quæ in dubio cenſetur ordinaria, & quia vbi Ordinarius aliquid ſupplet in defectum delegati Papæ, id facit, vt ordinarius, *cap. ſignificauit, ſup. de off. ordin.* Sed poſt Gloſſ. *in extrauag. Sedis Apoſtol. in fin.* quæ eſt Guil. oppoſitum merito hic ſentit Franc. *num. 1.* in caſu huius textus, quia hic Canonicus in aſſecutione pręhendę debet aliis anteferri, quod non eſſet, ſi ei prouideri deberet iure ordinario. Vbi ergo poteſtas ordinarij non ſe extendit, Ordinarius ſupplens defectum delegati Papę, non id facit iure ordinario, ſed delegato.

SVMMARIVM.

1 *Intentio textus.*

2 *Receptus in Canonicum auctoritate Apoſtolica in aſſecutione præbendæ præfertur receptis per inferiores.*

3 *Ex diuerſitate, & qualitate conferentium reſultat diuerſitas in effectum beneficiorum.*

4 *Nunc Legati non poſſunt conferre Canonicatum cum ſpe præbendæ vacaturæ.*

5 *Regula quod recepti à maiori præferantur verificatur in expectatiuis, non in iure acquiſito in re.*

6 *Eadem regula verificatur in caſu huius textus ex ſpeciali ratione.*

Papa non cenſetur priuilegiare inferiores in ſui præiudicium, num. 6.

7 *Regula qui prior eſt in tempore fallit quando plures veniunt ex diuerſa cauſa.*

Priuilegia non tam ex tempore, quam ex cauſa cõſiderari debent n. 7.

Dos non ſemper præfertur alijs creditoribus.

8 *Receptum ab inferiore auctoritate Apoſtolica eadem auctoritate abſolutè dicitur receptus.*

9 *Si inferior ex conceſsione Papæ agit id, ad quod non ſe extẽdit ſua iuriſdictio, agit vt delegatus.*

10 *In-*

10 *Inferior agens id, ad quod ſe extendit ſua iuriſdictio, licet etiam habeat auctoritatem Apoſtolicam cenſetur agere vt Ordinarius, niſi aliud exprimatur.*

In dubio cenſetur mandare, vt ordinarius. 10.

11 *Quando Papa mandat vt fiat aliquid auctoritate Apoſtolica non excitat inferioris iuriſdictionem, nec illam prorogat, ſed nouam delegat.*

Tunc prima poteſtas intelligitur prorogata per ſecundam conceſſionem, quando eſt eiuſdem naturæ. 11.

12 *Papa dans Epiſcopo iuriſdictionem in exemptos non abrogat eius iuriſdictionem, ſed nouam concedit delegatam.*

Idem dicitur de Epiſcopo reſpectu ſui Vicarij. 12.

Cap. Iſti qui XI.

1. DE prærogatiua receptorum in Canonicos, & de qualitate receptionis illorum agitur in hac Decretali, & hæc duo per duas regulas explicantur.

2. Quarum prima eſt. Recepti in Canonicos auctoritate Apoſtolica in aliqua Eccleſia, in aſſecutione præbendarum preferri debeat receptis antea auctoritate Legatorum, aut cuiuſcumque alterius inferioris.

3. Itaque beneficiorum exiſtentium in eadem Eccleſia plures eſſe poſſunt Collatores, ad quos pertineat illa beneficia conferre, & ex diuerſitate, & qualitate conferentium reſultat diuerſitas in effectu titulorum circa receptos. *cap. A Sede, inf. in hoc tit.* Anchar. *num.* 1.

4. Supponit autem textus poſſe conferri alicui Canonicatum, illumque in Canonicum recipi antequam vacet præbenda. Quod quidem certum eſt etiam in Eccleſijs, ſeu Cathedralibus numeratis fieri poſſe auctoritate Papæ. Hoc etiam de iure antiquo poterat facere Legatus à latere, vt ſupponit hic textus, & notat Franc. *num.* 2. Sed modo cum ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *de reformat.* expectatiuæ ſint abrogatæ, non poteſt Legatus Canonicum ſupranumerarium ad futuram prebendam creare, vt dictum eſt *ſup. cap.* 1. *n.* 12. *de off legati in hoc lib.* Et ſic modo caſus huius textus eſt impoſſibilis via ordinaria, quia non poteſt dari caſus, quod à Legato, vel ab alio inferiori aliquis ſit receptus in Canonicum ſub ſpe futuræ præbendæ. Nihilominus tamen doctrina generalis, quæ ex textu deducitur pro alijs caſibus qui contingere poſſint, debet conſiderari.

5. Regula igitur generalis, quam ex hoc textu colligunt DD., ſcilicet quod recepti, ſeu approbati à maiori, & digniori præferri debent receptis, & approbatis ab inferioribus, & minus dignis, debet explicari. Nam non procedit de iure in re. *vt inf. cap. ſede in hoc tit.* Nam ſi Ordinarius prius tempore conferat alicui beneficium; quia per collationem confertur beneficiato ius in re, non habet effectum collatio poſterior eiuſdem beneficij facta à Pontifice. Et ſic vbi conſtet de prioritate collationis, prior in tempore ſicut eſt prior in iure acquiſito in ipſo beneficio, ita præfertur poſteriori licet prior ipſam gratiam habuerit ab inferiori. Gloſſ. *in cap.* 1. *ſup. de off. legati in hoc lib.* Sic ergo regula illa non habet locum niſi in expectatiuis, & in iuribus ad rem, quæ fundantur in aliquo priori titulo. Et tunc, qui titulum habuit à maiori, & digniori reſpectu eorum, quæ expectantur in futurum prefertur illi, qui ab inferiori titulum habuit.

6. Sed nec regula illa eſt vniuerſaliter vera, ſed in caſu huius textus, ſcilicet, in caſu expectatiuarum ad beneficialia vera eſt, quia ſic eſt expreſſum in iure, & quia in hoc militat ratio ſpecialis, quam hic conſiderant Archid. Io: And. Anchar. *num.* 2. Dom *num.* 6 Franc. *num.* 3. Quia nimirum dare ius in beneficijs ad vacatura eſt proprium Papę, nec conuenit inferioribus etiam legatis à latere contra Concil. Later. *capit.* 2. *de conceſſ. præben.* niſi ex conceſſione Papæ qui ſi in hoc priuilegium conceſſit legatis non cenſetur voluiſſe priuilegiare legatos contra ſeipſum. *cap. Cum inſtantia, ſup. de Cenſ.* vt citati DD. aduertunt. Non igitur debet deduci regula generalis, ſed vera eſt regula in caſu huius textus & in expectatiuis beneficiorum in illis qui habēt cauſam à Pontifice, & auctoritate eius recepti ſunt in Canonicos ſub expectatiua prębendarū, vel etiam in aliis ſimilibus caſibus in iure tamen expreſſis.

7 Ex quo habetur declaratio illius alterius regulę. Scilicet, quod prior in tempore eſt prior in iure. Nam hęc regula fallit quando plures veniunt ex diuerſa cauſa, vel titulo. *l. quoties vnuſquiſque ff. de re. iur.* Gloſs. *in v. antea*, Anchar. *num.* 3. Dom. *num.* 1. Sic enim qui habet cauſam à Pontifice licet ſit poſterior in tempore eſt prior in aſſecutione prębendę, quam priores habentes cauſam ab inferioribus. Vnde admonet Gloſs. priuilegia conſiderandi eſſe non tam ex tempore, quam ex cauſa *l. Priuilegia ff. de Priuil cred.* Sic enim creditrix dotalis prefertur multis creditoribus anterioribus, non tamen filiis primi matrimonii agentibus de dote materna *l. vlt. C. qui pot. in pign. hab.*

8. Regula ſecunda textus continet, Receptum in Canonicum à legato, vel alio auctoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter conceſſa, dici debere receptum Apoſtolica auctoritate.

9. Itaque quod legatus vel alius facit auctoritate Apoſtolica ad id ſibi ſpecialiter conceſſa, fieri dicitur ab eo auctoritate Apoſtolica ſibi delegata, & ab eo non niſi ad Papam poteſt appellari. Hoc verò eſt indubitatum ſi de delegatione conſtet, & ſimul ſit manifeſtum legatum, vel alium agentem agere ex delegata ſibi auctoritate Apoſtol. Sed in dubio quid dicendū? Dicas, quod ſi Legatus, vel alius agit id, ad quod ſua Ordinaria poteſtas non ſe extendit, & cōſtat de auctoritate Apoſtolica ſibi conceſſa, ad id agendum, cenſendus eſt agere auctoritate Apoſtolica non ordinaria, ſed delegata *Cap Niſi, ſup. de Præben. Cap. Cum aliquibus, ſup. de reſcript. in hoc lib. Vbi* Gloſs. Io: Moneta Anchar. & Dom. quos ſequutus ſum ibi *num.* 14. Dom. *hic n.* 8. Franc. *num.* 4.

10. Sed ſi Legatus, aut qui agit non dicit ſe agere auctoritate Papę ſibi ſpecialiter conceſſa,

& non

& non agit, niſi id, quod agere poteſt auctoritate propria, & Ordinaria, cenſetur agere vt legatus, vel vt ſuperior Ordinarius, non verò ex ſpecialiter ſibi delegata facultate, vt ex Io: And. de Lign. Dom. *nu.* 7. *&* 8. Franc. *num.* 4. Niſi exprimat te delegatum, & dicat ſe agere auctoritate, qua poteſt, quia in hoc cenſendus erit agere etiam auctoritate Apoſtolica ſibi delegata.

11. Quamuis verò, quando Papa præcipit alicui inferiori, vt aliquid agat ad quod extenditur ſua poteſtas videatur iuriſdictionem ordinariam excitare. Et quamuis antiquitus, vt hic refert Gloſſ. *fin.* quidam voluerint, quod per mandatum ſpeciale factum Legato, aut Ordinario prorogetur eius ordinaria iuriſdictio, *per leg. ſed ſi manente ff. de precar.* Nihilominus quando Papa mandat aliquid fieri à Legato, vel ab Ordinario auctoritate Apoſtolica, nec excitatur, nec prorogatur iuriſdictio ordinaria, ſed conceditur noua poteſtas, quæ eſt delegata. Quod enim dicitur in *d. lege*, *ſcilicet*, quod prima poteſtas intelligitur prorogata per ſecundam conceſſionem, intelligitur ſi prima, & ſecunda conceſſio ſunt eiuſdem naturæ, & formę, aliter cenſetur noua conceſſio, non enim prorogatio fit ad iuriſdictionem alterius formæ, & naturæ. Gloſſ. *hic in fin.* Anchar. *circa finem* Franc. *num.* 5. Fagnan. *cap. ſignificaſti num.* 5. *de for compet. & cap. Tnam. n.* 25. *de ordin. cognit.* Et ideo vt actus dicatur prorogatus, oportet in eo tandem interuenire formam, & qualitatem, quam habet actus prorogatus alias magis dicitur nouus actus. Barboſ. *n.* 3.

12. Hinc eſt, quod vbi Papa concedit Epiſcopo iuriſdictionem in exemptos nedum quando expreſsè ait, quod Epiſcopus agat vt Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ſed abſolutè, & ſimpliciter, non prorogat iuriſdiſtionem Epiſcopi, ſed nouam tribuit facultatem delegatam, vt hic aduertit Francus *n.* 5. *in fin.* Non enim exiſtimandum eſt, quod Papa velit auferre exemptionem in ſui præiudicium, & ideo delegat iuridictionem ſuam. Quia vt dictum eſt *ſup. num.* 6. Papa non cenſetur priuilegiare in ſui præiudicium. Quod facit etiam Epiſcopus cum ſuo Vicario, dum concedit illi ſpecialiter ea, quæ non comprehenduntur in mandato generali, vt tradunt hic Anchar. *q.* 1. Franc. *num.* 5. Quod quomodo verificetur dictum eſt ſupra *cap.* 2. *num.* 22. *de off. Vicarij, in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Collat o præbenda facta etiam ignoranter alicui in præiudicium illam expectantis auctoritate Papæ eſt nulla.*
Ius quod habet Canonicus ad præbendam eſt ius ad rem.
2 *Is, cui Papa contulit Canonicatum habet ius & vt recipiatur, & vt detur ei præbenda.* 2.
3 *Etiam inferiores reſcribere poſſunt cum clauſula motu proprio.*
4 *Caſus huius textus non comprehendit collationem factam illi qui præbendam expectabat auctoritate Papæ.*
5 *Motus proprius in hoc textu ſumitur vt excludit factum ex mandato ſuperioris.*
6 *Secundum reſcriptum datum ad impetrationem alicuius in præiudicium iuris acquiſiti alteri non primi in reſcripto eſt ſubreptitium.*
7 *Idem de reſcripto dato motu proprio ſed non ex certa ſcientia præiudicij tertij.*
8 *Collatio Canonicatus facta à Pontifice cum mandato de prouidendo de præbenda primo vacatura facit, quod illa præbenda ſit affecta.*
9 *Deciſio textus locum habet etiam in præbenda vacante.*
10 *Prouiſus de Canonicatu pro præbenda vacatura non poteſt propria auctoritate apprehendere præbendam.*
11 *Etiam ſi alla vacet dum recipitur in Canonicum.*
Ea auctoritate qua quis recipitur ad præbendam recipitur ad Canonicatum.
12 *Quid dicendum in caſu in quo ab aliquo euincitur præbenda alteri debita? Habet ne ius ad aliam vacantem?*

Cap. Si Poſtquam. XII.

1. IN hac Decretali decernitur, quod ſi Papa conferat alicui Canonicatum in aliqua Eccleſia mandans eidem prouideri de præbenda primo vacatura, ſimulque contingat, eos, quibus competit collatio præbendarum vacantium, poſtea motu proprio conferre præbendam illam vacantem alteri ignorantes Papæ diſpoſitionem factam ad fauorem illius, collatio iſta in præiudicium eiuſdem eſt nulla, quia illi ex vi collationis Canonicatus competit ius ad illam prębendam, quam poſtquam vacauit petere potuit, ex quo nulli alij debebatur, & ideo collatio facta alteri etiam ignoranter eſt nulla.

2. Ex quo igitur Papa confert alicui Canonicatum, ſimul confert illi ius ad prębendam, ex quo Papa mandat illi prouideri de præbenda. Vnde ex ipſo, quod aliquis eſt receptus in Canonicum habet ius ad præbendam vacantem, vel primo vacaturam. Hoc tamen ius, quod acquiritur ex mandato de prouidendo non eſt ius in re, ſed ad rem, quando prębenda nō vacat, *cap. fin. infr. de conceſſ. præbend.* Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2. Barb. *num* 2. Gom. *ad reg. de non toll. iur. quæſ. qu.* 21. *nu.* 33. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* Gloſſ. 15. §. 2. *nu.* 56. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum per Rotam in vna Burgen. Canonicatus, coram Card. Pamphilio. Quod contra Ancharanum ex Io: And. extendit Franc. *num.* 2. vt procedat nedum ſi is, cui fuit collatus Canonicatus ſit receptus in Canonicū, ſed etiam ſi non ſit receptus, quia ex vi collationis ſibi factæ habet ius & vt recipiatur in Canonicum, & vt ſibi prouideatur de præbenda primo vacatura. Nec in textu dicitur quod iſte debeat eſſe receptus, ſed dicitur, ſi poſtquam *contulimus*, ſufficit ergo Canonicatum eſſe collatum.

3. Caſus autem huius Decretalis eſt, ſi Ordinarij collatores præbendam expectatam ab eo, cui Papa contulerat beneficium conferant alteri motu proprio. Ex quo nedum aduertendum eſt, quod etiam Ordinarij inferiores Papa poſſunt reſcribere cum clauſula motu proprio, ita vt ipſa habeat eumdem effectum, ac ſi eſſet

posita

Digitized by Google

poſita in reſcripto Papę, vt hic aduertunt Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1. & tradit Gloſſ. *in v. mentio cap. fin. ſup. de off. deleg. in hoc lib.* Vide ibi *d. n.* 9. Quid in contrarium dixerit Barb. *clauſ.* 29. *n.* 5.

4. Sed conſiderari debet, quod regula textus non comprehendit caſum, in quo Ordinarij collatores præbendam contulerint illi, qui illam expectabat auctoritate Papæ, vt *infr. cap. prox.* Sed hoc dato iam præbenda non erat libera, ſed erat alteri debita, qui eam auctoritate Papæ expectabat.

5 Sed crederem etiam, quod hic motus proprius non ſumatur præciſè vt contradiſtinguitur reſcripto emanato ad inſtantiam alterius, ſed etiam vt excludit ſuperioris mandatum, vt ſit idem motu proprio, quod non ad mandatum ſuperioris, & ſic caſus comprehendat omnem collationem factam ab Ordinarijs inferioribus, ſiue ſit facta ex propria eorum voluntate, ſiue ad alterius inſtantiam, in vtroque enim caſu collatio præbendæ primo vacantis, & alteri non debitæ facta ab Ordinarijs inferioribus eſſet nulla, in præiudicium eius, cui Papa contulit Canonicatum cum mandato de prouidendo illi de præbenda primo vacatura.

6. Sed quid ergo dicendum ſi Papa ipſe illã præbendam primo vacantem conferat, nulla facta mentione de prima collatione Canonicatus, & de priori mandato de prouidendo? Dic, quod collatio huiuſmodi de præbenda iam ex priori mandato affecta, ſi fiat ad alicuius inſtantiam eſt ſubreptitiè obtenta, & ideò nulla, quia nulla facta mentione de iure alterius, præſumitur defectus voluntatis in Pontifice, qui non præſumitur velle præiudicare iuri acquiſito ad præbendam per primũ mandatũ, niſi id explicet Archid. Io: And: Anchar. *num.* 2. Dom. Franc. *num.* 6. Niſi illa præbenda vacaret in Curia Romana *iuxta capit.* 2. *ſup. in hoc tit. & lib.* Et niſi Papa ex certa ſcientia agens ponat in reſcripto ponat clauſulas per quas præiudicatur expectantibus in illa præbenda.

7. Sed idem dici debet, ſi reſcriptum ſit datum motu proprio (quidquid in contrarium dicat Io: Andr.) Nam licet motus proprius tollat ſubreptionem, non præiudicat tamen iuri ab alio quæſito, & ſic ex defectu voluntatis Pontificis reſcriptum huiuſmodi non valet, quia non præſumitur quod Pontifex velit tollere ius alterius. Io: de Lign. Lap. Dom. *num.* 6. Franc. *n.* 6.

8. Cæterum prior collatio Canonicatus facta à Pontefice vel eius auctoritate, cum mandato de prouidendo de primo vacatura præbenda, alteri non debita afficit manus Ordinarij collatoris etiam ignorantis; ita quod effectus huiuſmodi collationis non ſit ſolum, quod præbenda primo vacatura, nedum ſit debita Canonico inſtituto, ſed etiam ſit affecta, etiam ſi id non ſit expreſſum, & huiuſmodi collatio contra Ordinarium habeat eumdem effectum, quem haberet ſi eſſet munita decreto irritanti, *Cap. ſi eo tempore, ſup. de elect. in hoc lib. c. Tibi qui, cap. de reſt. ſpol. in eod.* Io: Andr. & poſt eum Anchar. *n.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 3. Gloſſ. *in v. Canonicatum, cap. ſequen.*

9. Quamuis verò in textu expreſsè ſit ſermo de præbenda vacatura, nihilominus multo magis regula verificatur de præbenda vacante actu tempore collationis Canonicatus, quia difficilius ius conſtituitur in vacatura, quam in vacante. Gloſſ. *in v. vacaturam*, & ad Gloſſ. Dom. Franc. *num.* 4. Barbol. *num.* 3. Gloſſ. *in Clem.* 1. *de conceſſ. præbend. in v. notitia.* Dec. *conſ.* 333. *n.* 4. S. moner. *de reſeru. qu.* 74. Mandoſ. *in reg.* 26. *de vacantis poſt promot. in probem. num.* 3. & 4. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 5. *probem.* 6. *num.* 6.

10. Licet etiam Canonico ſic recepto competat ius ad præbendam, cum tamen hoc ſit ius ad rem, non verò ius in re; & quia licet in iſtis ſpiritualibus dominium quæratur ex ſolo titulo, *cap. ſi tibi abſenti infr. hoc tit.* non tamen acquiritur poſſeſſio: vnde videmus legata etſi pia accipienda eſſe de manu hæredis. *l. A Titio coniuncta. l. Non dubium, C. de legat. & ff. quo leg. per totum*, Ideo receptus in Canonicum per Papam cum mandato de prouidendo reſpectu præbendæ vacaturæ, non poteſt vacantem poſtea præbendam propria auctoritate apprehendere.

11. Et quamuis Lap. velit hoc procedere ſolum tunc cum confertur Canonicatus non vacat præbenda, ſed eſt vacatura non verò ſi tunc præbenda vacet, tamen oppoſitum ſentit Franc. *n.* 5. Ad quod adducit *cap. Eum qui inſ. in hoc tit.* Sed conſiderandum eſt, quod ſi Papa ſciret præbendam actu vacare, ſicut confert actu Canonicatum, conferret etiam præbendam. Ideo licet in facto præbenda vacet, in mente tamen, & voluntate Papæ conferentis non eſt niſi vt vacatura, & ex vi talis collationis Canonicatus cum mandato de prouidendo de præbenda vacatura, non datur prouiſio niſi ius ad rem reſpectu præbendæ, ideò prouiſus non poteſt illam apprehendere propria auctoritate. Non eſt autem eadem ratio de collatione præbendæ inſtitutæ, pro Canonicatu, quia cum præbenda ſequatur ad Canonicatum, & illum præſupponat ex cuius iure datur, ideò vt dictum eſt *cap. Mandato num.* 6. *ſup. in hoc tit.* collatio præbendæ eſt collatio Canonicatus, vnde ea auctoritate qua quis recipitur ad præbendam recipitur ad Canonicatum.

12. Sed cum, ex vi huius textus præbenda collata ignoranter alicui in præiudicium eius, cui debebatur ex vi collationis Canonicatus factæ per Papam ſit nulla, & ſic euincatur ab illo, cui ab Ordinario fuit ignoranter collata; quid dicendum de eo, cui collata fuit ignoranter præbenda alteri debita, ſi eam diù poſſedit, & poſtea ab eo euincitur, & traditur illi, cui erat debita: nunquid ſi tunc alia præbenda vacet, poteſt illam petere, & illa ei debetur, potiùs quam alteri? Archid. exiſtimat eam ſibi deberi, ſi ad priorem alteri debitam bona fide fuit receptus ab eo, qui poterat dare ius ad vacaturam. Sed Anchar. *num.* 2 circa finem, & Franc. *num.* 5. exiſtimant quod abſolutè vacans præbenda illi debeatur in hoc caſu, & quod debeat præferri etiam expectantibus auctoritate Apoſtolica; imò quod poſſit auocare præbendam alij poſt collatam, vt ſicut ab eo auocatur, quam bona fide poſſeſſus fuit, ita ipſe ab alio auocet illam, quæ ſibi ſuo ordine debebatur, vt ſic reſciſſio vltimi gradus, reſcindat etiam præcedentes, qui traxerunt originem ex eodem errore, *inf. capit.*

Si beneficia. in fin. Collatio enim minus legitima ſibi ignoranti facta non attulit præiudicium in petendo aliam ſibi debitam. *cap. Paſtoralis 7.q.1.* ergo nec in iure prælationis. Secus tamen dicendum eſſet, ſi iſte ſcienter obtinuiſſet præbendam alteri debitam, vt adnotauit Lap. *ſup. cap. ſi Clericus, & cap. Eum qui, in hoc tit.* Anchar. & Franc. citati.

SVMMARIVM.

1 *Valet collatio facta à Papa nulla facta mentione facultatis conceſſæ Legato de recipiendis reſignationibus, & conferendis beneficijs.*
2 *Papa quos Cardinales vocet fratres, & quos filios.*
3 *Conceſſio recipiendi reſignationes non continet conceſſionem conferendi beneficia reſignata.*
4 *Reſignationes beneficiorum libera eſſe debent.*
5 *Beneficium hic largè ſumitur.*
6 *Beneficium eſt genus, quod ſub ſe comprehendit omnia beneficia.*
7 *In fauorabilibus ſub nomine beneficij veniunt Dignitates, & Canonicatus.*
8 *Poteſtas conceſſa ad conferenda beneficia tanquam fauorabilis ſe extendit ad Canonicatus.*
9 *Papa conferens facultatem ad beneficia maiorem, & ſupremam apud ſe retinet.*
Maior eſt Iuriſdictio delegantis, quam delegati. 9.
10 *Inter Papam, & Ordinarium datur preuentio in collatione beneficiorum etiam in menſe ordinario.*
11 *Taciturnitas non ſemper vitiat gratiam.*
12 *Quando per ſpeciem derogetur generi non facta eius mentione.*
13 *Priuilegio generali non derogatur per ſpeciale.*
14 *Decretum Papæ ligat ignorantes.*
15 *Si tamen ſit de certo corpore beneficij.*
16 *Vel ſi non interponatur ſuper eo, quod pendet ab arbitrio alterius.*
Habens facultatem acceptandi ad menſem poteſt re integra acceptare poſt.
17 *Decretum Papæ tollit potentiam ad illud, ſuper quo emanauit, & tollit iuris effectus, & fomentum.*
18 *Legatus ex vi conceſſionis generalis non poteſt conferre reſeruata.*
19 *Mandatum concernens negotium de lucro captando reuocatur mandatario ignorante.*
Mandatum de conferendis beneficijs reuocatur mandatario ignorante. 19.
20 *Reuocatio facultatis conferendi beneficia non infert præiudicium conſiderabile.*
21 *Proprium eſt Papę conferre beneficia ſub conditione.*
22 *Inepta quædam loquutiones executorum.*
23 *Valet collatio facta ei, cui gratia debetur etiam non caſſata altera contraria.*
24 *In libello ſufficit petitio generalis.*
25 *Tria poſſunt eſſe, quæ ſimul reddunt beneficium affectum.*
26 *Dictio* ex tunc *retrotrahitur ſicut dictio ex nunc.*
27 *Vbi neceſſaria eſt mentio ſpecialis non ſufficit generalis.*
28 *Argumentum ab abſurdo, & à ſimili valet.*
29 *Leges Ciuiles dicunt ſanctiones.*

Cap. Dudum XIV.

1. HVius Decretalis regula hæc eſt. Si Papa concedat Legato, vt auctoritate Apoſtolica recipiat reſignationes beneficiorum legationis ſuæ liberè in manibus eius factas, & illa beneficia conferat, ſed poſtea ſecundo Papa de prædicta conceſſione non facta mentione Canonicatum, & præbendam ſi vacet, vel quam primo vacauerit in aliqua Eccleſia eiuſdem legationis, conferat cum decreto irritante, & poſtea tertio Canonicus ipſius Eccleſiæ renunciet, & Legatus ignorans Papæ collationem alteri factam conferat alicui præbendam prædictam collatio Legati non tenet, ſed præbenda ei debetur, cui eam Papa contulit.

2. Multa autem multum conſideranda continet regula iſta. Notandum igitur eſt primo Pontificem Epiſcopos Cardinales vocare fratres, *vt ſup. cap. Ad Apoſtolicæ de re iud. in hoc lib.* Dom. *num.* 1. Cardinales autem presbyteros ſolet denominare ſub ſuo titulo. Quod tamen fallit in Cardinali Baſilicæ Apoſtolorum, vt quem proprio nomine Papa nominat *ſup. cap. Sed Apoſtolicæ de re iud. in hoc lib.* Cum etiam indiſcriminatim Papa loquitur de Cardinalibus vocat eos Fratres, cœterum cum diſtinctè loquitur de Epiſcopis eos fratres appellat, Presbyteros verò, & Diaconos Cardinales vocat Felios. Gloſſ. *cap. fundamenta. v. Fratres, ſup. de elect. in hoc lib.*

3. Notandum ſecundo in textu exprimi nedum facultatem recipiendi reſignationes beneficiorum, ſed etiam eadem conferendi, quia hoc nõ expreſſo Legatus reſignata beneficia conferre non potuiſſet. Sub facultate enim recipiendi reſignationes beneficiorum, non venit facultas ea conferendi. Anchar. *not. 1. vbi ex* Gloſſ. Io: And. *in v. poteſtas*, quod Legatus hanc poteſtatem non potuit delegare *per capit. Is cui, ſup. de off. deleg.* Cuius ratio eſt ne detur via ad vacatura. *Vide ibi notata n. 4.*

4. Notandum tertiò quod Legato data eſt poteſtas recipiendi reſignationes liberè factas. Nam reſignatio libera eſſe debet, nec in his locum habere poteſt pactum, ſeu contractus. *cap. ſuper eo, ſup. de tranſact. & cap. Cum inter R. ſup. de elect.* Gloſſ. *in v. liberè*, Anchar. *num.* 1. Dom. *num.* 2. *De his verò plura dixi tract. de elect. cap. 7.* vbi de ſimoniaca electione.

5. Notandum Quarto Gloſſ. *in v. beneficia*, velle, quod beneficium hic accipiatur in larga ſignificatione, vt comprehendat etiam beneficia exiſtentia in Cathedralibus. Cum verò hoc videatur contrarium *cap. Quamuis ſup. in hoc tit. & lib.* Reſpondetur, quod vt ibi dictum eſt, textus ille loquitur de conceſſionibus, quæ ambitioſiæ præſumuntur, illis ſcilicet, quæ ad alicuius imperationem dantur, & per quas mandatur conferri beneficium ill pro quo ſcribitur, *cap. n.* 5. Anch. *in fin.* Dom. *n.* 14. Franc. *n.* 13.

6. Cęterum Dum Gloſſ. dicit quod beneficium hic ſumitur large, nõ debet intelligi, quod ſumatur impropriè, ſed quod ſumatur in generali ſignificatione, propria tamen. Garz. *de benef. par. 1. cap. 16. num. 39.* Nam beneficium propriè ſum-

Digitized by Google

ſumptum eſt genus; quod comprehendit ſub ſe beneficia omnia tam maiora, quam minora, tam curata, quam ſimplicia, tam dignitates, quam Canonicatus, tam regularia, quam ſæcularia. Gloſſ. *capit. ſi gratioſè, verbo beneficia, de reſcript. & cap. 1. v. beneficia, de rerum permut. & in reg. beneficium, in hoc lib. Et in Clem. Auditor, ver. benef. de reſcript & in Clem. 1. ver. beneficiali, de cauſa poſſeſ.* Franc. *d. reg. Beneficium num. 1,* Panorm. *in capit. Poſtulaſti num. 2. de reſcript. &* ibi Felin. *num.* 4. Dec. *num.* 12. Innoc. *cap. fin. num. 1. de Praben.* Selua, Rebuff Coraſ. Mandoſ. Medices, Ferret. Salcagum, & Staphil. quos refert, & ſequitur Garz. *d. cap. 6. n. 37. & 38.*

7. Quamobrem in fauorabilibus ſub nomine beneficii veniunt beneficia omnia, & quia indultum, ſeu facultas conferendi beneficia inter fauorabilia numeratur, ideò facultas conferendi beneficia comprehendit beneficia Cathedralium etiam Dignitates, & beneficia curata, vt hic tradunt Gloſſ. *in v. beneficia* Anchar. *in fin.* Dom. *num.* 14. Franc. *num.* 13. & 14. Barb. *num.* 15. *tit. de modo & forma impetr. §. 1. num. 2. & 3. & 5. Circa tertium num.* 5. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 6. *num.* 24. Tuſcus *conc.* 59. *num. 2. lit. B.* Creſcent. *dec. 1. de priuil. ad fin.* Et trium eſt, vt inquit Cæſar de Graſſ. *dec.* 112. *num.* 7. in materia fauorabili ſub nomine beneficiorum venire Canonicatus, vt ex hoc textu eſt certum. Prob. ad Monach. *cap. ſi propter. num. 1. ſup. de reſcript. in hoc lib.*

8. Et quamuis Dom. *n.* 14. & Felin. *in cap. Poſtulaſti, n. 11. de reſcript.* Hoc limitent, vt verificetur quidem quando per conceſſionem huius facultatis non præiudicatur niſi concedenti, ſecus verò ſi adſit præiudicium Ordinarij. Nihilominus nedum dicit Franc. quod hoc non obſtat, quia eſt leue præiudicium, cum Ordinarius neceſſariò debeat prouidere, ſed vlterius, & melius dicitur, quod non eſt præiudicium legale, ſeu læſiuum iuris, & dominij, quod habeat Ordinarius; quia poteſtas Ordinarij ad conferenda beneficia eſt cumulatiue, non verò priuatiue explicanda; neque enim Ordinarius habet ius contra Papam, vt non poſſit Papa ad libitũ conferre beneficia, & dare cuilibet facultatem ea conferendi, vnde non fit illi in hoc præiudicium conſiderabile. Garz. *d. cap. 6. n.* 47.

9. Notandum propterea eſt quinto, quod in Pontifice reſidet ſumma poteſtas circa collationem beneficiorum, & ideò tanquam ſupremus ſic alijs poteſtatem conferendi beneficia, vel ordinariam, vel delegatam concedit, quod maiorem, nimirum ſupremam, & prorſus independentem apud ſe retinet. Gramat. *vot.* 28. *n.* 4. Roland. *conſ. 1. num.* 135. *vol.* 2. Gonzalez. *ad reg.* 8. Cancell. *§. 2. proœm.* Caputaquen. *dec.* 337. *num. 1. par.* 1. Vnde Papa ſeu Princeps ex quo concedit alicui iuriſdictionem, non abdicat illam à ſe. Felin. *cap. Paſtoralis num. 2. de off. Ordinarij* Bald. *conſ.* 326. *in fin. vol.* 1. Sed ſemper in eo manet iuriſdictio maior, & potior, vt dicitur in textu, ex quo maiorem etiam eſſe auctoritatem in delegante, quam in delegato colligunt Anchar. *n.* 2 Monac. *num.* 1. Dom. *n.* 14.

10. Hinc eſt quod inter quemcumque Ordinarium, & Papam datur locus præuentioni, vt in hoc textu habetur, & *cap. ſi à Sede inf. in hoc tit. & capit. ſi plures. §. Porrò de off. deleg. in hoc lib.* Rota *dec. 3. num. 2. & dec. 17. num. 2. de Præb. in nou. & dec. 272. num. 4. l. 2. p. 3. diuerſ.* Gomez. *de expectat. num.* 1. Panorm. *cap. Quia diuerſitatem num. 25. de conceſſ. præbend.* Gonzal. *§. 3. proœm. num.* 1. Flamin. *de reſig. l. 1. q. 10. num. 53. & l. 7. q. 11. num.* 6. Et ita vt concurrentibus Papa, & Epiſcopo in collatione Beneficij in menſe Ordinario vacantis, illius collatio præualet, quæ præceſſit. Gonzal. *d. num.* 1. Barb. *hic num.* 7.

11. Notandum ſexto quod cum in caſu huius textus Pontifex in ſua collatione Canonicatus à ſe facta nullam mentionem fecerit facultatis conferendi beneficia, quam contulerat Legato, dicendum eſt non omnem taciturnitatem reddere gratiam ſubreptitiam, & vitiare reſcriptum. Et quidem illa taciturnitas vitiat reſcriptum per quam tacetur id, quod ex lege, aut ex ſtylo curiæ debet manifeſtari. Quod verificatur vt gratia ſit ſubreptitia tacita huiuſmodi qualitate, etiam ſi Papa gratiam conceſſiſſet, ſi iſta qualitas illi fuiſſet cognita. Dom. *n.* 15. Franc. *n* 15 Et hoc ſentiunt omnes. Regula verò quam tradit Dominicus, quem multi ſequuntur, vt licet qualitas non ſit exprimenda ex lege id præcipiente, ſi tamen ſit talis quod ſi ſuperior eam ſciret, gratiam non concederet, reprobatur à multis; & ſi vera eſſet, darentur infiniti beneficiati intruſi ex Sanchez verò *l. 8. de matrimon. diſp. 21. n.* 11. Barboſa *hic num.* 9. ait, quod taciturnitas cauſæ impulſiuæ non reddit gratiam ſubreptitiam, quod tamen facit taciturnitas veritatis quæ eſt cauſa finalis. Sed dicendum eſt taciturnitatem qualitatum extrinſecarum, quæ per ſe non faciunt ad negotium, non viſitare gratiam. Et iis verò, quæ per ſe ad negotium faciunt illæ ſunt exprimendæ, quæ de iure aut ſtylo exprimi debent, vel etiam illæ, quas ſi ſuperior ſciret, non poſſet prudenter, & iuſtè gratiam concedere. Quod maximè verum eſt, vbi gratia conceſſa ſine iuſta cauſa eſt de ſe nulla. Videantur, quæ de his dixi *tract. de elect. cap. 25. q. 24. num. 290. & tom. 1. de ſtat. q. 185. a. 7. num. 499. & num. 610. & q. 186. a. 7. num.* 139. In caſu autem præſenti nulla erat neceſſitas faciendi mentionem de facultate illa generali conceſſa Legato conferendi beneficia, quia non per hoc Papa abſtulerat à ſe facultatem præueniendi Legatum, & conferendi beneficia eo inconſulto.

12. Notandum ſeptimò quod per ſpeciem generi derogatur licet generis nulla fiat mentio, vt dicitur in hoc textu. Cum verò huius axiomatis quam plures ſint interpretationes, & ampliationes, & limitationes, vt videre eſt apud Tuſcum *concl. 36. l. G.* & apud Barboſ. *Axiom.* 107. Optima eſt illa interpretatio, quam hic tradunt Io. And. & Franc. *num.* 7. Vt Axioma verum ſit, quando ſpecies extrahitur à genere, nam ſpecies à genere extracta ſub genere non continetur. Sic enim ſi alicui datur facultas cognoſcendi omnes cauſas alicuius loci, ſi ſuperior alicui committat cauſam aliquam eiuſdem loci, cauſa iſta extrahitur à genere, & ſub illo non continetur. Sic Pontifex concedens Legato facultatem conferendi omnia beneficia ſuæ legationis, ſi ipſe aliquod

quod ſpeciale beneficium alicui conferat, extrahit illud à genere beneficiorum. Aliter etiam dici poteſt, quod per ſpeciem derogatur generi, non quia totum genus tollatur, ſed quia eius amplitudo limitatur, vt ad illam ſpeciem non ſe extendat. Sed quod generis non ſit faciendamentio, quando ei derogatur per ſpeciem, quia vbi ſpecialis diſpoſitio eſt verè contraria generali, ratione contrarietatis ſit derogatio, nec eſt neceſſaria ſpecialis mentio generis cui derogatur, niſi in derogante præſumi poſſit ignorantia ipſius generis, quæ hic præſumi non poterat, cum facultas conferendi beneficia ſoleat dari Legatis. Sed in præſenti propria ratio, & adæquata ob quam non erat neceſſaria mentio eſt, quia nullum ſit præiudicium generi, quod ſit conſiderabile, quia conceſſio generalis facta Legato in ventre continebat hanc conditionem, niſi Papa ipſe beneficium conferre vellet, aut illud ſibi reſeruare, & de eo diſponere, vnde nec in rigore hæc diſpoſitio ſpecialis eſt contraria generali, ſed per diſpoſitionem ſpecialem extrahitur à genere, quod ſalua generali conceſſione extrahi poterat, quia conceſſio generalis hanc extractionem non prohibebat.

13. Hinc verum eſt quod priuilegio generali non derogatur per ſpeciale Panorm. *in cap. 1. de reſcript. num. 10.* Felin. *num. 5.* Sed attendi debet, quod ſi priuilegium ſpeciale eſt contrarium generale verè illud limitat, vt ex hoc textu probat Sylueſt. *v. priuilegium q. 10.* Suarez *de leg. l. 8. cap. 39. num. 7.* Et nihilominus dicitur quod priuilegio generali non derogatur, quia moraliter loquendo remanet vniuerſale, ex eo quia in moralibus vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua non contrariantur, quia ſufficit, quod vniuerſale verificetur vt in pluribus, nec eſt neceſſe vt verificetur in omnibus, per notata *ſup. cap. 1. de conſt. q. vn. a. 7. num. 120.* Vnde per conceſſionem generalem non impeditur concedens, vt non poſſit in particulari caſu oppoſitum diſponere manente conceſſione generali in ſui diſpoſitione.

14. Notandum octauo ex hoc textu haberi, quod decretum Papæ ligat etiam ignorantes, etiam ſi non ſit poſita clauſula *ignoranter contigerit attentari*, vt colligitur etiam *ex cap. prox. ſup. & inf. capit. ſi beneficia, in hoc tit. & docent hic* Anch. *not. 11.* Dom. *n. 8.* Franc. *n. 9.* Barboſ. *n. 12.* Felin. *in cap. Cæterum n. 37. de reſcript.* Cæned. *dec. 12. n. 5. ſup. reg.* Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 4 lim. 27. à num. 13.* Gonzalez Gloſſ. 67. *num. 18.* Put. *dec. 175. num. 3. l. 1.* Caputaquen. *dec. 249. num. 3. p. 1. & dec. 1. num. 2. part. 2.* Mantic. *dec. 76. n. 4. & 5.* Rota *dec. 578. n. 3. par. 1. diuerſ. & alibi millies, & alij innumeri* quos refert Barboſ. *clauſ. 40. num. 7.*

15. Et nihilominus duplex caſus excipitur in textu in quo decretũ Papæ non afficit ignorantes, ſeu non irritat actum ignorantem factum. Primus caſus eſt, ſi decretum ſit de incerto. Cuius exemplum dat Gloſſ. in reſcripto, per quod Papa mandat prouideri alicui de beneficio quod primo vacabit in Ciuitate, vel Prouincia. Nec obſtat, ſi dicatur, quod decretum Papæ de quo in textu erat de incerto, quia erat de præbenda primo vacatura. Nam imo decretum huiuſmodi fuit de certo, quia fuit de certo canonicatu actu vacante, licet ex conſequenti fuerit de præbenda primo vacatura. Incertitudo verò conſequentis ad collationem certi Canonicus, non facit, quod decretum ſit de incerto, vt notat Franc. *num. 15. in fin.* Ad collationem certam Canonicatus facta per Papam, conſequitur ius ad præbendam etiam primo vacaturam, ſic diſponente Pontifice, & ſic decretum eſt de certo beneficio. Alias verò, quod decretum non liget ignorantes, quando eſt de incerto corpore beneficij, docent hic Dom. *num. 9.* Franc. *num. 8.* Rota *dec. 561. l. 2 par. 3. diuerſ. & dec. 423. num. 5. par. 2. recent.* Gabriel. *com. lib. 6. conc. 3. num. 14.* Nam & vbi diſpoſitio cui adijcitur decretum non eſt certa, ſed dubia, decretum non ligat ignorantes. Rota *deciſ. 608. num. 13. p. 2. recent.*

16 Secundus caſus eſt quando decretum interponitur ſuper eo, quod pendet ex alieno arbitrio, vel voluntate alicuius habentis poteſtatem acquirendi, nam tunc decretum non ligat ignorantes, niſi adiiciatur certum tempus ad acceptandum, vt *in cit. Clem. 1. de conceſſ. præbend.* Arbitrator verò Archid. hic, & concordat Gloſſ. *in d. Clem. v. intra menſem, &* Franc. *hic n. 8.* quod re integra, impetrans etiam poſt menſem poſſit acceptare; quia reſtrictio illa *intra menſem*, vel ſimilis ponitur ad eius fauorem, vnde contra illum non debet retorqueri.

17. Notandum nono, & ponderanda ſunt verba illa. *Per illud etiam expreſſiſſe videmur, ne alius poſſet conferre*, Ex his enim habetur, quod decretum Papæ inducit priuationem poteſtatis in eo, ſuper quo emanauit, & ideo non eſt mirum ſi ligat ignorantes Dom. *num. 10.* Franc. *num. 9.* Habet enim Papę decretum vim, & officium, vt adimat poteſtatem habendi actus validos, & propterea inficit, & irritat omnia, quæ in contrarium ſiunt, ac omnes Iuris effectus tollit, ita vt actu nec aliquod Iuris fomentum habeant. *capi. ſi eo tempore, ſup. de elect. in hoc lib.* Caſſad. *dec. 1. num. 7. de reſtit. ſpol.* Anton. Gabriel. *lib. 6. tit. de clauſulis concl. 3. num. 56.* Gonzalez *ad reg. 8.* Cancell. Gloſſ. *67. num. 12.* Et ita vt decretum hoc habeat oculos retro, & operetur nullitatem ab initio. Caſſad. *dec. 12. num. 4. 5. & 6. ſup. reg.* Cancell. Gomez. *in reg. de annal. q. 5. ad fin.* Achil. de Franc. *dec. 385.* Rota *dec. 24. n. 5. p. 2. diuerſ.*

18. Et propterea Rota *dec. 3. de off. legati, & dec. 29. de Præb. in nou.* Ex hoc textu deducit, Nuncium, ſeu etiam Legatum à latere ex vi conceſſionis generalis, per quam habet vt poſſit beneficia qualitercunque vacantia, & indebitè occupata conferre, non per hoc poſſe conferre beneficia generaliter, aut ſpecialiter reſeruata.

19. Notandum decimo, quod quando Dominus reuocauit mandatum acta ex vi illius non valent etiam Procuratore reuocationem ignorante. Quod quidem cum non ſit ſemper verum, vt in Procuratore ad lites explicatum eſt *ſup. cap. Quamuis 2. de Proc. num. 8. in hoc lib.* Eſt tamen verum, vt ex hoc textu habetur, & aduertit Ancbar. *not. 12. &* Franc. *num. 12.* Dom. *num. 10.* quando quis cum tali procuratore ignorantee reuocato tractat, & contrahit non de damno vitando, ſed de lucro captando. Et mandatum de eo quod concernit lucri acquiſitionem poteſt reuo-

reuocari etiam mandatario ignorante, nec eſt neceſſe, quod reuocatio petueniat ad notitiam mandatarij, nec etiam quod res ſit integra, ſed poſt reuocationem non poteſt aliquod ius in alium etiam ignorantem, ſuper re reuocata transferri, vt dicitur in textu. Et quia tractatus de beneficio obtinendo eſt tractatus de lucro captando. Anchar. *not.* 12. Dom. *num.* 9. Franc. *nu.* 11. Barb. *num.* 13. Tiraquell. *de retract. leg.* §. 1. Gloſſ. 10. *num.* 176. Flam. *de reſig. l.* 4. *q.* 9. *num.* 46. Ideo mandatum de conferendis beneficiis poteſt ignorante mandatario reuocari, nec eſt neceſſe quod notitia reuocationis perueniat ad notitiam illius, ſed tenet reuocatio, & collatio poſt reuocationem facta eſt nulla. Et ſic ſicut in matrimonio carnali mandatum ad contrahendum validè reuocatur mandatario ignorante, & matrimonium contractum per ſimilem Procuratorem eſt nullum. *cap. fin. ſup. de Proc. in hoc lib.* Ita hoc idem verificatur in matrimonio ſpirituali, in mandato, ſeu conce[illegible]one prouidendi alicui de beneficio. Sic etiam morte domini reuocatur mandatum, vt hic notat Franc. *num.* 13. & Anch. *not. vlt.*

20. Nec obſtat ſi dicatur, quod dum renocatur mandatum, ſeu poteſtas conferendi beneficium, ſit præiudicium ei, cui fuerat conceſſa. Quia, & imò hæc eſt ceſſatio lucri quodam modo, cum ſit ceſſatio gratiæ de iure non debitæ, vnde non eſt præiudicium conſiderabile. Et præterea vbi hæc facultas renocatur in particulari caſu, huiuſmodi reuocationis effectus deriuar in priuationem lucri eius, qui ab Epiſcopo, vel Legato obtinuerat beneficium, & ſic eſt de lucro captando.

21. Notandum vndecimo proprium eſſe Pontificis conferre beneficia ſub conditione, ſi vacant per Gloſſ. *in cap. ſi gratioſè, ſup. de reſcrip. in hoc lib.* Dom. *hic num.* 3. Franc. *num.* 2.

22. Notandum 12. circa illa verba *tibi duximus reſeruandum*, inepte loqui executores dicentes, ſi quæ præbenda vacat, eam tibi confero, & te inueſtio. Sed debent dicere tibi reſeruo. Nam alias ſi executor dicat tale beneficium vacans tibi confero, ſi tibi de iure debetur, ſi non debetur, nulla eſt collatio. Franc. *n.* 2.

23. Notandum 13. non eſſe neceſſe, quod executor Apoſtol. conferens præbendam alicui, quę prius alteri fuit male collata, expreſsè caſſet illam malam collationem, ſed valet collatio facta ei, cui debetur, licet mala præcedens collatio non cauſetur Dom. *n.* 4. Franc. *n.* 4.

24. Notandum 14. ibi, *de opportuno remedio*, quod valet libellus, ſi narrato facto ponatur petitio generalis, & dicatur peto prouideri de opportuno remedio, ſeu peto mihi iuſtitiam adminiſtrari, ſeu etiam peto rem, quam contra iuſtitiam detines, ſeu peto rem debito fine decidi, ſeu peto pro me ferri ſententiam. Et imò procederet libellus, quando in eo ponerentur verba deprecatiua, vt ſi dicatur Deprecor vt mihi talem condemnetis. De his vide Anchar. *notab.* 5. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 5. Innoc. Io: And. & DD. *in capit. Cum dilectus de ord. cognit.* Bald. *in l. fin. C. de an. ex.* & *Ang. in l.* 2. §. *certa ff. de ere.*

25. Notandum 15. circa verbum *nos*, quod vbi Papa aliquando confert Canonicatum actu vacans, & reſeruat præbendam primo vacaturam, & apponit decretum irritans, tria ſunt quæ afficiunt beneficium, ſcilicet collatio, reſeruatio, & decretum Anchar. *not.* 3. Franc. *num.* 3. *de quib. vide capit. Tibi qui, ſup. de reſcript. in hoc lib.* & *cap. ſi beneficia infr. in in hoc tit.*

26 Notandum 16. circa dictionem, *ex tunc* quod retrotrahitur ad diem collationis, ſicut & dictio *ex nunc*. Cum non ſit differentia ſi dicatur *ex nunc*, vel *ex tunc* Archid. Io: And: *in princ.* Anchar. *not.* 3. Dom. *num* 13. Franc. *num.* 3. Videantur Innoc. & Hoſtien. *in cap. Præterea*, & 2. *de appellat.* Et Gloſſ. *in v. Ex nunc. in Clem.* 1. *de conceſſ. præben.*

27. Norandum 16. ibi *mentione*, & à contrario ſenſu collige, quod vbi eſt neceſſaria mentio expreſſa alicuius, non ſufficit mentio generalis Clem. *Si Apoſtolicæ, de off. Ord.* Anchar. *not.* 10. Lap. *n.* 1. Dom. *n.* 7.

28. Notandum 17. ibi *quia foret abſurdum*, optimè valere argumentum ex ſequela abſurditatis, vt hic notant Anchar. *not.* 9. Dom. *num.* 7. & Barb. *num.* 16. Euerard. *in topicis legalib. loco* 8. Surd. *conſ.* 116. *num.* 45. Seraph. *de priuil. iuram. priu.* 30. *num.* 12. Flam. *de reſig. confid. q.* 26. *num.* 20. Sicut etiam valere argumentum à ſimili, ſeu à ſimilibus *legalib. ex cap. Auctoritate Martini inf. de conceſſ præbend.* & *ex hoc text.* aduertit Dom. *num.* 11.

29. Notandum 18. ibi *ſanctiones*, quod textus per legitimas ſanctiones intelligit leges Ciuiles ſecundum Archid. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Caſus determinatus in textu.*
2 *Iura ſunt de his, quæ ſæpè accidunt.*
3 *Deciſio textus habet locum etiam ſi ſolum ſecundo collatus fuiſſet Canonicatus, & pro primo datum mandatum de prouidendo de Canonicatu.*
4 *Pontificis eſt dubia iuris declarare.*
Decretalis iſta non continet ius nouum. 4.
5 *Præbenda triplici modo vacat.*
6 *Decretalis intelligitur de officio perpetuo, & ſpirituali.*
Quando officium intelligi debeat de ſpirituali, vel temporali.
7 *Antecedentia minuunt ſignificationem poſteriorum.*
Cum plura per copulam, & coniunguntur debet intelligi vt uniformiter illa determinet 7.
Oracula viuæ vocis in materia indulgentiarum non ſunt reuocata. 7.
8 *Prior in tempore præfertur etiam ſi gratia ſecundi ſit uberior.*
9 *Gratia ſecundo facta dicitur fieri ſine primi præiudicio.*
10 *Vacante præbenda annexa Dignitati præfertur ſecundus pro quo ſcriptum eſt de Dignitate.*
11 *Vacante dignitate, cum præbenda, qui hanc obtinet amittit præbendam prius habitam.*
12 *Si pro aliquo ſcriptum eſt vt ei prouideatur de Dignitate, & præbenda, vel cum præbenda ſi alterum ex vi vacet, poteſt ab illo peti.*
13 *In his, quæ non ſunt acceſſoria tantum valet dictio copulatina, quam coniunctiua.*

14 *Di-*

13 *Dictiones, &, & cum diuerſimodè coniunguntur,*

14 *Si ſcribitur vt detur Canonicatus cum præbenda non poteſt dari Canonicatus ſi non vacat præbenda, ſecus ſi ſcribitur vt detur Dignitas cum præbenda.*

15 *In annexis ſi ſcribitur cum dictione. Cum ſi principalis diſpoſitio eſt nulla, eſt etiam nulla diſpoſitio annexi.*

Cap. Quia ſæpè XV.

1. CAſus huius textus eſt talis Canonicatus alicuius Eccleſiæ ſucceſſiuè fuit collatus duobus, & Papa mandauit primò de præbenda, ſecundò verò de præbenda, & Dignitate, Perſonatu, vel officio, cum ſe facultas obtulerit prouideri. Vacauit autem præbenda cum Dignitate, vel Perſonatu, vel officio. Fuit verò dubitatum apud Canoniſtas antiquos, in hoc caſu, quis de iure debeat præferri. Pontifex reſpondet præferri debere primum ſi vacans præbenda non eſt annexa Dignitati, vel Perſonatui, vel officio: ſecus ſi eſt annexa.

2. Dubitationem verò hanc ſæpe contigiſſe aſſeritur. Et litem fuiſſe inter Innocent. & Compoſtell. ex vna parte, & Hoſtien. ex alia Pontificem verò reprobaſſe opinionem. Innoc. & Compoſt. *vult.* Gloſſ. Sed Innoc. *bene ſenſiſſe in capit. ſtatuimus de maior. & obed. & textum hunc contr.* Hoſt. approbare ſententiam Innocentij tradunt hic Dom. *n.* 5. & Franc. *n.* 3. Hoc notandum nobis ex Dominico *n.* 1. Quod Pontifex diſponit ſuper eo, quod ſæpè contingebat, quia iura fiunt de his, quæ ſæpe accidunt Gloſſ. *in cap. literas, de deſponſ. impub. in princ.*

3. Loquitur autem textus in caſu, in quo vtrique partium Canonicatus fuerat collatus, & dictum mandatum de præbenda vacatura. Sed idem eſſe dicendum ſi ſecundò tantum collatus fuiſſet Canonicatus, & prius mandatum fuiſſet de prouidendo de Canonicatu, & præbenda priori, docent hic poſt Archid. & Io: And. Anchar. *not.* 2. Dom. & Franc. *n.* 1. Nam eo modo præfertur is cui prius datum fuit mandatum de prouidendo, ac ſi vtrique Canonicatus fuiſſet collatus. Nam non fit vis in col atione, ſed in proprietate datæ. Ad quod facit *cap. Tibi qui, & capit. penult. ſup. de reſcript. in hoc lib.* Et idem tenet Gloſſ. Mag. *in cap. Si ſoli, inf. de conceſſ. præbend.*

4. Suppoſita igitur collatione Canonicatus facta duobus, cum mandato de prouidendo illis de præbenda vacatura, cum dubium eſſet quis eorum eſſet præferendus, Pontifex decernit, & declarat quid agendum. Vnde habemus Decretalem hanc non continere ius nouum, ſed antiquum declaratum. Et ſimul colligimus Pontificis eſſe dubia iuris declarare. Dominicus *num.* 2.

5. Aduertit verò Gloſſ. *in v. vacat*, quod præbenda nedum vacat per mortem, ſed etiam per promotionem eius, qui habebat dignitatem, & per renunciationem. Et de renunciatione idē aduertit Barboſ. *num.* 4. *poſt* Auend. *l.* 45. Tauri Gloſſ. 2. *num.* 4. Gutier. *pract. l.* 3. *q.* 71. *num* 3. Azeued. *l.* 11. *num.* 1. *tit.* 3. *l.* 7. *nouæ recopil. Vide ſup. capit. ſuſceptum.* 6. *num.* 32. *de reſcript. in hoc lib.*

6. Sic verò ad fauorem duorum reſcriptum fuit, quod pro priori reſcriptum eſt de ſola præbenda, ad fauorem verò ſecundi ſcriptum eſt de de Dignitate, vel Perſonatu, vel officio. Vnde ſecundo vberior conceſſa eſt gratia, & amplior. Hic verò officium intelligitur de officio perpetuo, vt notat Gloſſ. & intelligi debet de officio ſpirituali, quod ſolis Clericis competit, non verò de officio cuius Laicus ſit capax, & poſſit per Laicum geri. Quod eſſe de mente Curiæ ait Io: And. & poſt illum Dom. *n.* 6. & Franc. *n.* 4. Et pro reſcriptorum intelligentia optima eſt doctrina Imolę, vt ſi fiat mentio de officio ſimpliciter, intelligatur de ſpirituali ſi ſcribitur pro Clerico, & de temporali ſi ſcribitur pro Laico. Sed ſi fiat mentio de officio non aliquo adiuncto, tunc præcedentia attendi debeant, vt ſi præcedat aliquod ſpirituale, ſiue adiungatur dictio alijs, quę refert ſimilia, ſiue copulatiua, &, ſiue diſiunctiuè vel ſemper intelligatur de officio ſpirituali, quia ratione antecedentium quodlibet connexum debet intelligi de Eccleſiaſtico. Sed ſi præcedat temporale, intelligi debeat de temporali.

7. Horum verò occaſione notat Anchar. *in fin.* quod in ſcripturis præcedentia verba determinant, & minuunt ſignificationem ſubſequentium, vt ſecundum naturam in præcedentibus comprehenſorum intelligantur. *vt l. fin. §. Cui dulcia. ff. de vino, trit. & oleo Legat.* Item aduertit, quod cum plura per copulam coniunguntur, id debet intelligi, vt vniformiter illa determinet etiam ſi ſint diuerſa, *vt l. Iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. & l. Quamuis. ff. de imput. & alij ſubſtit.* Hæc erò faciunt ad illam quæſtionem. An in reuocatione viuæ vocis oraculorum ſint compræhenſæ indulgentiæ viuæ vocis Oraculò conceſſæ. Dicendum eſt enim non comprehendi, quia verba illa vniuerſalia *gratias, & conceſſiones* limitantur, & minuuntur per præcedentia, ſcilicet, *indulta, priuilegia, facultates* ſub quibus indulgentiæ non compræhenduntur, ſed ſunt gratiæ alterius naturæ, & qualitatis ab illis.

8 Licet igitur ille pro quo ſecundo reſcriptum fuit ſit dignior, & ad vberiorem gratiam promouendus, nihilominus reſpectu præbendæ ſimpliciter ei præferri debet ille pro quo prius fuit reſcriptum. Et ſic verum eſt, quod priori in tempore præferri debet ſecundo etiam ſi gratia ſecundi ſit vberior. *Cap. Quamuis, & capit. Eum cui in hoc tit.* Innoc. *ind. cap. ſtatuimus*, Anchar. *hic not.* 2. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1. Barboſa *n.* 2. Quamuis in terminis *cap. exiqui ſup. in hoc tit.* ſi poſterioris diſpar ſit, & maior cauſa, ipſe præferri debeat. Sicut in paritate datæ præferri deberet, vt dictum eſt *ſup. cap. penul. de reſcript. in hoc lib.*

9. Ratio verò eſt, quia niſi Pontifex id exprimat, per ſecundum reſcriptum, non præiudicatur iuri prioris etiam ſi ius prioris ſit ius ad rem vt dicitur in textu. Gratia enim ſecundò facta intelligitur fieri ſine alicuius iuris præiudicio *cap. quamuis ſup. de reſcript. in hoc lib.* Dom.

num.

num. 3. Franc. *num.* 2. Barboſ. *num.* 12. &c.

10. Et nihilominus ſi præbenda vacans ſit annexa Dignitati, vel Perſonatui, vel officio, eam non poteſt petere, & obtinere qui in hoc caſu eſt prior in tempore, quia per eo non eſt reſcriptum, vt prouideatur nec prouideri poteſt Dignitate, Perſonatu, & officio, & ex conſequenti nec de præbenda illis annexa. quia, qui non poteſt prouideri de principali, nec poteſt de prouideri de illi annexo. Nam qui habet vnum connexorum debet etiam habere reliquum. *cap. translato, de conſtit. cap. ſuper eo, ſup. in hoc tit.* Gloſſ. *in v. annexa* Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 3. Barb. *n.* 2.

11. Habetur quoque ex hoc textu, quod de iure antiquo idem poterat in eadem Eccleſia habere ſimul Canonicatum, & Dignitatem cum præbenda, quod modo ex Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 3. *c.* 4. *& ſeſſ.* 24. *c.* 17. eſt prohibitum. Et tamen etiam de iure antiquo, ſi is qui promoueri debet de Dignitate, & præbenda habet aliam præbendum in eadem Eccleſia, tamen ſic poterit obtinere Dignitatem cum præbenda vacantē, quod tamen vacabit prębenda prius habita, per Clem. *fin. inf. eod tit.* Et ſic tunc in noſtro caſu, ille pro quo primo reſeriptum fuit, poterit hanc vacantem præbendam petere, & vt ſibi debitam obtinere. Dom. *num.* 6. Franc. *num.* 3. Barboſ. *num.* 2.

12. Sed numquid ſecundus pro quo reſcriptum fuit, vt ſibi prouideri poſſit de Dignitate, & præbenda illi annexa, ex vi talis reſcripti poteſt petere Dignitatem tantum, vel præbendam tantum, ſi vacet Dignitas ſine præbenda, vel præbenda ſine dignitate? Affirmant Io: Andr. Anchar. *notab.* 4. Franc. *num.* 3. Barboſ. *num.* 2. Etiam nedum ſi ſcribatur copulatiuè, ſed etiam ſi ſcribatur coniunctiuè, & dicatur aliquem promouendum ad dignitatem cum præbenda: Si tamen vacet ſola præbenda, & ſit alius pro quo prius ſcriptum fuit illi præbenda debebitur, iuxta relationem huius textus.

13. Ratio præfatę reſolutionis eſt, quia in his, quę non ſunt acceſſoria, & adiacentia, tantum operatur copulatiua. Et quantum coniunctiua *Cum* vnde non refert ſi dicatur, & Dignitate, & prębenda, & de Dignitate cum præbenda, cum æquè principaliter coniungat dictio *Cum* ſicut dictio *Et*. Sed in illis quæ ſe habent acceſſoriè diſcrimen eſt, quia dictio *Et* coniungit ęquè principaliter, ſed dictio *Cum* coniungit acceſſoriè *vt l.* 1. *& l. ſi cui ff. de fundo inſtructo, vt præter citatos* DD. tradunt Iaſon. *in l. ſi quis* Ancillas. *num.* 1. *ff. de leg. primo.* Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 26. Gloſſ. 4. *n.* 1. Caſt. *conſ.* 377. *num.* 2. *p.* 1. Alex. *conſ.* 193. *num.* 5. *l.* 2. Tuſc. *l.* D. *conc.* 257. *n.* 4.

14. Ex quo poſt Anchar. deducit Franc. quod ſi mandetur dari alicui Canonicatus cum præbenda, non poterit dari Canonicatus niſi vacet prębenda, quæ acceſſoriè venit. Et hoc propter connexionem, quę eſt inter Canonicatum, & præbendam. Secus verò ſi dicatur Canonicatus, & præbenda. Quia autem Dignitatis, & præbendæ natura non eſt, quod illorum vnum accedat alteri, ſicut eſt de natura Canonicatus, & præbendę, ideo ſi mandetur conferri Dignitas cum prębenda poterit illorum duorum conferri, quod vacauerit primo.

15. Ex Dom. autē *conſ.* 32. *add.* Barb. *dict.* 75. *n.* 9. Quod in annexis vbi diſponitur cū dictione *Cum*, ſi principalis diſpoſitio ſit nulla, ſit etiam nulla diſpoſitio copulata cum dictione *Cum* tanquam acceſſoria.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum prouideri de quocumque beneficio non includit beneficium curatum, niſi exprimatur.* 1. 7 & 8.

2 *Cura iuriſdictionalis, & fori interioris.*

3 *Cura fori intentionis quæ ſit.*

4 *Cura iuriſdictionalis genericè, ſed tamen propriè eſt cura animarum.*

Non omnis larga denominatio eſt impropria.

5 *Omnis Eccleſia curata eſt Parochialis.* 6.

Eccleſia deputata ab Epiſcopo pro adminiſtratione Sacramentorum intra certos fines eſt Parochialis. 5.

6 *Non omne beneficium curatum eſt Eccleſia, vel Eccleſia parochialis, ſed eſt beneficium in Eccleſia.*

In Eccleſia non parochiali poteſt dari gratioſa conceſſio adminiſtrationis Sacramentorum. 6.

8 *Regulariter ſub nomine beneficij non venit curatum.*

9 *Literæ ſubreptitia ſi non eſt expreſſum quod beneficium ſit curatum.*

10 *Sub nominè beneficij ſimpliciter non clauditur curatum: nec ſub nomine Dignitatis Dignitas collegialis: nec ſub nomine Dignitatis collegialis Parochialis non annexa, ſed æquè principaliter vnita.*

In annexis debet, & ſufficit fieri mentio de principali. 10.

11 *Si literæ ſint datæ motu proprio ſub nomine beneficij venire curatum, dicunt aliqui.*

Per mandatum de prouidendo non fit conſiderabile præiudicium Ordinario. 11.

Motus proprius licet non ampliet gratiam, facit vt verba accipiantur in lata ſignificatione.

12 *Mandatum de prouidendo datum motu proprio non ſe extendit ad curata non expreſſa.*

Motus proprius non extendit gratiam ad caſus, in quibus ex ſpeciali ratione neceſſaria eſt ſpecialis mentio.

13 *Motus proprius non tollit inhabilitatem ſubiecti ignoratam.*

14 *Motus proprius non facit quod prouiſio beneficij ſe extendat ad eius qualitatem non expreſſam.*

15 *Verba ex tacita intentione loquentis reſtringuntur. Sed de iure intentio reſcribentis non niſi ex verbis, & regulis iuris, non ex diuinatione colligi debet.*

Cap.

Cap. Cum in illis XVI.

QVatuor regulas continet præſens decretalis, in quantum prima decernitur, quod dum Papa mandat prouideri de Eccleſijs, Perſonatibus, Dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuſcumque non habita mentione de cura animarum, vi talis mandati non poteſt alicui prouideri de beneficio curato. Quia ad beneficium curatum maior idoneitas eſt neceſſaria.

2. Hic autem primo aduertendum curam animarum diſtingui in iuriſdictionalem, & fori pœnitentialis Gloſſ. *in Clem. execrabilis v. Animarum, cura de Praben.* Panorm. *in capit. Dudum de elect. num.* 8. Innoc. *in cap. Non ſatis. num.* 2. *& ibi* Butrius *n.*8.Panorm.*n.*2.*de off.*Arch. Card. *conſ.* 48. *il.* 2. *num.* 7. Gonz. *in reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 6. *num.* 60. Cura verò iuriſdictionalis eſt cura fori exteroi, & contentioſi reſpiciens tamen animæ ſalutem, & eſt poteſtas recipiendi, & eijciendi extra Eccleſiam, viſitandi, corrigendi, & puniendi exceſſus per cenſuras, & pœnas, vt citati DD. tradunt. Propterea Prælatura quæ habet iuriſdictionalem hanc curam, dicitur habere curam animarum. Innoc. *in cap. Dudum num.* 11. *de elect.* Panorm. ibid *n.* 8. *& in d. cap. Cum ſatis* Innoc. *num.* 2. Panorm. *n.* 2. Card. *d. conſ.* 48. *num.* 1. Staphil. *de qualitate, & ſtat. benef* §. *Circa ſecundum num.* 1. Rota *dec.* 52. *num.* 3. *de praben.* Lotter. *de re benef. lib. p. quæſt.* 20. *num.* 28.

3. Cum verò fori pœnitentialis eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi in foro pœnitentiali, & alia Sacramenta adminiſtrandi. Dec. *in cap. Ad aures num.* 17. *de reſcript.* Mandoſ. *concil.* 20. *num.* 6. Maſcard. *de probat. concl. num.* 469. *num.* 2 Rota *in* Conchin. *Archipresbyteratus* 28. *Ianuarij* 1594. *coram Penam* Gonzal. *in reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 6. *num.* 63.

4. Iuriſdictionalē autem curam impropriè dici curam animarum voluit Gonzal. *vbi ſup. n.* 61. Sed oppoſitum tenet Loter. *de re benef. lib. p. q.* 20. *num.* 24. & Fagnan. *capit. In Eccleſijs de Cappell. Monac. num.* 3. *per textus euidentes in cap. Dudum il* 2. *de elect. & cap. ſuper eo, ſup. in hoc tit. & in extrauag. Execrabilis* §. *quantum autem in fin.* Et ratio eſt, quia iuriſdictio ſpiritualis ſalutem animæ habet pro obiecto formali, & fine, Ad hunc enim finem Petro, & ſucceſſoribus eius datæ ſunt claues, quæ dictæ ſunt claues regni Cœlorum, quia intentum huius iuriſdictionis ſit Cœlum aperire dignis, & claudere indignis. Vnde etiam eſt, quod inſtrumentum præcipuũ ſpiritualis iuriſdictionis eſt cenſura, quæ non eſt pœna corporis, ſed medicina animæ *capit.* 1. *de ſent. excom. inf. in hoc lib.* Nec obſtat, quod Doctores dicant Curam iuriſdictionalem eſſe curam animarum largè, Innoc. Io: And. & Butr. *d. cap. Dudum*, quia non omnis larga denominatio eſt impropria. Nam denominatio generica eſt larga non tamen impropria, & Panorm. *d. cap. Dudum num.* 7. Solum dicit, quod cura iuriſdictionalis non eſt ita propriè cura animarũ, quia ſine dubio cura fori pœnitentialis magis propriè eſt cura animarum, cum tamen vtraque propriè, & ſimpliciter cura animarum dici debeat, & talis dicatur in textibus citatis.

5. Vtile etiam ad textus intelligentiam eſt videre an loquendo de cura fori pœnitentialis conuertantur Eccleſia curata, & Parochialis. Nam non conuerti, ſed dari Eccleſiam curatam, quæ nõ ſit parochialis voluerunt Rota *dec.* 52. *n.* 37. *part.* 2. *diuerſ. poſt* Io: And. *in capit. ſuper eo, ſup. in hoc tit. &* Rebuff. *in concordato tit. de collat.* §. *ſtatuimus il* 2. *in v. Parochiales, & in forma* Mand. Apoſt. *in v. Parochialis Eccleſialis Eccleſia*, quos etiam refert, & ſequitur Gonzalez. *d.* Gloſſ. 6. *num.* 92. Sed Lotter. *de re benef. lib.* 1 *q.* 20. *n.* 5. Exiſtimat non eſſe differentiam inter Eccleſiam curatam, & Parochialem. Nam exemplum quod refert Gonzalez de Eccleſia rurali, ad quam populus de nouo accedat, non vrget. Nam ſi tali Eccleſiæ præfectus fuerit Presbyter ab Epiſcopo cum conſtitutione certæ plebis per ſuos limites diſtinctę, illa Eccleſia eſt Parochialis. Nam tunc ex hoc inducta erit neceſſitas adminiſtrationis Sacramentorum in illa Eccleſia, actiuè reſpectu Presbyteri, & paſſiuè reſpectu plebis intra limites deſignatos degentis, ex quo illa Territorii aſſignatio confert iuriſdictionem. Rota *dec.* 57 *nu.* 9. *par.* 2. *diuerſ.* Gonzal. *d.* Gloſſ. 6. *n.* 36.

6. Sed dicendum eſt beneficium curatum in plus ſe habere, quam Eccleſiam Parochialem, ex eo quod Beneficium curatum eſt nomen genericum, quod non conuertitur cum Parochiali, quæ eſt huius generis ſpecies, quia beneficium curatum comprehendit ſub ſe non tantum Eccleſias Parochiales, ſed etiam Dignitates, & alia beneficia, quibus cura animarum incumbit, vt Decanatum Archidiaconatum &c. de quibus *cap. Cum in cunctis* §. *Inferiora, de electi.* Et amplius comprehendit beneficia habentia ſolam iuriſdictionem ſpiritualem in foro contentioſo. Sed nihilominus dicitur, quod omnis Eccleſia curata eſt Parochialis, & è contra. Alia enim beneficia curata non veniunt ſub nomine Eccleſię, ſed ſunt beneficia in Eccleſia, non verò ſunt Eccleſiæ, vel beneficia Eccleſiæ, Parochialis verò eſt Eccleſia, vt declarat Fagnan. *cap. Cum in cunctis.* §. *inferiora num.* 6. Econtra verò omnis Eccleſia curata, vt probat Lotter. eſt ſimul Parochialis. Nam alias ſi Epiſcopus ſimpliciter approbet Presbyterum ad audiendas confeſſiones, & adminiſtranda Sacramenta in aliqua Eccleſia, illa non dicetur curata, ſed in illa dicetur conſtituta gratioſa quædam ordinatio fauore animarum, & Presbyter talis non dicetur Curatus, ſed ſimplex miniſter illius à quo talem poteſtatem conſequutus fuit. Imol. *in Clem. Dudum, num.* 32. *de ſepult.* Ferret. *conſ.* 255. *num.* 11. Rota *in vna Capuana Rectoriæ* 22. *Aprilis* 1612. *coram Cardinali Sacrato*.

7. His præmiſſis accedamus ad explicationem textus, cuius eſt hæc prima regula. Mandatum prouideri de Eccleſijs, Perſonatibus, Dignitatibus, vel alijs beneficijs quibuſcumque non ſe extendit ad beneficia curata, niſi curæ animarum fiat expreſſa mentio. Ita Gloſſ. *in v. prouideri* Archar. *nu.* 3. Dom. *nu.* 1. *&* 2. Franch. *num.* 4. Barb. *num.* 4. Panorm. *cap. vlt. nu.* 3. *eod. tit. & in cap. poſtulaſti num.* 2. *de reſcript. & ibi,*

Dec.

Dec. *num.* 6. Card. *in Clement. num.* 8. *de ſuppl. regul. Prælat.*

8. Regulariter enim beneficiorum appellatione non venirent curata, vt per hunc text. tradunt Gigas *de penſion. q.* 18. *num.* 9. Corraſ. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. FranchMarch. *deciſ.* 525. *p.* 1. Petr. Greg. *de benef. cap.* 6. *numer.* 4. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell.* Gloſſ. 6. *num.* 1.

9. Intelligitur vero regula nedum de mandato de prouidendo de beneficio vacaturo, ſed etiam de actu vacante, itaut ſubreptitiæ cenſeri debeant literæ ſi non ſit expreſſe narratum, quod beneficium ſit curatum.

10. Et ſic vi literarum Apoſtolicarum, in quibus mandatur prouideri, vel confertur aliquod beneficium ſimpliciter, non expreſſo, quod ſit curatum, non poteſt impetrans prouideri de curato. Et ſimiliter ſi dicitur, ſimpliciter de Dignitate, non poteſt conferri dignitas colleggialis, ſeu electiua, & vt habetur ex Clem. 1. *eod. tit.* etiam ſi dicatur dum tamen animarum cura non negligatur. Item ſi dicatur de dignitate curata, & collegiata, tunc quidem includitur dignitas curata, & collegialis, ſed ſi dicitur tantum de dignitate curata, non poterit conferri collegialis *per tex. in* §. *ſequen.* ſed ſi dicitur de dignitate collegiali tunc ſi ſimul eſt curata, & Parochialis, ſed Parochia ſit illi annexa acceſſoriè, tunc non eſt neceſſe, quod fiat mentio Parochialis, vt hic tradunt Franc. *nu.* 4. Barb. *num.* 5. & conſtat ex dictis ſup. *cap. ſuper hoc* 6. in hoc tit. *num.* 1. Et in annexis debet hoc ſeruari, vt habet Franc. quod fiat mentio beneficij principalis, cui aliud eſt annexum. Et ita ſi Parochialis eſſet principalis, & dignitas annexa, mentio fieri deberet Parochialis, & vbi non conſtet quænam ſit principalis, vtriuſque mentio fieri debet, cum vna reliquam non includat. Vnde tunc licet ſufficiat exprimi, quod ſit collegiata, vt includatur cum collegiali, non ſufficit tamen vt includatur cum Parochiali, niſi id exprimatur, cum ipſa ſit diuerſa. Et ideo hæc ſpecifica mentio fieri debet, ſi dignitas collegiata habeat vnitam Parochialem æquè principaliter, quia tunc vtraque eſt diuerſa, & æque principalis, nec vna continetur in alia, quæ omnia fuſius hic habet Franc. *num.* 4. & Anchar. *infr.* §. *fin. poſt not.* 6. *&* *Dom. ibid. num.* 8. Et ideò quod ſi prouidetur de dignitate principali alicuius Eccleſiæ, quæ etiam Parochialis exiſtat, debeat dici *Plebanatum, ſeu Præpoſitatum prædictum, cui cura parochianorum prædictæ Eccleſiæ, quæ etiam Parochialis exiſtit immiſet animarum, ac cuius fructuſque* notat Pyrrus Corradus in praxi Beneficiaria *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 48. ita quod nec ſufficiet facere mentionem ſimpliciter de cura animarum.

11. Limitant tamen hoc aliqui, vt regula procedat in mandatis, ſeu reſcriptis odioſis, quæ dantur ad impetrationem alicuius, non vero in illis, quæ dantur motu proprio Pontificis Ita Gloſſ. *in v. prouideri*, quod & videtur ſentire Lap. Nam reſcriptum motu proprio datum non eſt odioſum, & reſtringendum alias vero ſub nomine beneficij in communi in non odioſis veniunt omnia beneficia etiam curata, etiam dignitates etiam collegiales. Nec obſtat ſi cum Dom. dicatur, quod motus proprius non fert priuilegium tertio; hic vero ſit præiudicium ordinario collatori, vt in *cap. ſuper & ſup. de off. delegati, & cap. Paſtoralis de Beneficijs.* Nam in hoc non datur præiudicium cõſiderabile ordinarij, cui non competit poteſtas conferendi beneficia, niſi cumulatiuè, & ſub conditione, quod Papa ea nobis per ſe ipſum concederet. Neque obſtat, quod motus Proprius non ampliet gratiam, licet tollat ſubreptionem, quia aliud eſt ampliare gratiam extendendo eam vltra ſignificationem verborum conceſſionis, & hoc non facit motus proprius; aliud eſt nõreſtringere gratiã ſumendo terminos gratiæ in lata eorum, ſed propria ſignificatione, non vero in ſtricta, & hoc facit clauſula motus proprij, qua poſita diſpoſitio debet accipi in pleniſſima ſignificatione, *cap. ſi pluribus, inſ. in hoc tit.*

12. Nihilominus dicendum eſt, quod etiam ſi conferantur beneficia motu proprio ſub generali conceſſione non veniant beneficia curata niſi id exprimatur, licet enim in conceſſione beneficiorum facta motu proprio non habeat locum reſtricta interpretatio ex præſumpta ambitione impetrantium, ex quo habetur, quod reſcripta beneficialia data ad impetrationem alicuius ſunt ſtrictè interpretanda, *cap. quamuis* 4. *ſup. in hoc tit.* Alia tamen ratio hic militat, nimirum huius Decretalis Statutum fundatum in eo, quod ad Beneficium curæ animarum requiritur ſpecialis identitas, quam motus proprius nec facit adeſſe ſi non adſit, & an adſit, vel deſit neceſſe eſt prius mature conſiderare, vnde conſideranda eſt maximè qualitas beneficij curati, ne contingat illud conferri minus idoneo. Licet propterea conceſſio facta motu proprio pleniſſime ſit intelligenda, hoc limitatur in caſibus in iure expreſſis, in quibus ex ſpeciali quadam ratione ſtatutum eſt, vt diſpoſitio non valeat niſi facta hac vel illa expreſſione, ſicut ſtatutum eſt in hoc textu de beneficio curato. Ideo etiam ſi mandatum de prouidendo, vel literæ collationis beneficij non exprimant qualitatem beneficij curati, illud ex vitalium literarum non poteſt conferri. Imola hic & Rota *dec.* 111. *ſeu* 6. *de Præbend in nou.* Panorm. *in cap. ad aures num.* 1. *d. reſpicit* Gonzal. *Gloſſ.* 9. *num.* 10. Garz. *de benef. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 57.

13. Quod confirmatur, nam clauſula motus proprij non tollit inhabilitatem ſubiecti, ideo nec tollit vitium conſiſtens in facienda ſubiecti inhabilitate Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *num.* 81. *& ſequen.* Gabriel *lib.* 6. *tit. de clauſ. concl.* 2. *nu.* 40. *&* 44. *cum ſequent.* Sanchez de Matr. *lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 49. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 6. *num.* 158. Non idoneus verò ad curata eſt ad illa inhabilis.

14. Et pariter motus proprius non facit quod prouiſio beneficialis ſe extendat ad qualitatem intrinſecam beneficij non expreſſam Menoch. *d. caſu* 201. *num.* 80. Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 51.

15. Declarat igitur Pontifex ſuæ intentionis non eſſe concedere beneficium curatum, dum con-

concedit beneficia, niſi id exprimat. Ex quo deducitur verba diſpoſitionis reſtringi ex intentione tacita loquentis. Gloſſ. *in v. intentionis*, Anchar. *num.* 3. Franch. *num.* 2. Ex quo deducit Archid. quod ſi Papa falſo rumore ductus de morte Titij præbendam quam illi dederat alteri conferat, per has ſecundas literas non ſunt reuocatæ primæ. Sed certè licet ſit verum quod vbi conſtat de intentione loquentis, aut ſcribentis, oratio in ſenſu intento à loquente accipi debet. Verum intentio loquentis nobis niſi ex verbis eius non innoteſcit, & alias verba loquentis in propria & conſueta ſignificatione accipi debent, niſi aliud obſtet. Et ideò in præſenti caſu conceſſio beneficij deberet etiam intelligi de Curato, quod ſub nomine beneficij comprehenditur, ſed tamen non venit, niſi exprimatur, quia Pontifex declarauit non venire, niſi exprimatur. Ideò non debentur velle diuinare in rimanda intentione legislatoris, ſed hæc ex verbis eius adhibitis regulis à iure expreſſis pro legum interpretatione inueſtigari debet, & affirmari.

S V M M A R I V M.

16. *Mandatum prouideri de Perſonatibus, & Dignitatibus ad ordinationem cuiuſcumque ſpectantibus non includit beneficia electiua, ſi non ſunt expreſſa.*
17. *Quid ſit collatio.*
18. *Prouiſio propriè ſeu ſpecificè ſumpta eſt idem quod collatio.*
19. *Præſentatio quid ſit.*
20. *Hæc nomina, collatio, inſtituto, & confirmatio aliquando confunduntur.*
21. *Diſpoſitio ſpecificè ſumpta eſt idem quod ordinatio, & inſtitutio.*
22 *In Beneficialibus ſub nomine prouiſionis, diſpoſitionis &c. non veniunt beneficia electiua non expreſſa.*
23. *Mandatum de prouideri de Dignitatibus, & beneficijs curatis non includit electiua.*
24. *Mandatum prouideri ſimpliciter de beneficijs non claudit electiua.*
Non eſt verum in materia ſtrictæ interpretationis, quod vbi nullus modus exprimitur veniat omnis modus num. 24.
25 *Si non exprimitur quod beneficium eſt electiuũ gratia eſt nulla.*
26. *Ratio regulæ poſitæ in textu.*
Beneficium electiuum habet ſpecialem qualitatẽ exprimendam num. 26.
27. *Mandatum Papæ de prouidendo ex ſe præiudicas Ordinario.*
28. *De omni Beneficio electiuo debet fieri mentio.*
29. *Etiam in motu proprio exprimi debet beneficiũ electiuum.*
30. *Scriptor dicitur, qui eſt deputatus ad ſcribendum.*
31. *Dictio etiam eſt ampliatiua.*

Illis vero §. I.

16 DE Beneficijs electiuis diſponitur in hoc §. & ponitur hæc regula ſi ſcribitur & mandatur prouideri aliquibus de Perſonatibus, vel Dignitatibus, etiam ſi curam habeant animarum, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus cuiuſcumque non poteſt ex hoc eis prouideri de Prælaturis, Perſonatibus, vel diginitatibus electiuis.

17. Plures modi prouidendi de beneficijs numerantur quorum prior eſt collatio. Collatio vero eſt quædam iuris translatio, quia per collationem transfertur ius beneficij in illum cui confertur: & habet vim electionis & confirmationis ſimul. Nam electio tribuit ius ad rem, Gloſſ. *in Clem. 7. in ea collatio, vt lit. pend.* ſed collatio confert ius in re Innoc. *in c. conſtitutis el 2. de appellat.* Franch. hic *num.* 5. collatio vero in iure dicitur donatio *cap. 3. de ſupplend. negl. Prælat. & cap. Propoſuit. de concett. Præbend.* quia licet Superior teneatur prouidere Eccleſiæ de Miniſtro, liberum tamen illi eſt ſuppoſita æquali identitate in promouendis, beneficium cui voluerit conferre. Propriè tamen collatio non eſt donatio, non enim donatur, quod iure neceſſitate datur, Lotter. *de re benef. lib. 2. p. 1. num. 6.*

18. Prouiſio vero accipitur communiter ſeu in latiori ſignificatione, & propriè, ſeu ſpecifica. Nam ſi propriè ſumatur idem eſt, quod collatio, *vt in cap. dudum in princ. ſup. in hoc tit. & inf. cap. cui de non. ſe* Lucio *cum* Io. And. ſed prouiſio ſumitur etiam communiter, vt comprehendit omnem modum per quem Eccleſiæ prouidetur. Dom *num. 6.* Franch. *nu. 6.* Gloſſ. *in* Clem. *fin. de elect.*

19. Præſentatio vero pertinet ad Patronum qui etiamſi ſit Eccleſiaſticus non poteſt conferre, ſed ſolum præſentare, *cap. fin. de iure patron.* Et ſicut in Electione, ſic in præſentatione, non acquiritur totale ius, ſed ſolum ius ad rem, & requiritur confirmatio, vel inſtitutio facta per alium ſuperiorem, qui vel electionem confirmet, vel præſentatum inſtituat, vt notat, Lap. *cap. Auaritiæ, de elect. in hoc lib. & inf. cap. 1. de inſtit.* Dom. *num. 6.* Franc. *num. 4.*

20. Verum huiuſmodi nomina collatio & inſtitutio plerumque confunduntur, vt aduertunt Milis *in v. collatio* Rota *dec. 27. n. 1. & 2. de Præben. in non.* Gambar *de offic legat l. 2. n. 127.* Lotter *d. q. 1. n. 15.* Quod idem dicitur de his nominibus confirmatio, & inſtitutio. Gloſſ. *cap. non tantum in verb. inſtituere. 18. q. 2.*

21. Diſpoſitio vero ſi propriè, & ſpecificè ſumatur idem eſt, quod ordinatio, & ordinatio idem, quod inſtitutio, & ita ſumitur hic ſecundum Io: Andr. ſed tamen diſpoſitio in larga ſignificatione importat genericum modum prouidendi de beneficijs, & eſt idem, quod prouiſio genericè ſumpta. In materia tamen odioſa eorum ſignificatio reſtringitur, vt prouiſio pro collatione, & diſpoſitio pro ordinatione, ſeu inſtitutione accipiatur Io. Andr. Dom. *num. 7.* Franch. *num. 7.*

22. Verum non intereſt qualitercumque in hoc textu verbum prouiſio, aut diſpoſitio accipiatur, quia etiam ſi ſumantur in latiori ſignificatione, in qua in materia fauorabili comprehenderent electionem, decernitur in hoc textu

Digitized by Google

tu, quod in literis beneficialibus datis ad fauorem alicuius ſub nomine prouiſionis, aut diſpoſitionis electio non veniat.

23. Quamobrem conſiderari debet, quod textus loquitur in caſu magis dubitabili, qualis eſt in quo ſcribitur exprimendo beneficia qualificata, qualia ſunt Dignitates, & Perſonatus, & exprimendo modos qualificatos prouidendi, quales ſunt collatio, & inſtitutio, quæ ſupponit quandam quaſi electionem factam à Patrono præeligente præ alijs illum, quem præſentat; imo exprimendo modos generales, in quibus poſſet comprehendi collatio beneficij alias electiui, quales modi ſunt prouiſio, & diſpoſitio. Et nihilominus omnibus his expreſſis declarat ex vi literarum huiuſmodi expreſſiones continentium non poſſe prouideri de beneficio electiuo. Et ex hoc inſinuat multo magis hoc procedere ſi nullo ex præfatis expreſſo, ſcribatur aliquos prouideri de beneficio ſimpliciter.

24. Nec obſtat, quod quando in gratia nullus modus vacationis exprimitur, venit omnis modus vacandi, vt voluit aditio ad *dec. 196. ſeu 11. de Præ en. in nou.* Nam imo oppoſitum eſt verum, quia literæ de conferendis beneficijs ſtrictè interpretari debent, *cap. quamuis ſup. in hoc tit.* Et ideo in huiuſmodi literis ſub nomine beneficij ſimpliciter, non veniunt vel curata, vt dictum eſt ſupra in principio *text. num. 7. 8.* ſicut nec veniunt alia beneficia, quorum qualitas de iure debet exprimi, & ideo ſub nomine beneficij ſimpliciter prolati, non veniunt beneficia electiua, Franc. *hic num. 2.* Bart. *num. 6.* Felin. *cap. in noſtra num. 25. de* Gonez. *in reg. de annali q. 11. nu. 3. in fin.* Caputa *quen. deciſ. 41. num. 3. p. 3.* Gonzalez *ad reg. 8.* Cancell. *gloſſ. 19. num. 6.* Pariſ. *conſ. 31. num. 4. l. 4.* Menoch. *de arbit. caſu 201. num. 48.* Flamin. *de reſignat. l. 10. q. 2. num. 35.*

25. Et ideo in impetrationibus debet fieri mentio, ſi beneficium ſit electiuum aliter gratia erit nulla, & ſubreptitia. Rota *deciſ. 40. de reſcript. in antiq. & deciſ. 13. num. 5. de Præbend. in antiquioribus Biſignetti, & deciſ. 67. de conceſſ. præb. in antiquis,* Felin, & Menoch. *vbi ſup.* Gonzalez *num. 7.*

26. Quænam vero fuerit ratio, qua Pontifex motus fuit, vt decerneret beneficium electiuum non comprehendi, in litteris in quibus prouidetur de beneficio, niſi exprimatur; in texto non exprimitur, ſed omiſſis ijs, quæ hic habent Io. And. Dom. & Franc. *in v. electionem,* dicitur hic non militare ſolum illam rationem, quam affert Gloſſ. & quam ſolã approbant, Franc. *n. 3.* quia ſcilicet electio importat modum ſpecialem prouidendi Eccleſijs vacantibus, oportet vero exprimere omnes modos. Sed etiam quia vbi beneficia ſunt electiua duo ſpecialia concurrunt ſcilicet, primo ius eligendi ſpecialiter ex iure conceſſum Collegio, ſeu capitulo eligentium; & ſecundo qualitas prouidendi, quia beneficio melius præſumitur prouideri per plures quam per vnum, & ideo Pontifex voluit vt hic modus prouidendi non cenſeatur excluſus, niſi id exprimatur.

27. Et in hoc eſt diſcrimen inter beneficium collatiuum & electiuum. Nam vbi Papa mandat prouideri de beneficio collatiuo, licet præiudicet ordinario collatori aliquo modo, tamen diſpoſitio Papæ ex natura ſua præiudicat illi, vnde de hoc non eſt neceſſe fieri mentionem. Nec ratione huius præiudicij præciſæ literæ ſunt ſtrictæ interpretationis, quia hoc præiudicium eſt eiuſdem rationis reſpectu omnium beneficiorum, & ideo non eſt cur ex hac parte diſpoſitio Papæ reſtingatur, ſed diſpoſitio Papæ per ſe ex natura ſua abſolutè non præiudicat electioni, niſi id exprimatur, quia electio importat ſpecialem modum prouidendi, cui Papa non vult ferre præiudicium ex diſpoſitione ſua generali, niſi expreſſe id ſpecificet.

28. Intelligitur vero regula textus, nedum de electionibus, in quibus ſeruanda ſit forma *cap. quia propter de elect.* ſed de omni electione vt aduertunt Dom. *num. 8. &* Franc. *nu. 6.* Nam ſtat beneficium eſſe proprie electiuum, & tamen in eo non ſeruari formam *dic. cap.*

29. Sed ex dictis *ſup. num. 12.* dicitur regulam textus verificari etiam ſi Pontifex ſcribat motu proprio.

30. Ad verbum vero *ſcribimus* notatur, quod ſcriptor, vel qui ſcribit, dici poteſt deputatus ad ſcribendum, etiamſi nondum actu ſcripſerit. Vnde ſi Papa concedat gratiam alicui ſub his terminis, *ſibi qui ſcribit in regiſtro noſtro,* verificatur de eo, qui licet nondum actu ſcripſerit, tamen ad ſcribendum eſt deputatus, Dom. *num. 1.* Franc. *num. 1.*

31. *In v. etiam* pariter notatur, quod eſt dictio ampliatiua, & ita ſumitur in hoc textu, Archid. Dom. *num 1.* Franc. *num. 1.*

SVMMARIVM.

32. & 33. *Sub vno modu prouidendi expreſſo non includitur aliu. modus.*

33. *In mandato de prouidendo quod non eſt expreſſum cenſetur excluſum.*

34. *In literis beneficialibus non valet argumentũ à maiori ad minus.*

35. *Si vero modo expreſſo additur clauſula, & alio quocumque modo, non includitur maior expreſſis.*

Si dicatur de beneficio ſpectante ad collationem, & additur clauſula & alios &c. includitur inſtitutio, & confirmatio ſecus è contra num. 35.

36. *Cauendum ne clauſula addatur inaniter.*

Præſentatio, & inſtitutio ſe inuicem excludunt reſpectu eiuſdem perſonæ ſecus reſpectu diuerſarum num. 36.

Si dicatur de beneficio ſpectante ad inſtitutionem alicuius poteſt illud beneficium conferri etiam ſi ſpectet ad alterius præſentationem num. 36.

37. *Si dicatur de beneficio ſpectante ad præſentationem, aut electionem alicuius poteſt de eo prouideri etiam ſi inſtitutio, & confirmatio ad alium pertinent.*

38. *In reſcriptis beneficialibus nomen ordinatio non comprehnndit omnem modum, ſed eſt idem, quod inſtitutio.*

39. *In reſcriptis beneficialibus nomina generica ſpecificè ſumi debent: ſecus in leggibus.*

40. *Facultas conferendi eſt fauorabilis, & in ea genericao nmina genericè ſumuntur.*

 41. *Etiam*

41. *Etiam in motu proprio vno modo expreſſo, alij non cenſentur incluſi,*

Et ſi detur clauſula generalis non per hoc includuntur ea, quæ de iure exigunt expreſſam mentionem num. 41.

42. *Per clauſulam de beneficio ſpectante ad præſentationem cuiuſcumque non includuntur Patronatus Laici, vel Clerici quoad patrimonium*

Cum autem §. II.

32. Hic habetur tertia regula textus, quæ eſt iſta. Ex vi literarum Apoſtolicarum in quibus mandatur prouideri alicui de beneficio ſpectante ad collationem alicuius, non poteſt eidem prouideri de beneficio ſpectante ad eiuſdem præſentationem, aut inſtitutionem, & è contra, expreſſo enim vno caſuum prædictorum, mandatum, quod eſt ſtrictè interpretandum non comprehendit alium caſum.

33. Itaque quia, vt dictum eſt ſupra *n.* 17. diſtinguuntur inter ſe ſi propriè ſumatur, collatio, præſentatio, & inſtitutio, & ſub nomine collationis non venit inſtitutio, Barb. *nu.* 9. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. *Gloſſ.* 16. *nu.* 10. ideo in mandatis de prouidendo, vno ex huiuſmodi modis expreſſo, cenſetur excluſus alius, & ſic in iſtis reſcriptis beneficialibus, quod non eſt expreſſum cenſetur excluſum, Anchar. *not.* 5. Dom. *n.* 1. Franc. *n.* 1. Io. And. *ſup. in cap. ſuſcriptum de reſcript. in hoc lib.* vbi idem fuit probatum.

34. Et hoc adeo eſt verum, vt nec valeat argumentum à maiori ad minus, vel concluſio quod conceſſo maiore cenſeatur conceſſum minus, huiuſmodi enim modus arguendi non probat in reſcriptis ad beneficia, vel vbi fieri debet ſtricta interpretatio, vt patet *ſup. cap. cui, non in hoc tit.* & poſt Io. And. *aduernit* Dom. *nu.* 2. Franc. *num.* 1.

35. Si vero expreſſo vno modo adderetur clauſula generis, vel alio quocumque modo, ſeruanda eſſet regula illa, quod clauſula generalis non includit maiora, & grauiora expreſſis. Et ideo ſi diceretur de beneficio quod pertinet ad collationem, & addaretur, & alio quocumque modo, includerentur etiam inſtitutio & confirmatio, qui ſunt modi minores, quia collatio continet vim electionis, & confirmationis, ſeu inſtitutionis, & præſentationis, confirmatio vero electionem non includit, ſed ſupponit, & inſtitutio ſupponit præſentationem. Sed ſi diceretur de beneficio ſpectante ad electionem & præſentationem, non includeretur collatio, ſeu beneficium collatiuum, quia collatio eſt maior electione, & præſentatione Dom. *num.* 6. Fanc. *num.* 2. Puto tamen in his attendi debere, ne reſcriptum Papæ ſit inutile, & clauſula non ne appoſita pro nihilo, & fruſtra, quia abſurdum eſt imaginari quod Papa velit inaniter reſcribere, & ſic impetrantem decipere.

36. Sed ſi præſentatio & inſtitutio diſtinguuntur, & expreſſio vnius modi excludit alium, ſequitur quod ſi Papa ſcribat prouideri alicui de beneficio ſpectante ad inſtitutionem vnius, non poſſit executor prouidere de beneficio in quo Epiſcopus inſtituit ad præſentationem alterius. Sed reſpondetur, quod inſtitutio & præſentatio ſeſe excludunt reſpectu eiuſdem perſonæ, ſic enim expreſſo de beneficio ſpectante ad præſentationem Petri, non includitur beneficium, quod ad eiuſdem inſtitutionem ſpectat, ſed reſpectu diuerſarum perſonarum hoc non procedit, & impoſſibile eſt quod procedat, niſi dicatur Papam fruſtratoriè, & fraudulenter reſcribere, quia cum inſtitutio ſupponat præſentationem factam ab aliquo, & præſentatio requirat inſtitutionem vt faciendam à ſuperiore, ſi dum ſcribitur de beneficio ſpectante ad inſtitutionem Petri, excluderetur eiuſdem beneficij præſentatio, ſimul excluderetur inſtitutio, quæ non eſt niſi reſpectu beneficij præſentati: quod aſſerere eſt abſurdum, Io. And. *n.* 2. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 3.

37. Sic è contra ſi ſcribatur de beneficio ſpectante ad præſentationem, vel electionem alicuius, poterit de ſimili beneficia prouideri etiam ſi inſtitutio, vel confirmatio ad alterum ſpectet, & tunc arctatur ius confirmantis, & inſtituentis, quia inſtitutio, & confirmatio ſunt acceſſoriæ præſentationis, & electionis, vnde ſequuntur naturam principalis, ſed vtriuſque dicti in hoc *& ſup.* ratio petenda eſt ex neceſſaria connexione inter præſentationẽ, & inſtitutionem, & inter electionem, & confirmationem, & implicat prouideri de beneficio præiudicando electioni, & non præiudicare confirmatori, cum tollatur materia confirmationis, quæ eſt electio. Et ita idem eſt de præſentatione & inſtitutione.

38. An vero ſi ſcribatur prouideri de beneficio ſpectante ad ordinationem alicuius, includatur omnis modus, aſſirmat Dom. *numer.* 4. poſt Guilel. *in extrauag. Sedes* Io. 22. *in v. ordinationem*, ſed merito hoc negat Franc. *n.* 4. quia ſemper militat ratio, quod in reſcriptis beneficialibus ſtricta debet fieri interpretatio, & ſic ordinatio ſumitur pro inſtitutione, vt per Gloſſ. *in ap. poſt. elect. ſup. de conceſſ. præben. &* *per* Io. And. Dom. *ſup.* §. *prox.*

39 Sed debet ſemper aduerti quod aliud eſt loqui de reſcriptis datis ad vtilitatem huius, vel illius, qualia ſunt reſcripta beneficialia, quæ etiam ex parte impetrantium præſeferunt ambitionem, & in his habenda eſt ſtricta interpretatio, nec verba quæ poſſunt eſſe generalia ſumi debent generaliter, ſi etiam ſint propria alicuius ſpeciei, ſicut ordinatio propriè ſumpta eſt idem, quod inſtitutio. Aliud eſt loqui in legibus, quę principaliter dantur ob bonum commune, & in quibus non datur ambitio, nec ratio reſtringendi, & feruntur in materia fauorabili. In huiuſmodi enim legibus nomina communia generaliter intelliguntur. Gonzal. *d. Gloſſ.* 16. *num.* 11.

40. Et ſic etiam quia poteſtas conferendi beneficia datur ad communem vtilitatem, & cenſetur fauorabilis, ideo ſupra eſt probatum quod in illa ſub nomine beneficij veniunt omnia beneficia, *cap. ſup. in hoc tit.*

41. Sic ergo in hoc caſu, etiam ſi reſcriptum ſit datum motu proprio vno modo excluſo non cenſetur incluſus, ſed excluſus alius. Si vero apponitur clauſula generalis, adhuc atten-

Digitized by Google

tendi debet, non poſſe ſub clauſula generali includi, quæ ex lege requirunt expreſſam, & ſpecificam mentionem, quam non poteſt ſupplere motus proprius, & qualis eſt intrinſeca qualitas beneficij, vt qualitas curati, aut electiui, & ſupra eſt probatum.

42. Explicari tamen, & limitari debet regula, vt licet ſi mandatur prouideri alicui de beneficijs quod pertinet ad inſtitutionem Epiſcopi, vel alterius, poſſit illi prouideri de beneficio iurispatronatus Eccleſiaſtici, non tamen de beneficio patronatus laici, aut Clerici ratione patrimonij, etiam ſi eſſet clauſula de beneficio ſpectante ad præſentationem cuiuſcumque *per not. in cap. cum dilectus sup. de iurepatron. & ibi per Hoſt.* Io. And. *hic*, Io. de Lignan. & Franc. *num.* 3, Lap. in §. *ſup.*

SVMMARIVM.

44 *Mandatum ſimpliciter datum & duos includens alterum illorum non ligat, & directum pro vno duos non afficit.*

45 *Ex quo in mandato non dicitur communiter vel diuiſim, habetur mentem Papæ non eſſe dum ſcribit prouideri de beneficio ſpectante ad duos, grauare illos diuiſim.*

46 *Propoſitio vniuerſalis eſt copulatiua.*

47 *In beneficijs ſimultaneæ collationis an intret alternatiua.*

48 *Ex vi mandati de prouidendo de beneficio ſpectante ad plurium præſentationem, non poteſt conferri beneficium, quod ſpectat ad plurium præſentationem diuiſim, & in ſolidum.*

Beneficium non pertinet ad plurium præſentationem, ex eo quod præſentans dependet in hoc à conſenſu aliorum num. 47.

49 *Et ideo prima pars regulæ non habet locum vbi beneficium ſpectat ad plures diuiſim, & in ſolidum.*

50 *Ex vi clauſulæ de beneficio ſpectante ad vnum vel alium non poteſt prouideri de beneficio ſpectante coniunctim ad vtrumque.*

Reſcriptum beneficiale non extenditur ad caſus non expreſſos num. 49.

51 *In beneficialibus non valet argumentum à maiori, vel fortiori.*

Maius eſt concedere ſimul maiorem gratiam, & minorem, quam maiorem tantum num. 50.

52 *In beneficijs alternatim ſpectantibus ad præſentationem plurium poteſt prouideri de illo, quod hac vice ſpectat determinate ad vnum.*

53 *Si dicitur de beneficio ſpectante ad collationem vnius, poteſt de illo prouideri etiam ſi requiratur conſenſus alterius.*

54 *Si dicitur de beneficio ſpectante ad vnum intelligitur de illo, quod in totum eſt illius, vel eſt ſolum illius.*

Commune mihi eſt alijs nõ & propriè meum n. 53

55 *Si dicitur de beneficio, quod ſpectat ad collationem Epiſcopi non intelligitur de ſpectante ad Epiſcopum & Capitulum.*

Nominatio directa Capitulo non includit ſpectantia ad ſingulos Canonicos num. 54.

Si vero §. III.

43. DE beneficijs, quæ vel ad plurium, vel ad vnius tactum collationem, aut inſtitutionem ſpectant, regula iſta bimembris traditur ſi mandatur prouideri alicui de beneficio ſpectante ad collationem, vel præſentationem aliquorum, non adiecto communiter vel diuiſim, ex vi talis mandati non poteſt prouideri de beneficio, quod ad collationem, aut præſentationem tantum illorum ſpectat. Et è contra ſi mandatur prouideri alicui de beneficio quod ſpectat ad collationem vnius, ex vi talis mandati nõ poteſt prouideri de beneficio, quod ſpectat ad illum ſimul cum alio.

44. Sic ergo mandatum ſimpliciter datum & duos includens alterum illorum ſolum non adſtringit, & è contra directum pro vno, duos non afficit, vt ſummat Dominicus.

45. Ex quo enim Pontifex in huiuſmodi mandato reſpiciente beneficium ſpectans ad collationem vel præſentationem duorum non adijcit dictiones iſtas communiter, vel diuiſim habetur intentionis ſuæ non eſſe grauare alterũ illorum diuiſim, & in beneficijs, quorum collatio, vel præſentatio diuiſim competit non eſt alicuius propria collatio Gloſſ. *in v. adiecto*, Dom. *nu.* 1. Franc. *num.* 1. Anchar. *not.* 5.

46. Nam & hoc eſt proprium propoſitionis vniuerſalis, quod ſit copulatiua, & ad eam verificandam neceſſe eſt omnes eius partes eſſe veras, *vt in l. ſi quis ducenta* §. Vtrum. *ff. de reb. dubijs, & in lib. ſi quis ſtipulatus fuerit decem ff. de verb. obligat.* quando ergo dicitur, mandatur prouideri de beneficio ſpectante ad collationem aliquorum, hæc oratio ſaltem ſimpliciter eſt copulatiua, & vt ſit vera beneficium debet pertinere ad collationem alterius copulatiue Io. Mon. & Dom. *nu.* 5. Franc. *num.* 1.

47. Hinc eſt quod in beneficijs ſimultaneæ collationis non intrat alternatiua, Barb. *nu.* 15. Cardin. Caual. *deciſ.* 359. *num.* 7. & 15. & *dec.* 399. *num.* 1. Quo tamen in quo ſenſu accipi debeat, late explicat Gonz. *ad reg* 8. Cancell. *Gloſ.* 45. *num.* 1. & *ſeqq.*

48. In propoſito autem regulæ huius textus, non intereſt an collatio, vel præſentatio pertineat ad plures ſimul, vel ſucceſſiue, dum tamen pertineat ad plures vt voluit Io And. *n.* 2. Vnde ſi contingeret, quod Plebanus haberet ius præſentandi Abbati, & Abbas Epiſcopo, ex vi mandati prouidendi de beneficio ſpectante ad præſentationem plurium poſſet executor prouidere de tali beneficio, quia ſufficit quod præſentatio ſpectet ad plures, & non ad alterum tantum. Sed hoc meritò non placet Franc. *nu.* 4. Nam vel intelligimus in præfato caſu, quod Plebanus non ſit propriè præſentator, ſed ſolum quod habeat ius, vt Abbas ſine eius conſenſu, non præſentet, vel quod Plebanus habeat propriè ius præſentandi, Io. And. primum intelligit, & vult quod ſolus Abbas ſit, qui proprie præſentat. Sed hoc dato deficit aſſertio eiuſdem ex eiuſdem principio. Nam vt ipſe fatetur, beneficium non dicitur pertinere ad præſentationem plurium, ſi vnius ſolius ſit præſentare, licet alterius, vel aliorum ſit præbere conſenſum. In hoc enim caſu vnus ſolus eſt qui præſentat, licet ille ſine alterius conſenſu præſentandum eligere, aut præſentare non poſſit Et ſic in hoc caſu vnus ſolus, ſcilicet Abbas

gra-

grauaretur ex vi mãdati dati debeneficio ſpectã te ad plurium præſentationem,quod non eſt intentionis Papæ, ſed ſi vterque habet ius præſentandi propriè, tunc præſentatio conuenit ſingulis illorum & de per ſe, & non coniunctim, ſed diuiſim, & ſingulis in ſolidum, igitur ex vi præfati mandati non poſſet de tali beneficio prouideri, quia Papa ſic mandando voluit granare communiter, & non quemlibet in ſuã totali poteſtate.

48. Quamobrem tunc ſolum habet locum prima pars regulæ, quando collatio, ſeu præſentatio pertinet ad plures coniunctim, ſeu communiter, non vero diuiſim, & in ſolidum cuilibet. Nam ſi pertinet diniſim & cuilibet in ſolidum, locum habebit ſecnnda pars, & tunc opus erit, quod in literis Papæ vtriuſque fita mentio, vt Francus vult.

49. Sicut ſi mandatũ de prouidendo concipiatur diuiſim, dicendo ad ſuam, vel alterius collationem, tunc habet locum prima pars regulæ, & ex vi talis mandati non poteſt prouideri de beneficio, quod coniunctim pertineat ad plures, Anchar. *poſt princ.* Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 3. *& per text. in cap. fin. in alios tit.* Anchar. *num.* 2. Franc. *num.* 3. mandatum enim de prouidendo nou extenditur ad caſus non expreſſos, ſed in ſpecifica forma debet obſeruari, *cap. de non ſacerdotali inf. in hoc tit.* Rota *dec.* 14. *de præbend. in nou.* Gomez *de expectat. num.* 49. Staphil. *de lib. gratia tit. de modo, & forma impetr.* 2. Hoied. *de incompat. benef. p.* 1. *cap.* 14. *nu.* 61. In ſecunda autem parte regulæ, non eſt expreſſus caſus beneficij ſpectantis coniunctim ad plnres. Sed & facit, quod natura alternatiuæ ad differentiam copnlatiuæ eſt, quod diſiunctiua verificatur in vno tantum, *cap. inter cat. de reſcr.* Roland. *conſ.* 58. *num* 4. Cephal. *conſ.* 134. *nu.* 1. *l.* 1. ſic igitur ſi ex vi mandati diſiunctiuè concepti poſſet conferri beneficium ſpectans coniunctim ad plures nulla eſſet differentia inter copulatiuam & diſiunctiuam.

50. Nec obſtant, quæ affert Barboſa *nu.* 18. ſentiens oppoſitum: non quidem valet arguere à fortiori, & dicere, quod ſi Papa ex vi talis mãdati vult grauare quemlibet illorum in ſolidum à fortiori vult granare vtrumque ſimul *ex cap. in toto, & cap. plus ſemp. inf. de reg. iur.* Nam vt dictum eſt *num.* 34. huiuſmodi argumentum à maiori, vt fortiori non valet in materia beneficiali vbi interpretatio ſtricta eſt neceſſaria. Imò in his falſum eſt, quod argumentum procedat à fortiori, vel maiori, nam cum maius ſit concedere maiorem gratiam, & minorem ſimnl, quam maiorem tantum, non poteſt fieri lata interpretatio, & extenſio, & dici quod ex quo conceſſa eſt gratia maior, ſit ſimul conceſſa minor, quia hoc modo fieret argumentum à conceſſione minoris, ad conceſſionem maioris gratiæ, quod non admittitur. Sic in mandato de beneficio alternatiue concepto, Papa ſic grauat vtrumque in ſolidum diſiunctiuè quod in facto vnus ſolus poteſt manere grauatus, quod eſt grauamen longè minus, quam grauamen plurium coniunctim, ideo tantum abeſt, quod hic locum habeat argumentũ à fortiori, quod deducitur conſequentia à minus forti, ad fortius, quia à minori grauamine arguitur ad maius. Quæ conſequentia eſt vaniſſima, & ad rem non facit, quod adducitur *ex l. cum quidem C. de verb. ſignif.* quia nec eſt verum, quod mandatum huiuſmodi reſpiciat directe perſonas, ſed directe reſpicit ius & rem perſonarum, quod ius in vno tantum, vel altero Pontifex vult tolli non in vtroque ſimul.

51. In mandatis igitur huiuſmodi alternatiuis idem ſeruari debet, ac ſi mandatum fuerit pro tali determinatum, & ex vi talis mandati ſic non poteſt prouideri de beneficio ſpectante coniunctim ad plurium collationum, quod tamen prouideri poteſt de beneficio ſpectante nominatum diſiunctiuè pro illa vice, Anch. *not* 5. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 5. & ſic vbi inter Patronos ſit alternatiua in præſentando, vt in Clem. 2. *de iure patr.* prouideri poterit de beneficio, quod ſpectat ad Patronum cuius erat illa vice præſentare, quia patronus tunc ſolus iure proprio poterat præſentare.

52. Et ſic etiam, vt dictum fuit, ſi collatio, vel præſentatio ad vnum ſolum ſpectat, licet ad hoc requiratur conſenus alterius, poterit prouideri de beneficio illo ex vi clauſulæ de beneficio ſpectante ad collationem, vel præſentationem illius, & ſi in mandato dicatur de beneficio ſpectante ad collationem Abbatis poterit prouideri etiam de beneficio, quod Abbas non poteſt conferre ſolus ſine conſenſu Epiſcopi, Anchar. *not.* 5. Io. And. *num.* 2. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 5.

53. Cæterum vbi ſcribitur de beneficio ſpectante ad vnum, diſpoſitio intelligitur de illo beneficio, quod in totum eſt illius, Dom. *nu.* 2. Franc. *num.* 2. Et ita vt idem ſit dicere de beneficio ſpectante ad collationem talis, & dicere ad collationem ſolius talis, Gloſſ. *in v. cum alio*, Dom. *num.* 2. nam proprie loquendo quod eſt commune mihi & alteri non eſt propriè meum, Monac. *nu.* 4. Prob. *nu.* 2. *&* 5. Dom. *&* Franc. *loco citato*, Cagnol. *in l. id quod noſtrum* 13. *n* 20. *ff. de reg. iur.* Barb. *hic num.* 14. & ideo vbi non habet locum lata interpretatio non poteſt fieri extenſio ad id quod non in totum, ſed communiter cum alio eſt meum. Et ſic vbi in mandato dicitur de beneficio ſpectante ad collationem talis, intelligitur de collatione, quæ propriè & in totum eſt illius, non vero de illa, quæ eſt illius ex parte, & ſimul cum alio.

54. Et propterea ſi in mandato dicatur de beneficio ſpectante ad collationem Epiſcopi, mandatum non includit beneficia, quæ pertinẽt ad collationem Epiſcopi, & Capituli, nec è contra Dom. *num.* 2. *&* 5. Franc. *num.* 2. 3. *&* 5. Barboſa *num.* 12. Caputaquen. *deciſ.* 88. *num.* 4. *p.* 2. Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. *Gloſſ.* 9 *num.* 15. *& Gloſſ* 45. *nu.* 29. & nominationes directæ Capitulo non includunt, quæ ſpectant ad ſingulos Canonicos, vt ſingulos Barb. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1. *Quinque dubia ſoluuntur in hac Decretali.*
2. *Beneficium poteſt conferri abſenti, & ignoranti.*

3. *Do-*

3. Donatio facta abſenti poteſt reuocari.

4. Collatio clandeſtina inutilis.

Obligat conferentem num 4.

5. Quomodo collatio debeat publicari.

6. Ex vi collationis prouiſo datur ius ad rem, non in re, & ideo beneficium non eſt ſuum, ſed eſt illi debitum.

7. Si prouiſus ante acceptationem moriatur non vacat beneficium ex illius morte, ſed ante vacabat.

Habe s priuilegium percipiendi fructus beneficij vacantis illos percipit vſque ad tempus acceptationis collationis alicui factæ num. 7.

8. Quomodo beneficiatus ſit dominus beneficij.

Dictio meum, vel tuum importat dominium iuxta exigentiam materiæ num. 8.

9. Promotus ex acceptatione collationis ſit dominus beneficij.

10. An poſsit ſua auctoritate accipere poſſeſſionem remiſſiua.

11. Poteſt conſentire collationi per conſanguineum, vel Procuratorem generalem, ſed neceſſe eſt vt ratam habeas acceptationem ab illis factam

Ad acceptandum beneficium requiritur mandatũ ſpeciale.

12. Sufficit mandatum ad acceptandum beneficia in genere.

Mandatum de acceptando beneficio in indiuiduo eſt tacita acceptatio num. 12.

Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum beneficium num. 12.

13. Epiſcopus poſt collationem pendente acceptatione non poteſt alteri conferre beneficium: quod collatione factum eſt debitum, & affectum.

14. Collatio beneficij facta alteri pendente acceptatione primi cui fuit collatum eſt nulla, à quocunque ſit facta.

15. Multo magis nulla eſt diſpenſatio etiam motu proprio facta de retinendo priori beneficio alteri collato.

16. An recuſante illo acceptare collationem ſibi factam diſpenſatio reconualeſcat.

17. Pendente acceptatione an Epiſcopus poſſit collatum beneficium vnire.

18. Lapſo termino dato ad acceptandum Ordinarius poteſt alteri conferre beneficium.

19. Epiſcopus poteſt præfigere terminum ad acceptandum beneficium.

20. Etiam ſi beneficium fuit collatum Clerico alterius Diœceſis.

Beneficio Clericus ſit ſubiectus num. 20.

21. Non acceptans beneficium in tempore cenſetur recuſare.

Taciturnitas habetur pro conſenſu vel diſſenſu iuxta ſubiectam materiam num. 21.

22. Non eſt neceſſe, quod recuſatio fiat coram Epiſcopo.

Non eſt neceſſaria trina monitio num. 22.

23. Prouiſus etiam lapſo tempore poteſt re integra Collatorem præuenire.

24. Hoc manifeſtum, ſi ſolum intra tempus negatiue ſe habuit.

Non eſt neceſſe quod acceptatio facta lapſo tempore fiat coram Epiſcopo num. 24.

25. In dubio primo prouiſus debet probare ſe acceptaſſe collationem ante collationem factam alteri.

26. Qui diſſenſit collationi poteſt iterum conſentire manente in cõferente eadem voluntate, etiam ſi Papa pendente acceptatione prouiſi reſeruaſſet beneficium 27. 28.

28. Intell. cap. ſi eo tempore ſup. de elect.

29. Collatio facta à Papa pendente acceptatione cũ clauſula, ſi tempore datæ alteri non erat ius quæſitum, non ligat manus Ordinarij, vt non poſſit prouiſo non acceptante conferre alteri beneficium.

Cap. ſi Tibi abſentis:

1. Placet diuiſio huius Decretalis, quam facit Gloſſ. Io. And. & quam ſequũtur Dom. & Franc vt ſcilicet Bonifacius VIII. quinque ſoluat dubia tangentia materiam beneficij collati abſenti.

2. Itaque ſupponitur, quod beneficium poſſit conferri abſenti, ita vt nec ſit neceſſe, quod is, cui confertur ſit præſens per ſe, vel per aliũ qui nomine eius inſtituatur, & ita vt beneficium etiam ignoranti conferri poſſit, *cap. Gratia, ſup. de reſcript. in hoc lib.* ſicut neque in electione neceſſe eſt, quod electus ſit præſens, *cap. innotuit de elect. vbi* Io. And. & Innoc. *in cap.* Dilecti, *eod. tit.* & Dom. *cap. ſi ferre, & cap. quam ſit de elect. in hoc lib.* Hoc vero eſt commune ad omnem illum, qui ad aliquod beneficium promoueri poteſt, & ſic bene cium abſenti, & ignoranti poteſt validè conferri, *cap. Accedens, de elect. & hic* Io. Mon. Archid. Io. Andr. *in princ.* Dom. *num.* 1. Anchar. *num.* 1. Franc. *nu.* 1. Barboſ. *nu.* 2. Panorm. & Innoc. *in d. cap. accedens in prin.* Gom. *in reg. de non toll. iure quæſit. q.* 1. Mandoſ. *in reg.* 5. Cancell. *q.* 5. *num.* 6. Couar. *l.* 3. *var cap.* 16. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 195.

3. Quamuis enim donatio facta abſenti ante acceptationem non ſortiatur effectum *cap. Conſultationibus* 4. *de donat.* eamque poſſe reuocari *habebatur ex l. abſenti, & lib.* 2. *§ ſi quis de donat. & in l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ.* tamen hoc verificatur de donatione, quia eſt actio ex parte donantis libera, & ex libera voluntate procedens, ſed collatio beneficiorum Eccleſiæ, ex parte conferentis eſt neceſſaria neceſſitate officij, vnde nec eſt proprie donatio, nec ſicut donatio ex ingratitudine reuocari poteſt, *ex cap. fin. de donat.* vt aduertit Dec. *in cap.* Prelatum *num.* 7. & Barb. hic *num.* 2. *ead. tit* & propterea iura Canonica merito ſtatuerunt, quod collatio beneficij facta abſenti valeat.

4. Si tamen collatio ſit clandeſtina, eam non valere videri poſſet, eo quia electio clandeſtina à iure ſit reprobata *cap. quia propter, in fin. de elect.* ſed nihilominus nec electionem clandeſtinam eſſe ipſo iure nullam probatum eſt *tract. de elect. cap.* 12. *q.* 5. Et quidem collationem mere mentalem non valere, niſi per modum propoſiti voluntarij, ex eo eſt manifeſtum quod actio purè mentalis, non ſpectat ad Eccleſiam, vt viſibilem, ſicut eſt neceſſarium actionibus ad viſibilis Eccleſiæ hierarchiam ſpectantibus. Ideo nec lex pure mentalis eſt lex, quæ obliget, vt probatum eſt *cap.* 1. *de conſtit. q. vn. ar.* 3.

Digitized by Google

ar. 3. *num.* 77. Collatio autem beneficij ſcripto, vel verbo expreſſa clandeſtine, ſed non publicata, nullum effectum legalem habere poteſt, niſi publicetur & ſit manifeſta in Eccleſia. Credo tamen, quod obligaret conferentem ad eam publicandam, & exequendam. Eſt ergo neceſſe, quod collatio non ſit clandeſtina, ſed ſit publicata, vel ſaltem ſit talis, vt probari poſſit, aliter non valet, quia eſt inutilis Archid. *num* 1. Io. And. *num*. 1. Franch. *num*. 1.

5. Huiuſmodi autem notificationem fieri debere legitime, ita vt non ſufficiat eam notificare per nuncium, vel per literas voluit Archidiac. *num*. 1. ſed Dom. *num*. 12. exiſtimat quod ſit intimanda iuxta formam *Clem. cauſam de elect.* Verum in *Clem.* illa ſermo eſt de intimatione appellationis, vel ad ſummum de intimatione iudiciali, nunc autem ſimus in materia collationis, quæ eſt extraiudicialis. Et vlterius aliud eſt notificatio, & aliud intimatio non eſt neceſſe, quod collatio intimetur, ſed ſufficit quod promulgetur. Quamobrem hic plura diſtingui debent, & dicendum quod ad valorem collationis ſufficit, quod collatio probari poſſit, vel per teſtes, vel per ſcripturam, vt ex Paulo docet Franc. *num*. 1. ad hoc vero vt in iudicio excludit ſecundam collationem neceſſe erit, quod ſit probata, vel etiam intimata iuxta litis exigentiam. Ad hoc vero vt a promoto acceptetur, ſufficiens erit notificatio per nuncium, vel per literas, quia ſatis eſt, quod illi de ea quomodocumque conſtet

6. Stante igitur quod beneficium poſſit conferri abſenti, & ignoranti, ſuppoſito quod ſic fiat, dubium primo eſt, an ex vi talis collationis beneficium collatum ſit abſentis, & ignorantis collationem. Reſpondetur vero quod ante acceptationem beneficium non eſt ſuum, ſed eſt ſibi debitum. Ratio eſt, quia ex vi collationis beneficiarię abſenti, & ignoranti acquiritur quidem ius ad rem, non tamen acquiritur ius in re. Ex eo igitur quod acquirit ius ad beneficium, illud eſt ſibi debitum, ſed ex quo ante acceptationem non acquirit ius in re, ideo beneficium non eſt ſuum Io. Mon. *num*. 20. Archid *num*. 1. Io. And. *num*. 1. Lap. Anchar. *not*. 2. Dom. *num*. 2. & 14. Franch. *nu*. 2. Barb. *nu*. 3. Flam. *de reſig. l.* 10. *q*. 8. *num*. 5. Gonzal. *ad reg*. 8. Canc. *Gloſſ*. 26. *num*. 14. Sanchez *de matr. lib*. 1. *diſp*. 7. *num*. 20. & *lib*. 3. *diſp*. 3. *num*. 36.

7. Vnde etiam eſt, quod per mortem huius electi per collationem beneficij nondum acceptatam, non vacat beneficium, quod vacat non obſtante collatione huiuſmodi ex morte prioris qui beneficium poſſedit, vt tradunt quam plures quos retuli, & ſequutus ſum *tract. de elect. cap*. 33. *num*. 8. Et inde eſt, quod ſi quis haberet priuilegium percipiendi fructus illius beneficij vacantis, quia illud vacat donec promotus collationi conſentiat, ille perciperet fructus illius beneficij vſque ad tempus in quo promotus collationi conſentiret Anch. *not*. 3.

8. Cum autem dicitur quod ius in re importat dominium & facit beneficium eſſe ſuum vel meum, vel tuum, non intelligitur reſpectu proprietatis rerum Eccleſiæ, ſed reſpectu tituli, & fructuum illius, quorum beneficiatus eſt dominus iuxta probata *tom*. 1. *de ſtat. quæſ. a. nu.* Beneficiorum enim Dominus, eſt Chriſtus & Eccleſia iuxta probata *ibid. præſ. a. nu.* Ex quo deducitur quod pronomina meum, tuum, ſuum, ſic ſignificant dominium *l.* Quintus *ff. de auro, & arg. legat.* quod tamen iuxta materiam de qua eſt ſermo, non important aliquando niſi aliquod ius in re, & dominium aliquod imperfectum Archid. *num*. 1. Franc. *num*. 3. Dom. *nu*. 3.

9. Quamuis vero promotus ex acceptatione collationis beneficium faciat ſuum, & ſit ſuum etiam ante acceptam poſſeſſionem, quia ex vi collationis acceptatæ habet ius in re Dom *num*. 2. Franc. *num*. 8 Barb. *num*. 4. Couar. *l*. 3. *var cap*. 16. *num*. 3. & 5. Flamin. *l*. 2. *q*. 16. *n*. 2. & *l*. 10. *q*. 6. *num*. 2. & 55. & *q*. 8. *num*. 5. Gonzal. *ad* reg. 8. Cancell. *Gloſſ*. 15. §. 1. *num*. 15. & 33. Ricc. *part*. 5. *collat*. 1658. Vnde notari debet quod in ſpiritualibus titulo abſque traditione plenum ius transfertur Tiraquell. *de iure primog. q*. 17. *a*. 31. *num*. 5. & *opin*. 12. *num*. 2. Barboſ. *hic num*. 5.

10. Nihilominus vt accipiat poſſeſſionem ſunt neceſſariæ literæ ſuæ collationis, inſtitutionis, aut confirmationis & auctoritas ſuperioris. Et ideo Archid. *num*. 1. ait, quod ſi ſe ingerit in beneficio abſque auctoritate ſuperiori eſt eo ipſo facto priuatus, *per cap. prox. ſed* Io. And. *num*. 1. ait id verum eſſe ſolum ſi ſe ingerat per violentiam, *ſed in ſequen. prox. cap.* non eſt ſermo de habentibus verum titulum beneficij, & eius poſſeſſionem accipientibus, ſed de illis qui ſine titulo legitimo per eum ſe intendunt. Cæterum de neceſſitate literarum collationis, inſtitutionis, aut confirmationis, aut de exigentia auctoritatis ſuperioris ad hoc vt promotus ſuſcipiat poſſeſſionem, vel adminiſtret caſu dixi *cap*. 33. *de elect.* per totum.

11. Promotus vero collationem ſibi de beneficio factam acceptare poteſt, nedum per ſe ipſum, ſed etiam per procuratorem quamuis vero ad hoc pro promoto agere poſſint eius conſanguinei, *l*. & *ha* §. *Item parentes ff. de procur.* tamen lex non facit illos procuratores, & *lib*. 3. §. 1. *ff. iud. ſolu.* Et ad acceptandum beneficium non ſufficit mandatum generale. Et ideo licet vel conſanguineus, vel negotiorum geſtor, vel procurator generalis ſit pro promoto inſtitutus in beneficio, non per hoc ille acquirit in beneficio ius in re, ſeu dominium, niſi intra tempus neceſſarium ille ratam habeat acceptationem, aut inſtitutionem nomine ſuo factam, *Gloſſ. in v. habueris.* Dom. *nu*. 14. Franc. *num*. 1. Io. And. *num*. 6. Barb. *num* 11. Requiritur enim, & ſufficit mandatum ſpeciale, quo dato ex vi acceptationis factæ per talem procuratorem promotus acquirit dominium in beneficio, & illud ſit ſuum Io. Mon. *nu*. 2. Prob. *nu*. 2. & 29. Archid. *num*. 1. Dom. *num*. 14. Franc. *num*. 8. Couar. *l*. 3. *var. cap*. 16. *num*. 4. & 5. Flamin. *de reſig. l*. 10. *q*. 8. *num*. 34. Borell. *in ſum. om. deciſ. tit*. 66. *num*. 165. Azor. *p*. 2. *l*. 7. *cap*. 23. *q*. 5. Card. Mant. *de tacit. & ambig. controu. tom*. 1. *l*. 7. *tit*. 16. *num*. 10. Non tamen eſt neceſſarium mandatum ſpeciale ad hoc numero beneficium, ſed ſufficit mandatum ad acceptandum beneficia in genere Dom. *nu*. 14. Prob. ad Mon. *num*. 30.

*num.*30. Franc. *num.*8. vbi quod hoc mandatum generale ad beneficia eſt ſatis ſpeciale ad acceptandum beneficia etiam curata, & alterius qualitatis Barboſa *num.* 14. Alex. *l.* 1. §. *per Procuratorem ff. de acquir. poſſeſſ.* Ferret. *conſ.*220. *num.* 12. *in fin.* Rota in Aduerſana beneficij 1. *Iulij* 1620. *coram* Vbaldo. Imo notat Prob. *nu.*30. quod ſi promotus daret alicui mandatum pro acceptando beneficio in indiuiduo conſtitutio talis Procuratoris eſſet tacita beneficij acceptatio. Pariter vero, & ad accipiendam poſſeſſionem beneficij requiritur ſpeciale mandatum, Dom. *num.*14. Franc. *num.* 9. Couar. *d. cap.* 16. *num.* 19. Flamin. *d. l.*10. *q.*6. *num.* 13. Quamuis hoc verum ſit ſolum de acceptatione poſſeſſionis, per quam acquiritur ius, & dominium beneficij. Nam corporalis poſſeſſio quæ ſolum eſt facti poteſt accipi per quemcumque ſiue mandato ſpeciali Gloſſ. in Clem.1. *in v. collatio, vt lit. pend.* Franc. *num.*9. Non vero eſt neceſſe, quod Procurator ad acceptandam collationem beneficij ſit Clericus, ſed etiam laicus id præſtare poteſt, Franc. *num.*9.

13. Secundum dubium eſt, an Epiſcopus qui alicui contulit beneficium pendente acceptatione promoti poſſit variare, & alteri beneficium conferre. Reſpondat vero Pontifex non poſſe. Nam licet beneficium verè adhuc vacet, per collationem tamen factum eſt non liberum, ſeu affectum, & propterea Epiſcopus non poteſt de illo diſponere, & illud alteri conferre Io. Mon. *num.*2. Archid. *num.*2. Io. And. *num.*3. Anchar. *not.*3. Dom. *num.*4. & 10. Franc. *num.* 4 Barb. *num.*8. Gonzal. *ad reg.* 18. Cancell. Gloſſ. 26. *n.* 14. Couar. *var. l.*3.*cap.*16. *num.*1. Et hic eſt caſus in quo beneficium vacans non poteſt conferri, vt notat Franc. Epiſcopus enim functus eſt officio ſuo, Couar. & Gonz. locis citatis.

14. Dubium tertium eſt an collatio beneficij facta alteri pendente acceptatione eius cui primo ſuit collatum beneficium ſit nulla. Et eam eſſe nullam decetnit Bonifacius Octauus, fuit enim facta de beneficio alteri affecto, eo debito, & non liberæ collationis. Et ideo collatio facta de beneficio ſic non libero cedente accuſatione eſt nulla a quocumque etiam ignorante ſit facta, etiam ſi à Delegato Papæ, aut à Legato à Latere, aut etiam à Pontifice, ſi non ex certa ſcientia, aut non expreſſa collatione prius abſenti facta, Anchar. *not.*4. Lap. *num.* 1. Franc. *num.*6. Dom. *num.*9. & 14.

15. Ex quo deducitur quod multo minus valet diſpenſatio. Vnde ſi quis habens beneficium curatum, obtineat aliud curatum, & ſic vacet primum, quod per Epiſcopum alteri fuit collatum, ſed antequam ille alter acceptet collationem, ille primus impetrat diſpenſationem ſuper priori illo retinendo, & non exprimit collationem de eo priori factam, & non acceptatam, talis diſpenſatio ſubreptitia eſt, & nulla, Io. Mon. Io. And. *num.* 5. Dom. *nu.*11. quod ſecundum Lap. & Franc. *nu.* 10. procedit etiam ſi diſpenſatio facta ſit à Papa proprio motu, vel qui impetrauit ignorabat collationem alteri factam. Motus enim proprius, aut ignorantia non excuſant nec faciunt, quod Papa voluerit præiudicare iuri, quod ex collatione illi alteri fuit acquiſitum.

16. Et cum hæc gratia, ſeu diſpenſatio à principio fuerit nulla, etiam ſi contingat, quod ille alter nolit acceptare collationem ſibi factã gratia huiuſmodi non reconualeſcit ſecundum Io. And. & Dom. Quod tamen intelligitur ſi gratia non fuit ſubreptitia, ſed fuit data motu proprio, aut impetrante ignorante collationem alteri factam. In hoc enim caſu, cum tollatur præiudicium tertij & ex hoc capite eum iam adſit cauſa nullitatis, ſi alias ablata fuit ſubreptio, quam tollit motus proprius, & quæ non intrat, vbi impetrans ignorabat comiſſionem, gratia poterit reconualeſcere.

17. Quæri etiam poteſt, an pendente acceptatione, cum Epiſcopus poſſit illud conferre, poſſit illud vnire, Gloſſ. *v. in perſonam negat.* Ex quo Dominicus vult quod idem ſit dicendum de beneficio ad Papam deuoluto ex negligentia inferioris. Et certum eſt, quod hæc vnio fieri non poteſt in præiudicium illius cui beneficium ſuit collatum. Ex Feder. tamen de ſenis *in conſ.*107. Franc. *nu.* 11. tenet, quod huiuſmodi vnio valet, ſed non poteſt habere effectum, niſi poſt mortem illius cui beneficium fuit collatum, vel dicat, niſi ille non acceptauit collationem ſibi factam.

18. Quartum dubium eſt, quid ſit dicendum, ſi Epiſcopo aſſignante terminum ad acceptandam collationem, lapſus fuerit terminus. Et Papa reſpondet, quod tunc Epiſcopus ſeu Ordinarius, poteſt alteri illud beneficium conferre, & dicitur, *ſiue Ordinarius*, quia vt notat Gloſſ. *in v.* Epiſcopum, Pontifex nominando Epiſcopum factum poſſit, non ius, quia idem eſt ſi alius Ordinarius abſenti conferat beneficium dato illo termino ad acceptandum.

19. Cum ergo à iure non ſit aſſignatus terminus ad acceptandam collationem beneficij, Ordinarius ſeu Collator poteſt hunc terminum aſſignari. Anchar. *not.* 6. Barb. *num.*9. Tiraquell. *l.* Boues §. *hoc ſermone ff. nu* 56. *ff. de verb. ſignif.* Sanchez *l.*5. *de matr. diſp.* 7. *num.*8. Et tunc prouiſo ſufficit ſi intra terminũ acceptet

20. Sed ſi beneficium fuit collatum Clerico alterius Diœceſis poterit ne Epiſcopus aſſignare huiuſmodi terminum? Negat Lap. & vult terminum hunc aſſignandum eſſe per Epiſcopum illius Diœceſis, in cuius eſt clericus ille, inſtante collatore Beneficij, ſed contrarium eſt verum, quia huiuſmodi aſſignatio termini & actus iuriſdictionis voluntariæ, quem Ordinarius etiam in aliena Diœceſi poteſt exercere. Imo hic interuenit contractus quidam, per quẽ abſente acquiritur ius ad beneficium exiſtens in Diœceſi collatoris, vnde ex hoc talis Clericus fit ſubditus collatoris iuxta probata *ſup. cap. cũ nullus 3. q.* 1. *a.* 3. *de temp. ordin. in hoc lib.* Vnde poteſt in contumaciam conſtitui, vt priuetur illo iure quæſito, vt ex Io. de Lign. tradunt Dom. *num.* 14. & Franc. *num.*6.

21. Si ergo prouiſus de beneficio ſiue ſit abſens, ſiue ſit præſens nõ acceptet collationem in termino ſibi præfixo, habetur pro recuſante, & ideo Epiſcopus poteſt alteri conferri beneficium, Gloſſ. *in v. terminum*, & ibid. Io. Mon. Archid, & Io. And. Lap. *nu.* 3. Anchar. *not.*4.

& Dom. *num.* 14. Franc. *nu.*6. Barb. *numer.* 3. Flamin. *de reſig. l.* 10. *q.* 8. *num.* 5. Vnde colligit Anchar. quod taciturnitas iuxta ſubiectam materiam, & contra tacentem aliquando habetur pro conſenſu, & aliquando pro reuocatione.

22. Et in propoſito adhoc vt prouiſus validè recuſet, non eſt neceſſe, quod recuſet coram Epiſcopo, ſed valet recuſatio quandocumque, & vbicumque facta, Dom. *nu.* 3. & ſufficit quod de ea conſtet Epiſcopo, vt alteri poſſit beneficium conferre. Videntur vero velle Lap. *nu.* 4. Mol. *not.* 4. Dom. *num.* 14. quod ſit neceſſaria trina monitio, ad hoc vt prouiſus conſentiat, & tunc Epiſcopus poſſe alteri conferre beneficiũ ſi prouiſus ter monitus non conſentit. Sed huius trinæ monirionis nulla neceſſitas apparet, & ſufficit quod prouiſus in termino ſibi dato non conſentiat, & tunc lapſo termino Epiſcopus poterit alteri conferri, Franc. *num.* 6.

23. Quintum dubium eſt, quid ſi prouiſus lapſo tempore præueniat collatotem, quia nimirum adhuc re integra acceptat collationem ſibi factam, antequam Epiſcopus conferat alteri beneficium. Reſpondet autem Pontifex quod prouiſus etiam lapſo temporis termino ſibi dato ad acceptandam collationem beneficij ſibi factam poteſt illam acceptare, & ſi id faciat re integra beneficium facit ſuum. Et quidem nedum per ſe ipſum, ſed per Procuratorem ſpecialiter inſtitutum poteſt re integra collationi aſſenſum præſtare, Franc. *num.* 9.

24. Et hoc quidem euidenter procedit, ſi prouiſus, cui datus fuit terminus ad acceptandam collationem, negatiue ſe habuit, quia in termino non acceptauit, nam poteſt poſtea conſentire, & acceptare collationem ſibi factam, & ita vt nec ſit neceſſe, vt conſenſus fiat præſente Epiſcopo, vel vt acceptationem notificet Epiſcopo conferenti, ſed ſtatim ex vi acceptationis habitæ re integram acquirat ius in re & faciat beneficium ſuum; & ita vt collatio poſtea alteri facta, ab Epiſcopo etiam ſciente lapſum fuiſſe terminum, & ignorante acceptationem habitam, ſit ipſo iure nulla, vt explicat Franc. *num.* 6.

25. Neceſſe tamen eſt ad hoc vt ſecunda collatio habeatur, vt nulla, quod conſtet acceptationem collationis habitam fuiſſe à primo prouiſo ante ſecundam collationem. Et ita quod in dubio ad primum prouiſum pertineat hoc probare. Cum enim conſtet ſecundam collationem factam fuiſſe ab Epiſcopo in tempore in quo eam facere poterat, primo prouiſus, qui ſecundam collationem vult elidere, ex eo quod ipſe primam collationem acceptauit re adhuc integra, hoc debet probare Io. And. *n.* 5. Auchar. *q.* 1. Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 6.

26. Sed quid dicendum ſi primo promotus nedum non conſentit, ſed diſſenſit poſitiuè collationi? Gloſſ. *in v. lapſo*, vult quod manente eadem voluntate in conferente, qui diſſenſit poſſit iterum etiam poſt terminum conſentire nec hoc idem vult, Barb. *num.* 16. Archidiac. idem tenet, ſi qui diſſentit, cum etiam renunciauit. Sed Lap. abſolute repugnat Gloſſ. & vult enim, qui diſſenſit non poſſe amplius conſentire Io. And. ſentit cum Archid. Domin. vero *num.* 16. *&* Franc. *num.* 12. dicunt, quod ſi ordinatius collator acceptauit diſſenſum promoti, iam non manet in priori voluntate, & ideo promotus, qui diſſentit, non poteſt iterũ conſentire, ſecus ſi Collator non acceptauit diſſenſum, diſſenſus enim habet vim renunciationis, acceptatæ, & in Collatore iam defeciſſe videtur prior voluntas & eſt mutata in contrariam. Sed conſiderandum eſt, quod poteſt eſſe, quod promotus diſſentiat ex vrbanitate, aut humilitate, & non ex abſolota voluntate, ſed & Collator acceptans diſſenſum, non ex hoc mutat voluntatem abſolute, ſed ſolum ſtante repugnantia promoti, & ſolum ſub conditione illius. Ideo vera eſt ſententia Gloſſ. quod ſcilicet qui diſſentit poteſt irerum conſentire, monente conferente in eadem voluntate, ſicut qui diſſentit electioni re integra poterit conſentire manente eadem electorum voluntate. Videantur notata *in tract. de elect. cap.* 20. *num.* 16. Quamuis etiam verum ſit, quod ſi collator acceptauit diſſenſum verè liberum, vix dari poterit caſus in quo promotus poſſit compellere collatorem, vt non conferat alteri beneficium.

27. Sed nunquid ſi poſt collationem factam ab Epiſcopo pendente adhuc prouiſi conſenſu Papa reſeruet ſibi beneficium, poterit poſtea cõſentire prouiſus, & beneficium petere, & obtinere? Io. de Lig. in hoc caſu tenuit vitiari collationem, ſed impediri conſenſum. Lap. verò, & Dom. volunt conſenſum impediri, ſi reſeruatio ſit facta motu proprio Papæ. Sed Franc. vult, quod nec impediatur conſenſus, quia ex vi collationis prouiſus acquiſiuit ius ad beneficium cui Papa etiam reſcribens motu proprio cenſetur præiudicare velle, niſi id exprimat. Prouiſus igitur habens ius ad beneficium ſi illud velit, poteſt illud velle, & collationem acceptare.

28. At verò *cap. Si eo tempore ſup. de elect. in hoc lib.* loquitur de Cathedralibus. Et præterea dicitur, quod non eſt eadem ratio, quia collatio beneficij eſt actus perfectus, & vltimus ex parte conferentis, Decretum verò, & reſeruatio ſuperueniens actui perfecto, illum non afficit, vt notat Franc. *d. cap. ſi eo tempore not.* 2. Quamuis verò collatio, non acceptata non ſit perfecta reſpectu prouiſi tamen reſeruatio, & decretum illi annexum reſpiciunt eligentes, & confirmantes, & conferentes, quia reſeruatur Papæ id, quod eſt iuriſdictionis in prouidendo de beneficijs, & ſic reſeruatio, & decretum non afficiunt prouiſos, vt impediant conſenſum illorum, & tollant vim actus conferentis qui reſeruationem præceſſit, ſed ad ſummum hoc faciunt, quod cætera quæ ſunt iuriſdictionis debeant expediri per Papam circa illam perſonã tamen, cui erat ius quæſitum, vt hic notat Franc. *in fin.* Sed in noſtro caſu poſt conſenſum prouiſi nihil aliud remanet conferendum, ſed ſtatim prouiſus fit ex acceptatione beneficij dominus.

29. Item quid dicendum ſi Epiſcopus contulit beneficium Titio, ſed antequam *Titius* conſentiat Papa contulit illud, vel conferri mandauit Paulo cum clauſula, ſi tempore datæ alteri non erat ius quæſitum. Numquid in hoc caſu ſi Titius non acceptet collationem prouidere de-

be-

Digitized by Google

beneficio ſpectabit ad Ordinarium? Dic cum Lap. & Franc. *num.* 14. quod beneficij collatio ſpectar ad Ordinarium in hoc caſu. Nam collatio, ſeu mandatum Papæ eſt conditionatum, ſi tempore datæ nulli fuerat ius qnęſitum; igitur cum tunc Titio prouiſio ab Epiſcopo fuerit quæſitum ius, collatio Papæ, aut mandatum ex defectu conditionis eſt irritum; ideò non poteſt impedire Ordinarium ne beneficium alteri conferat. Quod confirmatur, quia prouiſio Papæ fuit ſolum ad fauorem Pauli, nec ſibi abſolutè reſeruauit prouiſionem beneficij. Cum igitur ex defectu conditionis prouiſio facta ad fauorem Pauli ſit nulla, nulla alia remanet Papæ ordinatio, quæ Ordinarium poſſit impedire ne beneficium alteri conferat. Si tamen data literarum ad fauorem Pauli fuiſſet poſt diſſenſum Titij, & eius renunciationem, tam valeret gratia Papæ facta pro Paulo, & Ordinarius alteri non poſſet conferre. Itaque in his caſibus videri debet an diſpoſitio Papæ valeat, vel potiùs non valeat, vel quia ſubreptitia, vel quia deficiat conditio neceſſaria. Si enim non valet, idem eſt ac ſi non emanaſſet, & ideò non ligat manus Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Duæ regulę dantur in textu.*
2 *Occupans, vel ſe intrudens in ſecundo beneficio curato, ex hoc eſt priuatus primo.*
3 *Hoc verum de omnibus beneficijs incompatibilibus.*
4 *Ex vi tamen huius capituli id non verificatur de Epiſcopatibus, & Dignitatibus.*
Decretalis iſta continet ius nouum. 4.
5 *Paria ſunt venire contra de iure, & de facto ſecundum aliquos.*
Hoc non eſt verum niſi in caſibus in iure expreſſis. 5.
6 *Stultus non eſt milioris conditionis, quam peritus.*
Inuaſor non gaudet miliori priuilegio, quam qui iuſtè ingreditur. 6.
Hæc explicatur. 6.
Lex non extenditur ad caſum non expreſſum. 6.
Stat legem poſitiuam ligare peritum, & iuſtè ingredientem, & non ſtultum, & inuaſorem. 6.
7 *Lex huius cap. in princ. non habet locum niſi in beneficijs curatis.*
8 *Nunc ex lege Concil. Trid. vniuerſaliter ex receptione ſecundi incompatibilis vacat primum.*
9 *Qui fraude occupat ſecundum vt perdat primum, illud non perdit.*
10 *Textus diſiunctiuè comprehendit occupatorem, & inuaſorem beneficij.*
11 *Non perdit primum beneficium, qui non recipit ſecundum animo retinendi primum.*
12 *Ignorantia etiam iuris excuſat ab hac pœna.*
13 *Qui accipit poſſeſsionem propria auctoritate non eſt intruſus.*
14 *Plura de intruſò remiſſiuè.*
15 *An de beneficio vi occupato debet fieri mentio pro impetrando alio beneficio.*
16 *Violenti occupatores beneficij amittunt ius, quod in illo habebant.*
17 *Pœnam huius textus non incurrit qui ſine violentia apprehendit beneficij poſſeſſionem.*
18 *Incurrit pœnam hanc qui vim facit per Procuratorem ſpecialem.*
Non tamen qui vim illatam ratam habet.
19 *Pœna hæc eſt priuatio iuris quod habebatur in beneficio.*
Diſtinctio iuris in re, & ad rem. 19.
20 *Pœna hęc eſt latæ ſententiæ.*
Ad eam tamen requiritur declaratoria. 20.
21 *Minus conuenit accipere poſſeſſionem beneficij propria auctoritate.*
22 *Pœnæ huius textus non habent locum in præiudicium Ord. Cler.*

Cap. cum qui XVIII.

1 DE illis qui per vim ſe ingerunt in beneficijs, & intrudunt duas regulas tradit Bonifacius Octauus. Quarum prima reſpicit beneficium curatum, & eſt iſta.

2 Qui beneficium cui animarum cura imminet vi occupat, ſeu ſe ſcienter iniuſtè in eo intrudit, ipſo iure eſt priuatus beneficio, quod cum cura ſimili primitus obtinebat.

3. Pro huiuſmodi verò regulę intelligentia videantur, quæ ſupra dicta ſunt *cap. conſuetudinem 1. de conſuet. q.2.a.4. à num.* 418. Cum enim nunc per Concil. Trident. *ſeſſ.7.cap. 4. ſtatutum ſit*, vt vno obtinente ſecundum beneficium incompatibile ſtatim vacet primum; non eſt amplius vt dubitemus an pœna huius *cap.* locum habeat in dignitatibus, & Epiſcopatibus, cum locum habeat ex vi Concil. *ibid. iuncto cap.* 17. *ſeſſ.* 24. in omnibus beneficijs incompatibilibus, & illa ſunt incompatibilia nedum, quæ ſunt curata, ſed quæ licet ſimplicia ſunt tamen de ſufficientia. Ex vi tamen huius Decretalis non comprehenderentur Epiſcopatus, quia in materia pœnali, & odioſa, ſub nomine beneficij non venit Epiſcopatus vt poſt Io: Andr. tradunt Dom. *nu.* 3. & Franc. *n.* 3. Sed nec comprehenderentur Dignitates, quidquid in contrarium dixerint poſt Paulum Dom. *n.* 7. & Franc. *n.* 1. Quia noſter textus loquitur de beneficijs curatis, vt notat idem Dom. *n.* 1. Nec obſtat, quod dicitur, ſcilicet, hanc decretalem datam eſſe ad declarationem *cap. De multa ſup. eod. tit.* in quo comprehendũtur etiam Dignitates, quia conſtitutio noua declarans antiquam extenditur ad omnes caſus, ad quos ſe extendit antiqua, licet ſit pœnalis, per Gloſſ. *in cap. Is qui, ſup. de elect. in hoc lib.* Nam quidquid ſit de hoc aſſumpto, dicitur non ſubſiſtere, quod hæc Decretalis ſit data ad declarationem *d. cap. de multa, nedum enim nulla ſit mentio illius cap.* Sed hic Papa nouum ius ſe condere declarat, cum vtatur verbo *Decernimus*, quod noui iuris eſt inductiuum.

5. Quod igitur ſtatuitur in hoc textu eſt, quod amiſſio primi beneficij curati conſequatur ipſo iure nedum ex iuſta adeptione ſecundi beneficij ſimilis, ſed etiam ex iniuſta illius conſecutione, ſiue hæc ſit violenta occupatio, ſiue iniuſta intruſio. Ex quo poſt Archid. deducit Franc. *nu.* 6. Quod quantum ad incurrendam pœnam

Digitized by Google

paria ſunt contra venire de iure vel de facto. Et propterea Archid. vult quod ille qui Eccleſiam detinet occupatam ſubdatur pœnæ *cap. Quorundam 2. de ſolut.*, & ſic in caſu illius textus ille ſit ſuſpenſus ab adminiſtratione ſpiritualium, & corporalium. Sed dicas paria eſſe venire contra de iure, & de facto in caſibus in iure expreſſis. Alias enim leges, & maximè pœnales ad caſus non expreſſos extendi non debeāt. Nec ad legum extenſionem ſufficit rationis ſimilitudo, aut identitas generica, aut ſpecifica, ſed requiritur indiuidualis, ſeu adæquata, vt probatum eſt *ſup. cap. diſpendia q. 1. a. 1. de reſcript. & de elect. cap. 5. q. 2.* Nam quod prædictum Axioma non ſit vniuerſaliter verum, imo quod plura iura reperiantur quæ volunt, vt non ſufficiat facere de facto etiam quantum ad commiſſionem pœnæ, ait Anchar. *not. 3.*

6. Quamuis enim verum ſit non decere, ſtultum melioris conditionis exiſtere, quam peritus; vel inuaſorem potiori priuilegio gaudere illo, qui iuſtè ingreditur, vt in textu aſſeritur. Vbi tamen nomine ſtulti non intelligitur ſtulus ex naturali infirmitate, ſed ex malo, & imprudenti, ſeu inſipienti actu, vt notat Dom. *n. 2.* Tamen conſiderari debet peritum, & iuſtè ingredientem ex eo eſſe ſemper melioris conditionis, & potiori gaudere priuilegio, quod nullam meretur pœnam, nec ei poteſt infligi, quam tamen meretur ſtultus moribus, & iniuſtus inuaſor. Sed nihilominus nec ſtulto, nec inuaſori debetur hæc vel illa pœna, niſi ius decernat, nec ex quo in particulari caſu ſtulto, aut inuaſori iniuſto impoſita eſt pœna determinata, ſequitur, quod eandem pœnam incurrat ſtultus aut iniuſtus inuaſor in quocumque caſu aliter quodlibet malum quacumque pœna deberet puniri. Huiuſmodi ergo axiomata generalia præbent motiuum legiſlatoribus ad iuſtas edendas leges ſed interim leges editæ ex his motiuis non obligant niſi in caſibus expreſſis per legem. Nam cum leges reſpiciant quod ſæpius accidit *capit. Quia ſæpè num. ſup. hoc tit.* Et dentur etiam ſæpè ratione circumſtantiarum, ſtat quod lex poſitiua legit peritum, & non ſtultum ſeu legitimè ingredientem, & non inuaſorem ratione alicuius circumſtantiæ quæ in iſtis inueniatur, & non in illis.

7. Quamobrem bene Gloſſ. *in v.* cura aduertit quod lex huius *cap.* non habet locum in alijs beneficijs, ſed ſolum in curatis. Et ſic non habet locum in occupante per vim, aut inuadente beneficia ſimplicia, aut præbendas etiam ſi præbendis ſint annexæ parochiales. Imo nec habet locum in vi occupantibus, aut inuadentibus curata beneficia, niſi in illis caſibus in quibus per iuſtam receptionem ſecundi beneficij curati pronſus remanet prius curato priuatus: ſecus *nou.* Gloſſ. Franc. *n. 5.* Vnde quod dicit. Rota *dec. 3. de præb. in nou.* ſcilicet quod vitioſa poſſeſſio ſecundi beneficij, facit vacare primum licet ſit talis de facto & violenta, non verò iuridica, & ad hoc allegat hunc textum. In quo ſenſu eundem textum intellexit Rota in Toletana Capellaniæ 15. Februarij 1591. coram Card. Pamphilio. Quę vult etiam dici poſſe, quod *capit. de multa, de præbend.* intelligatur de omnibus beneficijs reſidentia poſcētibus. Quod in quam ſic dicitur eſt contra hanc Gloſſ. & cōtra vtrumque textum. Nam *in d. cap.* De multa ſolum exprimuntur beneficia curata, & Dignitates. Et ex hoc textu ſolum vacat primum curatum ex poſſeſſione ſecundi curati. Nam ſicut Pontifex in ſecunda regula expreſſè nominat Dignitates, ita illas nominaſſet in prima regula ſi eas comprehendere voluiſſet, ſicut eas nominanauit Innoc. III. *in d. cap. De multa*. In hoc tamen caſu, qui vi occupat ſecundum curatum ex hoc textu ſubiectus erit pœnæ, impoſitæ in ſecunda regula.

8. Nihilominus tamen nunc dicendū eſt etiā per vitioſū ingreſſum ſecundi beneficij incōpatibilis, & eius poſſeſſionem violentam, aut intruſionem in eo amitti beneficium prius habitū, quia Concil. Trid. *ſeſſ. illa 7. cap. 4.* vult, vt quicumque plura curata aut incompatibilia beneficia contra formam ſacrorum canonū recipere, & ſimul retinere præſumpſerit beneficiis ipſis priuatus exiſtat Concilium enim abſolutè, & non diſtinguendo vult quod non poſſit recipi ſecundum animo detinendi ſimul primum, ſiue ergo recipiatur ſecundum licitè ſiue illicitè, ſi recipitur cum animo retinendi primum, amittitur tam primū, quam ſecundum. Et ſic ſtatim ac recipitur ſecundum vacat primum. Et hoc eſt de mente S. Cong. Concil. in declaratione, cuius meminit Rota in illa Toletana Capellaniæ, & ex Concil. procedit optimè illa deciſio non verò ex hoc textu. Videantur probata *ſup. cap. Conſuetudinem. 1. de conſuet. q. 2. a. 4. in hoc lib.*

9 Sed quid ſi ſuperiore volente recipere reſignationem beneficij aliquis vt illud à ſe auferatur fraude vi occupat ſecundum aut in eo ſe intrudit, vt hoc modo nullum illorum habeat? Hunc priuari primo beneficio quantum ſit ex parte ſua, poſſe tamen à ſuperiore compelli, vt illud retineat, dixit Anchar. *not. 1.* Franc. *num. 5. & Dom. 5. inſuper n.* 10. Sed certè iſte non recipit ſecundum animo retinendi illud cum primo. Ideo melius dicitur cum Lap. quod nec illo primo beneficio priuatur. Non poterit tamen obtinere ſecundum, ſed in pœnam incidet poſitam in ſecunda regula.

10 Quamuis verò Caſſad. *deciſ. 6. num. 5. de conſ. poſſeſſ.* videatur ſentire, hanc primā textus regulam intelligi ſolum de occupante vi ſecundum curatum; tamen manifeſtum eſt textum loqui diſiunctiuè, & alternatiuè comprehendere etiam eum qui ſine vi ſe intrudit in beneficio. Mant. *dec.* 118. *num.* 5. Vital. *in Clem. Praticæ*, *num. 12. de Reſcript.*

11. Hinc etiam ſequitur, quod violentus occupator, aut inuaſor ſecundi beneficij neque ex vi huius Decretalis amittit primum beneficiū curatum, ſi ſecundum occupat, & inuadit cum animo non retinendi primum, quia Canonum Sacrorum finis eſt, vt quis non habeat ſimul plura curata, non verò quod dimiſſo primo, obtineat ſecundum.

12. Tam verò ex hac Decretali, quam ex Concil. Trid. ignorantia excuſat. Nam textus pœnam iniungit contra ſcienter ſe introducentē in ſecundo beneficio curato. Vnde non comprehen-

prehendit ignoranter intruſum Gloſſ. *in v. ſcienter*, *&* ibi Archid. & Prob. *ad* Mon. *num.*3. Ideò pœnam hanc non incurrit, qui bona fide credens ſe habere ius in beneficio illud recipit. Bellam. *dec.* 563. Put. *dec.* 346. *l.* 2. Mant. *d. dec.* 118. *num.* 8. Hoc tamen verificari de ignorantia facti, ait Gloſſ. Rota *dec.* 560. *par.* 2. *recent. & in Mutinen. Canonicatus die* 13. *Iuny* 1614. Sed & verum eſſe de ignorantia particularis legis, cuius poteſt dari ignorantia probabilis, addit Prob. Sed eſt verum de ignorantia omni, etiam craſſa, quæ dolum excludat. Hæc enim ignorantia ſufficit ad vitandas pœnas latas contra ſcienter delinquentes, iuxta notata *ſup. cap.* 2. *de conſuet. q.* 1. *à* 21. *à num.* 408. *in hoc lib.* Quod & eſt verum in terminis Concil. Trident. ad pœnam à ſe latam incurrendam requirentis præſumptionem. Nec obſtat *l. iuris ignorantiam C. qui admitt.* quia licet ad euitandam culpam, vel etiam pœnam ſimpliciter latam ignorantia iuris regulariter non excuſet; ſecus eſt ad euitandam pœnam, quæ non eſt lata niſi contra ſcienter operantem, aut contra præſumentem. Verum tamen eſt, quod ignorantia iuris, quod quis ſcire debet non præſumitur.

13. Notandum etiam, quod Decretalis noſtra diſtinguit inter occupare, & ſe intrudere, vt aduertunt Dom. *n.* 1. & Franc. *n.* 2. Barboſa autem *num.* 2. Exiſtimat intruſum eſſe, qui abſque ſuperioris conſenſu, vel authoritate poſſeſſionem beneficij apprehendit. Sed hic ſi alias habet iam titulum beneficij, & ius in re in illo, nō poteſt dici intruſus ex eo quod apprehendit beneficium iam ſuum, licet id faciat auctoritate propria, Intruſus enim eſt, qui ſine titulo beneficium inuadit, eſto ad illud habeat ius ad rē, iuxta notata *tractat. de elect. cap* 33. *q.* 1. *num.* 16. Et per DD. ibi citatos. Prout etiam *alleg. cap. Ad aures, de exceſſ. Pral. & cap.* Quia diuerſitatem, & alij DD. probat Franciſ. Tondutus. *Quæſt. benefic. cap.* 18. *num.* 8.

14. Multa autem habent hic Archid. & poſt eum alij de Prælato intruſo, v. g. an ſubditi teneantur illi obedire, & alia, quæ non ſunt præſentis indaginis.

15. Ex Gloſſ etiam *in v. obtinebat* Archid. & Dom. *n.* 8. Franc. *n* 8. & alj aduertunt, quod de beneficijs vi occupatis, aut inuaſis debet fieri expreſſa mentio in obtinendis literis ſuper alio beneficio, aut ſuper diſpenſatione aliorum beneficiorum. Imo Io: And: *in cap. Poſtulaſti, de Reſcript. vult* quod debeat etiam fieri mentio de fructibus perceptis, Franc. verò ait, quod regulariter non debet fieri mentio valoris beneficij. Sed de his *vide not. in d. tract. de elect. cap.* 33. *q.* 1. *num.* 16. *Et vide infra capit. Non poteſt, in hoc tit.*

16. Secunda regula textus loquens vniuerſaliter de beneficijs, continet, quod violenti qui auctoritate, vel verius temeritate propria occupant Dignitates, Perſonatus, aut alia quæcumque Eccleſiaſtica beneficia, eo ipſo ius, ſi aliquod in beneficijs priuatis occupatis, vel ad ea competebat, amittant.

17. De omni autem beneficio vera eſt hæc regula. Violentiam verò ſemper adeſſe vult Archid. quotieſcumque beneficiatus propria auctoritate ſine auctoritate Iudicis, vel executoris intrat poſſeſſionem beneficii, & fundatur *in l. Extat. ff. quod met. caſu.* Sed contrarium ſentit Gloſſ. *in v. violenti* aduertens latiorem in hoc eſſe priorem regulam, quæ comprehendit nedū violentos, ſed etiam pacificè intruſos, hæc verò regula comprehendit ſolum violentos non verò alios etiam iniuſtè ſe intrudentes ſine violentia. Et ita Gloſſ. ſequuntur Io: Andr. Lap. Anchar. *not.* 4. Dom. 5. *inſuper num.* 9. Franc. *n.* 3. Solum igitur occupans beneficium per vim incurrit pœnam huius textus, & ſic comprehenditur qui lite pendente per vim occupat beneficium. Item, vt notat Lap. Dom. & Franc. Qui poſſeſſori beneficij vim facit, & eo inuito poſſeſſionem beneficij occupat poſſeſſore excluſo: imò ſi facta vi vt excludat poſſeſſorem, poſſeſſor nihilominus non fuit excluſus, ſed poſſeſſionem retinuit, vt notat Franc. 5. *In ſuper num.* 3. *&* Dom. *num* 9. Item in caſibus, in quibus beneficiatus non poteſt à Capitulo vel alijs recipi, niſi oſtendat literas per quas conſtet, illi competere beneficium, vt *in termin. extrauag. Iniuncta* Boniſ. VIII. *de elect.* compellit recipientes inuitos ad ſe recipiendum. Item vniuerſaliter quando fit vis legitimo, & iuſto contradictori, & per talem vim occupatur beneficium. Cœterum vbi quis ſine vi, accipit poſſeſſionem beneficij non incurrit pœnam huius Decreti. Licet id faciat ſine ſuperioris, aut executoris auctoritate; imò licet ſine titulo furtiuè, & fraudolenter ſe in beneficio intrudat. Imò nec eandem pœnam incurrit ſi iniuſtum contradictorem cohibet, & vim vi repellit iuſtè ſe defendendo, & ius ſuum defendendo, contra alterius iuſtitiam. Et ita etiam non incurritur pœna iſta ſi medio Iudice, aut executore fiat violentia. Anchar. *not.* 5. Dom. 5. *Inſuper num.* 5. Franc. *num.* 2. *poſt* Io: And. *& poſt* Antred. Prob. *num.* 2. Sic qui pro ſe habet ſententiam, quæ iam tranſiuit in iudicatum non incurrit pœnam hanc etiam ſine Executore occupet abſque violentia poſſeſſionem beneficij. Rota *dec.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. in nou.* Probus ad Mon. *num.* 2. Nec obſtat *d. l. extant, quæ loquitur in prophanis, ſed ad pœnam l. Si quis in tantum C. Vnde vi, & huius cap. requiritur violentia.* Videantur probata *tract. de elect. cap.* 33. *à num.* 25. vbi plura alia, quæ ad rem faciunt.

18 Vbi verò adeſt violentia iniuſta incurritur pœna iſta etiam ſi per procuratorem ſpecialem occupetur beneficium, vt poſt Lap. tradunt Dom. 5. *Inſuper. num.* 10. Franc. *num.* 3. Quod intelligo ſi mandatum ſpeciale ſit ad occupandum vi beneficium; ſecus ſi ſolum ad accipiendam poſſeſſionem illius. Niſi videret Procuratorem non ſpecificum vim facere, & non prohibuerit. Addunt præfati DD. Dominum pœnam hanc incurrere, ſi vim factam à Procuratore ſuo non ſpecifico ratam habuit. Sed hoc non admittitur, Ratum enim habens delictum non incurrit pœnam delicti ab alio ſine mandato commiſſi, niſi hoc ſit in iure expreſſum. Quia ratum habens delictum poſtquam eſt commiſſum, nullo modo eſt cauſa illius, vnde non debet puniri pœna lata contra delinquentem delictum patrantem.

19. Pœna autem iſta continet priuationem iu-

Digitized by Google

iuris, quod violentus habet in reſpectu beneficij ſiue ſit ius in re, ſiue ſit ius ad rem,] vt in textu expreſsè habetur, & cum Gloſſ. in v. Ad ea, notatur Archid. Io: And. & alij, qui etiam aduertunt diſtinctionem iuris in ius in re, & ius ad rem, habere in hac decretali fundamentum.

20. Pœnam autem tam priuationis primi beneficii latam in prima regula, quam priuationis iuris in re, vel ad rem in beneficio occupato per vim, quæ ponitur in hac ſecunda regula eſt ſine dubio latæ ſententiæ Couar. *l.3.var.cap.* 16. *num.* 6. *Auferr. ad Capell. Tholoſ. q.* 444. *num.* 4. Menoch. *rem.9.recuper.poſſeſſ. num.*277.*cum ſeqq.* & *num.* 306. Gonz.*ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 15. *num.* 58. & Gloſſ. 57.*num.*46. Farin. *in prax. crimin. par.* 6.*q.*175.*n.*64. Rota *dec.*66.*num.*1. apud Farin. 4. *p. praxis crimin.* & *dec.*3. *de prabend. in nou.* & *dec* 151.*part.*2.*recent.* Et nihilominus ad eam incurrendam neceſſariam eſſe declaratoriam bene docent Archid. *n.* 1. Dom. 5. *inſuper num.* 5.

21. Itaque verum quidem eſt minus conuenire, quod beneficiatus auctoritate propria ſine auctoritate ſuperioris ingrediatur poſſeſſionem ſui beneficij ſibi collati. Rebuff. *in praxi tit.de immiſſ. in poſſeſſ. num.* 3. Menoch. *remed.* 9. *recuper. poſſ. num.* 127. *cum ſequen.* Couar. *l.* 3.*var.capit.* 15.*num.*7. Flamin. *de reſignat. l.*8.*cap.*9. *à num.*15. Sic enim paſſim Pontifices conferentes beneficia dant executores, qui inſtitutos, ſeu prouiſos mittant in poſſeſſionem, Marcheſ. *de commiſ.p.*1. *cap.* 13. Garz. *p.* 6. *cap.* 3. *à princ.* Sed nihilominus non eſt locus pœnæ huius textus, niſi beneficium violenter occupetur, ſed & de ſe hoc non eſt delictum præciſa violentia, & circumſtantiis. Franceſ. *de Inſtruct. q.*8.*num.* 9.

22. Tandem aduerte poenam huius decretalis in eo, qui iniuſtè beneficium occupat habere locum in odium ipſius, & præiudicium, non verò in præiudicium Ordinis Clericalis; Vnde non habet locum in caſu, in quo in vilipendium Ordinis Clericus cogeretur mendicare. Rota *dec.* 269.*in fin.p.*2. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Potens prouidere de beneficio perſonæ idoneæ non poteſt prouidere obtinenti aliud ſufficiens.*
2 *Potens prouidere de beneficio habenti beneficia hæc pluralitas ad duo ſi malitia debet, reſtringi.*
Plura de beneficiorum pluralitate: remiſſiuè. 2.
3 *Habens beneficium ſufficiens non eſt idoneus ad beneficium obtinendum.* 3.
4 *Sufficientia beneficij æſtimatur etiam ex diſtributionibus.*
5 *Potens conferre beneficium perſonæ idoneæ non diſpenſat ſuper pluralitate beneficiorum.*
6 *Dictio pluralis non eſt vaga, ſed in duobus verificatur.*
7 *Facultas conferendi plura non ſe extendit ad curata.*
8 *Textus non loquitur de ordinarijs, ſed de Delegatis.*

Cap, Is qui XIX.

1 REgula huius textus eſt. Habens à Papa poteſtatem Apoſtolicam prouidendi de beneficio perſonæ idoneæ, habenti aliud beneficium ſufficiens non poteſt prouidere, niſi vel primum dimittat, vel niſi in literis hoc exprimatur: & tunc habenti vnicum ſimplex prouidebit. Si verò conceditur, quod plura beneficia obtinenti prouideat huiuſmodi pluralitas ad duo tantum debet reſtringi, & quidẽ ſimplicia. Et factum contra eſt irritum, & inane.

2. De materia huius Decretalis plura dicta ſunt ſupra. Et quidem qualiter de iure antiquo, & poſtea de iure nouo pluralitas beneficiorum ſufficientium fuerit prohibita. *cap. Conſuetudinem.* 1. *de conſuetud. in hoc lib. q.* 2. *art.*1. & *a.* 3. *à num.* 396. Et qualiter iudicanda ſit ſufficientia beneficii. ibid. *à num.* 415. Et quomodo habens beneficium debeat de eo facere mentionem, vt obtineat aliud. *capit. Gratia. de reſcript.; per tot.* Et quomodo quis non poſſit habere tria beneficia ſine ſpeciali diſpenſatione Apoſtolica. *d. cap.*1. *de conſuet. q.* 2. *a.* 3. *num.*385. Vnde circa hunc textum pauca remanet obſeruanda.

3. Notandum tamen primo, quod qui habet beneficium ſufficiens etiam ſi ſit ſimplex, nõ eſt idoneus ad aliud recipiendum etiam inſufficiens. Quia in textu decernitur, quod qui poteſt conferre beneficium perſonæ idoneæ, non poteſt conferre beneficium habenti aliud ſufficiens. Franc. *n.* 1.

4. Notandũ ſecundò quod non dicunt, qui teneat, quod ſufficientia beneficij non debet æſtimari ex diſtributionibus quotidianis. Ita Barb. hic Sed aliud eſt ſufficientia beneficii, aliud valor. Sufficientia enim attenditur reſpectu ſuſtentationis Clerici, & ideò totum id computari debet in ſufficientia beneficii quod conducit ad ſufficientem ſuſtentationem Clerici; ad hoc verò maximè conducunt diſtributiones. Quæ tamen non ſpectant ad valorem beneficij, quia valor ex fructibus beneficij æſtimatur.

5. Notandum tertiò quod habens poteſtatem conferendi beneficium perſonæ idoneæ, non per hoc poteſt diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum, & ideò non poteſt prouidere perſonæ alias beneficiatæ, quia perſona habens beneficium ſufficiens de iure communi non eſt idonea.

6. Notandum quartò quod pluralis loquutio non eſt vaga, ſed arcta, & reſtringenda, quia eſt contenta duorum numero. *cap. Pluralis inf. de reg. iur.* Gloſſ. *in v. ſine cura.* Franc. *n.*3. Dom *num.* 9.

7. Notandum quintò quod ex quo Pontifex excipit beneficium cum cura, & non vult, quod gratia iſta ſe extendat ad duo curata, vel etiam ad vnum ſimplex, & aliud curatum colligit Dom. *num.* 3. quod in gratiis, quarum effectus deriuatur ad tertium, ſit ſtricta interpretatio. Sed hæc reſtrictio, vt innuit Franc. *num.* 2. *not.* 3. ſit ratione qualitatis beneficii curati, quod non venit ſub nomine beneficij in his beneſi-

neficialibus; niſi exprimatur. Et ita in partialibus facultatibus datis huic vel illi vt poſſit cõferre nouum beneficium habenti aliud, Pontifex vult non comprehendi beneficium curatum.

8. Notandum Sexto textum loqui de Delegatis ad conferendum beneficia, non verò de Ordinarijs, qui à Iure habent poteſtatem diſponendi de beneficijs. De facultate tamen, quam habebant, & quam habeat modo Ordinarij ad pluralitatem beneficiorum. Vide *d. cap. conſuetudinem. 1. de conſuet. q. 2. a. n. 396.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio edendæ decretalis.*
2 *Qui ignorans dimiſſo priori beneficio recipit ſecundum nulliter, quia illud ſit Papæ reſeruatum, aut à Papa alteri collatum, ſi dum hoc ſcit illud dimittit recuperat primum Beneficium.*
3 *Collatio beneficij prius à Papa alteri collati, aut eidem reſeruati eſt nulla. 3.*
Actus nullus non producit iuris effectum quoad acquiſitionem iuris aut amiſsionem. 3.
4 *Reſeruatio Papæ non interpoſito decreto non legat ordinarium ignorantem.*
5 *Remedium ignorantiæ, & indemnitatis prouiſi de beneficio euicto eſt vt recuperet primum.*
6 *Ad hanc recuperationem requiruntur ignorantia, & obedientia.*
Promotus debet probabiliter ignorare collationem aut reſeruationem Papæ, vt poſſit recuperare primum beneficium. 6.
Hæc ignorantia præſumitur, ſi non probatur ſcientia.
7 *Promotus ad ſecundum beneficium certior factus de collatione, aut reſeruatione Papæ ſtatim certitudo iſta vnde habeatur. 8.*
8 *Vt recuperetur primum beneficium debet remota quacumque difficultate dimitti ſecundum.*
Beneficium legis habet, qui contra legem non venit. 8.
9 *Beneficiatus huiuſmodi recuperat beneficium propria auctoritate.*
10 *Beneficium huiuſmodi fictione iuris non vacat.*
Recuperetur ſine noua collatione. 10.
11 *Vbi eſt legitimus contradictor non recuperatur ſine ope Iudicis.*
12 *Vbi moueatur recuperatori lis, debet ante omnia recuperator mitti in poſſeſſionem.*
13 *Recuperatio competit reſpectu cuiuſcumque beneficij euicti in terminis huius Decretalis.*
14 *Et etiam poſt duos, & plures menſes ab eius pacifica poſſeſſione.*
Decretum de dimittendo beneficium intra duos menſes intelligitur intra duos menſes à pacifica poſſeſſione. 14.
15 *Concluſio textus procedit in dimiſsione non in reſignatione.*
In reſignatione interuenit pactum. 15.
Beneficium primum dimiſſum ex iuris neceſſitate vera vel opinata, non ex omnino libera voluntate. 15.
16 *Concluſio textus non habet locum in permutatione.*
17 *Quod fit in primo gradu fieri poteſt in alijs gradibus.*
Damnum quod ex vna radice prouenit in omnibus gradibus reparatur. 17.
18 *Reſolutio textus habet locum etiam ſi appelletur à prouiſione.*
19 *Poſſeſſor ſecundi beneficij licet nulliter promoti validè agit.*
20 *Sed non facit fructus ſuos.*
21 *Debitor illi ſoluens manet liber.*
22 *Verbum aſſignare importat totalem collationem.*
Et verbum tenere eſt idem quod poſſidere. 22.

Cap. ſi Beneficia XX.

1. QVoniam ex conſecutione ſecundi beneficij incompatibilis vacat primum; & poteſt contingere quod huiuſmodi ſecundi beneficij collatio ſit nulla ſi fiat ab Ordinario eo quia Papa illud idem beneficium prius contulerit alteri, vel ſibi ſe ſeruauerit cum decreto irritanti, totum hoc ignorante promoto ne ille remaneat priuatus priori beneficio à ſe dimiſſo, & ſecundo ab alio euicto, Papa per hanc Decretalem ſucurrit illius ignorantiæ, & innocentiæ, & dat ſequentem regulam.

2. Si quis ignorans recipiat beneficium prius reſeruatum, vel alteri collatum per Papam ſi ex quo ſciuit illud ſine difficultate dimittit: recuperat priora beneficia propter illud dimiſſa, alias non & idem in dimittendo recepta, & recuperando dimiſſa ſeruent omnes alij, qui præfata occaſione ſua dimiſerant beneficia, & dimiſſa per alios fuerunt aſſecuti.

3. Itaque Papa præueniente Ordinarium, vel prius quam beneficium ſit ab Ordinario collatum, ſibi reſeruante illud beneficium cum decreto irritanti legantur manus Ordinarij, ita vt collatio ab ipſo etiam ignorante facta ſit nulla, Anchar. *in princ.* Dom. *num. 1.* Franc. *num. 1.* Si tamen collatio Papæ ſit valida, vt citati DD. aduertunt. Nam ſi eſſet inualida vel ob inhabilitatem ſubiecti, vel ob ſubreptionem impetrantis non impediret collationem Ordinarij. *Cap. non præſtat de re iud.* Actus enim nullus & inutilis non producit aliquem effectum quantum ad acquiſitionem, aut iuris amiſsionem, *per not. in cap. cum plures, ſup. de off. ord. cum* Gloſſ. ibi *in v.* quo poteſt, & dicta ibi *num. 25. in hoc lib.*

4. Ex hoc textu tamen ibi, *aut decreto interpoſito reſeruantur*, colligitur quod ſola reſeruatio Papæ non interpoſito decreto irritante, non ligat ignorantes, & ſic non impedit Ordinarium reſeruationis neſcium, ne vtatur iure ſuo, & conferat beneficium reſeruatum, Dom. *num. 2.* Anchar. *not. 2.* Franc. *num. 1.* Gloſſ. *in v. prouiſionem cap. ſi eo tempore, ſup. de elect. in hoc lib.* & ibi DD. impeditur tamen Ordinarius, & eius collatio eſt nulla, ſi conferat beneficium prius à Papa collatum, aut decreto interpoſito reſeruatum.

5. Hac verò ſtante nullitate in caſu contingenti datur remedium indemnitati nulliter prouiſi ab Ordinario, vt poſſit recuperare priora beneficia dimiſſa ex cauſa collationis ſibi ab Ordinario nulliter factæ & ignorante, & hic tradunt DD. & ex hoc textu docent Tiraquell. *in l.* Boues §. *Hoc ſermone lim. 21. num. 7. ff. de verb.*

Digitized by Google

verb. ſignif. Garz. *de benef.par.*11. *cap.*5. *n.*116. Petrus Franciſcus Tondutus Benefic. *quaſt.* 69. *num.* 1.

6. Ad hanc tamen recuperationem duo tequiruntur, ſcilicet ignotantia & prompta obedientia. Et neceſſaria in promoto ignorantia collationis, aut reſeruationis Apoſtolicæ. Non intereſt vero an Ordinarius conſerens id ignoret, aut ſciat, vt bene aduertit Gloſſ. *in v.* ab ijs ſed ſufficit ſi promotus ab Ordinario ignoret, qui tamen collationem, vel reſeruationem Papæ ignorare debet, nam ſi eas ſciret, non eſſet ſine culpa aceeptando beneficium à Papa, vel alteri collatum, vel ſibi reſeruatum, vt notat Archid. *in princ.* & ideo non haberet locum illud textus, *cum ſit ſine culpa*. Hæc vero ignorantia debet eſſe veriſimilis, vt dicunt Io. Mon. *&* Io. And. ſeu probabilis, vt inquit Anchar. Cum vero quod Papa contulerit beneficinm iſtud, vel reſeruauerit ſit quid facti, eius ignotantia præſumitur, niſi ſcientia probetur Io. Mon. & Archid. & ſic ignorantia quæ non reualidat actum, excuſat tamen à pœna Dom. *num.*4.

7. Secundum quod requiritut eſt prompta obedientia, quia ſcilicet certior factus de collatione, aut reſeruatione Papæ, ſublata quacumque difficultate omnino dimittat beneficinm illud ſibi ab Ordinario collatum. Nec tenetur ſtatim ad primum rumorem prædictorum beneficium dimittere. Et nec tenetur cuicumque ea teſerenti credere, vt bene aduertit Gloſſ. *in v. certiores*. Quamuis vero non debeat leuiter credere, vbi tamen de prædictis eſt rationabilis rumor, tenetut pro poſſe inqnirere veritatem, ne ſit negligenter ignorans. Et quamuis ex vi huius textus hæc inquiſitio non præcipiatur, ſed ſufficiat ſi certior factus beneficium dimittat. Prudentia tamen petit, vt ſibi beneficiatus conſulat & veritatem inquirat. Eſt autem certitudo quæ excludit dubitationem, *cap. certum* 11. *q.* 3. *& cap. de cætero* 1. *q.* 1. Erit vero certus, ſi vidit literas collationis vel reſeruationis cum decreto, vel etiam alijs modis vt per Gloſſ. *cap. cupientes in v. notitiam* §. 1. *ſup. de elect. in hoc lib. & in Clem. cauſam in v. plene, de elect.* Archid. *num.* 1. Io. And. *num.* 1. Anchar. *num.*1. Dom. *num.*6. Franc. *num.*6.

8. Hac ergo ſuppoſita certitudine, licet alias ad hoc, vt poſſit agi de euictione contra auctorem debeat expectari ſententiam, *vt in l.*3. *C. de euict.* tamen in iſto caſu, alia ſententia expectari non debet, ſed beneficiatus certior factus extraiudicialirer de prædictis ſtatim, ſtatim prætermiſſa quacumque difficultate, & nullo protsùs poſito impedimento, omninò, & totaliter debet beneficium illud alteri à Papa collatum, vel Papæ, vt ſupra reſeruatum omnino & totalitet dimittere, adeo vt de illo, nihil amplius loquatur Atchid. *num.* 1. Io. And. *num.* 1. Anchar. *not.*5. Dom. *num.* 7. Et meritò hæc dimiſſio eſt neceſſaria, quia ſi beneficium retinere vellet, aut aliquod impedimentum circa id poneret contra legem faceret, ideo beneficium dimittere debet, vt contra legem non faciat, & beneficio legis foui poſſit. Beneficium enim iuris habet, qui contra non committit, *cap. ſuper* 17. *q.* 1. *& cap. vt commiſſi in fin. inf. de hæret. in hoc lib.* Io. Mon. *num.* 1. Archid. *num.* 1. *in v. difficultate*, Dom. *num.*6.

9. Hac vero dimiſſione facta Beneficiato redire volenti ad primum beneficium competũt remedia poſſeſſoria, Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 56. *num.* 146. Tondut. *d.q.*69. *nu* 5. Et ita competunt quod ſi poſſeſſio prioris illius beneficii ſit vacua, vel etiam ſi ſit plena ſi non adſit legitimus contradictor, poſſit primum illud beneficium propria auctoritate ſine iudicis aut executoris ope recuperare, & ſufficiat, ſibi de iure quod ſibi competit, ex hoc capite certiorem faciat poſſidentem beneficium, vel alios quorum intereſt, vt illo non contradicente poſſeſſionem beneficij apprehendat Archid. *n.*1. Anchar. *not.*6. Dom. *num* 8. Franc. *num.* 6. In litera enim dicitur, quod huiuſmodi beneficiatus libere poſſit recuperare primum beneficium, eo quia fictione iuris cenſetur nunquam fuiſſe dimiſſum, *arg. cap. Diſſertium, de pœnit. diſt.* 1. Nam voluntas ſecunda huius beneficiari circũuenta, non præiudicat primæ eius voluntati per quam adhæſit priori beneficio. Ideo non habet hic locum quod de emptore ſtatuitur *l.*3. *C. de euict.* vt, ſcilicet, contra auctorem non póſſit agere antequam res ſit euicta. Nam beneficiatus noſter non agit contra auctorem neque enim habet cauſam ab eo à quo beneficium repetit, nec illi aliud renunciare tenetur, niſi quod debet fidem facere, quod beneficium quod dimiſſit erat alteri debitum, & ideo recuperat primum à ſe dimiſſum.

10. Quod vt dictum eſt fictione iuris cenſetur non dimiſſum, & non vacans. Et ideo ſi contingat, vt beneficiatus iſte, vel nondum dimiſſo ſeruato beneficio, vel eo dimiſſo, antequam recuperet primum, moriatur, illud primum beneficium vacat per obitum illius, quia fictione iuris fingitur non vacaſſe ob illius dimiſſionem factam, ſed plenum vſque ad mortem dimittentis remanſiſſe. Quod eo euidentius conſtat, quod dum beneficium illud recuperatur non eſt neceſſaria noua collatio, quæ tamen neceſſaria prorſus eſſet ſi ob factum eius dimiſſionem & ſecundi adeptionem vacaſſet Lap. *num.* 1. Anchar. *in fin.* Dom. *num.* 9. Franc. *num.* 5.

11. Cauere tamen debet recuperator iſte ab omni violentia, ne incidat in pœnam *cap. eum, qui ſup. in hoc tit.* Et vbi ſit legitimus contradictor, vt quia opponatut ille, quod iniuſtè poſſidebat illud ptimum beneficium, quod recuperare intendit, vel quod fuit nimis credulus dimittendo ſecundum beneficium, vel quod ſecundum beneficium recepit ſciens illud alteri eſſe debitum, vel aliud quid ſimile, non poteſt ſine ope Iudicis primum beneficium recuperare; quod etiam ſemper eſt tutius Io. And. *nu.* 2. Anchar. Dom. *&* Franc. *citati*.

12. In caſu vero quod recuperare volenti primum beneficium obijciatur, quod ille iniuſte poſſedit illum, & ſic quod ei non ſit reſtituendum, nihilominus diſtinguendo poſſeſſorium à petitorio, beneficiatus qui beneficium illud dimiſit ex adoptione ſecundi iam euicti, prius debet reſtitui ad poſſeſſionem beneficij à ſe dimiſſi

an-

antequam videatur an fuerit iniuſte, vel iuſte ab eo poſſeſſum vt poſt Io. And. docet Dom. *nu.* 7.

13. Quamuis vero textus noſter loquatur de beneficio per Sedem Apoſtolicam collato, aut cum decreto irritante reſeruato, tamen concluſio textus verificatur in caſu collationis, aut reſeruationis à quocumque alio habente facultatem factæ. Et ita idem dicendum ſi Legatus, vel quicumque alias habens ad id facultatem prius contulerat beneficium antequam Ordinarius illud conferret ſemper enim qui recipit beneficium ignorans illud alteri fuiſſe collatum, & ex hoc dimittens primum poteſt primum recuperare modo ſupradicto. Et ſic vniuerſalis recipiens ſecundum beneficium & ignorans, quod illud ſit alteri debitum, ſi ſtatim ac cognoſcit illud beneficium alteri debitum ſine difficultate dimittit, recuperat primum Gloſſ. *in v. per ſedem*, & cum ea Archid. *&* Io. And. *&* Franc. *nu.*4. Idem vero dicitur in Beneficio reſeruato à Legato a Latere, Legatum enim poſſe reſeruare ſibi beneficia cum decreto irritanti legante ignorantes, probatum eſt *ſup. in hoc lib.* De quo etiam dicitur *infr. cap. ſi Apoſtolicæ in hoc tit.*

14. Quamuis etiam per poſſeſſionem pacificam ſecundi duos per menſes beneficium Primum cenſeatur vacaſſe à principio; hoc fallit in caſu iſto, in quo ſecundum euincitur, vt notant Garz. *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 116. *&* Tondut. *Benef. quæſt.* 69. *num.* 2. Quia imo decretum de dimittendo primum beneficium incompatibile infra duos menſes, intelligi debet de duobus menſibus numerādis à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis. Rota *dec.* 337. *num.* 10. *par.* 4. *recent.* Gabriel. *conſ.* 193. *num.* 8. *&* 9. *l.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 183. *num* 47. Caſſador. *dec.* 9. *num.* 2. *de conceſſ. præb.* Tondut. *d. q.* 69. *num.* 3. Vnde quotieſcumque ſecundum beneficium euincitur etiā poſt duos, & plures alios menſes, licet ad primum dimiſſum ex adeptione ſecundi euicti redire, dummodo Beneficiatus qui prius ignorauit certior factus de inualiditate ſecundi, illud dimittit ſine quacumque difficultate. Tiraquell. *in l.* Boner. §. *Hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* Rom. *conſ.* 329. *col.* 2. *verſ. ſin autem membrum.* Tondut. & Garz. *ſupra citati*.

15 Procedunt tamen prædicta in dimiſſione, non verò in reſignatione facta ad fauorem alterius, quando ſcilicet quis acquirit ſecundū reſignando primum. In hoc enim caſu ſi ſecundū euincitur non recuperatur primum reſignatum, ſed ſolum ſi primum ſit dimiſſum. Barb. *n.* 4. Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 147. *&* 150. Feder. Concil. 156. *verb. non obſtat cap ſi benef.* Tōdut. *d. q.* 69. *num.* 8. Gloſſ. *in v. omnino, & in v. libere cap. ex parte de off. deleg.* Rota *dec.* 8. *num.* 1. *de rerum permut. in nou. & in Illerden. Canonicatus* 13. *Decem.* 1594. *coram Card. Pamphilio.* Gonzalez. Gloſſ. 15. *num.* 126. Vbi quod interdum ex cauſa iuſta Dataria ſolet rigorem decreti relaxare, & reſignationem in fauorem admittere, vt dictum fuit in dicta Illerden. & docet experentia.

Huius verò rationem reddit Tondut. ex Rebuff. loco citato, quia facilior reditus fit ad primum beneficium quando ſimplex facta fuit dimiſſio; nam qui dimittit nedumtaxat dimittit, ſed qui reſignat beneficium re, & verbo illud deſerit; duo autem vincula ſunt fortiora. Sed Gōzalez ait quod in reſignatione intrat pactum vltra dimiſſionem. Aduertit verò Gloſſ. in verbo dimiſſa, quod hoc intelligitur, ſi beneficium dimittatur, vel iuris neceſſitate, vel ignorantia, vel voluntate. Archidiac. verò, ſi dimittatur vel neceſſitate, vel facto. Sed Io: Monac. *num.* 1. Si dimittatur iuris neceſſitate, non voluntate, niſi quantum opinantur, quod iuris neceſſitate illud eſt dimittendum, ex quo de iure ſecundum non poteſt competi cum primo. Et verè vtrumque requiritur ſcilicet iuris neceſſitas, & ignorantia, & ſic ſufficit neceſſitas ex probabili ignorantia opinata, vt licet de iure non eſſet neceſſarium dimittere primum, vt habeatur ſecundum. Si tamen quis ex ignorantia probabili neceſſitatis dimittendi dimiſit primum, concurrente alia ignorantia collationis, aut reſeruationis Papæ, dum ex hoc ſecundum euincitur, detur regreſſus ad primum. Quando verò primum reſignatur, quia non interuenit dimiſſio ex ſola neceſſitate iuris vera, vel opinata, ſed ſimul interuenit pactum reſignationis, ideò non ſumus in caſu huius textus.

16. Barboſa tamen *num.* 6. et Rebuff. *de pac. poſſeſſ. num.* 290. arbitratur quod permutans beneficium, poſſit redire ad ſuum altero euicto Sed certè hoc non colligitur ex hoc textu, qui vt fatetur idem Barb. *num.* 4. loquitur de dimiſſione, & non de reſignatione, & ex conſequenti multo minus de permutatione. Et verè nec verba textus nec eius ratio militant in reſignatione, vel permutatione, in quibus beneficium primum non dimittitur ex ſola iuris neceſſitate vera, vel opinata, ſed ex voluntario pacto, quod eſt ſeruandum; nec ab eius obſeruantia excuſat ignorantia contrahentis in præiudicium alterius. Ideò textus non procedit in reſignatione, vel permutatione, vt citati DD. tradunt.

17 Vt autem dicitur in vltima parte textus, quod dictum eſt de dimittente primum ſuum beneficium vt acquirat ſecundum alteri debitum eo ignorante, extendi debet ad omnes alios, qui gradatim vt acquirerent beneficia ex hac occaſione dimiſſa ſua beneficia dimiſerunt ignorantes beneficia acquiſita eſſe alteri debita, & ab eis non acquiſibilia. Sic enim quod in primo gradu fit, fieri poſſit in aliis gradibus, vt damnum, quod ex vna, & eadem radice prouenit, pariter in ſingulis gradibus reparetur. Io: And. *n.* 3. Archid. *n.* 1. Anchar *not.* 8. Dominicus. *n.* 3. Franc. *num.* 4.

18. Et reſolutionem textus habere locum etiam ſi appelletur à prouiſione, quia non deuoluitur cauſa ad Curiam, aduertit Barboſa *nu.* 2. *&* Tuſc. *concl.* 44. *n.* 23. *lit.* C.

19. Sed in hoc caſu numquid geſta per eū qui de ſecundo beneficio ignoranter, & nulliter fuit prouiſus valida ne ſunt? Valida ſunt. Concurrit enim hic titulus coloratus, & communis opinio per quam huiuſmodi nulliter prouiſus habetur pro legitimo. Anchar. *num.* 2. Franc. *num.* 6.

20. Numquid etiam iſte qui dimiſſo ſecundo beneficio redit ad primum dum illud benefi-

Google

cium poſſedit fecit fructus ſuos? Non feciſſe tradunt ijdem DD. ſed tamen quia fuit poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ad reſtituendum illos, niſi extent, vel niſi in quantum ex eis factus ſit locupletior. Sed tamen illi debebuntur fructus primi beneficii quod dimiſit.

21. Numquid quoque ſi debitor beneficij illi ſoluet, debitor manet liber à debito? Dicit Anchar. quod manet liber, ſicut liberi ſunt ſoluentes hæredi, quem conſtat poſtea non eſſe hæredem *vt l. fin. C. de pret. hæred. & l. 4. C. de condit. indeb.*

22. Nota etiam *in v. aſſignare*, quod hoc verbum importat totalem collationem. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 2. Et *in v. tenebat*, quod verbum tenere idem eſt, quod poſsidere. Barb. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Multa notatu digna continet hæc Decretalis.*

2 *Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non valet non expreſſo etiam minimo beneficio.*

3 *Hoc vniuerſaliter verum reſpectu cuiuſcumque diſpenſationis.*

4 *In diſpenſationibus debet etiam fieri mentio præſtimoniorum.*

Et aliarum qualitatum, vt ſi beneficia ſint curata, & quantum valeant, & ſi iuſtè ſunt obtenta. 4.

5 *Vbi ex lege aliquid eſt exprimendum taciturnitas illius reddit gratiam ſubreptitiam etiam ſi alias Papa eo expreſſo conceſſiſſet gratiam.*

Vt videatur quæ taciturnitas reddit gratiam ſubreptitiam debet attendi an ſit tacitum quod lege vel praxi debebat exprimi. 5.

6 *Taciturnitas vitiat gratiam in totum.*

7 *Indultum, vt quis poſſit duo curata recipere, & retinere intelligitur de duobus primis.*

8 *In diſpoſitione ſtricta, interpretationis aliquando attenditur ſimilitudo generica, & aliquando ſpecifica.*

9 *Clauſula ſi canonicè conferātur implicite ponitur in omni diſpoſitione.*

Canonicum dicitur, quod confertur ſecundum iura.

10 *Non obſtante iniuſtitia collationis, quod diſpenſatio ſit valida, multi dicunt: quod alij limitant.*

11 *Dictio ſi importat conditionem.*

Clauſula ſi alias iuridicè conferuntur non importat conditionem reſpectu ſubſtantiæ diſpenſationis, ſed reſpectu eius efficaciæ. 11.

12 *Diſpenſatio datur inſufficiens licet non inualida.*

Diſpenſatio non habet vim ſanandi intruſionem.

13 *Quid ſi in diſpenſatione inſufficienti ſi clauſula non obſtante Concil. Lateranen.*

14 *Hæc clauſula non ſufficit ad derogandum Concil. Lateranen. ſub Leone.*

15 *Si diſpenſatio eſt valida non poteſt diſpenſatus ex pluralitate beneficiorum puniri.*

16 *Ex vi indulti huius textus poteſt habenti beneficium conferri ſecundum.*

17 *Si in indulto dicitur vt habenti duo curata detur tertium, non poteſt hoc fieri cum non habentibus.*

18 *Diſpenſatus ad recipiendum, non eſt ad retinendum.*

19 *Diſpenſatus ad plura non eſt diſpenſatus à reſidentia.*

20 *Diſpenſatus ſuper principali quomodo ſit diſpenſatus in acceſſorio.*

21 *Indulta ad plura verificatur in duobus primis.* 22. 23.

24 *Diſpenſatio illegitimi ad beneficium non ſe extendit niſi ad vnum, & ad beneficia non ſe extendit niſi ad duo prima.*

25 *Clauſula* non obſtante *&c. non inducit diſpenſationem, ſed tollit ſubreptionem.*

26 *Tollit impedimentum diſpenſationis ſi fiat &c.*

27 *Ex pluribus ille ſenſus accipi debet, qui non inducit diſpenſationem.*

Sufficit ſi clauſula aliquem effectum habet. 27.

28 *Simplex narratio non inducit diſpenſationem.*

29 *Gratia ex certa ſcientia eſt diſpenſatio, ſi non poteſt ſubſiſtere ſine diſpenſatione.*

30 *Clauſula,* Non obſtante *non inducit diſpenſationem etiam ſi data motu proprio.*

31 *Tollit ſubreptionem ſi ſit ſpecialis mentio beneficij.*

32 *Etiam vbi exprimuntur plura beneficia clauſula* non obſtante *&c. non diſpenſat.*

Ex quo Papa obtinenti duo curata mandat dari tertium, non diſpenſat ſuper duobus curatis ſi nulliter obtinenti fuerunt. 32.

33 *Dictio* Dummodo *non importat conditionem, ſed modum. Quod explicatur.*

34 *Decretum de recipiendis ad habitum regularem.*

Cap. Non poteſt XXI.

1. MVlta habet valde notabilia in praxi hæc Decretalis circa vim diſpenſationis in pluralitate beneficiorum, & clauſularum, quæ in huiuſmodi diſpenſationibus apponi ſolent. Continet verò tres regulas. Quarum prima eſt.

2. Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum illi prodeſſe non poteſt, qui aliquod quantumcumque modicum beneficium tacuit in eadem. Ita Gloſſ. & cæteri DD. Et vide notata *ſup. cap. Gratia, de Reſcrip. in hoc lib. & cap. Conſuetudinem. 1. quæſt. 2. de conſuet. Et de diſpenſat. in beneſ. cap. Permittimus de ætat. & qual. & cap. Si is, de fil. Presb. & capit. Ordinarij, de off. Ord. in hoc lib.*

3. Conuenientiam verò huius regulæ, reddit Gloſſ. quia ſi mentio beneficij habiti neceſſaria eſt in impetrationem *cap. Si proponente, de reſcript. capit. ſi motu proprio, infr. in hoc tit.* multo magis eſt neceſſaria in diſpenſatione. Et inde eſt, quod extenditur diſpoſitio iſta vt locum habeat in omnibus diſpoſitionibus impetratis à quocumque habente facultatẽ diſpenſandi. Archid. & Io: And. Anchar. *in princ.* Dom. *num.* 3. *& 6.* Franc. *num.* 1. Quod quidem dicitur non ex ea ratione, quod ſit eadem ratio de omni diſpenſatione, & ſic ſit idem ius, ſed quia vt aduertit Dom. Pontifex in principio huius Decretalis abſolutè, & vniuerſaliter loquitur. Quomodo

Digitized by Google

modo etiam collatio Beneficij facta à Legato aliud beneficium obtinenti non facta eius mentione ſit nulla, conſtat *ex cap. fin. ſup. de off. leg. & ibi not. in hoc lib. & ex Clem. fin. de off. Ordinarij*. Ibi etiam dictum fuit qualiter hoc non procedat in Ordinario. Sed tamen cum ſuperior reſcribit non conferendo, ſed diſpenſando, debet fieri mentio beneficij, quod obtinetur.

4. Et hoc etiam ſi illud ſit minimum, vt v. g. ſit, vt ait Archid. ſit, 20. ſolidorum, & imò iura antiqua requirentia expreſſionem certarum qualitatum in literis ad beneficia fortius habent locum in diſpenſationibus ſuper beneficiis obtinendis, & ſic iura illa extenduntur, & pariſicantur, quod hoc Gloſſ. *in v. modicum*. Dom. *n. 6.* Franc. *num. 3*. Et ſic exprimi debent præſtimonia, ſicut etiam in impetrationibus beneficiorũ, aliter non valeret diſpenſatio. Archid. *in princ.* Anchar. *not. 1*. Dom. *num. 5*. Franc. *num. 3*. Io: And. *in cap. Poſtulaſti, de reſcript.* Et ſic etiam exprimi debet an beneficium ſit curatum. Io: And. *in prin.* Dom. *num. 5*. Franc. *num. 3*. Gloſſ. *in v. vel alteri, in Clem. 1. inf. eod. tit.* Et quamuis hæc Gloſſ. dixerit non eſſe neceſſe exprimere valorem beneficii habiti, tamen ex decreto Vrbani VI. vt refert Rota *dec. 20. de præben. in nou.* Mentio fieri debet de valore omniũ beneficiorum, quæ poſſidet tempore impetrationis. Quod, & voluit Franc. *num. 3*. multum enim hoc refert ad videndum an impetrans habeat ſufficientia beneficia, & an detur motiuum, iuſtum, ad concedendum aliud beneficium. Et præterea, vt dictum eſt *cap. Eum qui, num. 15. in hoc tit.* Gloſſ. *in v. obtinebat* vult, quod fieri debeat mentio etiam de beneficio iniuſtè occupato, quod ibi etiam dixerunt Archid. Dom. & Franc. Penſionis tamen poſſeſſe, ſine titulo beneficij mentio fieri non eſt neceſſe. Franc. *d. n. 3.*

5. Quondam verò præſumi poſſet, quod etiam ſi exprimeretur minimi beneficij poſſeſſio nihilominus Papa concederet aliud beneficium, quia de minimis non videtur, curandum & ita videri poſſit, quod huius taciturnitas, non redderet gratiam ſubreptitiam, nihilominus mandat vt etiam minimi beneficij fiat mentio. Ex quo colligitur, quod etiam taciturnitas illius, quo expreſſo gratiam habuiſſet in diſpenſationibus reddit gratiam ſubreptitiam, & nullam. Dom. *num. 2*. Franc. *num. 2*. Sed melius tu collige, quod in iudicanda ſubreptione regula illa diuinatoria, quæ præſumitur quod Papa conceſſiſſet, vel non conceſſiſſet gratiam, eſt regula fallax, & quod attendi debet an ex lege, vel ex conſuetudine aliquid exprimi debeat, vel non debeat. Nam ſubreptio eſt, vbi tacetur, quod debet exprimi. Et ita in propoſito poſſeſſio minimi beneficij debet exprimi ab impetrante diſpenſationem in pluralitate beneficiorum, quia hoc lege eſt ſtatutum. Et ante hanc legem diſpenſatio huiuſmodi non fuiſſet nulla.

6 Cæterum taciturnitas modici beneficij, diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum vitiat ipſo iure, & quidẽ non pro parte, & quãtum ad tacita tantum, ſed in totum, & etiam quantum ad expreſſa. Quod patet ex illis verbis textus *prodeſſe non poteſt*. Io: And. *in princ.* & Archid. Anchar. *not. 1*. Dom. *num. 1*. Franc. *nu. 2*.

7. Sequitur regula ſecunda textus, quæ eſt iſta indultum ſedis Apoſtolicæ, per quod alicui conceditur, vt duo beneficia curata, ſi ei canonice conferantur, poſſit recipere, & retinere intelligitur de duobus beneficiis curatis, quæ poſt prædictum indultum, eum contigerit obtinere.

8. Si vero quæratur, quæ dicantur duo beneficia curata, ſine dubio dicendum eſt, quod ſunt illa, quæ in cura animarum aſſimilantur, ſed eſt aduertendum quod diſpoſitio de duobus ſimilem curam habentibus, vel loquitur affirmatiue, vt ſi dicatur, concedi alicui vt poſſit habere plura ſimilem curam habentia. In hoc affirmatiuo modo loquendi ſimilitudo ſpecifica attendi debet, vnde qui habet Parochialem vnã ex hoc non poſſet recipere & retinere ſimul Archidiaconatum, qui habet curam, ſed alterius ſpeciei à Parocho, & quæ claudit ſpecialem dignitatem, & in materia ſtricta non venit ſub nomine curæ Parochialis, vel ſimilis curæ Parochiali, ſed ſi diſpoſitio loquitur negatiue, attendi debet ſimilitudo generica. Vt ſi dicatur quod aliquis cum Parochiali poſſit habere perſonatũ? non habentem ſimilem curam animarum, ex vi talis diſpoſitionis non poteſt habere Archidiaconatum, quia Archidiaconatus habet curam animarum generice ſimilem Parochiali, & hæc ſimilitudo ſufficit in hoc caſu, qui eſt ſtrictæ interpretationis, vt ex Gloſſ. *in v. curam animarum* dicunt Dom. §. illud *num. 10. &* Franc. *num. 3*.

9. Requirit etiam textus quod iſta curata canonicè conferantur. Vnde aduertunt Dom. *num. 1. &* Franc. *num. 1*. diſpenſationem limitari ad beneficia canonicè obtenta. Sed bene Prob. *hic* ad Mon. *num. 18*. aduertit quod hæc clauſula ſi alias canonice conferantur, ſemper implicitè continetur etiam ſi non exprimatur. Et idem aduerterunt Aret. *conſ. 7*. quod incipit *Procedendum* Dom. *conſ. 126*. Mandoſ. *ſup. reg. 20.* de Idiomate *q. 7. num. 8*. Rebuff. in praxi *par. 2. ſuper Bullam diſpenſat.* ſuper defectu ætatis, *in ex poſ. clauſ. ſi tibi alias canonicè conferantur nu. 1. & 2.* Frances *de intruſ. q. 99. num. 10*. Id vero dicunt canonicè conferri, quod confertur ab habente legitimam poteſtatem, Dom. *nu. 4*. Franc. *num. 4*. ſed melius Prob. *num. 14*. quod confertur ſecundum iura ſic ſupra *in hoc lib. vnde ætat. & qualit. dicitur, ſi aliud non obſtat Canonicum* ideſt, vt explicat Gloſſ. ſi non illegitime ſi non corpore vitiati, ſi non bigami.

10. Hac tamẽ cõditione ſic expreſſa nõ obſtante, ſi quis obtineat plura curata que non fuerunt canonice collata, quod non poſſit puniri, quia plura retineat, ſi ſit diſpenſatus ad plura, dicunt Io. And. Anchar. *not. 2*. Dom. *numer. 5*. Franc. *num. 4*. Quod etiam voluerunt *in cap. dudum el. 2. de elect.* Inn. *&* Compoſtell. ibid. *n. 15*. Anchar. *num. 12. in 9. oppoſ.* quos refert, & ſequitur Frances *de intruſ. q. 99. nu. 11*. Et tamen hoc primo limitatur, & verificatur ſolumquando diſpenſatio fuit conceſſa pro obtinendis poſt diſpenſationem. Nam alias circa prius obtata non canonicè hoc non expreſſe diſpenſatio & gratia tamquam ſubreptitia eſſet nulla. Ita ex Butr. *d. cap. dudum num. 75*. Franc. *d. num. 4*. Et ſe-

ſecundo limitatur ex eodem Butr. vt non procedat, quando diſpenſatio data eſt conditionaliter, ſeu ſub conditione, quod beneficia canonicè conferantur, quia tunc non implera conditione gratia eſſet nulla. Et ita de mente Archid. *&* Io. And. dicunt Dom. *numer.*5. *&* Frauc. *num.*4.

11. Quid ergo dicendum? in diſpoſitione huius textus, clauſula ſi alias canonicè conferantur ſumitur ne conditionaliter? Ita enim ſumi dicendum videtur, quia dictio ſi regulariter conditionem importat, *per dd. in l.* 1. *ff. de condit. & demonſt. & l.* Quibus diebus §. Quidam Titio *ff. eod. tit.* Verum DD. ſupra citati oppoſitum ſentiunt, cum dicant hac conditione deficiente, adhuc diſpenſationem valere. Sed dicas dictionem ſe importare conditionem, ſed in dicta clauſula importare conditionem reſpectu collationis, quæ nulla eſt, ſi non ſit canonica; non vero reſpectu diſpenſationis. Nam clauſula illa ad diſpenſationem ſe habet non vt importans conditionem, ſed vt continens materiam diſpenſationis neceſſariam ad hoc vt diſpenſatio efficax eſſe poſſit. Et ſic iniuſtitia collationis non tollit eſſentiam, ſeu ſic ſubſtantiam diſpenſationis, ſed impedit eius efficaciam. Vt ſit ſenſus quod diſpenſatus ex vi diſpenſationis indultæ poteſt recipere, & retinere in effectum, & efficaciter plura curata, ſi tamen materia eius, quæ eſt collatio ſit canonica, quod ſi hoc deſit, licet diſpenſatio de ſe ſit valida, eſt inualida in effectu, ob materiæ incapacitatem. Et hunc ſenſum indicat dictio illa *alias*, ideſt ſi ex alia parte, & ex parte materiæ diſpenſationis, materia ſit capax efficacitatis diſpenſationis. Et ſic ſi etiam dicatur, quod clauſula illa importat conditionem reſpectu diſpenſationis conceditur & dicitur quod importat cõditionẽ ex parte materiæ, neceſſariam non ad valorem diſpenſationis, ſed ad eius efficaciam. Et ideo dato etiam quod collatio non eſſet canonica, diſpenſatio ex parte ſui eſſet valida, & impediret ne diſpenſatus puniri poſſet ob pluralitatem beneciorum.

12. Sic ergo his ſtantibus dari poteſt diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum inſufficiens licet non inualida. Quod quidem manifeſtum eſt, quando diſpenſatio conceditur abſolute, & ſine conditione canonicæ collationis, & tamen beneficia canonice non conferuntur. Tunc ergo quem effectum habet? dicitur quod huiuſmodi diſpenſatio non habet vim faciendi vt collatio ſit canonica, quæ alias non eſt, & ideo nec habet vim ad ſanandam intruſionem, vel ad præbendum titulum Canonicum, & ideo nec dat ius ad retinendum beneficium, quod canonice non fuit collatum, Frances *d.q.*99. *nu.*11. Sed ſi in diſpenſatione inſufficienti dicatur quod impetrans poſſit ſecundum beneficium retinere cum primo, non obſtante conſtitutione Concilii generalis, tunc diſpenſatio operabitur, quod impetrans non poſſit priuari ſecundo Beneficio ſine Papæ licentia *cap.* 1. *&* 2. *de confirm. vtil.* quo poſſit priuari, ſi diſpenſatum non eſſet, ex quo vtrumque intendit prouidere, *per cap.* de multa *ſup. eod. tit.* ſed primum beneficium, cuius reſpectu parum vel nihil valet diſpenſatio poterit conferri, *per d. cap. de multa*. Ita ex Innoc. Io. And. *&* *Specul.* Dom. §. *illud numer.* 6. Franc. *num.*4. Quod Lap. explicat vt procedat, quando eſt euidens diſpenſationem non valere, quia in dubio diſpenſationis debet adiri Papa *cap. Ordinarij* §. *caterum ſup. de off. ord. in hoc lib.*

14. Sed hic primo mihi conſiderandum videtur quod ex Verall. *dec.*268. *p.*1. refert Theodoſius de Rubeis *in ſingular. part.* 4. *clauſ.*496. *num.*34. ſcilicet quod clauſula *non obſtante Concilio Lateranenſe* poſita in diſpenſatione ad plura incompatibilia non ſufficit pro derogatione Concil. Lateranen. ſub Leone X. niſi de eo fiat ſpecialis mentio, quia dicta clauſ. intelligitur de Concil. Generali, de quo *in d. cap. de multa* Itaque vbi ſit neceſſaria derogatio expreſſa illa non ſufficit.

15. Item hæc diſpoſitio inſufficiens vel ea parte ſui eſt valida, licet aliunde ex defectu canonicæ collationis non poſſit conſequi effectum ſuum, vel ex parte ſui eſt inualida, & nulla ſi eſt nulla, etiam ſi adſit clauſula non obſtante Concilio Lateranenſe nulla ſemper eſt, clauſula enim non obſtante non validat actum nullum, ſed ſi eſt valida ex parte cui iam conſequitur effectum ſuum quantum ſic ex ſe ipſa, & ſic tamen primum, quam ſecundum beneficium ex vi *d. cap. de multa*, aut alterius Canonis prohibentis pluralitatem, non poteſt alteri conferri. Quid quid ſit an promotus ſit eis priuatus, & priuari debeat, quia in illis eſt intruſus, vel quia collatio talium beneficiorum eſt vel irrita, vel irritanda.

16. Sequuntur in textu verba illa, *prout recipere, & retinere* ex quibus colligitur, textum loqui de illo prouidendo qui nullum beneficiũ habet, ſed de futuro ad plura eſt promouendus Ex quo argumentantur plures, & dicunt quod ſi Papa alicui concedat facultatem conferendi plura beneficia in terminis, ſed forma huius Decretalis, nulliter conferat, ſi habenti vnum beneficium conferat ſecundum, quia in his ſtricte debet ſeruari forma commiſſionis, quæ reſpicit plurium futuram receptionem. Et ita tenet Franc. *in tex* ſed oppoſitum eſt verum; nam futuritio de qua in textu reſpicit pluralitatem, quæ in caſu noſtro ſequitur diſpenſationem, ſicuti eam ſequitur plurium receptio, & retentio licet vnum ex beneficijs ante conceſſam diſpenſandi facultatem fuerit collatum, & propterea, hoc tenent Io. Mon. & Io. And Archid. *num* 3. Anchar. *nu.*2. Dom. *num.*6.

17. Secus vero dicendum eſt, ſi Papa Epiſcopo concedat vt cum aliquibus Clericis habentibus plura beneficia curata poſſit diſpenſare ad alia curata. Nam in hoc caſu non poteſt diſpenſare cum non habentibus plura beneficia curata, quia Papa expreſſe concedit ſolum vt habentibus beneficia plura curata diſpenſari poſſit Archid. *nu.* 3. Io. And. Dom. *nu.*8. Frauch. *n.*4.

18. Dicitur vero expreſſe recipere, & retinere, quia aliud eſt recipere & aliud receptum retinere, ex quo Dom. *num.*2. colligit diſpenſatum ad recipiendum non eſſe diſpenſatum ad retinendum beneficium. Sed hoc non placet Franc. *num.*2. Nam cum beneficium de ſe ſit

perpe-

perpetuum, ſi poteſt quis duo beneficia ſimul recipere, poterit etiam iſta retinere, aliter gratia inutilis eſſet Sed dicitur quod hæc duo etiã in beneficijs ſunt diuerſa, & ſtat quod datur alicui facultas ſimul recipiendi duo, cum obligatione vt infra tantum tempus primum dimittat.

19. Ex quo tamen datur facultas recipiendi, & retinendi plura beneficia, non per hoc datur diſpenſatio non reſidendi in neutro illorum, ſed in aliquo omnino reſidere debet, Gloſſ. *in v. reſidere* Dom. *num.* 11. Barb. *num.* 7. Et licet in diſpenſatione ponatur clauſula dum in vno reſideat per ſe ipſum, & in alia per Vicarium, non per hoc perdit ipſo iure beneficium, ſi hunc ordinem non ſeruat, vt dicunt Gloſſ.. & Dom. *d. num.* 11. ſed de obligatione Parochorum ad reſidendum, & in quo beneficio reſidere debeat qui habet plura, late dixi *tom.* 1. *de ſtat. q.* 185.

20. Interim hic aduertitur, quod diſpenſatio ſuper principali non ſe extendit ad acceſſorium, quia diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non ſe extendit ad reſidentiam, quæ eſt acceſſorium. Ita Franc. §. *Illud nu.* 5. ſed potius dicitur, quod diſpenſatio ſuper principali ſẽper ſe extẽdit ex conſequenti ad acceſſoriũ, quantum neceſſitas conſequentiæ exigit. Nam diſpenſatus ad plura beneficia eſt etiam diſpenſatus, vt in aliquo non reſideat, licet non ſit diſpenſatus, vt in nullo reſideat, quia habens plura beneficia diſtantia non poteſt in ſingulis reſidere, poteſt vero reſidere in aliquo.

21. Dato igitur Pontificio indulto, per quod alicui conceditur, quod plura beneficia curata poſſit ſimul recipere, & retinere, decernitur in hoc textu, quod huiuſmodi indultum non extenditur niſi ad duo beneficia curata, & tantum ad duo prima poſt indultum obtenta, Gloſſ *in v. primis*, & ibi Io. Mon. Archid. & Io. And. Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 4. *&* 11. Franc. *nu.* 6. Duobus enim obtentis gratia eſt perfecta.

22. Ex quo duo habemus, primum, quod diſpenſatio ad plura beneficia non niſi ad duo ſe extendit, & ex vi talis diſpenſationis non poſſunt ſimu haberi tria Barb. *num.* 2. Tiraquell. *in l.* Boues §. *Hoc ſermone num.* 28. *& limit.* 14. *nu.* 1. *& limit.* 26. *num.* 1. Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſ. ætat. verſ.* illaſque ſimul dimittere Hoied. *de incompat benef. p.* 2. *cap. vlt. num.* 73.

23. Secundum eſt, quod nec ſucceſſiue ſe extendit ad plura, quam duo, ſed in duobus primus, quæ obtinentur finitur, & ſic diſpenſatus habitis duobus, non poteſt ſi alterum illorum dimittat aliud recipere, & retinere cum altero beneficio non dimiſſo. Rota *dec.* 1. *de fil. Presbyt.* Felin. *in cap.* 2. *num.* 4. de Treg. *& pac.* Anton. Grabiel *lib.* 6. *tit. de leg. concl.* 2. *nu.* 4. *&* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 11. *num.* 81.

24. Ex hoc vero Archid. deducit quod ſi illegitimus diſpenſetur ad beneficium, non poſſit niſi vnum obtinere etiam ſucceſſiue, ita vt ſi primum dimittat ſecundum non poſſit recipere & retinere. Et licet contrarium ſentiant hic Io Andr. & Anchar. *not.* 3. *&* Dom. *num.* 9. Et eo. quia per diſpenſationem ab beneficium abſolute ſit ablata inhabilitas ſubiecti, qua ceſſante non adeſt impedimentum ad recipiendum plura acceſſiue. Tamen hoc non probat, quia in diſpenſationibus oratio indefinita non poteſt intelligi vt vniuerſalis, & ſufficit, quod verificetur in aliquo. Sicut igitur diſpenſatio ſuper pluribus beneficijs non ſe extendit niſi ad duo. Ita diſpenſatio ſuper beneficio nõ extẽditur niſi ad vnũ & in vno completur, & finitur. Nec per hoc, quod illegitimus diſpenſatur ad beneficium tollitur eius inhabilitas abſolutè & ſimpliciter, ſed relatiue ad vnum, & quidem ad primum tantum, quia ſtricta interprætatio neceſſaria maiorem extenſionem non admittit. Dicendum igitur quod ſi illegitimus diſpenſetur ad beneficia, iuxta regulam huius textus diſpenſatio intelligitur de duobus primis; & ſi diſpenſatur ad beneficium, gratia intelligitur de primo beneficio, & ad aliud non ſe extendit. Quod eſt euidentius ſi diſpenſetur ad certum beneficium, Franc *num.* 7. Rota *deciſ.* 339. *ſeu deciſ. p. de fil.* Presb. Vbi quod hoc eſt de ſtylo Curiæ, qui eſt ſecundus vbi DD. non conueniunt, & res eſt dubia.

25. Regula tertia textus continet, quod prouiſio alicui facta de beneficio cum clauſula non obſtante, quod aliud habeat non inducit diſpenſationem ſuper vtroque retinendo, ſed ſubreptionem tollit Io. Mon. *num* 4. Anchar. *not.* 4. Franc. §. *cum vero num.* 1. *& alij* Caputaquen. *dec.* 145 *num.* 6. Ferret. *conſ.* 32. *num.* 53. Gonzal. *ad reg.* Cancell. Gloſſ. 15. *num.* 32.

26. Itaque clauſula *non obſtante &c.* non inducit diſpenſationem Anchar. *not.* 4. Dom *nu.* 1. Franc. *num.* 2. *& alij citati.* Quamuis ſi in gratia contineatura expreſſa diſpenſatio vt poſſit retineri ſecundum cum primo, tunc inducat diſpenſationem, ſecundum Franc. quamuis etiam tunc diſpenſationem non inducat, ſed ſupponat & eius impedimenta tollat.

27. Ratio autem horum eſt, quia cum diſpenſationes ſint odioſę. *cap.* 1. *de fil. presb. ſup. in hoc lib.* Vbi diſpoſitio plures ſenſus habere poteſt, ille ſumendus eſt, qui diſpenſationem non inducit, ſed ſtat pro legis obſeruatione. Anchar. *not.* 3. Dom. *n.* 3. Franc. *num.* 2. Sufficit enim quod clauſula aliquem effectum pariat, & ita ſufficit, quod clauſula non obſtante tollat ſubreptionem Dom. *n.* 2.

28. Sic igitur etiam habetur quod ſimplex narratio obtentorum prius facta in poſteriori prouiſione Sedis Apoſtolicæ non inducit diſpenſationem ad plura beneficia ſimul obtinenda, ſed ſolum excuſationem ſubreptionis, quę ex non expreſſione prodiret, vt præter citatos DD. ex hoc textu dixerunt Nauar. *tract. de orat. capit.* 22. Miſcell. 16. *num.* 64. *&* 65. Hoied. *de incompat. benef. p.* 2. *cap. vlt. num.* 72. Mil. *in repert. v. Diſpenſare var. diſpenſare non intellig.* Rebuff. *de nomin. q* 19. *num.* 18. Rodriq. *in ſum. cap.* 31. *num.* 2. Salzed. ad Bern. Diaz *cap.* 48. *alias* 49. *lit. C.* Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 15. *num.* 27. Ex quo Flam. *de reſig. l.* 4. *q.* 9. *num.* 34. Deducit quod Papa admittendo renunciationem, & conferendo per clauſulas ſolitas in prouiſione non cenſetur diſpenſare, quamuis teſte Barboſa Mandoſ. ad Lap. *dec.* 117. *addit.* 2. dixerit eum tutum eſſe, qui obtentorum meminerit in ſupplicatio-

ne

ne porrecta Papæ. Sed ſi iniuſtè, & inualidè obtinuit certè non ſufficiet ſi narret, ſe obtinuiſſe, vt Papa cenſeatur diſpenſare.

29. Vnde etiam habetur quod gratia facta ex certa ſcientia Principis tunc cenſetur diſpenſatio *iuxt. l. Quidam conſulebant. ff. de re iud.* quando gratia ſine diſpenſatione non ſubſiſtit Barboſa *num. 6.* ſeu quando Princeps ex certa ſciētia concedit expreſsè id, quod eſt contra legem. Sed in dubio, ſi gratia ex certa ſcientia proueniens habet plures ſenſus, quorum aliquis verificat gratiam ſine diſpenſatione, hic ſumi debet, qui diſpenſationem excludit.

30. Adeò autem verum eſt, quod clauſula *non obſtante*, non inducit diſpenſationem, vt hoc verum ſit etiam ſi Papa ſcribit motu proprio. Anchar. *conſ. 20. num. 1. & 364. num. 1.* Theodoſius de Rubris, *ſingul. par. 4. clauſul. 496. num. 119.*

31. Subreptionem verò tollit clauſula non obſtante ſiue exprimatur in gratia facta, ſiue in facienda, licet alias ſit differentia, *vt in cap. ſi ſuper gratia ſup. de off. deleg. in hoc lib.* Et ſiue Papa per ſe prouideat ſiue mandet prouideri per alium. Et nihilominus ad hoc vt hæc clauſula ſubreptionem tollat neceſſe eſſe, quod contineat ſpecialem mentionem de beneficio, vel beneficiis, & non ſufficere hanc generalem, non obſtante quod aliquod beneficium obtineat ex Io: And. affirmat Franc. *num. 2.* Nam debet fieri ſpecialis expreſſio beneficii. Clem. 2. *de off. ord.* & ibi per Gloſſ. *in v. ſpecialis.*

32. Cum autem in regula textus ſermo ſit de clauſula non obſtante exprimere beneficium in ſingulari, quid dicendum ſi beneficia plura exprimat. Vt ſi in literis dicat Rector talium Eccleſiarum &c.? Nec iſta clauſula, quæ pluralitatem beneficiorum ſolum narrat continet diſpenſationem. Franc. *num. 1. ex ſpecul. tit. 2. 5. Videndum, verſ. quid ſi Papa.* Imò ſi Papa narrans aliquem habere duo beneficia curata, & diſpenſans vt ſimul tertium recipere poſſit, ſi Canonicè conferatur, non per hoc diſpenſat vt illa duo poſſit retinere, ſi illa iniuſtè retinebat. Archid. *circa fin.* Anchar. *not.* 4 Franc. *num.* 1. Si tamen Papa diceret, vt poſſit cum obtentis tertium retinere forſan alicui videretur diſpenſatum, ſed benè hoc Lap. Explicat, vt cenſeatur diſpenſatum ſi eſt expreſſum, quod illa duo obtinerentur iniuſtè, ſed ſi ſolum narratum eſt aliquem duo obtinere duo beneficia, non diſpenſatur cū eo ex eo, quod dicatur; quod poſſit cum duobus obtentis tertium retinere, ſi ille duo prima retinet iniuſtè, quia Papa narrat, quod eſt, non verò illud approbat ſi iniuſtum eſt, & ſolum concedit, & diſpenſat, vt tertium retinere poſſit. Itaque in reſcriptis bene conſideranda ſunt verba, & ex regulis iuris intelligenda. Anchar. *not.* 4. Dom. *num. 6.* Franc. *n.* 1.

33. Tandem nota ex Gloſſ. Io: And. *in v. retinere*, quod dictio dummodò non importat cōditionem, ſed modum, & admonitionem, & hoc idem tradunt Dom. *num. 11. &* Franc. *num. 6.* Et verè hæc eſt natura huius dictionis ſecundum Rotam *dec. 231. ſeu 2. de condit. appoſ. in nou.* Seraph. *dec. 338. num. 5. & dec. 349. num. 1.* Bart. *in l. Quibus diebus 5. vlt. num. 4. de condit. & demonſtrat.* Et plurimos alios, quos refert Barb. *hic n. 8. & tract. de diction. in 95. num. 2.* Hoc verò explicat hic Dom. vt procedat quando adiungitur actui perfecto, ſecus verò quando adiungitur actui imperfecto. Itaque conſiderandum eſt, quod quando hæc dictio adiungitur reſpectu executionis gratiæ conceſſæ, vel reſpectu effectus ex gratia prouenientis, ſemper importat modum non verò conditionem. Iam enim gratia facta eſt, nec gratiæ malus vſus facit, vt gratia non fuerit conceſſa, vel quod fuerit irrita, & nulla, ſed tunc dictio dummodo importat modum, & obligationem ad faciendum, ſed gratiam non tollit. Et quod dicit Barb. *dict. 95. nu.* 8. Quod ſcilicet hæc dictio etiam dum importat modum requirit vt impleantur ea, quibus adiūgitur aliter corruit actus, nec conſequitur effectum, allegans nonnullos conſulentes cautè audiri, & intelligi debet. Licet enim verum ſit, quod id, ad quod apponitur ſit faciendum, tamen nec ſemper hoc importat præceptum ſic faciendi, ſed admonitionem, vt hic docet Gloſſ. Et quando importat præceptum, nunquam irritat gratiam iam factam, etiam independenter à modo ſubſequenti oppoſito, & ab vſu eiuſdem gratiæ, ſed ſolum facit, quod non ſeruantes modum ſint puniendi, vel quod actus in contrarium factus, licet non ſit ipſo iure nullus, ſit irritandus.

34. Ita dum v.g. dum in decreto de veſtiēdis Nouitijs dato pro Ord. Præd. ex vi nouiſſimorum Decretorum Innoc. X. & Cong. ſuper ſtatu Regularium dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Diſcrimen inter cap* Si eum, ſup. in hoc tit. & *inter præſentem decretalem.*

2 *Summa textus allata à Zenzal. nimis generalis.*

3 *Factum, quod refertur in textu.*

4 *Legatus à latere poteſt ſibi reſeruare beneficium etiam in praiudicium ordinary.*

5 *Et apponere decretum irritans.*

6 *Decretum irritans in literis Legati non ligare ignoranter plures dicunt.*

7 *Oppoſitum probatur.*

Non eſt contra ius inducere nullitatem actus ignoranter facti.

8 *Sufficit ſi Ordinarius habeat notitiam decreti Legati.*

9 *Confirmatio ſuperioris non ſemper facit vt confirmatum cenſeatur eſſe factum ſuperioris.*

10 *Confirmationem ex certa ſcientia eſſe nouam conceſsionem dixerunt aliqui.*

11 *Quæ ſit confirmatio ex certa ſcientia.*

Ius ex certa ſcientia dicitur confirmari, ſi eius tenor exprimitur. 11.

Vel ponitur clauſula quorum tenores. 11.

12 *Clauſula ex certa ſcientia non operatur in illis, quæ ſunt facti.*

Id quod eſt facti non cenſetur confirmatum ex certa ſcientia niſi præcedat facti cognitio. 12.

Et aliter clauſula ex certa ſcientia, non tollit ſubreptionem. 12.

13 *Confirmatio facta in hac Decretali fuit ex certa ſcientia.*

14 *Con-*

Digitized by Google

14 *Controuerſum an confirmatio ex certa ſcientia ſit noua conceſsio.*
In dubio confirmatio non cenſetur noua conceſſio. 14.
15 *Tunc confirmatio eſt noua conceſsio, quando Papa mandat confirmatum exequi auctoritate Apoſtolica.*
Tunc confirmatum eſt factum confirmantis, quando auctoritate confirmantis ſortitur effectũ. 15.
16 *Titulus Papæ non extinxit titulum Legati.*
Confirmatio ſpecialis non extinguit titulum datum ab inferiori, ſed illum eleuat. 16.
Duæ cauſæ lucratiuæ poſſunt concurrere in eadem re ſi ſint ſubordinatæ. 16.
17 *Prouiſum à Legato accidente ſpeciali confirmatione debet præferri.*
18 *In impetratione confirmationis impetrans debet facere mentionem beneficiorum, quæ tenet.*
19 *Confirmatio in præiudicium tertij non trahitur retro.*

Cap. Si Apoſtolicæ XXII.

1. SVpra *cap. ſi eum in hoc tit.* ſimile quid continetur. Diſcrimen tamen duplex inuenitur, vt notat Gloſſ. Nam ibi mandatum fuit Canonicatum ſtatim conferri, præbendam verò cum vacauerit, hic totum eſt de futuro, & Papa mandat dari Canonicatum, & præbendam cum vacauerit. Item ibi non fuerat obtemperatum literis Legati, quod in caſu præſentis Decretalis non dicitur contigiſſe. Licet igitur diuerſum ſit factum, idem tamen eſt ius, vt Gloſſ. aduertit.

2. Ex Zenzal. ſumatur iſte textus, ſub his verbis. Mandatum Legati ſuper facienda prouiſione per Papam confirmatum ſpecialis gratia Papæ eſt cenſenda. Et hoc idem habent Dom. & Francus, & Barboſa. Sed nimis generalis eſt concluſio. Quia Papa nedum mandatum confirmauit, ſed id fecit plena de facto Legati facta ratione, & inſuper datis certis executoribus mandauit illis, vt in hoc prouiſionis negotio auctoritate Apoſtolica procederent, vnde detur confirmatio valdè ſpecialis, & ex hac ſpecialitate eſt, quod gratia cenſeatur Papalis, vt infra explicatur.

3 Factũ verò huius Decretalis conſiſtens in eo, quod Legatus à latere (de eo enim intelligitur, vt aduertit Gloſſ. *in v. Legatus*) Canonicatum, & præbendam nulli alii de iure debitos, & in proximo vacaturos in ipſa Eccleſia ſibi reſeruat, & decernit irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc contigerit attentari. Certis ad hoc executoribus deputatis, multa vobis affert conſideranda.

4. Et quidem primo aduerti debet, Legatum poſſe ſibi reſeruare beneficium in aliqua Eccleſia vacaturum. Quamuis verò in terminis Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *capit.* 19. irritantis expectatiuas, & mandata de prouidendo de beneficiis vacaturis, non poſſit Legatus reſeruare ſibi beneficium vacaturum ad fauorem certæ perſonæ, dando illi ius ad vacaturum beneficium, vt dictum eſt *ſup. cap. Præſenti 3. de off. Leg. num.* 8. *in hoc lib.* Nihilominus quod poſſit abſolutè, & ad fauorem perſonæ idoneæ in genere reſeruare etiã certum beneficium probat Theodoſius de Rubeis *in ſign. part.* 3. *Tit. Sarnenſis* §. 12. *num.* 1. *&* 10. ex Rota, *vt per* Accoramb. *dec.* 12. *lib.* 2. *&* Aen. de Falc. *de reſeru. par.* 2. *q.* 8. 4. *q. princ. &* Pariſ. *conſ.* 24 *num.* 2. *vol.* 4. Et hoc etiã in præiudicium Ordinarii, cum facta reſeruatione, ſequuta inhibitione Ordinarius conferre non poſſit Archid. *cap. Hi qui in* 2. *not. in hoc lib.* Aeneas de Falcon. loco citato. Et ita hoc idem tenent Garz. *de beneſ. l.* 5. *cap.* 3. *num.* 35. *quamplures alios referens.* Petr. Greg. *de beneſ. cap.* 24. *num.* 42. Azor. *p.* 2. *l.* 5. *q.* 29

5. Notandum eſt ſecũdo quod Legatus reſeruando poteſt apponere decretum irritans, vt dicitur in textu, & *ſup. d. cap. Præſenti de off. Legati, &* aduertunt Gloſſ. *in v. decernat.* & ibi Archid. Io: And. *num.* 2. Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. *vlt. num.* 20.

6. Quamuis verò complures dicant decretum irritans appoſitum in ſuis literis non ligare ignorantes. Ita enim docuerunt Archid. *hic num.* 1. Compoſtell. *in cap. Capitulum, de Reſcript.* Lap. *in cap. ſtatutum ſup. in hoc tit.* Anchar. *in capit. Si beneficia not.* 7. *ſup. in hoc tit.* Caſtador. *dec.* 3. *nu.* 2. 3. *&* 4. *ſuper decret. de reſeruat* Andreas Gambarus *de Legato* . 3. *num* 592. Caputaquen. *dec.* 1. *num. fin. par.* 2. Mandoſ. *in addit. ad* Lap *all.* 14. *lit. D. verſ. Decretum* Sarnen. *dec.* 6. Simonet. *de reſeruat. q.* 96. *num.* 5. *&* 6. Gabriel. *l.* 6. *tit. de clauſ. concl.* 3. *n.* 9. *&* 11. Mozet. *de commut. vltimæ volunt. cap.* 7. *num.* 2; 5. Barboſ. *alios referens, clauſ.* 40. *num* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 67. *n.* 20. Lott. *de re beneſ. l.* 2. *q.* 26. *num.* 9. Et hanc ſententiam de iure veriorem eſſe putat Franc. *n.* 4. Hoc verò probant. Tum primò quia eſt contra ius, quod ignorans decreto ligetur. *L. vlt. ff. de decret. ab Ordin. fac. cap. Propoſuiſti diſt.* 82. *& cap.* 1. 12. *q.* 2. Nulli verò etiam Legato licet facere contra ius. *cap. Dilectus, & cap. Nimis de fil. Presb.* Secundo, quia ad minus hoc non eſt in iure expreſſum, ſed ſolum de decreto Papæ expreſſum eſt, quod ignorantes ligat.

7. Nihilominus contrariam ſententiam tenui *ſup. capit. Præſenti num.* 35. *de off. Leg. in hoc lib.* Quam docuerũt hic Io: *de Leg. &* ex eo Dom. *num.* 8. *Et in cap. Cum dilectus, de iure patronat.* Innoc. & Hoſtien. Qui idem tenuit *in ſumm. tit. de preben.* 5. *Et à quo in fin verſ. quid ſi Legatus.* Idẽque tenuerunt quam plures, quos refert Gabriel vbi ſupra. Et probatur *ex capit. Cum dilectus de Iurepatron.* vbi Papa quæſtionem decernit ponderando non quod decretum Legati à Latere fuerit publicatum, vel intimatum, ſed ſolum quod fuerit interpoſitũ, & ex eo quod præſentatio facta fuit contra decretum eam nullam iudicauit. Et ſic rationes contrariæ ſententiæ de facili ſoluuntur, & ad primam ex Zenzal. & Dom. dicitur eſſe contra ius ligare ignorantem ad pœnam; ſed ſecundum ius eſt inducere nullilitatem actus etiam ex ignorantia habiti. Quod eſt euidens ex eo, quod inferiores poſſunt imponere nullitatem actus ipſo iure ex non ſeruãtis ſolemnitatibus, aut conditionibus ab eis impoſitis, etiam ſi id fiat ignoranter. Ad ſecundum reſpondet Dom. hoc ſatis expreſſum eſſe *in d. c.*

Cum

Cum dilectus. Sed, vt dicebam loco citato, cum in iure ſit expreſſum, quod Legatus poteſt beneficium reſeruare, & inhibere Ordinario ne beneficium conferat, & ſic Ordinarium etiam inuitum cohibere ne conferat, ſatis eſt ex conſequenti expreſſum, quod poſſit etiam ignorantem ligare, cum magis ſit inuitum compeſcere, quam ignoranti nullitatem actus imponere.

8. In hoc tamen vtraque ſententia conuenit, quod vbi decretum Legati ſit Ordinario inſinuatum, ille non poſſit oppoſitum attentare, ſecundum Archid. & Io: And. Imo nec eſt neceſſaria præſentatio decreti, vel notificatio, ſed ſufficit Ordinarii ſcientia, vndecumque illam habuerit; iam enim hoc ſufficit vt non ſit ignorans, & vt contra decretum irritans Legati nihil poſſit attentare. Dom. *n*.8. Franc. *n*. 4. Lap. *cap. ſtatutum ſup. in hoc tit.*

9. Cum verò Papa Prouiſionem huiuſmodi factam à Legato confirmat, eam videtur facere ſuam, & hoc videtur eſſe id, quod decernitur in textu, cum Papa dicat hunc prouiſum dici debere prouiſum auctoritate Apoſtolica, & propterea præferendum. Francus *not*. 4. *num*. 2. ait, quod ſi factum inferioris confirmatur per ſuperiorem, dicitur eſſe factum confirmantis *c. Si eum ſup. in hoc tit.* Nam omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, dixit nuper. *l*.1.*§. Sed neque C. de vet. iure exam.* Sed non eſt vniuerſaliter verum quod confirmatio ſuperioris faciat quod geſtum per inferiorẽ mutetur in geſtum per ſuperiorem, & debeant cenſeri vt factum ſuperioris. Confirmatio enim in forma communi hoc non præſtat, vt notat Anchar. *not*. 1. Et propterea Gloſſ. *in v. confirmarunt.* Aduertit, quod confirmatio de qua in textu non fuit in forma communi, ſed ex certa ſcientia.

10. Dicunt igitur confirmationem ex certa ſcientia eſſe ampliationem, & nouam conceſſionem, & per eam ſuperiorem nedum confirmare, ſed de nouo ſtatuta, & dare. Et ita hoc ſentit Io: And: *hic*, *& ex eo* Franc. *num*. 5. Voluerunt enim ſufficere ſi Papa facta plena narratione confirmet, etiam ſi non det executores, ad hoc vt confirmatum cenſeatur factum Papæ. Et ita quod confirmatio ex certa ſcientia ſit noua conceſſio ſuperioris dixerunt etiam Ruin. *conſ*. 31.*num*.5.*l*. 1. Go ad. *conſ*. 62. *num*. 15. Rota *deciſ*. 192. *num*. 2. *p*. 1. Quos ſequitur Barboſ. *ad capit. Cum dilecta* 20. *de confirm. vt.& clauſ*.59.*n*.20.

11. Tunc verò dicitur Pontificem ſcribere ex certa ſcientia, quando plenè narrat factum, ſicut in præſenti narrata fuit reſeruatio Legati, & decretum irritans eiuſdem. Ita Franc.*num*. 5. Barboſ. autem *num*. 2. ait tunc confirmationem eſſe ex certa ſcientia, quando conſtet Pontificem inſtructum fuiſſe omnium motiuorum, quæ animum ſuum mouere potuerunt. Sed conſiderandum eſt an id, quod confirmatur ſit ius, vel factum. Quando enim id, quod confirmatur eſt ius, vt quia ſit ſtatutum alicuius ciuitatis, vel Conſtitutio alicuius Religionis, vel priuilegiũ; dicitur confirmatio ex certa ſcientia. Si in literis confirmatorijs exprimitur tenor, vel ſubſtãtia ipſa iuris confirmati plenè, & diſtinctè, vel ſaltem ponitur clauſula [quorum tenoris, quæ inducit ſcientiam fictione iuris, & operatur indiuiduum omnium expreſſionem, cum omnibus ſuis qualitatibus. Felin. *capit. Nonnulli num.6.de reſcript.* Caſſad. *dec*. 10. *ſuper regul. v.* 3.*& deciſ.* 38. *num*. 3. Sarnen. *in probem. regul. q* 6.*num*. 5. Rota *in Pamphilonen. Matrimonij* 4. *Maij* 1538. *coram* Card. Lancellotto, *& in Cæſarang.penſ*.19. *Febr*.1590. *coram* Gyplio, *& dec*.88.*n*. 4. *& dec*. 492.*num*.5.*& dec*.371.*n*.1.*&* 2. *l*.3.*part*.3.*diuerſ.*

12. Sed ſi quod confirmatur ſit quid facti, debet conſiderari, quod nec ſufficit plena facti narratio, etiam addita expreſsè clauſula ex certa ſcientia quia clauſula ex certa ſcientia non operatur in illis, quæ ſunt facti, vt per DD. quos refert Theodoſius de Rubtis. *clauſ*. 391. *num*. 1. *& per* Rotam in Cæſaraug. *penſionis Maij* 1585. *coram* Orano, *& in Roman. Secretariatus* 10.*April*.1592.*coram* Seraph.& Put. *d*.7.*num*.4. *l*.3. Sed tunc neceſſe eſt vt præceſſerit cauſæ cognitio. Dec. *conſ*. 373. *col. fin. & conſ.* 407. *num*. 4. Gabriel. *de clauſul. concl. p.num*.52. Theodoſius *de rubeis d. clauſ*. 391. *num*. 70. Ideò Clauſula ex certa ſcientia, nec vitium ſubreptionis tollit. Garz. *de benef. p*.3.*cap*. 2 *num*.233.Niſi præceſſerit informatio Principis. Alex. *conſ.* 116. *vol*. 6. Gabriel. *d. concl*. 1. *n*. 16. Theod. *de rubris d. clauſ*. 391. *n*. 5.

13. In caſu autem noſtri textus vtrumque ſeruatum fuit, Nam & facta eſt plena narratio facti, & ſignificatum fuit, Papam plenè de facto narrato fuiſſe informatum, ibi: *Nos poſtmodum plena de his facta ratione*, vnde non eſt dubiũ quod hæc confirmatio facta fuit ex certa Papæ ſcientia.

14. Et nihilominus his ſtantibus in iure maximè cõtrouerſum eſt an confirmatio ex certa ſcientia ſit noua conceſſio; tam maximè quãdo confirmatur ius, vel factum alias de ſe validam, & inferioris auctoritate ſtabile, & nihil aliud additur. Et quidem quod ſimplex confirmatio ſit mera approbatio nihil de nouo concedens, vult Anchar. *not*. 4. Vbi ex Iacob.de Beluiſ. *addit*. quod in dubio confirmatio cenſetur pura approbatio, non verò noua conceſſio. Et quidem ex hoc textu non deducitur quod confirmatio etiam ex certa ſcientia actus alias de ſe validi ſit noua conceſſio. Quia hic non narratur ſolum factum Legati, imo nec à Papa ſolum dati fuerunt executores pro exequendo decreto Legati, ſed Papa mandauit executoribus vt auctoritate Apoſtolica procederent.

15. Tunc ergo indubitatè factum inferioris ex confirmatione ſit Papale, quando adſunt duo Primum ſcilicet, quod Papa illud confirmat ex certa ſcientia, nec locum habet ſubreptio ſecundum quod mandat exequi auctoritate Apoſtolica. In caſu enim huius textus non ſola cõfirmatio gratiam Legati alterauit, & Apoſtolicam fecit, ſed clauſula *auctoritate* noſtra *procedant*, ex qua expreſſum fuit, quod Papa gratiam faciebat ſuam. Tunc ergò factum non denominatur à faciente, ſed à confirmante, quando confirmans vult, & exprimit, quod confirmatum auctoritate eiuſdem confirmantis ſortiatur effectum.

16. Idem verò Anchar. *not*. 3. Aduertit, quod

quod id, quod eſt debitum vno iure, & ex vna diſpoſitione poteſt deberi ex alia ex nouo titulo ſuperueniente non autem ex vtroque *vt cap. Vt quid duas, de elect. in hoc lib.* Quia duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in eadem re etiam ex diſpoſitionibus diuerſorum, vt *l. Menius ff. de leg. 2. & l. Non quocumque de leg. 1.* Clerici autem in beneficijs dicuntur habere titulum lucratiuum *cap. Significatum de Prębend.* Et ideò in præſenti titulus ſuperueniens à Papa extinxit titulum Legati, quia eſt fortior, & potentior, vt *cap. Hi qui ſup. in hoc tit.* Titulus ergo debilior extinguitur adueniente potentiori. Hæc tamen doctrina non videtur congruens textui, Nam Papa factum Legati ratum habuit, & confirmauit, confirmare vero non eſt extinguere, & annihilare, ſed firmare, roborare, & conſeruare. Titulus fortior verò ſibi contrarium extinguit, ſed illum, qui non eſt ſibi contrarius magis firmat, & ſic confirmatio Papæ ſpecialis non eſt merè, & purè noua conceſsio, ſed eſt gratiæ Legati confirmatio eleuans illam ſupra ſe, & vt vires habeat nedum ex officio Legati, ſed ex auctoritate Pontificis. Quamuis verò duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in eadẽ re ex diſpoſitionibus diuerſorum; hoc verificari poſſit vbi diſpoſitiones ſunt diuerſæ, omninò, non verò vbi ſunt ſubordinatæ, & vna venit in confirmationem alterius,

17. Sic ergo, cum ex huiuſmodi confirmatione ſpeciali prouiſus à Legato cenſeri debeat prouiſus à Papa decernitur eum eſſe præferendum in præbenda poſtmodum vacatura recepto à Canonicis.

18. Ex Gloſſ. autem in *v. præferri* colligitur regula, vt in impetratione confirmationis, & quotieſcumque nouum ius acquiritur, vel antiquum confirmatur ſeu conſeruatur, & augetur impetrans debet facere mentionem de beneficijs, quę tenet Franc. *n. 6.* Archid. *infr. in cap. prox.* Hoc tamen neceſſarium non puto vbi ſola confirmatio impetratur, quæ non eſt noua conceſſio.

19 Notandum etiam eſt, ex illa dictione *poſtmodum*, quod confirmatio data per Papam non trahitur retro ad tempus in quo fuit celebratus actus confirmatus, ſi adeſt præiudicium tertij, Franc. *n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*
2 *Collatio beneficij data aliud obtinenti eo non expreſſo eſt valida ſi facta eſt* motu proprio.
3 *Dictio* volumus *nouum ius inducit.*
4 *Taciturnitas obtinenti beneficij non vitiat gratiam datam* motu proprio.
5 Motus proprius *tollit vniuerſaliter ſubreptionem ex taciturnitate.*
6 Motus proprius *tollit impetrationem, & eius effectus.*
Etiam ſi alias gratia fuit procurata. 6.
7 Motus proprius *non purgat vitium falſæ expreſſionis.*
Papæ narranti factum proprium non poteſt opponi.
8 *Clauſula motu proprio, æquiualet clauſulæ ex certa ſcientia.*
Clauſula ex certa ſcientia *addita* motui proprio *non purgat vitium falſitatis.*
9 Motus proprius *non purgat defectum intentionis ſcribentis. Quod explicatur.*
10 *Clauſula motu proprio purgat vniuerſaliter ſubreptionem ex taciturnitate, ſed non alios defectus.*
11 *Non inducit diſpenſationem.*
12 *Ex hoc plures actus dantur in quibus clauſula motu proprio non purgat vitium nullitatis gratiæ.*
Non excuſat taciturnitatem qualitatum intrinſecarum. 12.
13 *Non operatur in præiudicium tertij.*
14 *Et ex hoc plures caſus dantur in quibus gratia motus proprij non valet.*
15 *Gratia proprio motu latè interpratanda.*
Non ampliat gratiam, nec extendit vim verborum ad caſus non expreſſos. 15.
16 *Non ſe extendit ad inueriſimilia, inconſueta, & incognita.*
17 *Quid ſi addatur clauſula ex certa ſcientia.*
Vbi Papa ſciat defectum perſonæ valet gratia illi facta. 17.
18 *Clauſula ex certa ſcientia non operatur in illis quæ ſunt facti.*
Et ideò non inducit diſpenſationem, nec fert præiudicium tertio nec tollit defectum intentionis. 18.
19 *Quid ſi cum motu proprio addatur clauſula generalis, Non obſtantibus &c.*
20 *Clauſula* motu proprio *inducit præſumptionem iuſtæ cauſæ.*
Et vt gratia non cenſeatur obtenta per importunitatem. 20.
Et quod narrata, & expreſſa habeantur vt probata. 20.
Et quod non indigeat iuſtificari. 20.
21 *Etiam* motus proprius *Legati tollit ſubreptionem.*
22 *Collationem non factam motu proprio reddit ſubreptionem taciturnitas.*
23 *Beneficium ab alio poteſt impetrari ſine mandato.*
24 *Vbi beneficium confertur ad inſtantiam debet fieri mentio cuiuſcumque vel minimi beneficij habiti.*
Non tamen ſtipendiorum, vel beneficiorum annexorum. 24.
25 *Subreptio incurritur ſiue beneficium taceatur per malitiam, ſiue per ſimplicitatem, non tamen per ignorantiam.*
26 *Taciturnitas cauſat ſubreptionem ſi taceantur, quæ de iure exprimi debent.*
27 *Gratia ex ſubreptione eſt ipſo iure nulla.*
28 *Etiam alterius ſubreptio gratiam vitiat.*
29 Motus proprius *debet eſſe expreſſus.*
30 *In ſignatura Papæ. 32.*
31 *Et tunc gratia eſt* motu proprio *licet præceſſerit ſupplicatio.*
33 *An motus proprius probetur per teſtes.*
34 *Motus proprius neceſſario non continet negatiuam non coarctatam.*
Non eſt motus proprius legalis niſi ſit expreſſus in literis. 34.
35 *Scriptura poteſt probari per teſtes.*

Digitized by Google

Vbi ſcriptura eſt de ſubſtantia, deficiente ſcriptura deficit effectus.

36 *In dubio motus proprius non preſumitur.*

Cap. Si motu proprio XXIII.

1 SEruit hæc Decretalis ad declarationem eorum, quæ ſcripta ſunt, & per DD notata *in cap. Si proponente de Reſcript.* Diuidunt verò illam Gloſſ. & alij in duas partes, ſed melius in tres partes diuiditur, in quarum prima de literis beneficialibus datis motu proprio, in ſecunda de literis impetratis, & in tertia decernitur literas non eſſe iudicandas datas motu proprio, niſi id fuerit expreſſum.

2. In prima ergo parte datur hæc regula. Si beneficium aliquod obtinenti confertur à Pontifice motu proprio aliud beneficium, de illo primo non habita mentione, gratia huiuſmodi, quæ de Pontificis liberalitate procedit eſt valida. Anchar. Dom. & Franc. *in princ.* Barboſ. *num.* 8. Gloſſ. *vlt. in capit. fin. de off. Leg. in hoc lib.* Panorm. *in cap. Ad aures num.* 5. *de reſcript.* Et ibi Felin. *num.* 16. Card. *in Clem. Si Romanus, à prin.* Rota *dec.* 6. *de præb. in nou.* Mandol. *reg.* 16. Cancell. *q.* 4. *num.* 3. Gome *in cap.* 1. *num.* 19. *& 65. de Reſcript. in hoc lib.* Antonius Gabriel. *com. opin. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 2. in princ.*

3 Cum verò Pontifex vtatur his verbis *validam volumus reputari*, manifeſtum eſt regulam hanc continere ius nouum Verbum enim Volumus inducit ius nouum, & declarat antiquum. Gloſſ. *in Clem.* 1. *de rerum permut.* Panorm. *in cap. Sedes Apoſtol. de Reſcript.* Barbat. *in Clem. literas, col. 4. de Reſcript.* Flamin. *de confid. q.* 58. *num.* 44. Sayr. *clau. Reg. l. 3. cap. 8. num.* 26. Farin. Fagim. *p. 2. l. I. n.* 144.

4. Taciturnitas igitur obtenti beneficij non vitiat gratiam datam motu proprio. Quodcumque beneficium ſit illud prius obtentum, ſiue curatum, ſiue Dignitas, aut Perſonatus, & ſiue vnum, ſiue plura in quocumque numero fuerint obtenta. Clem. *Si Romanus, de Præben.* Gloſſ. *in v. Beneficium.*

5. Sed quod dicitur eſt de taciturnitate obtenti beneficij dictum eſt gratia exempli, Et regula vera eſt vniuerſaliter de taciturnitate cuiuſcumque alterius exprimendi, vt aduertunt Io: And. *in princ.* Dom. *num.* 5. Et Franc. *num.* 5. Et inde eſt, quod clauſula motus proprij vniuerſaliter tollit ſubreptionem, vt ex hoc textu, & Clem. *Si Romanus, de Præben.* docent Rota *dec. 7. num. 1. de Præbend. in nou. & dec. 33. n. 6. & 8. eod. tit. in antiq. & in Abulen. penſionis* 11. *Maij* 1607. *coram* Sacrato. Caſſad. *dec. 4. n. 2. de conceſſ. præben. & dec. 3. num. 4. de penſion. & dec. 1. nu. 5. de reſeruat.* Moedan. *dec. 4. num. 2. de priuil.* Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 32. *num. 3. &* 4. Mandoſ. *reg* 16. *q.* 4. *num. 3. & reg. 18. q. 13. n.* 2 Suarez *de leg. l. 8. cap. 12. num.* 11. Sanchez *de matrimon. l. 8. diſp. 21. num. 47. & ſeq. & ex Conſulent. quamplures*, quos referunt tractantes de clauſulis ad clauſulam motu proprio.

6. Ideò hæc clauſula tollit impetrationem, & omnes effectus eius qui ex impetratione oriri poſſent. Rota *dec. 175. num. 1. & ſeq. & num. 10. part. 1. recent.* Seraph. *dec.* 365. *num.* 4. Gabriel. *de clauſ. concl. 2. num.* 82. Quod procedit etiam ſi gratia ſit de illis, quæ non ſolent concedi niſi ad impetrationem. Rota *dec. 175. num. 2. p. 1. recent.* Et etiam ſi gratia fuerit procurata. Stat enim quod quis procurauerit gratiam, & tamen Papa illam concedat motu proprio. Probus hic ad Mon. *num.* 1. & 2. Barb. *num.* 8. Gomez. *cap.* 1. *de Reſcript. num.* 19. *in hoc lib.* Conar. *in capit. Alma mater p. 1. §. 7. num* 2. Menoch. *de arbit. caſu* 201. *à num.* 81. Gabriel. *d. concl. 2. num.* 4.

7. Non tollit tamen vitium falſæ expreſſionis. Quamuis in hoc diſtinguendum ſit inter Papam narrantem factum proprium, & in eo ſe fundantem. Nam in hoc caſu ei credendum eſt omninò, nec poteſt fieri probatio inferens mendacium Papæ, iuxta *Clem. 1. de probat.* Et inter Papam narrantem, & fundantem ſe ſuper facto alieno. Nam in hoc caſu quæſtio fieri poteſt de veritate talis facti, & contrarium probari. Panorm. *cap. Dudum circa medium. verſ. Et nota de Priuil.* Quod ſi contingat Papæ expreſſum fuiſſe falſum, ſuper quo Papa ſe fundauit, motus proprius hoc vitium non purgat. Staphil. *de literis Gratiæ, vbi de clauſ. motus proprij num.* 53. *pag. mihi* 90. Rebuff. *in form.* Mandoſ. *Apoſ. in v. motu proprio col. 8. ver. Non purgat.* Card. *conſ.* 96. *num.* 1. Gambar. *de Legato l. 3. à num.* 49.

8. Nec obſtat, ſi dicatur clauſulam *motu proprio* habere vim clauſulæ ex certa ſcientia. Marta *de clauſ. p. 1. clauſ. 72. alias 73. n.* 7. Monet. *de commut. vlt volunt. capit. 7. num.* 78. Quidquid enim ſit de hoc, cum plures differentiæ ſint inter vtramque clauſulam, de quibus Staphyl. *de lit. Gratia tit. de clauſ.* Dicitur, quod clauſula ex certa ſcientia non tollit, quin contrarium probari poſſit. Theod. de Rebuff. *in ſingul. p. 4. clauſ. 391. num. 6. poſt Dec. conſ. 606. n.* [illegible] Quod verum eſt, ſi de falſitate conſtet vel notoriè, vel per confeſſionem partis, vel ex tenore Bullæ, vel alio modo. Innoc. *cap. 2. de confirm. vt* Panorm. *cap 1. n. 8. eod. tit.* Rota *dec. 36. num. 6. & 13. part. 2. diuerſ.* Et quod hæc clauſula non poſſit, vbi narrata ſunt falſa, ex Pariſ. *conſ. 3. num. 51. lib.* 4. dixit Theod. de Rub. *clauſ. 391. num.* 74. Et quod non ſuppleat erroneam narrationem, & non purget falſitatem. Barbol. *clauſ.* 59. *num.* 42. & 43. Semper enim debet attendi principiũ Theologicum, & phyloſophicum, quod certitudini morali poteſt ſubire falſum. Et ſi hoc contingat clauſula *motu proprio*, etiam ſi adiuncta ſit clauſula ex certa ſcientia, non purgat vitium falſitatis, nec debet reijci, qui falſitatem probare velit, & poſſit, ſaltem habito ſufficienti ſumo falſitatis.

9. In hoc fundari poteſt concluſio illa, quæ aſſerit, motum proprium non tollere defectum intentionis, quam concluſionem docuerunt. Panorm. *in capit. Quia circa. verſ. Sed quarto, de conſang.* Gigas *de penſ. q. 22. num.* 15. Caſſad. *dec. 3. num. 4. de penſion.* Staphil. *vbi ſup. num.* 19. Gabriel. *de clauſ. concl. 2. num.* 20. Rota *dec. 33. num. 7. & 8. de Præbend. in antiq. dec. 451. num. 1. & 6. & dec. 525. num. 1. & 614. num. 8. p. 1. diuerſ. & dec. 656. par. 2. recent.* Seraph. *dec. 398. n.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 32. *num. 5. & 6.* Put. *dec. 386. num. 3. lib. 1. & dec. 307. l. 3.*

Caſſad.

Caſſad. *dec.* 4. *n.*4.*de conceſſ. præb.*& apud iſtos & alioſa gentes de clauſula quã pluresalij. Hæc tamen concluſio non eſt vera niſi peraccidens, inquantum motus proprius per priusaliquem aliũ defectum tollit. Nam cum motus proprius intimè claudat ſummam voluntatẽ concedẽtis, nam & eſt actus liberalitatis ipſius, vt dicitur in hoc textu, per ſe loquendo ſignificat gratiam motu proprio conceſſam ex voluntate ſumma & intentione liberali concedentis prodire. Sed quia non tollit vitium falſitatis, & plures alios defectus, vt dicitur; ideò ſtante aliquo ex his defectibus non purgac defectum intentionis concedentis, quia non facit, quod concedens in caſu illorum defectuũ gratiã voluerit conedere.

10. Itaque hæc ſit concluſio certa, quæ eſt principium primum, & vnicũ attendendum pro habenda natura, & vi huius clauſulæ, quod ipſa per ſe, & ex natura ſua non purgat niſi vitiũ taciturnitatis, & hoc non in ordine ad quemcumque effectum ſed merè, & purè ad effectum vitandi ſubreptionem. Ita Io: And. *hic in princ.* & *num.* 1. Anchar. *not.*2. Dom. *n.* 5. & 7. Franc. *num.* 5. Ideò minus propriè Barboſ. *num.*14. dixit clauſulam *motu proprio* alias ſubreptiones nõ tollere. Nam vniuerſaliſſime omnẽ ſubreptionem tollit, quæ ortum habeat ex taciturnitate, non verò ex falſitate. Et licet vt dicetur gratia conceſſa motu proprio ex quampluribus defectibus poſſit eſſe nulla, nunquam tamen erit nulla ex defectu ſubreptionis, niſi ſit ſubreptitia ex cauſa falſitatis. Vnde in textu dicitur quod gratia huiuſmodi non eſt inualida *ob hoc* ideſt ex taciturnitate obtenti beneficij. Gloſſ. & Franc. *num.* 6. Et bene Io: And. & poſt eum Dom. & Franc. admonent Aduocatos, quod gratiæ conceſſæ motu proprio, non opponant ſubreptionem, ſed de grauamine, vel incompoſſibilitate, vel de alijs ſimilibus defectibus gratiam impedientibus. Quod etiam conſiderauit Rota *dec.* 6. *de præben. in nou.*

11 Dicitur igitur primo motum proprium non inducere diſpenſationem, ideoque gratiam motu proprio conceſſam nullam eſſe, niſi, vbi eſt neceſſe, expreſsè diſpenſetur cum illo, cui gratia conceditur Io: And. *in princ.* Anchar. *not.* 2. Dom. *num.*5. Franc. *num.* 5. Barboſa *num.* 13. & 14. Rota *dec.*6. & ibi *add. in nou. num.*3. & *dec.*71. *num.*2. *de Reſcript.* & *dec.*6. *num.*2. *de probat. in antiq.* Staphil. *de lit. gratiæ vbi de clauſ.* motu proprio *num.* 2. Gamb. *de Legato l* 3. *num.* 44. Mandoſ. *ad reg.*16. *q.*5. *num.*3. & *reg.* 18. *q.* 13. *num.* 4. & *reg.* 21. *q.* 2. *num.* 4. Conar. *cap. Alma Mater. par.* 1. §. 7. *num* 2. Gomez. *cap.*1. *de Reſcript. ſup. in hoc lib. num.* 19. & 65. Gabriel. *de clauſ. concl.* 2. *n. d n.*40.

12. Et inde eſt, quod vt notant Io: And. Dom. & Franc. locis citatis clauſula motus proprij, niſi id exprimatur, non facit, vel vt plura beneficia incompatibilia ſimul retineri poſſint, licet præbeat obtionem, vt impetrans, quod ex illis voluerit, poſſit retinere. Nec quod poſſit obtinere beneficium, qui non habet ętatem, vel ordinem à iure neceſſarium licet faciat vt ſufficiat, ſi tempore vacationis habetur ętas de iure neceſſaria *cap. ſi eo tempore de reſcript. in hoc lib.* *vbi hoc probatum eſt num.*30. & 31. Nec tollit ſubiecti inhabilitatem vt, ſi vel ſit illigitimus, vel Bigamus, vel irregularis, vel excommunicatus vel aliter impeditus beneficium validè obtineat. Nec facit, quod gratia abſolutionis à pœnis habilitet pugnantem in deulo, etiam ſi adſit clauſula ex certa ſciẽtia, & ex plenit. poteſtatis. Put. *dec.* 70. *l.* 3. Nec vt gratia conferendi beneficia quæcumque qualiacumque & vbicumque comprehendat vacantia in curia. Theodoſ. de Rub. *clauſ.* 481. *num.*32. Nec excuſat, vt in literis non ſit neceſſaria mentio qualitatum intrinſecarum beneficiorum, nimirum illarum, quæ ex alia ratione, quam ob vitandam ſubreptionem, ſed ex ſpeciali exigentia de iure ſunt neceſſaria in obtinente beneficium, & ideò iura voluerunt vt exprimerentur, & in hoc eſt diſcrimen, quià taciturnitas qualitatum beneficiorum obtentorum vitari debet ad fugiendam ſubreptionem. Sed qualitates beneficiorum obtinendorum de iure communi ad finem congruæ prouiſionis exprimi debent, ideò motus proprius non excuſat ſi in literis harum qualitatum non fiat expreſſio à conferente beneficium. Et ſic vt dicunt aliqui excuſat à ſubreptione ex parte impetrantis, non verò à ſubreptione ex parte conferentis. Et ſic motus proprius non facit vt gratia ſe extendat ad has qualitates, niſi exprimatur. Rota *deciſ.* 71. *de reſcript. in antiq.* & *dec.* 6. *num.*2. *de probat.* & *dec.* 6. *de præb. in nou.* Caſſad. *dec.*4. *num.* 4. *de conceſſ. præbend.* Staphil. *de lit. gratia, de clauſ. motu proprio. num.* 20. Gambar. *de leg. l.* 3. *num.* 45. Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 53. Quod & probatum fui *ſup. cap. cum in illis, num.* 12. *in hoc tit.* Nec operatur vt poſterior diſpenſatio nõ facta prioris mẽtione ſit valida. Sanchez *de matrim. l.*8. *diſp.* 22. *num.* 8. Rebuff. *in forma* Mand. Apoſt. *in clauſ. motu proprio col.* 8. *verſ.* 3. Hæc enim, & ſimilia conſequuntur ex eo quod clauſula motu proprio, non tollit neceſſitatem diſpenſationis, & ea docent communiter DD. tractantes de eadem clauſula.

13. Dicitur 2. quod clauſula motus proprij non operatur in præiudicium tertij, niſi id exprimatur. Io: And: *in princ.* & *num.*1. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 5. Rota *dec.* 6. *de præb. in nou.* & *dec.*71. *de reſcript. in antiq.* & 33. *num.* 6. & 8. *de præb.* & *deciſ.* 451. *num.* 6. *p.* 1. *diuer.* Caſſad. *dec.* 4. *num.* 4. *de conceſſ. præbend.* Mandoſ. *in reg.* 16. *q.* 4. *num.* 3. & *q.* 6. *num.* 10. Staphil. *de lit. gratiæ, in clauſ. mot. prop. num.* 16. Mohed. *dec.* 7. *n.* 3. & 4. *de reſt. ſpol.* Gabriel. *de clauſ. conc.* 2. *nu.* 10. & alii DD. communiter.

14. Hinc eſt, quod non facit ſecundum impetrantem præferri primo, niſi fiat mentio de prioribus literis. Theod, de Rub. *clauſ.* 481. *nu.* 29. Nec firmat priuilegium contra ius alterius. Rota *dec.* 451. *num.* 4. *p.*1. *diuerſ.* Itẽ licet quandoque inducat formam gratiæ, vt in *hoc c. p.* & *cap. Si pluribus in hoc tit.* non tamen intelligitur tollere diſpoſitionem iuris ſimpliciter diſponentis præbendam alieni eſſe debitam. Dom. *conſ.* 104. *num.* 4. Theod. de Rub. *d. clauſ.* 481. *num.* 45. Item non tollit, quin diſpoſitio *capit. fin. de conſuet. in hoc lib. non habeat locum*. Dom. *d. conſ.* 104. *n.* 4. Caſſad. *dec.* 4. *de conceſſ. præb*. Theo-

ſius de Rub. *d. clauſ.* 481. *num.* 46. Item non tollit ſtatuta, ſi eorum non fiat mentio. Mand. *reg.* 34.*q.*59.*num.* 3. Nec impedit reuocationem attentatorum Lancell. *de attent. appell. pend. lim.* 52.*num.* 28. Item non impedit, quominus poſſeſſor ſpoliatus ordine iuris non ſeruato poſſit petere reſtitutionem, etiam quod adſit clauſula, quod propria auctoritate poſſit capere poſſeſſionem, quia intelligitur ſi ſit vacua. Mohed. *dec.* 7. *de reſt. ſpol.* Item non facit, vt gratia valeat in Eccleſia numerata, ſi auget numerum, vel in Eccleſia iã grauata, tacito numero, vel quod per eum Eccleſia ſit grauata. Io: And. *num.* 1. Dom. *num.* 5. Franc. *n.* 5. Rota *dec.* 6. *de præb. in nou.* Et vniuerſaliter gratia licet motu proprio facta, non valet, in præiudicium tertij non facta de illo mentione.

15. Dicitur tertio quod licet clauſula motu proprio reddat diſpoſitionem fauorabilem, & latè interpretandam, vt in hoc textu, *& cap. In plurib. inf. in hoc tit.* Et ſic faciat, vt gratia ſine aliqua reſtrictione accipi debeat prout iacet, & ſonat tanta quanta eſt, Felin. *in cap. Cauſam quæ num.* 14. *in fin. de reſcript.* Rota in Romana menſæ nummulariæ 3. Iunij 1614. coram Coccino. Tamen nec verba literarum extendi debent vltra eorum ſignificationem, & vim, vt per Gloſſ. *in v. directus, in Clem. Per literas eod. tit.* notat Franc. *num.* 5. Rota *dec.* 6. *de præben.* Nec clauſula motus proprij ampliat gratiam vltra expreſſa, vel quantum ſit de ſua natura. Io: And. *num.* 1. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 5. Rota *d. dec. in nou. & dec.* 29. *eod. tit. & dec.* 71. *de Reſcript. in antiq.* 6. *de Præbend.* Æneas *de* Falcon. *de reſeruat.q.*4. *eff.*5.*n.* 2. Et ideò motus proprius non extendit gratiã ad caſum non expreſſum, vel ad perſonam. Hoc verò facit vt verborum propria ſignificatio non ſit reſtringenda, ſed latè in generica propria tamen ſignificatione ſint accipienda. Anchar. *conſ.* 364. *num.* 3. Gabriel. *d. concl.* 2. *n.* 74.

16. Dicunt verò, quod gratia *motu proprio* conceſſa non operatur præter veriſimilem intentionem ſcribentis. Gloſſ. *in Clem. S. Romanus v. validam.* Franc. *num.* 1. Prob. ad Mon. *num.* 6. Gabriel. *d. concl.* 2. *num.* 55. Rot. *dec.* 29. *num.* 3. *de præbend. in nou.* Mandoſ. *reg.* 34. *qu.* 59. *num.* 2. Theod. de Rub. *vbi ſup. num.* 57. Et quod non comprehendit inconſueta. Prob. *num.* 9. Felin. *cap. In noſtra, in vltim. coroll. de reſcript.* Gabriel. *d. concl.* 2. *num.* 56. Theod. *vbi ſup. num.* 58. Dicitur quoq; quod eadẽ clauſula nõ ſe extendit ad incognita, Felin. *capit. Cauſam quæ, cl.* 2. *verſ. quinto nota, de teſtib.* Gabriel. *d. concl.* 2. *num.* 5. Mandoſ. *d. reg.* 34. *q.* 21. *q.* 2. *num.* 7. Theod. de Rub. *d. clauſ.* 481. *num.* 59. Sed circa hęc nota, quod hæc dicta reſpiciunt conditiones obtinendorum ſeu eorum, quæ per gratiam motu proprio obtinentur, ſed inueriſimilitudo prædicta, aut inconſuetudo non ex libito iudicantis, ſed ex legum regulis, & fundamentis per boni viri arbitriũ decerni debet. Quantum verò ad incognita id debet intelligi de incognitis etiam in genere, & in communi, quæ à concedente non cenſentur præuiſa, niſi hæc incognita ſimul habeant alias qualitates ad quas non ſe extendit motus proprius, vt quia ſunt pręiudicialia tertio, vel non habentur ſine diſpenſatione.

17. Sed quid ſi in literis cum clauſula motu proprio, ſit etiam clauſula ex certa ſcientia? Numquid tunc dictæ clauſulæ ſimul non ſolum tollunt ſubreptionem, ſed etiam alios defectus alias requirentes diſpenſationem, vel ſpecialem mentionem. Affirmat Gabriel. *d. concluſ.* 2., *nu.* 53. *poſt* Boniſac. *in Clem. Si Romanus. num.* 50. *de Præbend.* Sic etiam Staphil. *de lit. gr. vbi de primo effectu clauſulæ motu proprio, verſ. Ex quibus clare apparet,* vult quod clauſula *ex certa ſcientia* addat ad clauſulam *motu proprio*, quia tollat inhabilitatem impetrantis. *Et verſ. Tertio differt* ait, quod illa clauſula tollit ius tertij, & *verſ. Ex quibus*, quod tollat defectum intentionis Principis, & *verſ. Colligitur*, quod tollat neceſſitatem exprimendi qualitates intrinſecas beneficiorum, vt v. g. Curam, aut principalitatem beneficii. Nec dubium eſſe poteſt, quod ſi Princeps verè ſciat inhabilitatem ſubiecti, vel quod gratia quam facit eſt præiudicialis tertio, & nihilominus ſcienter gratiam facit, quod gratia valet, nedum ſi motu proprio, ſed etiam ſi ad inſtantiam alterius ſcribat. Nam indignum eſt imaginari Principem ſcienter inutiliter agere. Quod eo euidentius eſt verum, ſi ex literis Principis eius ſcientia apparet. Et ſic etiam dici debet Papam ſcienter conferentem beneficiũ illegitimo, vel bigamo, vel excommunicato, cum illo diſpenſare, vel illum abſoluere, & ſubiectũ habilem reddere vel ſi gratia eſt per ſe præiudicialis tertio. Vnde not. cap. ſup.

18. Verum loquendo de vi clauſulæ ex certa ſcientia, & prætermiſſo pro nunc loqui de ea quando diſpoſitio cui adiungitur reſpicit ius vt quia diſponens confirmat, vel abrogat ius aliquod, & loquendo de illa prout apponitur diſpoſitioni reſpicienti factum aliquod, dicitur quod ſententia communis eſt, quod in ijs, quæ ſunt facti, quorum ſcientia in Principi non præſumitur, clauſula ex certa ſcientia nihil operetur vt per DD. quos refert, & ſequitur Gabriel. *l.*6. *com. op. tit. de clauſ. concl.* 1. *nu.* 47. & alios, quos refert, Barb. *clauſ.* 59. *nu.* 34. Put. *dec.* 70. *nu.* 4. *lib.* 3. Garz. *de Benef. l.* 3. *c.* 2. *nu.* 232. Hoc enim ſtante non poteſt dici, quod ex vi talis clauſulæ vel inducatur diſpenſatio, ſeu tollatur inhabilitas impetrantis, aut inferatur præiudicium tertio. Hæc enim facti ſunt. Et ideo ex eo quod v. g. Papa Titio excommunicato, aut Bigamo, aut alio defectu laboranti motu proprio, & ex certa ſcientia confert beneficium, præſumi non debet Papam habere notitiam excommunicationis illius, aut irregularitatis. Niſi ex literis aliud colligatur. Et ideo clauſula ex certa ſcientia in his nec defectum intentionis Papæ tollit, nec diſpenſationem inducit, niſi aliter de ſcientia Papæ conteſt, vt quia in literis mentionem facit inhabilitatis impetrantis.

19. Sed quid dicendum ſi cum clauſa motus proprij literæ contineant clauſulam generalem *non obſtantibus*? Dicendum ne eſt tum quod inducant diſpenſationem, aut licet contineant præiudicium tertij, nihilominus ſint validæ affirmant hic Lap. *num.* 3. Domin. *&* Franc. *num.* 5. Sed primo ſi loquamur de gratia præiudiciali tertio, non eſt dicendum, quod motus proprius etiam munitus clauſula generali non ob-

Digitized by Google

obſtantibus extendat gratiam in tertii præiudicium, vt habetur ex *l.c.quamuis ſup.hoc tit.* Nam cum etiam dicatur, quod clauſula *motu proprio* habeat vim clauſ. *non obſtantibus*, per Bald. *in l. omnes C.de quadrien. præſcript* Soccin. *conſ.*117. Monet. *de commut. vlt. vol. cap.*7. *num.* 75. hoc Prob. ad Mon *num.*4. explicat, vt non procedat in præiudicium tertii. Quamuis nec abſolute omnino id verum ſit, niſi reſpectu ſubreptionis, quam tollit. Quantum tamen ad alia impedimenta ſubiecti, vel quantum ad præiudicium, quod gratia conceſſa per ſe fert in terminis *d.cap quamuis ſup.in hoc tit.* admitti poteſt, quod vbi Papa ſcribit motu proprio adiuncta ſaltem clauſula generali nō obſtantibus, per hoc remoueantur impedimenta gratiæ, quæ ſunt de iure poſitiuo.

20. Hoc facit clauſula motu proprio, vt præſumi debeat Pontificem ſcripſiſſe, & conceſſiſſe gratiam ex cauſa iuxta Prob: ad Mon. *n.* 3. *&* 10. Gabriel. *d. concl.* 2. *num.*88. Maſcard. *de probat. concl.*275. *num.* 11.12. *&* 25. Menoch. *de præſump. l.*2. *præſ.*10. *num.* 32. Sanchez *de Matrim.* l.8. *d.*17. *num.*14. Monet. *de commut. vlt. vol. cap.*6. *num.*54. Et ſic ſimul operatur, vt gratia non cenſeatur conceſſa propter importunitatem, Gomez *ad reg.* Cancell. *de annal. q.* 10. *num.*3. Gabriel *d. concl.* 2. *num.*82. Monet. *d.c.*7, *num.*86. Et quod ea omnia, quæ Papa aſſerit, & exprimit in gratia conceſſa motu proprio cenſeantur probata Gabriel *d. concl.*2.*n* 89. Monet. *d. cap.*7. *nu.* 90. etiam ſi Papa atteſtetur de facto alieno, & ideo non indigeat iuſtificari. Rota *deciſ.* 149. *numer.* 1. coram Seraph. *& dec.*656. *num.* 1. *&* 2. *p.*2. *recent. & in Ianuen. Abbatiæ* 22. *Iunij* 1626. coram Buratto.

21. Cum vero etiam Legatus à Latere poſſit ſcribere cum clauſula motu proprio, etiam in hoc caſu clauſula eadem tollit vitium ſubreptionis, vt cum Gloſſ. *in verb. mentio. dictum eſt ſup. cap. fin. de off. leg. in hoc lib. num.* 9. Sanchez *d. diſp.* 21. *num.* 48. Moneta *d. cap.* 6. *num.* 159. Quia tamen Legatus non poteſt obtinenti beneficium aliud beneficium conferre non facta mentione eius, quod obtinetur. *cap. fin. ſup. de off. Leg. & Clem.fin. de off.ord.* Ideò caſum huius textus non poſſe habere locum in Legato dicunt Archid. *in princ.* Anchar.*not.*1. Dom. *num.*4. Sed nullibi eſt prohibitum quod Legatus non poſſit conferre beneficium aliud obtinenti, niſi facta eius mentione, *ſed in cap. illo fin. de off. Leg. & Clem. fin. de off. Ordin.* ſolum ſtatuitur quod collatio illa facta nō habita mentione beneficij obtenti ſit nulla: ſed ibi non eſt ſermo de collatione facta motu proprio *vt d. cap. fin.de off. Legat. nu.* 9. probatum fuit. Et ideò etiam in Legato verificatur hęc prima regula textus.

22. Secunda textus regula continet, quod vbi collatio beneficij obtinenti aliud beneficium fit ad petitionem eiuſdem, vel alterius, tunc ſi quantumcumque modicum beneficium taceatur, collatio tamquam ſubreptitia eſt nulla.

23. Itaque primo habetur, quod ad impetrandum beneficium pro altero non eſt in impetrante neceſſarium mandatum, vt hic tradunt Dom.*num.* 2. *Franc. num.* 2. & Barb. *num.* 12. Gloſſ. *in cap. non nulli de reſcript.* Et propterea Rota *dec.*9. *de conceſſ. preb. in nou.* dixit valere purificationem gratiæ factam ab executore inſtante conſanguineo prouiſi, quia in huiuſmodi purificatione non requiritur cauſæ cognitio, nec partis vocatio.

24. Vbi igitur beneficium confertur ad inſtantiam beneficiati, vel alterius debet fieri expreſſa mentio omnium beneficiorum, quæ ipſe obtinet, quæcumque ſint illa beneficia, etiam ſi præſtimonia, vel portiones, vel aſſignatio poſſeſſionis, vel cuiuſcumque alterius, quod tamen ſit vere beneficium, nimirum in titulum beneficij collatum, non vero tantum ſit datum in ſtipendium laboris, Archid. *nu.* 2. Anchar.*not.*4. Dom. *num.*7. Franc.*num.*6. Videantur Panorm. *cap. cum teneamur num.*3. & ibi Dec. *numer.*1. *&* Innoc. *eod. tit. & in cap.*1. *de reſcript.* Innoc. *&* Panorm. *num.*1. *de benef. p.*3.*q.*12. Staphil.*de lit. g. tit. de vi clau. num.*2. Couar. *var.lit.lib.*1. *cap.* 20. Garz. *p.*1. *cap.*2. *à num.*122. Et ſi plura beneficia obtinentur omnium debet fieri mentio non omiſſo quocumque etiam minimo. Et ſic habens Canonicatum & præbendam diſtinctam & Canonicatui non debitam debet vtriuſque mentionem facere. Quamuis vbi beneficium eſt alteri annexum non ſit neceſſaria ſpecifica mentio illius, ſed ſufficiat mentio beneficij principalis, cui illud eſt annexum. Cæterum nedum de beneficijs in quibus habetur ius in re, ſed & iuris ad rem, quod habetur ad aliquod beneficium mentio fieri debet, Io.Andr. Arch. *n.*2. Anchar *not.*4. *&* ex Io. de Lig. Dom. *num.*6. Franc. *num.*6. Rota *dec.*21. *de Præben. in nou.*

25. Subreptio vero incurritur ſi beneficium quod habetur taceatur ſiue per malitiam, ſiue per ſimplicitatem, Gloſſ. *in v. taceatur*, & ibi Archid. *nu.* 2. non dicitur tamen per ignorantiam, quia in hoc ignorantia probabilis excuſat *cap. Gratia ſup. de reſcript. in hoc lib.* Nec ſubſiſtit, quod hic habet Barboſ. *num.*10. nimirum quod ignorantia tūc ſolū excuſet à ſubreptione quando deduci poteſt ad terminos iuris communis, ſcilicet quando Papa alias cognita veritate conceſſurus fuiſſet. Nam concluſio illa *cap. grat.*7. *de reſcript.* abſoluta eſt, & valet vniuerſaliter, vt ibi probatum eſt *num.*8.

26. Nota autem diligenter quod ex Rota hic aduertit Franc. *num.* 7. quia ſcilicet, licet omnes falſæ expreſſiones regulariter vitient gratiam, cum literæ, habeant tacitam conditionem, ſi præces veritate nitantur, vt in *cap.*2. *ſup. de reſcript.* tamen non omnia tacita quorum expreſſio mouere potuiſſet ad denegandam gratiam vitiat, ſed ea ſola de quibus reperitur expreſſum, vel de quibus eſt cautum in iure, quod eis expreſſis gratiā nullatenus conceſſiſſet. Exiſtimat autem Barboſ. *num.* 15. quod taciturnitas qualitatis, quam iura ſpecialiter exprimi volunt reddit gratiam ſubreptitiam, etiam ſi ignoranter tacita fuit, & citat Sanchez *l.*8. *de matrim. diſp.*21. *num.* 14. Sed iam hoc eſt impugnatum, & aduerti ſolum debet, quod hæc ignorantia excuſat à ſubreptione, ſed non diſpenſat, nec facit, quod gratia ex alijs defectibus non ſit inualida.

27. Si vero taceatur quod de iure exprimi debet, & in caſu noſtro ſi tacitum fuit quod-

cum-

cumque minimum beneficium obtentum gratiam eſſe ipſo iure nullam colligitur ex illis verbis tex. *Vires nolumus obtinere*. Franc. *n*.3. Barb. *num*.7.

28. Et ſic nrdum propria, ſed etiam alterius impetrantis ſubreptio gratiam irritat, Anchar. *not*.3. Franc. *num*. 3. *de quo in cap*. 1. *& in cap. Gratia ſup. de reſcript. in hoc lib.*

29. Regula tertia eſt. Tunc ſolum gratia cenſeatur fieri motu proprio, cum hoc expreſſe cautum fuerit in eadem Anchar. *not*. 5. Dom. *num*. 3. *&* 8. Franc. *num*. 4. *&* 8. Felin. *conſ*. 31. *num*. 4. Gabriel *d. concl*.2. *num*.102.

30. Non ſufficit vero quod in ſupplicatione porrecta Pontifici expreſſa ſit clauſula *motu proprio*. Sicut nec ſufficit, quod hæc clauſula ſit poſita in principio literarum Papæ. Caputaquen. *dec*.45. *&* 237. *p*.2. Rota *in Palen. Beneficij de Tereſ. 9. Nouem.* 1602. coram Litra. Vnde licet in corpore dicatur *motu proprio*, ſi in ſignatura Papæ dicatur, *fiat vt petitur* gratia dicitur facta ad ſuplicationem partis, non *motu proprio vt in d. Ipalen*. Theod. de Rub *d. clauſ*.481. *num*.92.

31. Neceſſe eſt igitur vt in ſignatura Papæ dicatur *Fiat motu proprio*, & tunc licet præceſſerit ſupplicatio partis, gratia dicitur facta non ad partis ſupplicationem, ſed *motu proprio*. Gabriel. *d. concl*.2. *num*. 107. Bald. *in cap. Niſi num* 4. & ibi Barbat. *num*. 38. *de off. leg.* Prob. *hic ad*. Mon. *nu*.1. Theod. de Rub. *d. clauſ*. 481. *num*.93.

32. In ſignatura Papæ igitur debet eſſe expreſſus motus proprius, ita vt gratia *motu proprio* conceſſa dici debeat, ſi id fuit in ſignatura expreſſum, etiam ſi malitia, vel ignorantia, aut negligentia ſcriptoris in literis fuit omiſſum, & aliud expreſſum. Et è contra gratia ad inſtantiam impetrantis vel alterius data cẽſeri debeat. ſi in ſignatura Papæ non eſt *fiat motu proprio*, quamuis in literis fuerit id expreſſum.

33. Hinc eſt, quod dum dicitur quod motus proprius non poteſt probari per teſtes, vt dicunt Anchar. *not*.5. Dom. *num*.3. *&* 8. Franc. *num* 8. Barb. *nu*.16. Gabriel. *d concl*.2. *nu*. 103. Maſcard. *de probat. concl*.1075. *num*.25. Sanchez *de Matrim. l*.8. *diſp*.21. *nu*.6. Monet. *de commut. vlt. vol. cap*.6. *num*.168. id intelligi debet, ſi vere in ſignatura Papæ, non fuit expreſſum. Nam tunc *motus proprius* non eſt, & quod non eſt, non poteſt probari. Et nihilominus ſi vere Papa reſcripſit *motu proprio*, quod hoc factum fuerit poteſt per teſtes probari, vt dixi *cap. ſtatutum num*. 44. *ſup. de reſcript. in hoc lib.* Debet tamen ſecundum aliquos probari quod clauſula *motus proprij* fuerit expreſſe poſita in Papæ reſcripto. Nam alias ſi ex coniecturis, vel aliunde proberetur gratiam conceſſam *motu proprio*, vt hic dicunt Dom. *&* Franc. probatio non ſuffragaretur ad effectus legales, quos cauſat clauſula *motus proprij*.

34. Quod vero *motus proprius* non poſſit probari per teſtes probant Rota *dec*.27. *de præb. in nou. nu*.4. Staphil *de lit. G. vbi de motu proprio num*.14. *&* 15. Bellam. *dec*.476. Theod. de Rub. *clauſ*.481. *num*.50. quia motus proprius includit de neceſſitate negatiuam non coarctatam, ſcilicet, quod nullus Papæ porrexerit ſupplicationem, quæ vel probari non poteſt, vel valde difficile. Sed ratio deficit, quia ſtat porrectam fuiſſe ſupplicationem, & tamen Papa *motu proprio*, non habito reſpectu ad ſupplicationem reſpexerit, & ſic *motus proprius* non claudit neceſſariò illam negatiuam non coarctatum, vt norant Dom. & Franc. Sed vera ratio eſt, quia cum *motus proprius* legalis pendeat ex animo Papæ, qui à nobis nequit cognoſci niſi per effectũ Papa voluit, vt niſi *motus proprius* expreſſe ponatur iu literis, non pateat de eius animo. Et ſic *motus proprius* legalis non eſt niſi ſit expreſſus, & ideo non poteſt probari. Et ſi Papa concederet *motu proprio* non expreſſo in literis, hic non eſſet *motus proprius* legalis, & non haberet effectus legales, ſed ſolum connaturales.

35. Hinc bene deducitur, quod quando ſcriptura eſt de ſubſtantia actus tunc actus non poteſt probari per teſtes, ad effectum illum ad quem ſcriptura eſt de ſubſtantia. Sed tamen vbi ſcriptura interfuit, eam interfuiſſe probari poteſt per teſtes, ſi aliæ ſcripturę in promptu non habeantur. *Cap. cum olim eſſemus de priuil.* Anch. *not*.5. Franc. *num*.9. Barb. *in l*. 2. §. Diuus *ff. de iur. Fiſc.* Et tunc vt inquit Bart. ſcriptura ſic probata habebit effectum ſuum, ac ſi ipſa oſtenderetur.

36. Deducitur etiam ex dictis, quod in dubio *motus proprius* non præſumitur, Barb. *nu*.5. Ex Maſcard. *de probat. concl*.1075. Et ideo gratiæ & priuilegia non præſumuntur data *motu proprio num*.1.

SVMMARIVM.

1. *Vacantibus ſimul pluribus beneficijs, mandatũ de prouidendo datum* motu proprio *intelligitur de beneficio valoris maioris, & datum ad inſtantiam intelligitur de minori.*
2. *Multa de clauſula* motu proprio *ex Franco.*
3. *Aliud ampliare ſignificationem verborum, aliud ampliare gratiam.*
Motus proprius non ampliat gratiam ad caſus, non expreſſos num.3.
Ampliat ſignificationem verborum num 3.
4. *Gratia ex natura ſua præiudicialis tertio latè interpretanda eſt, ſi eſt facta* motu proprio.
5. Motus proprius *non ſe extendit ad inuerisimilia, in conſueta, & præiudicialia iure iam quæſito.*
6. *Gratia motu proprio data non operatur ſi ex accedenti circumſtantia ignota ſit præiudicialis tertio.*
7. *Non ſi adſit maius præiudicans hoc modo.*
8. *Motus proprius non cauſat niſi effectus in iure expreſſos.*
9. *Ma datum prouidendi de beneficio motu proprio non ſe extendit ad penſionem.*
10. *Priuilegia data motu propro latè interpretanda.*
11. *Electio non facta in tempore deuoluitur ad aliũ.*
12. *Ignoranti non currit tempus.*

Cap,

Cap. Si pluribus XXIV.

1. HÆc eſt regula textus. Vacantibus ſimul in aliqua Eccleſia pluribus beneficiis, & Papa incerto de vacanria in genece conferente alicui Dignitatem, vel Præbendam, ſi in illa Eccleſia vacat. Tunc ſi collatio ſacta fuit motu proprio, vt motus proprij fiat pleniſſima interprætatio, intelligi debet de Dignitate, vel Præbenda, quæ ſie maioris valoris. Si verò ſint æquales electio ſpectet ad illum cui gratia facta fuir vt à noritia vacantiæ intra decendium eligat, quam voluerit. Sed ſi collatio fuit facta ad alicuius inſtantiam: tunc vt interprætatio ceſtringatur, intelligi debet de illa, quæ eſt minoris valoris, vel ſi ſint æquales, eliget, & conferee quam voluerit iutra decendium is, ad quē ſpectet collatio poſtquam huiuſmodi Papæ collatio ſibi innotuerit. Alterutro verò horum negligente eligere intra debitum rempus, electio ad aliud deuoluitur.

2. Notandum primo, nos iterum habere ex hoc textu, gratiam *motu proprio* ſactam eſſe pleniſſimè ſeu ampliſſimè iutelligendam, & exeendendam etiam in materia alias odioſa, & reſtringibili, qualis eſt, quæ continer præiudiciū tertij. Talis enim eſt collatio beneficiorum ſacta per Papam, cum ferat præiudicium Ordinaeio collatori. Ex hoc verò Franc. *num.* 2. infeeens, quod motus proprius ampliar gratiam non ſolum in fauorem illius, cui fit graria, ſed etiam iu tertii præiudicium, contra Gloſſ. in Clem. per literas *eod. tit.* imo contra dicta ab ipſo, & pluribus aliis *ſup. cap. prax.* quadrupliciter hæc explicat, & concordat. Primo ſcilieet, vt motus proprius amplict gratiam in præiudicium tertii, ſi præiudicium ſir leue, quale eſt in collatione beneficiorum per Papam præiudiciū Ordinarii collatoris. Er hoc idem ex Franc. dixit Gabriel. *com. opin. l. 6. concl. 2. num.* 14. Secundo explicatur, vr hæc clauſula ampliet gratiam quando non eſt contra ius commune, vt in in caſu huius textus, ſeeus verò quando eſt contra ius commune. Terrio, motus proprius ampliat gratiam in his quæ ſunt expreſſa ſaltem in genere, vt in hoc caſu: ſed non ampliatur ad nō expreſſa aut in expreſſis non incluſa. Et ſic quod motus proprius operetur in tertii præiudicium, ſi verba id exprimunt docuerunt etiam Hoſtien. *in cap. 2. v. priuilegia*, & Io. And. *v. priuilegia*, & Butr. *v. ſola, ergo*, & Panorm. *v. ſi autem ſiut priuilegia, de immun. Eccl.* Felin. *in capit. Cauſam quæ, verb. & adde, de reſcript.* & aliis quos ſequitur Gabriel. *d. concl. 2. num.* 13. Quarto dicitur motum proprium ampliare gratiam tantum in caſibus in iure expreſſis, vt in hoc rextu non autem in aliis. Vnde Gloſſ. in Clem. *Si Romanus eod. tit.* dixit motum proprium habere ſolum effectus in iure expreſſos. Addit autem Franc. quod motus proprius nunquam operatur in præiudicium tertii cui iam eſt ius quæſitum, vt patet hic *in text. & facit cap. Quamuis ſup. de reſcript. in hoc lib.*

3. Sed dicendum quod aliud eſt ampliare interprætationem verborum gratiæ accipiendo ea in ampla, vel ampliori, vel ampliſſima ſignificatione propria tamen, & viſitata, & aliud eſt ampliare gratiam. Hoc enim importat extendere gratiam ad caſus non expreſſos. Nunquam motus proprius extendit gratiam ad caſus non expreſſos, vr dictum eſt *cap. ſup. num.* 15. Etiam ſine tertii præiudicio ad ſauorem eius, cui fit gratia. Non enim voluutas concedentis ſe extendit ad ea, quæ non expreſſit, vel non continentur, aut conſequuntur ex expreſſis. Solum igitur motus proprius perit vt verba gratiæ accipiantur in communi ſignificatione, propria tamen, & vſitata, non verò in reſtricta. Et ſic motus proprius grariam nunquam ampliat ad non expreſſe. Intra terminos tamen expreſſos illam extendi quantum patitur propria, & generalis verborum ſignificatio ad expreſſa, & contenta in expreſſis, vel ad ea quæ ex illis per ſe conſequuntuur.

4. Hæc autem ampliatio etiam fit non obſtante præiudicio tertii, vt cirati DD. dixerunt. Sed valdè aduertendum eſt, quod gratia poteſt præiudicare alicui dupliciter, vel ſcilicet ex natura ſua, & per ſe, ſicut collatio beneficii facta per Papā per ſe natura ſua infert illud tale quale præiudicium, quod prouenit Ordinario collatori. Et in hoc caſu motus proprius operatur etiā in præiudicium tertii, & ampliatur, & non reſtringitur, quia talis cenſetur intenrio concedentis, qui gratiā de ſui natura præiudicialem motu proprio, ſcilicet propria ſponte, & voluntate concedit. Et ita Hoſtien. & Io. And. *in cap. cum in cunctis* §. 1. *de elect.* vt idem Franc refert, voluerunt, quod diſpenſatio licet ex ſuo genere odioſa latè interprætari debet.

5. Et nihilominus, vt dictum eſt *cap. ſup. n.* 16. lata interprætatio motus proprii nunquam debet extendi ad inueriſimilia, vel ad inconſueta. Ita ſi Papa motu proprio mandet conferri alicui beneficium primo vacans ad præſentationem cuiuſcumque pertinens, non ſe extendet hic motus proprius ad beneficium, quod ſit iuris patronatus laici, quia non conuenit Pontifici derogare patronis Laicis. Et in hoc ſenſu verū eſt, quod motus proprius non ſe extendit ad præiudicium tertij cui iam eſt ius quæſitum. Et ſic non aufert id, quod iam factum eſt de dominio alicuius; quia non conſueuit Pontifex auferre ab aliquo quod iam ſuum eſt.

6. Sed gratia alio modo poteſt eſſe præiudicialis tertio per accideus, ex aliquo accidentali adiuncto, vnde etiam præiudicij huius poteſt præſumi ignorantia in concedente. Exemplum huius poſſumus habere *ex cap. ſi propter tua. ſup. de reſcript. in hoc lib.* in gratia percipiendi fructus beneficiorum primi anni, quæ vacabunt. Hæc enim gratia per ſe erat præiudicialis illis ad quos alias de iure ſpectabat fructuum illorū perceptio. Sed per accidens erat de facto ex ſpeciali ſtatuto, aut priuilegio, ſeu conſuetudine præiudicialis Fabricę Eccleſiæ, aut alteri, cui ſpecialiter illi fructus debebantur. Pontifex verò ibi licet cum clauſula non obſtantibus conſuetudinibus, priuilegiis, vel ſtatutis conceſſerit hos fructus Epiſcopo, nihilominus declarat gratiam non valere in præiudicium Fabricæ, vel alterius, cui præfati fructus ſpecialiter fuerunt

aſſi-

Digitized by Google

aſſignati. Sicut ergo clauſula generalis non obſtantibus conſuetudinibus, priuilegijs, & ſtatutis in præiudicium tertij non ſe extendit ad ſpeciales conſuetudines, & priuilegia, vel ſtatuta, quæ Papa potuit ignorare, ita gratia motu proprio ad incognita non ſe extendit, vt dictum fuit *cap. ſup num.* 16. Et ideo non ſe extendit ad præiudicium tertij, quæ gratiæ conceſſæ ex accidenti ſunt coniuncta, & à concedente præſumi debent ignorata.

7. Et hac attenta diſtinctione vtilis etiam eſſe poteſt diſtinctio de modico, vel magno præiudicio. Quia poteſt eſſe, quod magnitudo præiudicij notabilis, & magna, & euidens proueniet non ex natura gratiæ per ſe, ſed ex accidentali circumſtantia non præuiſa, & ideo fieri poteſt, vt motus proprius ad ſimile præiudicium non ſe extendat. Alias verò illa diſtinctio inutilis eſt, quia gratia conceſſa motu proprio, ſi ex natura ſua fert maximum præiudicium ad illud ſe extendit, quia ad id ſe extendere dicendum eſt voluntatem concedentis gratiam per ſe tale præiudicium inferentem.

8. Cæterum etiam ſi dicatur, quod motus proprius non cauſat niſi effectus in iure expreſſos. Quod verum puto. Quia in iure eſt expreſſum vt motus proprij fiat pleniſſima interpræiatio, hæc fieri etiam debebit in præiudicium tertij ſi gratia eſt præiudicialis tertio, vt eſt explicatum.

9. Barboſa etiam *num.* 3. Ex quo in motu proprio pleniſſima debet fieri interpretatio vult quod gratia mandati de beneficio prouidendo extendatur ad penſionē ſi fiat motu proprio, vt per Felin. *in cap. Cauſam quæ, de reſcrip. num.* 7. & Rebuff. *in concod. tit. forma mand. verbo motu proprio verſ.* 1. Sed cum penſio propriè non ſit beneficium, non habet locum extenſio beneficij ad penſionem, non enim extenſio fieri debet impropriando verba.

10. Benè verum eſt, quod ſubdit, ſcilicet, quod priuilegia motu proprio conceſſa ſunt latè interpretanda. Sed tamen non extenduntur ad non expreſſa, ſeu contenta in expreſſis, aut per ſe expreſſis ſequentia.

11. Ex hoc textu etiam notari debet, quod vbi alicui conceditur electio intra certum tempus, ſi id non faciat tranſit electio ad alium.

12. Sicut etiam habetur quod ignoranti nō currit tempus, vnde Gloſſ. *in v. notitiam* intulit, quod ignoranti non currit decendium ad appellandum. *Capit. concertationi ſup. de appell. in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Expectanti non debetur Præbenda, quæ vacat ob mortem Epiſcopi.*
2 *In textu non eſt clauſula motu proprio.*
3 *Eccleſia dicitur eſſe Epiſcopi per adminiſtrationem.*
4 *In Eccleſia poſſunt eſſe plures Canonicatus, quā præbendæ, & è contra.*
5 *Quæ notat* Franc. *de conſuetudine habendi Epiſcopatum, & Canonicatum.*
6 *Non valet argumentum à conſuetudine ad poteſtatem diſpenſandi. Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt aliquis habeat ſimul Dignitatem, & Canonicatum.* 6.
7 *Epiſcopus poteſt tanquam Canonicus habere vocem; & tunc quomodo ſedeat.*
8 *In nominationibus non veniunt beneficia qualificata ex ſtatuto &c.*
9 *Papa ſimpliciter reſcribens non derogat conſuetudini ſpeciali.*
10 *In dubio Papa non cenſetur tollere numerum Canonicorum.*
11 *Collatio præbendæ eſt collatio Canonicatus.*

Cap Cum in Eccleſia XXV.

1. CONtinet regulam hāc Decretalis iſta. Expectanti prouiſo auctoritate Apoſtolica, non debetur Præbenda, quæ per Epiſcopi præbendarij mortem vacat, ne aliter futurus Epiſcopus præbenda careat, & numerus Canonicorum augeatur.

2. Barboſa in proponendo concluſionem huius textus addit ad textum, & illum explicat quaſi loquatur de collatione facta à Papa *motu proprio*. Sed in textu non ponitur clauſula *motu proprio*, ſed textus loquitur de prouiſione facta ſimpliciter, vt conſiderat Franc. *n.* 2.

3. Notandum verò primo Eccleſiam dici eſſe Epiſcopi, vt patet ibi *in Eccleſia tua*. Eccleſia autem eſt Epiſcopi quantum ad adminiſtrationem, non quoad Dominium. *capit.* 2. *de probat.* Dom. *n.* 1.

3. Notandum ſecundo ex Gloſſ. *in v. præbendarum*, contingere poſſe vt in Eccleſia ſint plures præbendæ, quam Canonicatus vt hic, & *ſup. de magiſt. cap. penult.* Et è contra plures Canonicatus, quam præbendæ, vt ait Io: And. *ex cap. Cum Inde Conſtit. & cap. Relatum ſup. eod. tit.*

5. Notandum tertio circa illa verba *conſuetudinem eſſe* quod quantum ſit ex vi huius textus valet conſuetudo, vt Epiſcopus licet non ſit Canonicus habeat præbendam, quæ non erit tunc Canonicalis, ſed Epiſcopalis. Vnde deducitur conſuetudine introduci poſſe, vt habens principalem Eccleſiam ſimul habeat præbendam, & Canonicatum in illa. Ex quo Franc. *num.* 1. deducit Epiſcopum poſſe diſpenſare vt electus in Archipræsbiterum ſimul habeat, & retineat duas præbendas Dignitati eius annexas, & vlterius Canonicatum, & eius præbendam, Nam ſi hoc poteſt inducere conſuetudo, ita, & diſpenſatio Epiſcopi, cum conſuetudo pendeat à tacito conſenſu eius, qui poteſt condere legem in loco.

6. Sed primo non valet argumentum à conſuetudine ad diſpenſationem Epiſcopi, quia cōſuetudo vim habere poteſt ex tacito conſenſu ſuperioris Epiſcopi. Et imo ſi ſit per tempus legitimum præſcripta habet vim a iure communi, & ſic non eſt neceſſe quod vim habeat à conſenſu Epiſcopi, & conſuetudo ad id ſe poteſt extendere, ad quod poteſtas Epiſcopi non ſe extendit. Et præterea ſecundo quod Epiſcopus non poſſit diſpenſare, vt aliquis ſimul habeat Dignitatem, & Canonicatum cum præbenda, probatum eſt *ſup. cap. de conſuet. q.* 2. *a.* 3. *num.* 392. *in hoc lib.* Quod modo etiam indubitatum

eſt

eſt ex Concil. Trid. *ſeſſ.24. cap. 19.* An verò valeat nunc cõſuetudo habendi ſimul Dignitatem, & Canonicatum, vel plura beneficia ſufficientia dixi ſatis *d. art.3. à n.409.*

7. Notandum quarto ex illis verbis *Epiſcopus, qui eſt pro tempore*, contingere poſſe, vt Epiſcopus licet non ſit Canonicus habeatur tamen pro Canonico quantum ad vocem, & præbendam. Archid. autem exiſtimat quod Epiſcopus non poſſit eſſe Canonicus, quia idem non poteſt eſſe Pater, & Filius. Sed Io: And. quem ſequitur Dom. *num.* 4. contrarium tenet, quia non eſt inconueniens, quod in eadem perſona reſpectu diuerſorum diuerſæ ſint qualitates. Addit etiam Barboſa *num.* 2. quod Epiſcopus, quando aſſiſtit in Capitulo tanquam Canonicus habet in eo vocem. Quod, & aduertuut Grat.*diſcep.*106. *a. num.*9. Loter.*de re benef. l.* 1. *q.*16. *num.* 104. Tunc verò ſedebit ſub Decano, vel ſub eo, qui Capitulo præſidet Gloſſ. *in v. Prelatus, cap. à collatione de appellat. in hoc lib.* Menoch. *de arbit. caſ.* 68. *num.* 23. Grat. *diſcep.* 411. *num.* 14. Loter. vbi ſup. *num.* 104. Et nihilominus propter præeminentiã Epiſcopalẽ, habebit primum locum poſt eundem Præſidem Panorm. *in cap. Poſtulaſtis num.* 8. *de conceſſ. Præbend.* Felin. *in rubr. de maior.& obed. nu.*10. Gratian. *diſcept.* 106. vbi multa de hoc puncto. Et ſic etiam licet habeat ſolumodo vnum votum, illud eſt maioris ponderis propter Epiſcopalem dignitatem. Barboſa *de off. Epiſcop. allegat.* 73. *num.* 18.

8. Notandum quinto circa verba illa. *Præbendam, quam per mortem Epiſcopi &c.* Quod præbenda huiuſmodi Epiſcopalis eſt ſpecialis qualitatis. In nominationibus verò non veniunt beneficia qualificata, vel ex ſtatuto, vel ex cõſuetudine. Rebuff. *in tract. nomin. q.* 15. *num.* 19. Barboſ. *n.* 3.

9. Notandum ſexto ad illum verſ. *Ne contra dictam conſuetudinem*, quod Papa ſimpliciter reſcribens, non intendit derogare conſuetudini ſpeciali alicuius Eccleſiæ, ad quod facit *cap. fin. de conſuet. ſup. in hoc lib.* & notat Franc. *num.* 2. Quid verò dicendum ſit in mandatis beneficialibus, ſi addatur clauſula generalis non obſtantibus conſuetudinibus habetur ex dictis *ſup. capit. fin. de conſuet. in hoc lib. à num.* 53. Videatur etiam Rota *dec.* 5. *de conſuet. in nou.*

10. Notandum ſeptimo ad illa verba. Et *dictus Canonicorum numerus.* Papam in dubio non cenſeri tollere numerum Canonicorum determinatum in collegiatis, vt hic aduertunt Anchar. *not.*5. Dom. *n.* 3. & Franc. *n.* 2.

11. Et ex eiſdem verbis etiam conſiderandum octauo, quod in Eccleſia numerata in mandato de prouidendo, vbi mandatur prouideri de præbenda, ſimul mandatur prouideri de Canonicatu. Et ſic collatio præbendæ ſimul tacitè eſt collatio Canonicatus, quia Papa hic prohibet conferri prębendam, ne ex hoc Canonicorum numerus augeatur, quia nimirum ex collatione præbendæ dici debeat conferri etiam Canonicatus. Fr. *num.* 3. *Et de hoc vide ſup. cap. Si Clericus n.6. in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Per adeptionem ſecundi beneficij cuius fructus ad tempus ex priuilegio competunt Epiſcopo primum beneficium non cenſetur vacare.* 3.

2 *Hoc verum eſt vniuerſaliter reſpectu cuiuſcumque priuilegiati, & ex cauſa iuſta.*

3 *Si tamen poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica.*

4 *Etiam ſi Papa contuliſſet beneficium, ſub conditione quod primum vacaret.*

5 *Excommunicatio à Legato lata contra retinentes plura beneficia non comprehendit hunc caſum.*

6 *Supradicta vera ſunt vbi fructus ſolum ad tempus, non perpetuo, ſeu ad vitam ſunt conceſſi. Quid vbi beneficium eſt de vento?* 6.

7 *Non intrat regula data vbi fructus non auferuntur beneficiato, ſed differuntur.*

8 *Intrat ſi fructus primi anni reſeruantur pro fabrica Eccleſiæ.*

9 *Modo fructus beneficiorum deputari non poſſunt menſa Capitulari, aut Epiſcopali.*

10 *Sufficit ſi de iure, vel de facto ex conſuetudine vel ſtatuto fructus alteri dantur.*

11 *Accipiens ſecundum beneficium licet non percipiat fructus, plenè ſimpliciter illud poſſidet, nec poteſt illud dimittere, & primum poſſidere.*

12 *Tenetur intra annum Sacerdotium obtinere.*

13 *Ad hoc vt beneficium primum cenſeatur vacare neceſſaria eſt pacifica poſſeſſio fructuum ſecundi.*

14 *Ad impetrandum beneficium neceſſaria eſt mentio habiti beneficij etiam ſi non percipiuntur eius fructus.*

15 *Aequitas ſeruanda in deciſione cauſarum.*

16 *Quid in Epiſcopo non percipiente fructus Epiſcopatus.*

Cap. ſi tibi conceſſo XXVI.

1. HVius *capit. thema idem eſt vt in cap. Si propter tua, ſup. in hoc tit.* in hoc conſiſtens, quod ſi alicui Epiſcopo pro ſoluendis Eccleſiæ debitis Papa concedat fructus beneficiorũ, quæ in ſua Diœceſi ad tẽpus vacabũt. Hoc enim ſuppoſito aliam regulam tradit Pontifex, & decernit quod per adeptionem ſecundi beneficij curati, quamdiu Epiſcopus illis fructibus gaudebit primum beneficium curatum non cenſeatur vacare. Quæ verò pertinent ad thema propoſitum explicata ſunt *d. cap. ſi propter.*

2. Quamuis verò Decretalis iſta loquatur De Epiſcopo, cui conceſſi ſint fructus vacantiũ beneficiorum, & pro cauſa aſſignet neceſſitatem ſoluendi debita; tamen hæc exemplariter poſita ſunt à Bonifacio VIII. iuxta ſtylum ſuum. Vndè reſolutio eſt vniuerſalis primo reſpectu perſonæ cui conceſſi ſunt fructus, & ſecundo reſpectu cauſæ iſtius conceſſionis, ſufficit enim quod ſit cauſa iuſta, ſiue ſit petita ex neceſſitate ſoluendi debita Eccleſiæ, ſeu ex nobilitate, & prærogatiua perſonæ, ſiue ex longa neceſſaria peregrinatione, ſiue ex neceſſitate magnæ emptionis, ſiue ex paupertate inculpabili, ſiue ex alia ſimi-

ſi iuſta cauſa. Gloſſ. *in verbo debitus*, *&* ibi Archid. Io: And, Dom. *n* 7. Franc, *n.* 3.

3. Vnde regula generalis ex iſto textu deſumpta eſt, quod per adeptionem pacificam tantum tituli beneficij, & exercitij curæ animarũ, ſi illam habet, vel officij annexi beneficio, non vacat primum beneficium ex vi *cap de multa de prebend.* Si beneficiatus ſimul cum beneficio non habet liberam poſſeſſionem omnium, aut ſaltem maioris partis fructuum beneficij. Gloſſ. Archid, Io, And. Anchar. Dom. Franc.& Barboſa. Caſſad. *deciſ.* 9. *de cauſ. poſſeſſ. num.* 2. Hoied. *de incompatib. benef. cap.* 13. *num.* 48. *&* 80. Prob. ad Mon. hic *num.* 2. Rota *dec.* 3. *de præben. in nou.* Azor. 2. *p. l.* 7. *cap.* 16. *q.* 9. Palaus *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 6. *num.* 22. Garz. *de benef. p.* 11. *n.* 123. Oldrad. *conſ.* 112. *num.* 3. Qui aduertit, quod huius textus reſolutio non eſt abrogata per extrauag. Execrabilis, *de præb.* & ex eo id aduertunt Barboſ. *num.* 5. Garz. *d. capit.* 5. *num.* 125. Tuſc. *concl.* 44. *num.* 17. *lit. C.*

4. Ampliatur verò reſolutio vt procedat etiam in caſu, in quo Pontifex contuliſſet alicui beneficiũ ſub conditione quod habita eius poſſeſſione vacaret primum. Nam ex quo fructus ſecundi beneficij non percipiuntur primum non debet dici vacare, vt poſt Io: And. tradunt Anchar. *not.* 2. Dom. *n.* 7. Franc. *n.* 4.

5. Item ſi Legatus à latere excommunicaret omnes habentes, & retinentes duo beneficia incompoſſibilia, hæc cenſura non afficeret tenentem ſecundum ſine fructuum perceptione; quia hoc non eſt contra ius commune, & ideò ad hunc caſum non ſe extendit excommunicatio illa. Nam, & ſi contingat quod lex limitet aliam legem communem, limitat etiam legem particularem idem diſponentem quod lex illa communis limitata. Cum ergo per legem huius Decretalis limitata ſit lex *cap. De multa, de præb.* ſimul limitata manet lex ſeu præceptum Legati idem diſponentis. Ita ex Io. de Deo, & ex Io. And. Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 4.

6. Limitatur tamen primo reſolutio generalis huius textus, vt non procedat niſi in caſu, in quo fructus ſint reſeruati ad certum tempus, vt patet ex textu ibi *vſque ad certum tempus* ſecus vero ſi ſint reſeruati perpetuo, aut ad vitam reſeruatarii, *Rota in Placentina portionis* 1591. *coram Seraph.* Garz. *par.* 11. *capit.* 5. *num.* 135. Oppoſitum huius tenet Palaus *d.* §. 6. *num.* 23. quia ratio vnde non vacet primum eſt, ne beneficiatus cogatur mendicare. Sed ratio allata à Gloſſa, & ab aliis eſt, quia beneficiatus non omninò plenè aſſecutus eſt ſecundum beneficiũ, ideò non vacat primum. Cœterum ne Clericus cogatur mendicare ſufficit ſi illi aſſignetur congrua ſuſtentatio, quæ aſſignari debet in terminis extrau. Io. 22. *Suſcepti* 2. *de elect.* *vt dictum eſt cap. Si propter num.* 10. *de reſcript. in hoc lib.* Et ideò limitatio aſſignata vera eſt, & tenenda. Ex eadem verò Rota idem Garz. aduertit, regulam textus procedere poſſe etiam vbi ſecundum beneficium ſit de vento, quod nõdum habet fructus, licet illos expectet, & habiturum ſit ex alterius vacatione. Sed ego dubito abſolutè de hoc caſu, quia non eſt iuri conforme, quod per multum tempus aliquis habeat duo curata. Poteſt verò eſſe, quod beneficium, quod dicitur de vento, tale duret per multum tempus. Vnde in tali beneficio militat ratio textus. Quamobrem quod huiuſmodi nudus titulus, & honorarius tantum inducat ſaltem incompatibilitatem ex eodem textu, & decreto S. Cong. tradit idem Garz. *n.* 136. *in fin.*

7. Limitatur ſecundo vt non verificetur regula in caſu in quo fructus ſecundi beneficij nõ auferuntur à beneficiato, ſed differuntur, quia v. g. fructus primi anni dantur hæredibus defuncti, vnde etiam dabuntur poſt mortem hæredibus illius beneficiati, qui illis priuatur primo anno. In hoc enim caſu fructus non auferuntur, ſed differuntur. Et ideò licet beneficiatus non percipiat fructus primi anni, per admiſſionem tamen talis beneficij vacat primum. Rota *in Salmant. dimidiæ portionis* 11. *Decemb.* 1585. *coram* Orano, *& ex declar.* S. Cong. Garz. *d. cap.* 5. *par.* 11. *num.* 137. Palaus *d.* §. 6. *num.* 23.

8. In illis verò Eccleſijs in quibus fuit conſuetum, quod beneficiati non percipiant fructus anni, neque tamen huiuſmodi fructus reſeruantur poſt mortem eiſdem beneficiatis, ſed deputantur Fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio vſui, non vacabit primum beneficium ex adeptione ſecundi, donec fructus eius percipiantur. Quamuis in hoc ſeruanda ſit Conſtitutio Pij Quinti, qui huiuſmodi aſſignationes reuocauit quoad dimidiam, quando vltra ſemeſtre reperiantur conceſſi.

9. Sed vbi fructus, quos amittit ad certum tempus beneficiatus, cedunt antiquis, aut menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ante Concil. Trident. habuiſſet locum præſentis *cap.* regula, ſi legitimè fructus præfati fuiſſent vt ſupra aſſignati. Sed modo per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 14 Et per Pium Quintum *in d. Conſt.* reuocatæ ſun omnes conſuetudines etiam immemorabiles, & ſtatuta etiam à Sede Apoſtolica confirmata pe quæ fructus beneficiorum primi anni, aut alte rius temporis deputati ſunt vel fabricæ Eccle ſiæ, vel menſæ Epiſcopali, aut Canonicali. Vn ille caſus iam amplius non datur.

10. Quatenus tamen daretur regula huius textus ſe extenderet, vt vult idem Garzias *num.* 157. Qui *num.* 168. Hoc extendit ad omnem caſum, & ſiue de iure ſiue de facto ſupradicta obſeruantur, & vi præfatarum conſuetudinum aut ſtatutorum beneficiato auferantur fructus ad certum tempus, ſufficit enim ad hoc, vt ex vi huius *cap.* non vacet primum beneficium, ſi per Beneficiatum non ſtat, quod fructus non recipiat. Quamuis *n.* 166. probabiliter hoc limitet in caſu applicationis fructuum ad menſã capitularem, quia tunc non cenſeantur auferri fructus, ſed non dari, & non deberi, ſuppoſito tamen quod interim aliquos fructus aut diſtributiones licet non maiorem partem reciperet. Sed cum de iure communi beneficiato debeantur fructus beneficii, ſi ex quocumque priuilegio etiam ad breue tempus alteri conceduntur, ab eo auferuntur.

11. Eſt autem difficultas circa id, quod dicitur in textu, ſcilicet, quod primum beneficiũ

non

non debet reputari vacare. Nam ſi non vacat, poterit igitur Beneficiatus donec priuilegiatus alius percipit fructus beneficij ſecundum dimittere, & primum non vacans retinere. Et ita ſentit Garz. *d. l.* 11. *cap.* 5. *num.* 129. citans pro ſe Gloſſ. *in v. vacare*. Sed oppoſitum eſt verum neque enim dicitur in textu, quod primum non vacat, ſed quod non debeat putari vacare, quia nimirum non vacat omnino, ſed temporaliter durat, & vacantiæ effectus ſuſpenditur ad tempus. Cæterum quia de ſe beneficium eſt perpetuum, ex quo beneficiatus acceptat & conſequitur ſecundum beneficium acceptat illud, vt perpetuum, & vt perpetuo poſſidendum, & remanet ſolum priuilegiatus, vt temporaliter poſſit primum adminiſtrare, & eius fructus percipere. Nec oppoſitum ſentit Gloſſ. quamuis non omnino bene loquatur, dum dicit, quod beneficiatus non plenè ſit adeptus ſecundum, quia cum recipiat titulum beneficij, & eius adminiſtrationem, plene illud aſſequitur ſimpliciter loquendo, & ſolum ex priuilegio conceſſo alteri non poteſt pro tempore fructus beneficij percipere, & ideo illud ſecundum beneficium non poteſt amplius dimittere, & primum retinere vt poſt Io. And. tradunt Franc. *n.* 2. Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 7. Boniface. in Clem. ſi plures *num.* 50. *de eod. tit.* Coſmas *tit. de collat.* §. *Item inſuper v. diſponere*. Vnde minus benè etiam loquitur Barb. *nu.* 2. & male ad hoc citat Franc. dum ait, quod in effectu non dicitur beneficium obtinere, qui ex beneficio fructus percipere non poteſt. Nam cum obtineat titulum & effectum principalem, qui eſt adminiſtratio beneficij, & ſolum ad tempus ſit ſuſpenſus à perceptione fructus ſimpliciter beneficium obtinet, & ſolum ſecundum quid non obtinet illud ad tempus.

12. Hinc eſt, quod iſte beneficiatus cum cura animarum tenetur ad ſacerdotium intra annum promoueri, licet non percipiat fructus, quia habet adminiſtrationem beneficij liberam, vt hic tradit idem Franc. *nu.* 5. & poſt eum idem. Barb. *num.* 6. Rebuff. *in prax. tit. de non promotis intra annum à nu.* 11. Graff. *lib.* 2. *cap.* 97. *nu.* 49 Garz. *d. cap.* 5. *num* 123. *&* 126.

13. Quando tamen huic Beneficiato moueretur lis ante perceptionem fructuum in eo caſu primum beneficium non vacaret, ob non pacificam adeptionem ſecundi beneficij, Garz. *d. cap.* 5. *num.* 132. Ad hoc enim vt primum beneficium vacet neceſſaria eſt pacifica poſſeſſio nedum tituli, & exercitij curæ, aut officij annexi beneficio, ſed etiam fructuum beneficij, vt dictum eſt. Sufficit vero pacifica poſſeſſio maioris partis fructuum Gratian. *diſcep.* 296. *n.* 38. Barb. *num.* 7.

14. Habens vero ſecundum beneficium, licet non percipiat eius fructus, etiam ſi a teri fructus eſſent reſeruati per modum pentionis in impetratione beneficiorum, dicti beneficij mentionem facere tenetur, quia adhuc habet beneficium Barb. *num.* 4.

15. Ponderans vero Dom. *num.* 2. verbum illud *Equum eſt* aduertit æquitatem ſeruandam eſſe in deciſione cauſarum. Iudices tamen inferiores vbi ius eſt certum, de iure ſententiare debent. In dubijs vero æquitas locum habere poterit, quæ tamen ſit iuri conformis.

16. Tandem aduerte, quod quæ dicta ſunt de Beneficiatis, extendi etiam poſſent ad Epiſcopatus, vt ſi contingat Epiſcopum confirmatum ad certum tempus non recipere fructus Epiſcopatus, non cenſeantur vacare beneficia prius habita, quoad vſque certo tempore completo eoſdem fructus pacifice percipere poſſit, Dom. *conſ.* 335. *nu.* 4. & Garz. *d. cap.* 5. *nu.* 124. *par.* 11. Quamuis Mandoſ. *in add. ad d. concil.* 335. *L. C.* dicat, quod iſta opinio non ſeruatur.

SVMMARIVM.

1. *Si mandatur prouideri de præbenda non ſacerdotali, vel integra, vel maiori, non poteſt conferri ſacerdotalis, vel dimidia, vel minor etiam ſi impetrans eſſet contentus.*
2. *Fines mandati obſeruari debent.*
3. *Nedum in diſpenſationibus ſed etiam in gratijs fit extenſio ad connexa neceſſario gratia conceſſa.*
4. *Dantur præbendæ ex inſtitutione ſacerdotales.*
5. *Si ante datam Mandati Præbenda fuiſſet diuiſa in duas, vtraque cenſeretur integra. Et quid ſi diuiſio fuiſſet facta poſt mandatum.*

Mandatum de maiori præbenda valet non facta mentione de media.

Mandatum de maiori cum clauſula non obſtantibus &c. valet vbi non poteſt conferri maior immediatè num. 5.

6. *Sub nomine Præbendæ non venit dimidia.*

Nec ſub nomine beneficij venit Præbenda vel è contra num. 6.

7. *Si mandetur prouideri de beneficio competenti, venit illud, quod eſt competens ſiue ſit Præbenda ſiue aliud.*
8. *Plures formæ mandati de prouidendo ad aliquã ſummam, & earum diuerſitas.*

Cap. Cui de non Sacerdotali.

1 TRimembrem regulam continet Decretalis iſta, ratione munitam. Dicitur enim, quod quia mandata huiuſmodi beneficialia talia ſunt, vt eorum fines diligenter obſeruari debeant, ideo ſi mandatur alicui conferri beneficium non ſacerdotale, non poteſt ei conferri ſacerdotale, & ſi mandetur de integra præbenda, non poteſt conferri dimidia, etiam ſi ille de dimidia ſit contentus; & ſi mandetur de præbenda certi valoris, non poteſt etiam volenti conferri minoris valoris.

2. In beneficialibus igitur mandati fines ſunt rigoroſe obſeruandi ſecundum expreſſa in mandato, & ſecundum propriam vim verborum & ſic in his mãdatis omiſſum habetur pro omiſſo, nec poteſt fieri extenſio ad non expreſſa; quod vniuerſaliter intelligitur de huiuſmodi mandato à quocumque detur habente poteſtatem ſic mandandi. In his enim mandatis non habet locum argumentum à maiori ad minus, vt hic cum textu tradunt Gloſſ. Io. Mon. Io. And. Archid. Anchar. Dom. Franc. & Barboſ. Panorm. *& alij in cap.* per venerabilem, qui filij ſunt legit. *& in cap. Poſtulaſti de præſcript.* Nec

de conſenſu partium poteſt omitti forma mandati, ſi tamen forma mandati alteratur, & ſic partes non poſſunt permittere, quod executores aliud faciant, quam in mandato continetur, etiam ſi reſpiciat commodum, vel incommodũ impetrantis, vt hic in textu, & citati DD. t adunt.

3. Limitat vero hoc Franc. vt valeat quidẽ in gratijs, & priuilegijs non valeat verò in diſpenſationibus, quia ſi quis diſpenſatur ad Diaconatum cenſetur diſpenſari ad ordines inferiores; ſed hæc non eſt limitatio, ſed explicatio neceſſario intelligenda in omni mandato, vt quando minus continetur ſub maiori neceſſario, conceſſo maiori intelligatur conceſſum minus. Quia enim non poteſt eſſe Epiſcopus qui non eſt ſacerdos, ideo diſpenſatus ad Epiſcopatum, eſt diſpenſatus ad ſacerdotium, ſed hoc haberet locum etiam in priuilegijs, nam ſi aliquis non poſſet Ordinari à Titio ad ſacerdotium niſi ab eo ordinaretur, prius in Subdiaconum, & hoc Papæ conſtaret, ſi Papa concederet facultatem Titio, vt ordinaret in Diaconum, concederet etiam vt ordinaret in ſubdiaconum. Sed attendi debet, an gratia concedatur, & ſi gratia conceſſa neceſſarió ex iure Pontifici noto claudat aliam ad ſui valorem. Nam v. gr. licet Papa diſpenſans cum illegitimo vt poſſit ordinari in ſacerdotem, ſimul diſpenſet cum eo ad minores Ordines, quia de iure non poteſt ille ſacerdotium ſuſcipere alijs non ſuſceptis. Si tamen Papa concederit Titio illegitimo vt poſſet ordinari ad ſacerdotium à non proprio Epiſcopo, non per hoc à non proprio Epiſcopo poſſet ordinari ad minores ordines, quia facultas vt poſſit quis ordinari ad ordinẽ maiorem à non proprio Epiſcopo non habet connexionem neceſſariam cum facultate ordinandi ad alios ordines, neque enim de iure eſt vt non poſſit à non proprio Epiſcopo ordinari quis ad ſacerdotium, niſi ab eodem ordinetur ad minores ordines, ſicut de iure eſt, vt non ordinatus ad Minores Ordines non ordinetur ad ſacerdotium. Et non ſufficit quod connexio neceſſaria ſit de facto ex cauſa accidentali, vt quia ex accidenti impetrans non poteſt à proprio Epiſcopo ordinari ad alios Ordines, vt poſſit fieri extenſio, quia hæc connexio & eſt ex accidenti, & cum ſit quid facti præſumitur ignota Papæ concedenti; ſed requiritur quod neceſſaria connexio ſit de iure; debet enim nota eſſe concedenti, vt ex connexione præſumatur mens concedentis ad extentionem faciẽdam ad connexum, ne alias conceſſio ſit inualida, vel abſurda.

4. Quantum vero ad primam partem regulæ notatur, quod dari poſſunt præbendæ ſacerdotales habentes annexum ſacerdotium, ita vt non ſacerdos præbendatus eſſe non poſſit. Tales enim ſunt, quæ ex fundatione habent annexum ſacerdotium. Si ergo mandetur alicui prouideri de præbenda non ſacerdotali, non poteſt ei conferri ſacerdotalis.

5. Secunda pars regulæ vero loquitur in illis Eccleſijs, in quibus datur diſtinctio præbendarum in integras & dimidias, ſi ergo mandatum ſit prouideri de integra non poteſt de dimidia. Si tamen ante datam literarum vna præbenda integra fuiſſet diuiſa in duas illæ eſſent integræ præbendæ, & vna illarum ſi vacaret conferri poſſet, & deberet. Quid vero dicendum eſſet, ſi præbenda poſt datam literarum eſſet diuiſa in duas colligitur ex Clem. *litt. de reſcript.* vbi de hoc Gloſſ. & DD. Si autem in Eccleſia eſſent præbendæ maiores, mediæ, & minores, & daretur mandatum prouideri de maiori præbenda, valeret mandatum, etiam ſi non eſſet facta mentio de media præbenda, & impetrans poteſt prouideri de maiori, omnes enim aliæ etiam mediæ ſunt Minores, Rota *dec. 217. ſeu 14. de Præben. in nou.* & Franc. *nu. 5.* Quod ſi in Eccleſia eſſet ſtatutum, vt quis non poſſet obtinere immediatè præbendam maiorem, niſi prius minorem obtinuiſſet valeret mandatum cum clauſula generali *non obſtantibus ſtatutis &c. vt cap. cum aliquibus, ſup. de reſcrip. in hoc lib.*

6. Ex his etiam deducitur quod ſub nomine præbendarum non veniunt dimidiæ præbend. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 45. *à num.* 39. & ex eo Barboſ. hic *num.* 3. Sed & Archid. quem ſequitur Franc. *num.* 9. vult quod ſub nomine beneficij non veniat præbenda, & ſic ſi mandetur prouideri de beneficio non poſſit prouideri de præbenda. Et ſi mandetur de Præbenda nõ poſſit conferri beneficium alterius ſpeciei. Niſi in Eccleſia non eſſent alia beneficia, quam præbendæ.

7. Si tamen mandaretur prouideri de beneficio competenti, quia in hac forma mandati habetur reſpectus ad conditionem perſonæ, ideo ſi impetrans mereretur præbendam poſſet de illa prouideri Archid. hic, & Franc. *d. numer.* 5 Et idem ad beneficium, ſi ad illud eſſet idoneus. & ſi ad vtrumque eſſet idoneus illi deberetur, quod ex illis prius vacaſſet poſt datam literarum, & ſi ſimul vtrumque vacaſſet, ſeruandum eſſet, quod dicitur ſupra *cap. ſi pluribus, in hoc tit.*

8. Quantum ad tertiam partem regulæ, aduertendum quod ſub ſimplici forma poteſt mandari prouideri de beneficio per reſpectum ad valorem illius, vel ſcilicet quia prohibeatur prouideri vltra certam ſummam, vel quia mandetur prouideri vſque ad certam ſummam, vel quia mandetur prouideri de certa ſumma. Nam in primis duobus caſibus poteſt prouideri de quocunque beneficio intra ſummam præfixam, vt dicitur *ſup. cap. Quamuis in hoc tit.* Niſi mandaretur prouideri de beneficio cõpetenti vſque ad certam ſummam, quia tunc non poſſet prouideri de beneficio minori ſi illud eſſet incompetens. Sed vbi mandatur prouideri de certa ſumma, nedum non poteſt prouideri de minori, ſed perdificile erit inuenire beneficium tale, qui vel non minoris vel non maioris valoris ſit. Neque obſtant *reg. Plus, & in toto, inf. de reg. iur.* quia regulæ illæ locum habent vbi plus, & minus ſe habent vt pars, & totum intra eamdem ſpeciem, non verò vbi plus, & minus ſunt tota integra diuerſa, & ſunt diuerſæ ſpeciei numerorum, quia tunc mandatum in vno, non ſe extendit ad aliud vt poſt Dom. ait Franc. *n.* 6. Barb. *n.* 4. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 35. *&* 36.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conferre poteſt primum beneficium nõ vocato illo qui obtinuit pacifice ſecundum, ſed eodem non vocato non poteſt mittere in poſſeſſionem illius eum, cui illud contulit.*

2 *Secundo beneficio incompoſſibili pacifice obtento Ordinarius quilibet poteſt poſſeſſore irrequiſito conferre primum beneficium, non tamen dari poteſt eius poſſeſſio.*

3 *Primum beneficium non vacat ex ſola collatione & acceptatione ſecundi.*

4 *Pacifica poſſeſſio beneficij non eſt ſi poſſidens turbatur de facto, ſi non de iure, & ſiue moleſtia illata ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis.*

5 *Et ſiue moueatur hic ſuper perceptione fructuum ſiue ſuper iure beneficij.*
Ad interrumpendam poſſeſſionem neceſſe eſt vt moleſtiæ ſint ſuper perceptione fructuum 5.

6 *Pacificam poſſeſsionem beneficii non habet, qui in limine captæ poſſeſſionis turbatur.*
Et hoc eſt neceſſarium vt ex adeptione ſecundi beneficij non amittat primum 6.
Moleſtia dicitur dari incontinenti & in limine ſi datur intra duos menſes 6.

7 *Vbi intra duos menſes poſſeſſor ſecundi beneficij non fuit turbatus vacat primũ, & quidem à die captæ poſſeſsionis ſecundi.*

8 *Menſes iſti incipiunt à die pacificæ poſſeſsionis, vel notitiæ illius.*
Sufficit ſi poſſeſſio ſit pacifica reſpectu poſsidentis 8.

9 *Non eſt neceſſe quod poſſeſſio primi ſit pacifica, ſi ſit pacifica poſſeſſio ſecundi.*
Etiam ſi poſſeſsio pacifica primi pendente lite circa ſecundum vacabit primum.

10 *Vacat primum, ſi per obtinentem ſtetit, vt ſecundi pacifica poſſeſſio capta non fuit.*

11 *Et ſtat per eum ſi negligit expedire Bullas, non tamen ſi non agit contra intruſum.*

12 *Ordinarius primum beneficium quod ipſo iure vacat per adeptionem pacificam ſecundi poteſt conferre poſſeſſore non vocato.*
Et non eſt neceſſe, quod præcedat declaratoria 12.

13 *Hoc non procedit ſi beneficium non vacat ipſo iure.*

14 *Beneficium poteſt conferre etiam in dubio ſi beneficium vacet.*

15 *Executor poteſt conferre beneficium poſſeſſum, ſi de iure vacat.*
Executor poteſt mittere in poſſeſſionem beneficij collati 15.

16 *Patronus poteſt præſentare alium ſi beneficium de iure vacat.*

17 *Ordinarius eum cui contulit beneficium de iure vacans non poteſt mittere in poſſeſsionem poſſeſſore non vocato.*

18 *Ratio huius duplex.*
Poſſeſſor non poteſt priuari poſſeſſione non citatus 18.

19 *Vbi collatio facta fuit cognita cauſa non eſt neceſſaria alia citatio.*
Vt poſſeſſor beneficij amoueatur debet cauſa cognoſci 19.

20 *Qualiter cognoſcenda iuſtitia poſſeſsionis primi, & ſecundi beneficij.*

21 *Epiſcopus non ſemper mittit in poſſeſsionem, ſed dat mandatum de imittendo.*

Cap. licet Epiſcopus XXVIII.

1 QVomodo primum beneficium quod vacat ex adeptione ſecundi incompoſſibilis conferri poſſit decernitur in hac Decretali ad declarat. *cap. de multa ſup. eod. tit.* & dicitur, quod licet Epiſcopus beneficium curatum poſtquam beneficiatus aliud ſimile accepit, & eius poſſeſſionem pacificam obtinuit, vel per eum ſtetit, quod non obtineret alteri conferre poſſit beneficiato irrequiſito, tamen eum non poteſt ipſo non vocato in poſſeſſionem mittere.

2. Hic quoque Papa demonſtratiuè ſeu exemplariter loquitur, & regula textus vniuerſaliter de omni Ordinario collatore, & de omnibus beneficiis incompatibilibus intelligitur, vt notant Gloſſ. *in v.* Epiſcopus, vnde ſecundum Zan. & alios vniuerſalis regula eſt, quod ſecundo beneficio curato, ſeu incompatibili effectualiter adepto primum conſimile (eius poſſeſſore irrequiſito) conferri poteſt, non autem eius poſſeſſio dari.

3. Ex hac vero regula tres præcipuæ concluſiones deducuntur. Quarum prima eſt, quod primum beneficium non vacat ex ſola collatione ſecundi incompatibilis, & eius acceptatione, ſed requiritur pacifica eiuſdem poſſeſſio, Io. Mon. Archid. & Io. Aud. Anchar. *not.* 5. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1. Barb. *num.* 2. Rota *in Flor Canonicatus* 11. *Martij* 1558. *coram Card. S. Crucis*, *& in* Panorm. *beneficiorum 9. Ianuarij* coram Accorambono Caputaquen. *dec.* 294. *par.* 2. Nauar. *conſ.* 14. *&* 18. *ſub hoc tit. de antiq.* Maſcard. *de prob. concl.* 183. Flam. de reſig. *l.* 3. *q.* 1. *n.* 129.

4. Duo autem hic videri debent. Primum quæ ſit poſſeſſio pacifica? Nam aliqui volunt eam eſſe pacificam, cum accipiens poſſeſſionem vel à nullo deturbatur de facto, & de iure, Flam. *de reſignat. l.* 3. *q.* 1. *num* 130. Barb. vero *hic nu.* 3. ait requiri vt poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica nedum de facto, ſed etiam de iure, ideſt non litigioſa, ſed abſque controuerſia iuris, & facti iudicialis, & extraiudicialis. Sed Archid. *hic in v. Pacifica*, & ibi Iò. Aud. poſt Innoc. & Hoſt. *in cap conſtitutis de appellat*, quos ſequitur Franc. *num.* 1. dicunt ſufficere ad hoc vt non ſit pacifica, ſi accipiens, vel poſſidens deturbatur à poſſeſſione de facto, ſi non de iure; factum enim ſufficit ad deturbandam pacem, & vt beneficiatus ſi priuaretur primo beneficio ex adeptione ſecundi maneret omnino ſine beneficio, & cogeretur mendicare, ſufficeret ſi de facto poſſeſſionem ſecundi non poſſet obtinere. Et ita quod ad talem pacificam poſſeſſionem ſufficiant moleſtiæ extraiudiciales, & de facto tenuit Rota *in Toletana Archidiaconatus de Talauera de menſe Iunij* 1592. coram Card. Seraph. quam recenſet Garz. *p.* 11. *cap.* 5. *num.* 105. Et eſt de mente Gloſſ. & Card. in Clem. Gratiæ *de reſcript. nu.* 8. & ibi Barboſ. *num.* 22. Prob. ad Monach. *in cap. commiſſa num.* 2. *de elect. in hoc lib.* Felin. *in cap. cum Io. num.* 33. *de fide inſtrum.* Caſſad. *dec.* 9. *de cauſa poſſeſſ.* Garz. vbi ſupra *num.* 106.

5. Et

Digitized by Google

5. Et non eſt neceſſe ad effectum inducendi vacationem primi beneficij, quod lis moueatur beneficiato ſuper perceptione fructuum, ſed ſufficit ſi moueatur etiam ſuper titulo, & iure beneficij, quia beneficiatus vt careat primo beneficio debet eſſe certus de aſſecutione beneficij ſecundi, vt apud Garz. *d. num.* 106. notat Rota *in Tiraſonen. Canonicatus 9. Ianuarij* 1598. *hoc text.* Neque applicatur doctrina Rotæ *dec.* 3. de cauſa poſſeſſ. in antiquis volētis quod vbi aliquis ſit in poſſeſſione beneficij, eſt pacificus poſſeſſor ſi ſibi non mouetur lis ſuper perceptione fructuum, licet moueatur lis ſuper iure beneficij. Quidquid enim ſit ad effectum interrumpendæ poſſeſſionis, quo caſu moleſtiæ debent eſſe circa poſſeſſionem & fructuum perceptionē nihilominus, vt ait Rota *in d. Tiraſonen.* ad effectum, vt ex adeptione ſecundi beneficij vacet primum ſufficit lis mota, etiam ſuper iure beneficij, ex qua oritur timor ne quis careat vtroque beneficio Garz. *d. num.* 1 6. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 15. *num.* 117.

6. Secundum quod conſiderari debet eſt, quod cum tunc non cenſeatur quis adeptum fuiſſe pacificam poſſeſſionem, quando ſtatim & incontinenti, ſeu in limine legitimæ poſſeſſionis fuit in ea turbatus, Gloſſ. *in v. pacificam, cap. commiſſa ſup. de elect. in hoc lib.* & ibi Panorm. *in cap. de multa num.* 16. Bellam. *dec.* 59. Caſſad. *dec.* 9. *de cauſa poſſeſſ.* quid importat quod dicitur ſtatim, aut incontinenti, ſeu in limine? Flam. *lib. 3. de reſig. q. 1. num* 131. vult quod hoc decernere ſit arbitrarium Iudici, & idem voluerunt Prob. ad Mon. *d. cap. commiſſa num.* 2. Menoch. *caſu* 11. Roſin. *de benef. cap. 2. n. 7.* Sed Bonifac. ad Clem. *ſi plures nu. 63. de Præb. cui conſentit* Maſcard. *de probat. concl.* 183. *num. 6. &* 8. dixit poſſeſſionis poſſeſſionem eſſe in ſuo limine quando durat annus. Sed longe alienum à iure eſt, quod id dicatur ſtatim, aut in continenti, aut in limine aduenire, quod intra annum euenit poſt 6. 8. 10. vel vndecim menſes. Et contra praxim eſt, quod ordinarius debeat expectare per annum vt conferat primum beneficium valide, & cum effectu. Et ideo communis ſententia eſt, quam tenuit Lap. *in d. cap. commiſſa*, vt in caſu noſtro turbatio dicatur euenire ſtatim, aut in limine, ſi contingat intra duos menſes, Rota *in c. addit. dec. 3. de Præben. in nou. & d. Toletana Archidiaconatus, & in Calagur. dimidij benef. 17. Martij* 1603 coram Ortembergo Caſſad. *d. dec. 9. de cauſa poſſeſſ.* Staphil. *de lit. gratiæ, tit. de qual. & ſtat. benef. §. huiuſmodi nu.* 13. Rebuff. *in rep. cap. Poſtulaſtis de Cler excomm. miniſ. in Gloſſ. num.* 72. Quintanaduenas *lib. 4. num.* 80. Garz. *d. p. 11. cap. 5. num.* 113. Palaus *tract.* 13. *diſp. 6. p. 2. §. 6. num.* 21.

7. Quamobrem ſi quis pacificè per duos menſes poſſideat beneficium ſecundum, vacat primum. Quod tamen retrotrahitur, itavt beneficium cenſentur vacaſſe à principio captæ, poſſeſſionis, cum ex adeptione ſecundi incompoſſibilis primum beneficium vacet ipſo iure. Rota *in Salnatina dimidiæ portionis, de anno* 1585. coram Orano, quam ſequitur Garz. *d. cap. 5. num.* 114.

8. Duo autem iſti menſes poſt quorum lapſum primum beneficium omnino vacat, & promotus ad ſecundum illud tenetur dimittere, non incipit à die collationis, aut acceptationis beneficij, ſed à die pacificæ poſſeſſionis. Imo à notitia obtentæ pacificæ poſſeſſionis, vt ex Rota *in Taraſconen. Canonicatus octaua Nouembris* 1596. coram Orano, & ex Caputaquen. *dec. 51. per totam, & 110. l. 2. tenent* Gonzal. *d.* Gloſſ. 15. *num. 111. & 112. &* Garz. *d. c. 5. nu.* 106. Vbi etiam addit ſufficere ſi poſſeſſio ſit pacifica quantum ad ipſum beneficiatum poſſidētem, non obſtante quod beneficium ſit litigioſum quoad alios Sarnen. *in reg. de trien. q.* 42. Bellam. *dec. 562. ſeu* 563. Rota *in Florent. Canonicatus 14. Iun.* 1557. *coram Chiſanen.*

9. Non eſt vero neceſſe vt vtriuſque beneficij ſit pacifica, vt primum vacet, ſed ſufficit ſi ſit pacifica poſſeſſio ſecundi beneficij, nihil vero intereſt, quod primum ſit litigioſum; imo ex hoc multo magis vacat ex pacifica adeptione ſecundi, Innoc. *cap. in noſtra, de reſcript.* Nauar. *conſ. 14. num. 1. de Prabend.* Rota *in Barchinonen. Archidiac. 9. Decem.* 1590. *coram Groperio & in d. ſalmant dimidia portionis* Garz. *d. cap. 5 num.* 107. referens ſic fuiſſe decisum à S. Congr. Lez. *l. 2. cap. 34. num.* 141. Palaus *d. tract.* 13. *diſp. 6. p. 2. §. 6. num.* 16. Addunt vero Garz. & Palaus, quod ſi accepto titulo beneficij, quis accipiat poſtea alterum litigioſum, & pendente lite capiat pacificam poſſeſſionem primi, non per hoc vacat ſecundum litigioſum, ſed vacabit primum pacificum, obtenta pacifica poſſeſſione ſecundi. Et hæc ſufficiant de prima concluſione.

10. Cæterum etiam ſi intra duos menſes quis pacificam poſſeſſionem ſecundi non acceperit, vacabit primum, ſi per obtinentem ſtetit quod poſſeſſionem pacificam ſecundi non obtinuit, vt expreſſe in textu decernitur, & admittunt Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 2. Paria enim ſunt non facere, & per ipſum ſtare, vt non fiat. Nauar. *conſ. 13. alias 23. de Præb.* Garz. *par. 11. cap. 5. n. 172.* Palaus *tr. 13. d. 6. p. 2. § 6. n. 14. 19. 20.*

11. Et circa hoc idem Palaus duo addit ex Garz. *p. cap. 5. num. 102. &* 104 Primum quod prouiſus de ſecundo incompatibili non poteſt excuſare vacantiam primi ex non accepta poſſeſſione ob non expeditionem Bullarum beneficii, ſi per eum ſterit, vel quominus expedirentur vt dixit Rota *in Leodien. Canonicatus 9. Decembris 1589. coram Cardinali Pamphilio.* Secundum, quod prouiſus de beneficio in quo alius eſt intruſus, non ſtat per eum, vt poſſeſſionem non capiat. ſi non agit contra intruſum per capienda poſſeſſione. Et hoc etiam ſi per ſuperiorem illi ſit præfixus terminus ad faciendam diligentiam, quia non poteſt cogi agere. Per intruſum igitur non per ipſum ſtat ſi poſſeſſio non capitur. Vnde quod in hoc intruſio alterius excuſet ex Archid. *dec.* 12. & Mandoſ. *deſignat. gratia, tit. indultum conſequendi beneficia reſeruata* dixit Gonzal. Gloſſ. 15. *nu.* 16.

12. Secunda concluſio eſt iſta. Ordinarius collator primum beneficium quod ipſo iure vacat poteſt conferre poſſeſſore non vocato. Et ideo beneficij ſecundi incompatibilis pacifica poſſeſſione adepta, Ordinarius poteſt primum con-

Digitized by Google

conferre poſſeſſore non citato. Ita in præſenti Gluſſ. *in v. conferre*, & ibid. Archid. Io. And. Anchar. *not*. 3. Franc. *num*. 2. *qui num*. 8. *in fin*. bene aduertit, quod in hoc caſu non eſt neceſſe, quod præcedat ſententia declaratoria Lap. *allegat*. 16. *&* 103. Mandoſ. *ad d. alleg*. 16. Lap. *lit. A. & lit. H.* Bellam. *dec*. 83. Gonzal. *ad reg*. 8. Cancell. Gloſſ. 15. §. 1. *nu*. 39. Rota in Brachar. Archid. 31. *Martij* 1626. Sanchez Mor. *l*. 2. *cap*. 26. *num*. 7. *&* 12. Didacus Frances *de intruſ. q*. 79. *num*. 5. *& ſequent*. vbi ex hoc late probat, quod Ordinatius beneficium occupatum de facto ab intruſo poteſt intruſo non vocato alteri conferre,

12. Hoc tamen non extenditur ad beneficium quod non vacat ipſo iure, nam ſicut hoc beneficium non vacat, niſi poſtquam vocato beneficiato, & cauſa cognita, beneficiatus eo fuerit priuatus per ſententiam, quæ tranſierit in iudicatum, ita ſolum poteſt tale beneficium conferri poſt præfatam ſententiam, vt citati DD. aduertunt.

14. In caſu autem huius textus manifeſte procedit regula generalis, quia in eo eſt euidens & certum, quod quantum ſit de iure communi beneficium primum vacat. Ex quo deducitur, quod vbi ex iure communi certum eſt beneficium vacare, etiam ſi ſit dubium an vacet de facto, beneficium poteſt conferri. Quod probatur ex hoc textu, quia vult quod poſtea ante quam immitatur promotus in poſſeſſioné debet citari poſſeſſor, quia poteſt eſſe, quod ſibi competat ius retinendi, igitur tunc cum facta fuit collatio non erat certum quod beneficium vacaret, cum poſſet eſſe quod non vacaſſet, ſed poſſidens haberet ius illud retinendi. Et ſic in hoc caſu collatio acceptata dat ius in re, ſed ſub conditione, ſcilicet ſi poſſidens non habeat ius retinendi.

15. Executor autem ſi inuenit beneficium, quod de iure vacat poſſideri ab aliquo, non poteſt tale beneficium conferre, ſi poſſeſſio ſit colorata, quia in eo caſu literæ ſunt ſubreptitiæ non facta mentione de alterius colorata poſſeſſione. Secus vero ſi poſſeſſio non eſſet colorata, ſed nuda detentio Archid. Io. And. & Io. de Lig. Dom. *num*. 8. Franc. *num*. 6. Sed cum ſecundum Dom. *&* Franc. poſſeſſio non colorata ſit quando ipſo iure titulus eſt nullus, vt in hoc textu, ſequitur quod executor mandati de prouidendo poſſit conferre beneficium vacans ipſo iure, poſſeſſore non vocato, ſed tamen illū non poſſit immittere in poſſeſſioné niſi vocato poſſeſſore. Qualiter vero & quando impetratio reddatur ſubreptitia ex eo quod non ſit facta mentio beneficiū petitū impetrāte ab alio poſſideri, late explicat Anchar. *n*. 2. *verſ. quærit*. Hic obiter adnotatur, quod licet executori in mandato de conferendo non detur expreſſe facultas inducendi in poſſeſſionem, nihilominus hoc ſibi competit ex vi mandati de conferendo quia mandatum intelligi debet de collatione in effectum deducta, & immittere in poſſeſſionem eſt in executioné mandati de conferendo, *c. ſignificaſti de off. deleg*. Dom. *nu*. 10. Franc. *num*. 6.

16. Quod vero dicitur de collatore extenditur ad Patronum, qui vbi beneficium iuriſpatronatus vacat ipſo iure, poteſt ad illum præſentare poſſeſſore non vocato Dom. *num*. 12. *in fin*. Franc. *num*. 6. Rota *dec*. 9. *de iure patron. in antiq*. Felin. *cap*. cæterum *num*. 24. *de reſcript*: & alii quos refert Frances *de intruſ. q*. 89. *num*. 3. qui tamen *num*. 4. de hac concluſ. dubitat, cum ſemper videatur neceſſarium, vt ſententia declaratoria præcedat ſed vt dictum eſt ex Franc. *numer*. 8. *in fin*. non datur neceſſitas huius declaratoriæ ad effectum ſimplicis collationis aut præſētationis, quæ poſſeſſori nō præiudicat, & non habebit effectum, niſi poſſeſſore vocato.

17. Sequitur tertia concluſio, quæ eſt iſta Ordinarius non poteſt eum cui contulit beneficium de iure vacans, ſed habens poſſeſſorem, immittere in poſſeſſioné beneficij niſi poſſeſſore vocato, Gloſſ. *in v*. cum vocato, & ibi Io. Mon. Archid. *&* Io. And. Anchar. *not*. 2. 6. *&* 7. Dom. *num*. 4. Franc. *num*. 3. *&* 6. Barboſ. *num*. 4. Lap. *all*. 103. *num*. 3. *Et in cap. de multa, ſup. de* Innoc. *&* Hoſt. *in v*. conferat Panorm. *in* 4. *not* Io. And. *in v. libere* Holed. *de inc. mpat. benef. p*. 8. *cap*. 4. *num* 9. Gonzal. *ad reg*. 8. Cancell. Gloſſ. 15. §. 1. *num*. 39. Menoch. *recuper. poſſ. remed*. 1. *num*. 111. Flamin. *de reſign. l*. 11. *q*. 10. *num*. 10. Et apud ipſum plures ex conſulent. Sanchez in Moral. *l*. 2. *cap*. 26. *num*. 12. Rota *dec*. 4. *de re iudic. in nou*. Mantic. *dec*. 309. *num*. 4 Tondut. *benef. quæſt*. 12. *num*. 9.

18. Huius vero concluſionis duplex eſt ratio. Prima quia eſto quod poſſeſſor amiſerit dominium, tamen poſſeſſio non eſt ipſo iure nulla ſic enim in caſu *l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ.* dominium tranſit in Eccleſiam ipſo iure ex contractu, non tamen poſſeſſio, quam rationem late proſequitur Flam. *d. q*. 10. *num*. 11. Et vim habet ex eo, quod nec poſſeſſor de facto poteſt priuari poſſeſſione, ſi non vocetur Dom. *nu* 8. Etiam qui iniuſte poſſidet beneficium non debet expelli non vocatus, Barb. *num*. 7. Ita vt nec intruſus lite pendente, niſi ex actis conſtet ipſum eſſe talem, & habere cauſam non litigandi, & nullam ei competere defenſionem, poſſit priuari eo non vocato, vt ex Franc. *in cap*. Ex parte *num*. 29. *de appellat*. & Rota *in* Bracharen. *Archidiaconatus* 31. *Martij* 1628. addit Barb. *nu*. 8. Sed nihilominus non eſt huius loci decernere an & quando nullitas, vel vacatio ipſo iure tollat dominium, vel potius illud ſolum debilitet, & elidibile reddat. Sed in noſtro caſu euidentior militat ratio, quam reddit textus, quia ſcilicet, poteſt eſſe, quod poſſeſſori competat ius retinendi illud beneficium ex priuilegio nimirum, vel diſpenſatione, aut quia poſſeſſio ſecundi non ſit pacifica.

19. Ideo licet vbi collatio beneficij facta ſit vocato poſſeſſore illius, tunc cognita cauſa, & conſtito de non iure poſſidentis, tunc non vocato amplius poſſeſſore, poſſit Ordinarius conferre beneficium, & eum, cui illud contulit, immittere in poſſeſſionem, ſi ſententia tranſiit in iudicatum, & non fuit impedita per appellationem, vt hic tradunt Io. Mon. *&* Lap. Io. And. *&* Franc. Item Anchar. *num*. 6. Dom. *nu*. 8. *&* 9. Franc. *num*. 8. Item Innoc. *&* Hoſtien. *infr. cap*. 1. *de conceſſ. preben. in* 2. *parte*, Flam. *d. q*. 10. *num*. 15. Nihilominus vbi poſſeſſor in colla-

tione

tione beneficii non fuit vocatus, non poteſt prouiſus immitti in poſſeſſionem, niſi poſſeſſore vocato, & imo niſi cognita cauſa & viſo tam de iure agentis, quam ipſius poſſidentis. Aliter capta poſſeſſio eſt reuocanda ſine alia citatione, & ſine alio ordine iudiciario, vt ait Franc. *num.* 3.

20. Vbi vero agitur de poſſeſſione beneficij iam collati tradenda ſit debet interuenire cauſæ cognitio, quia debet cognoſci de canonica collatione petentis, & de iniuſta poſſeſſione poſſidentis, vt hic aduertunt Archid. & Anchar. *not.* 7. Dom. *num.* 6. & 12. & Franc. *nu.* 7. Sed vt monet Lap. ſi poſſeſſor opponat, quod collatio non fuit canonica, id probandum erit, ſed ſi eam canonicam fuiſſe admittit, ſufficiet facere fidem de collatione, nec eam fuiſſe Canonicam probandum erit, quia id præſumitur, Franc. *num.* 7. Quas vero exceptiones dare poſſit poſſeſſor tradunt citati DD. ſed aduertendum quod parum iuuabunt exceptiones contra actorem, cum Ordinarius in hoc procedere poſſit ex officio, & iniuſtum poſſeſſorem amouere Quamobrem ſi poſſeſſor non probet iuſtum titulum, & quod de iure poteſt retinere ſimul primum beneficium cum ſecundo, ab Ordinario primo beneficio priuari poterit, quidquid ſit an collatio prius facta fuerit valida, vel non fuerit & an excludendus fuerit actor, vel non fuerit. Sic enim exceptiones contra actorem, nihil aliud obtinere potuerunt, niſi quod ad eius inſtantiã poſſeſſor non poterit priuari poſſeſſione primi beneficii, vel quod & ipſe priuandus ſit beneficio. Sed tamen poſſeſſor ſecundi eo de iure eſt priuatus, & priuandus, ſi non habet ius ſpeciale, vt illud ſimul cum ſecundo poſſit retinere. Imo vtroque de Iure eſt priuatus ſi vult vtrumque ſimul retinere. Extrauag. *extirpanda, de Præb.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 4. Cæterum de huiuſmodi exceptionibus admittendis, vel non admittendis, videantur quæ dicta ſunt ſupra *tit. de except. in hoc lib.* Et hic hoc nunc ſufficiat, quod hæc cognitio ſufficiet, ſi ſummariè habeatur, vt docet Franc. *nu.* 8.

21. Cum autem in textu habeatur quod Epiſcopus poteſt immittere beneficiatum in poſſeſſionem id verificatur, quia poteſt dare decretum de immittendo, nam alias non ſemper Epiſcopi eſt poſſeſſionem tradere. Nam Archidiaconi eſt tradere poſſeſſionem Canonicis quæ traditur per inſtalationem in choro, *cap. ad hæc ſup. de off.* Archid. *de quo hic* Archid. & Io. And. & Anchar, *not.* 5. Dom. *num.* 6. Franc. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Ex mandato ſimpliciter dato non poteſt conferri Præbenda Sacerdotalis ætatem non habenti, ſed ipſe aliam expectabit.*

2 *Ad obtinendum beneficium habens annexum ordinem neceſſe eſt habere ætatem.*

3 *Sufficit habere ætatem ad Ordinem tempore collationis.*

4 *Aetas neceſſaria ad beneficium debet haberi tempore impetrationis.*

5 *Qualitas neceſſaria ad beneficium ſufficit ſi habeatur tempore collationis.*

Hoc fallit in ætate ad curata 5.

Ætas ad beneficium ſacerdotale ſufficit ſi habeatur tempore collationis 5.

6 *Impetrans primam vacaturam eam non obtinet ſi ei deficit ætas.*

7 *Taciturnitas & defectus Ordinis non reddit inhabilem ad beneficium niſi pro tunc.*

8 *Sub nomine Præbendæ venit ſacerdotalis.*

9 *Taciturnitas defectus Ordinis, aut ætatis ad ordines non vitiat gratiam, niſi in caſibus expreſſis.*

10 *Qui ex defectu ætatis non obtinet primam Præbendam, obtinet aliam.*

Genus, quod non impletur in vno indiuiduo impletur in alio 10.

11 *Præbenda ſacerdotalis non debet dari ordinato ante ætatem ſine diſpenſatione.*

Cap. Ei cui XXIX.

1. QVando ſimpliciter mandatur, vt quis prouideatur de beneficio, non poteſt ei conferri præbenda ſacerdotalis, ſi non eſt in ætate ſuſcipiendi ſacerdotium, ſed debet aliam expectare. Hæc eſt regula huius textus.

2. Itaque ad obtinendum beneficium, quod ex fũdatione, ſtatuto, vel priuilegio aut cõſuetudine habet annexum ſacrum Ordinem neceſſe eſt habere ætatem, ad ordinem requiſitam, vt præter DD. hic ſcribentes tradunt Rota *dec. num.* 3. *hoc tit. in nou.* Hoied. *de incompatib. cap.* 4. *num.* 20. Put. *dec.* 331. & 338. *in antiq. lib.* 1. Mohedan. *dec.* 7. *de conceſſ. præben.* Flamin. *de reſig. l.* 4. *q.* 9. *num.* 31. & 42. Lambert. *de iure patron. p.* 1. *l.* 2. *q.* 7. *a.* 27. *num.* 8. Petr. Greg. *de benef. cap.* 37. *num.* 2.

3. Ex illis autem verbis textus *ſi nondum &c.* colligitur, quod non eſt neceſſe habere ætatem neceſſariam ad ordines tempore impetrationis, ſed ſufficit ſi habeatur tempore vacationis, ſeu collationis beneficii, vt aduertit Gloſſ. & ibidem Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 8. Staphil. *de lit. grat. tit. de vi clauſ.* §. *poſt prædictas num.* 1. Rebuff. *in prax. tit. requiſ. ad collationem.*

4. Multa autem habent hic DD. & præcipue Franc. & Barboſa vt concordent hunc textum cum text. *in cap. ſi eo tempore de reſcript. in hoc lib.* ſed ex dictis *eod. cap. ſi eo tempore q. vn. a.* 11. breuiter diſtinguas inter ætatem neceſſariam ad ſubſtantiam beneficii, & neceſſariam ad qualitatem illius, ſcilicet in præſenti, ad ordinem annexum beneficio. Nam ætatis neceſſariæ ad ſubſtantiam beneficii debet fieri mentio, & debet haberi tempore impetrationis, & datæ literarum. Et quia modo ex Concil. Trid. ætas neceſſaria ad beneficium eſt ætas 14. annorum, ideo minor mentionem facere debet minoritatis ætatis, aliter validè non impetrat.

5. Qualitas tamen neceſſaria ad beneficium per ſe loquendo ſufficit ſi habeatur tempore collationis, Dom. *num.* 3. niſi aliud ſit in iure expreſſum. Eſt vero in iure expreſſum, quod ætas neceſſaria ad beneficium curatum habeatur tempore impetrationis, & hoc eſt, quod decernitur *in d. cap. ſi eo tempore.* Sed hoc non eſt expreſſum de ætate neceſſaria ad beneficium

facer-

ſacerdotale, imò in hoc textu habetur, quod ſufficiat habere illam tempore collationis beneficij, vnde hic textus illi non eſt contrarius.

6. Sic ergo explicato textu ex eo colligitur primo, quod impetrans primam vacaturam, eã obtinere non poteſt, ſi tempore collationis ſibi deficit ætas neceſſaria. Et ſi ſibi ab executore conferatur collatio eſt nulla, tanquam facta à nõ habente poteſtatem, vt poſt Archid. & Io: And. tradit Franc. *n.* 1.

7. Secundo colligitur, quod licèt taciturnitas, & defectus Ordinis tempore impetrationis, imo & collationis, ſeu promotionis non reddat impetrantem inhabilem ad beneficium *iuxta text. in cap. Si pro Clericis ſup. in hoc tit.* tamẽ ſi tempore promotionis nõ ſit in ętate ad ipſum Ordinẽ neceſſaria, redditur tunc inhabilis ad dictum beneficium. Franc. *n.* 1. & DD. citati *n.* 2. Barboſ. *n.* 7.

8. Tertio quod ſimplex mandatum prouidendi de Præbenda includit ſacerdotalem, & de ea impetranti prouideri poteſt dummodo alias ſit in ætate legitima ad ſacerdotium. Quamobrem licet in impetrationibus ſub nomine Dignitatis, non veniat curata, *vt per text. in cap. Cum in illis ſup. in hoc tit.* tamen ſub nomine præbendæ venit etiam ſacerdotalis, Maior enim idoneitas requiritur ad curam animarum, & maius periculum eſt in beneficiis curatis. Io: And. & poſt *de leg.* Dom. *num.* 1. & 4. Franc. *num.* 2.

9. Quartò quod licet pro obtinendis beneficijs debeat fieri mentio qualitatis beneficij vt *in d. cap. Cum in illis*, tamen hoc non eſt neceſſarium niſi in caſibus, & qualitatibus in iure expreſſis, & ideò non eſt neceſsè quod fiat mentio de qualitate Ordinis annexi Franc. *num.* 2. Dom. *num.* 1. Vnde nec debet fieri mentio de ætate ad Ordines neceſſaria, niſi in caſibus expreſſis. Barb. *n.* 3. Azor. *inſt. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 33. *quæſt.* 2.

10. Quinto quod impetrans primam vacaturam, licet illam conſequi non poſſit ob inhabilitatem ætatis ad Ordines neceſſariæ, tamen poterit conſequi aliam. Vnde infertur quod genus, quod in vno ex indiuiduis impleri non poteſt, impletur in alio, *vt ſup. cap. Cum in Eccleſia in hoc tit.* Et hic eſt vnus de caſibus in quibus primus impetrans non obtinet primum beneficium Dom. *num.* 4. Alios verò caſus conſimiles refert Gloſſ. *ſup. cap. Quia ſæpè in hoc tit.* Sextò quod præbenda ſacerdotalis non eſt danda illi, qui factus eſt Sacerdos ante legitimam ætatem. Quia talis remanet ab ordine ſuſpenſus, & non debet eſſe melioris conditionis ex quò deliquit. *cap. Eum qui, ſup. hoc tit.* Gloſſ. *in v. ætate.* Barboſ. *num.* 9. Nauar. *conſ.* 7. *de ætat. & qual. in antiq.* Azor. *p.* 2. *l.* 6. *c.* 6. *q.* 13. Hoc tamen non procederet in eo, qui cum diſpenſatione licitè obtinuiſſet ante ætatem ordinem neceſſarium.

S V M M A R I V M.

1 *Per obtentum beneficium à paupere Clerico ceſſat illius expectatiua.*
2 *Quis ſit Clericus pauper.*
3 *Pauperibus prouidendum de beneficio.*
Lucræ in forma pauperum potius iuſtitiæ ſunt. 3.
4 *Idoneitas per ſe ſufficit ſi habeatur tempore collationis.*
5 *Gratia expectatiua expirat per aſſecutionem beneficij incompatibilis.*
9 *Deficiente cauſa mandati expirat mandatum.*

Cap. Si Pauper. XXX.

1. DE expectatiuis datis in forma pauperum decernitur, quod ſi mandetur prouideri pauperi iuxta ſuæ probitatis merita, per obtentum ab eo beneficium expirat expectatiua illius.

2. Pauper Clericus dicitur, qui nullum habet beneficium, *cap. Poſtulaſti de reſcript.* Si tamen habet bona patrimonialia, non dici pauperem vult Dom. *n.* 1. Sed Franc. *n.* 1. vult pauperem Clericum eſſe eum, qui licet habeat patrimonium, non eſt ordinatus ad illud, & alias non habet beneficium: Clericus enim etiam diues ex patrimonio debet viuere ex redditibus Eccleſiæ. Hodie ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. pauper Clericus regulariter dari non poteſt, cum nullus poſſit ordinari niſi ad titulum ſufficientis beneficij, vel patrimonij, vel penſionis.

3. Ex hoc textu verò colligitur pauperibus Clericis prouidendũ eſſe de beneficijs ex quibus ſe ſuſtentent, vnde mandatum de prouidendo pauperi potius dicitur de iuſtitia, quam de gratia. Gloſſ. *in v. Si pauper* & ibi Archid. & Io: And. Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 1. Barboſ. *nu.* 2. & 6. Staphil. *de lit. gratię* §. *Nona forma pauperum. nu.* 5. Caſſad. *dec.* 8. *num.* 9. *de conceſſ. præbend.* Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 2. *num.* 2. & 7. *vbi multa de pauperibus Clericis.* Rota *dec.* 55. *n.* 4. *de conceſſ præb. in antiq.*

4. Arbitratur verò Dom. *n.* 2. quod dum Papa ſcribit cum clauſula *iuxta ſua probitatis merita* aut ſimili, quod reſpiciat potius tempus prouiſionis, & collationis, quam impetrationis quia dum iſte examinatur, ſufficit, quod reperiatur idoneus. Sed hoc diſplicet Franc. *n* 1. Nam quod idoneitas debeat haberi tempore daræ colligitur *ex cap. Dudum el.* 1. *ſup. de elect.* Sed certè ab electione in qua electo datur ius ad beneficium certum independenter ab alio examine de electi idoneitate; quia imo ipſa electio habet vim quamdam examinationis, & approbationis idoneitatis electi, non valet argumentum ad mandatum de prouidendo conditionatum, & quod non dat niſi ius ſub conditione idoneitatis examinandæ, & reperiendæ. Et ideò per ſe loquendo ſufficit quod meritum, & idoneitas habeatur tempore collationis, & prouiſionis, prout etiam dictum eſt *ſup. cap. Si eo tem-*

aſſignati. Sicut ergo clauſula generalis non obſtantibus conſuetudinibus, priuilegijs, & ſtatutis in præiudicium tertij non ſe extendit ad ſpeciales conſuetudines, & priuilegia, vel ſtatuta, quæ Papa potuit ignorare, ita gratia motu proprio ad incognita non ſe extendit, vt dictum fuit *cap. ſup num.* 16. Et ideo non ſe extendit ad præiudicium tertij, quæ gratiæ conceſſæ ex accidenti ſunt coniuncta, & à concedente præſumi debent ignorata.

7. Et hac attenta diſtinctione vtilis etiam eſſe poteſt diſtinctio de modico, vel magno præiudicio. Quia poteſt eſſe, quod magnitudo præiudicij notabilis, & magna, & euidens proueniet non ex natura gratiæ per ſe, ſed ex accidentali circumſtantia non præuiſa, & ideo fieri poteſt, vt motus proprius ad ſimile præiudicium non ſe extendat. Alias verò illa diſtinctio inutilis eſt, quia gratia conceſſa motu proprio, ſi ex natura ſua fert maximum præiudicium ad illud ſe extendit, quia ad id ſe extendere dicendum eſt voluntatem concedentis gratiam per ſe tale præiudicium inferentem.

8. Cæterum etiam ſi dicatur, quod motus proprius non cauſat niſi effectus in iure expreſſos. Quod verum puto. Quia in iure eſt expreſſum vt motus proprij fiat pleniſſima interpretatio, hæc fieri etiam debebit in præiudicium tertij ſi gratia eſt præiudicialis tertio, vt eſt explicatum.

9. Barboſa etiam *num.* 3. Ex quo in motu proprio pleniſſima debet fieri interpretatio vult quod gratia mandati de beneficio prouidendo extendatur ad penſionẽ ſi fiat motu proprio, vt per Felin. *in cap. Cauſam quæ, de reſcrip. num.* 7. *&* Rebuff. *in concod. tit. forma mand. verbo motu proprio verſ.* 1. Sed cum penſio propriè non ſit beneficium, non habet locum extenſio beneficij ad penſionem, non enim extenſio fieri debet impropriando verba.

10. Benè verum eſt, quod ſubdit, ſcilicet, quod priuilegia motu proprio conceſſa ſunt latè interpretanda. Sed tamen non extenduntur ad non expreſſa, ſeu contenta in expreſſis, aut per ſe expreſſis ſequentia.

11. Ex hoc textu etiam notari debet, quod vbi alicui conceditur electio intra certum tempus, ſi id non faciat tranſit electio ad alium.

12. Sicut etiam habetur quod ignoranti nõ currit tempus, vnde Gloſſ. *in v. notitiam* intulit, quod ignoranti non currit decendium ad appellandum. *Capit. concertationi ſup. de appell. in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Expectanti non debetur Præbenda, quæ vacat ob mortem Epiſcopi.*
2 *In textu non eſt clauſula motu proprio.*
3 *Eccleſia dicitur eſſe Epiſcopi per administrationem.*
4 *In Eccleſia poſſunt eſſe plures Canonicatus, quã præbendæ, & è contra.*
5 *Quæ notat* Franc. *de conſuetudine habendi Epiſcopatum, & Canonicatum.*
6 *Non valet argumentum à conſuetudine ad poteſtatem diſpenſandi. Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt aliquis habeat ſimul Dignitatem, & Canonicatum.* 6.
7 *Epiſcopus poteſt tanquam Canonicus habere vocem; & tunc quomodo ſedeat.*
8 *In nominationibus non veniunt beneficia qualificata ex ſtatuto &c.*
9 *Papa ſimpliciter reſcribens non derogat conſuetudini ſpeciali.*
10 *In dubio Papa non cenſetur tollere numerum Canonicorum.*
11 *Collatio præbendæ eſt collatio Canonicatus.*

Cap. Cum in Eccleſia XXV.

1. CONtinet regulam hãc Decretalis iſta: Expectanti prouiſo auctoritate Apoſtolica, non debetur Præbenda, quæ per Epiſcopi præbendarij mortem vacat, ne aliter futurus Epiſcopus præbenda careat, & numerus Canonicorum augeatur.

2. Barboſa in proponendo concluſionem huius textus addit ad textum, & illum explicat quaſi loquatur de collatione facta à Papa *motu proprio*. Sed in textu non ponitur clauſula *motu proprio*, ſed textus loquitur de prouiſione facta ſimpliciter, vt conſiderat Franc. *n.* 2.

3. Notandum verò primo Eccleſiam dici eſſe Epiſcopi, vt patet ibi *in Eccleſia tua*. Eccleſia autem eſt Epiſcopi quantum ad adminiſtrationem, non quoad Dominium. *capit.* 2. *de probat.* Dom. *n.* 1.

3. Notandum ſecundo ex Gloſſ. *in v. præbendarum*, contingere poſſe vt in Eccleſia ſint plures præbendæ, quam Canonicatus vt hic, & *ſup. de magiſt. cap. penult.* Et è contra plures Canonicatus, quam præbendæ, vt ait Io: And. ex *cap. Cum inde Conſtit. & cap. Relatum ſup. eod. tit.*

5. Notandum tertio circa illa verba *conſuetudinem eſſe* quod quantum ſit ex vi huius textus valet conſuetudo, vt Epiſcopus licet non ſit Canonicus habeat præbendam, quæ non erit tunc Canonicalis, ſed Epiſcopalis. Vnde deducitur conſuetudine introduci poſſe, vt habens principalem Eccleſiam ſimul habeat præbendam, & Canonicatum in illa. Ex quo Franc. *num.* 1. deducit Epiſcopum poſſe diſpenſare vt electus in Archipræsbiterum ſimul habeat, & retineat duas præbendas Dignitati eius annexas, & vlterius Canonicatum, & eius præbendam, Nam ſi hoc poteſt inducere conſuetudo, ita, & diſpenſatio Epiſcopi, cum conſuetudo pendeat à tacito conſenſu eius, qui poteſt condere legem in loco.

6. Sed primo non valet argumentum à conſuetudine ad diſpenſationem Epiſcopi, quia cõſuetudo vim habere poteſt ex tacito conſenſu ſuperioris Epiſcopi. Et imo ſi ſit per tempus legitimum præſcripta habet vim a iure communi, & ſic non eſt neceſſe quod vim habeat à conſenſu Epiſcopi, & conſuetudo ad id ſe poteſt extendere, ad quod poteſtas Epiſcopi non ſe extendit. Et præterea ſecundo quod Epiſcopus non poſſit diſpenſare, vt aliquis ſimul habeat Dignitatem, & Canonicatum cum præbenda, probatum eſt *ſup. cap. de conſuet. q.* 2. *a.* 3. *num.* 392. *in hoc lib.* Quod modo etiam indubitatum

eſt

eſt ex Concil. Trid. *ſeſſ.24. cap.* 19. An verò valeat nunc cõſuetudo habendi ſimul Dignitatem, & Canonicatum, vel plura beneficia ſufficientia dixi ſatis *d. art.3. à n.*409.

7. Notandum quarto ex illis verbis *Epiſcopus, qui eſt pro tempore*, contingere poſſe, vt Epiſcopus licet non ſit Canonicus habeatur tamen pro Canonico quantum ad vocem, & præbendam. Archid. autem exiſtimat quod Epiſcopus non poſſit eſſe Canonicus, quia idem non poteſt eſſe Pater, & Filius. Sed Io: And. quem ſequitur Dom. *num.* 4. contrarium tenet, quia non eſt inconueniens, quod in eadem perſona reſpectu diuerſorum diuerſæ ſint qualitates. Addit etiam Barboſa *num.* 2. quod Epiſcopus, quando aſſiſtit in Capitulo tanquam Canonicus habet in eo vocem. Quod, & aduertunt Grat. *diſcep.*106. *a. num.*9. Loter. *de re beneſ. l.* 1. *q.*16. *num.* 104. Tunc verò ſedebit ſub Decano, vel ſub eo, qui Capitulo præſidet Gloſſ. *in v. Prælatus, cap. à collatione de appellat. in hoc lib.* Menoch. *de arbit. caſ.* 68. *num.* 23. Grat. *diſcep.* 411. *num.* 14. Loter. vbi ſup. *num.* 104. Et nihilominus propter præeminentiã Epiſcopalẽ, habebit primum locum poſt eundem Præſidem Panorm. *in cap. Poſtulaſtis num.* 8. *de conceſſ. Præbend.* Felin. *in rubr. de maior. & obed. nu.*10. Gratian. *diſcept.* 106. vbi multa de hoc puncto. Et ſic etiam licet habeat ſolumodo vnum votum, illud eſt maioris ponderis propter Epiſcopalem dignitatem. Barboſa *de off. Epiſcop. allegat.* 73. *num.* 18.

8. Notandum quinto circa verba illa. *Præbendam, quam per mortem Epiſcopi &c.* Quod præbenda huiuſmodi Epiſcopalis eſt ſpecialis qualitatis. In nominationibus verò non veniunt beneficia qualificata, vel ex ſtatuto, vel ex cõſuetudine, Rebuff. *in tract. nomin. q.* 15. *num.* 29. Barboſ. *n.* 3.

9. Notandum ſexto ad illum verſ. *Ne contra dictam conſuetudinem*, quod Papa ſimpliciter reſcribens, non intendit derogare conſuetudini ſpeciali alicuius Eccleſiæ, ad quod facit *cap. fin. de conſuet. ſup. in hoc lib.* & notat Franc. *num.* 2. Quid verò dicendum ſit in mandatis beneficialibus, ſi addatur clauſula generalis non obſtantibus conſuetudinibus habetur ex dictis *ſup. capit. fin. de conſuet. in hoc lib. à num.* 53. Videatur etiam Rota *dec.* 5. *de conſuet. in nou.*

10. Notandum ſeptimo ad illa verba. *Et dictus Canonicorum numerus.* Papam in dubio non cenſeri tollere numerum Canonicorum determinatum in collegiatis, vt hic aduertunt Anchar. *not.* 5. Dom. *n.* 3. & Franc. *n.* 2.

11. Et ex eiſdem verbis etiam conſiderandum octauo, quod in Eccleſia numerata in mandato de prouidendo, vbi mandatur prouideri de præbenda, ſimul mandatur prouideri de Canonicatu. Et ſic collatio præbendæ ſimul tacitè eſt collatio Canonicatus, quia Papa hic prohibet conferri pręebendam, ne ex hoc Canonicorum numerus augeatur, quia nimirum ex collatione præbendæ dici debeat conferri etiam Canonicatus. Fr. *num.* 3. *Et de hoc vide ſup. cap. Si Clericus n.*6. *in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Per adeptionem ſecundi beneficij cuius fructus ad tempus ex priuilegio competunt Epiſcopo primum beneficium non cenſetur vacare.* 3.

2 *Hoc verum eſt vniuerſaliter reſpectu cuiuſcumque priuilegiati, & ex cauſa iuſta.*

3 *Si tamen poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica.*

4 *Etiam ſi Papa contuliſſet beneficium, ſub conditione quod primum vacaret.*

5 *Excommunicatio à Legato lata contra retinentes plura beneficia non comprehendit hunc caſum.*

6 *Supradicta vera ſunt vbi fructus ſolum ad tempus, non perpetuo, ſeu ad vitam ſunt conceſſi. Quid vbi beneficium eſt de vento?* 6.

7 *Non intrat regula data vbi fructus non auferuntur beneficiato, ſed differuntur.*

8 *Intrat ſi fructus primi anni reſeruantur pro fabrica Eccleſiæ.*

9 *Modo fructus beneficiorum deputari non poſſunt menſæ Capitulari, aut Epiſcopali.*

10 *Sufficit ſi de iure, vel de facto ex conſuetudine vel ſtatuto fructus alteri dantur.*

11 *Accipiens ſecundum beneficium licet non percipiat fructus, plenè ſimpliciter illud poſſidet, nec poteſt illud dimittere, & primum poſſidere.*

12 *Tenetur intra annum Sacerdotium obtinere.*

13 *Ad hoc vt beneficium primum cenſeatur vacare neceſſaria eſt pacifica poſſeſſio fructuum ſecundi.*

14 *Ad impetrandum beneficium neceſſaria eſt mentio habiti beneficij etiam ſi non percipiuntur eius fructus.*

15 *Aequitas ſeruanda in deciſione cauſarum.*

16 *Quid in Epiſcopo non percipiente fructus Epiſcopatus.*

Cap. ſi tibi conceſſo XXVI.

1. HVius *capit. thema idem eſt vt in cap. Si propter tua, ſup. in hoc tit.* in hoc conſiſtens, quod ſi alicui Epiſcopo pro ſoluendis Eccleſiæ debitis Papa concedat fructus beneficiorũ, quæ in ſua Diœceſi ad tẽpus vacabũt. Hoc enim ſuppoſito aliam regulam tradit Pontifex, & decernit quod per adeptionem ſecundi beneficij curati, quamdiu Epiſcopus illis fructibus gaudebit primum beneficium curatum non cenſeatur vacare. Quæ verò pertinent ad thema propoſitum explicata ſunt *d. cap. ſi propter*.

2. Quamuis verò Decretalis iſta loquatur De Epiſcopo, cui conceſſi ſint fructus vacantiũ beneficiorum, & pro cauſa aſſignet neceſſitatem ſoluendi debita; tamen hæc exemplariter poſita ſunt à Bonifacio VIII. iuxta ſtylum ſuum. Vnde reſolutio eſt vniuerſalis primo reſpectu perſonæ cui conceſſi ſunt fructus, & ſecundo reſpectu cauſæ iſtius conceſſionis, ſufficit enim quod ſit cauſa iuſta, ſiue ſit petita ex neceſſitate ſoluendi debita Eccleſiæ, ſeu ex nobilitate, & prærogatiua perſonæ, ſiue ex longa neceſſaria peregrinatione, ſiue ex neceſſitate magnæ emptionis, ſiue ex paupertate inculpabili, ſiue ex alia ſimi-

ſi iuſta cauſa. Gloſſ. *in verbo debitus*, *&* ibi Archid. Io: And, Dom. *n* 7. Franc, *n.* 3.

3. Vnde regula generalis ex iſto textu deſumpta eſt, quod per adeptionem pacificam tantum tituli beneficij, & exercitij curæ animarũ, ſi illam habet, vel officij annexi beneficio, non vacat primum beneficium ex vi *cap de multa de præbend.* Si beneficiatus ſimul cum beneficio non habet liberam poſſeſſionem omnium, aut ſaltem maioris partis fructuum beneficij. Gloſſ. Archid, Io. And. Auchar. Dom. Franc. & Barboſa: Caſſad. *deciſ.* 9. *de cauſ. poſſeſſ. num.* 2. Hoied. *de incompatib. benef. cap.* 13. *num.* 48. *&* 80, Prob. ad Mon. hic *num.* 2, Rota *dec.* 3. *de præben, in nou.* Azot, 2. *p. l.* 7. *cap.* 16. *q.* 9. Palaus *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2, §. 6. *num.* 22. Garz. *de benef. p.* 11. *n.* 123. Oldrad. *conſ.* 112. *num.* 3. Qui aduertit, quod huius textus reſolutio non eſt abrogata per extrauag. Execrabilis, *de præb.* & ex eo id aduertunt Barboſ. *num.* 5. Garz. *d. capit.* 5. *num.* 125. Tuſc *concl.* 44. *num.* 17. *lit. C.*

4. Ampliatur verò reſolutio vt procedat etiam in caſu, in quo Pontifex contuliſſet alicui beneficiũ ſub conditione quod habita eius poſſeſſione vacaret primum. Nam ex quo fructus ſecundi beneficij non percipiuntur primum non debet dici vacare, vt poſt Io: And. tradunt Anchar. *not.* 2. Dom. *n.* 7. Franc. *n.* 4.

5. Item ſi Legatus à latere excommunicaret omnes habentes, & retinentes duo beneficia incompoſſibilia, hæc cenſura non afficeret tenentem ſecundum ſine fructuum perceptione; quia hoc non eſt contra ius commune, & ideò ad hunc caſum non ſe extendit excommunicatio illa. Nam, & ſi contingat quod lex limitet aliam legem communem, limitat etiam legem particularem idem diſponentem quod lex illa communis limitata. Cum ergo per legem huius Decretalis limitata ſit lex *cap. De multa, de præb.* ſimul limitata manet lex ſeu præceptum Legati idem diſponentis. Ita ex Io. de Deo, & ex Io. And. Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 4.

6. Limitatur tamen primo reſolutio generalis huius textus, vt non procedat niſi in caſu, in quo fructus ſint reſeruati ad certum tempus, vt patet, ex textu ibi *vſque ad certum tempus* ſecus verò ſi ſint reſeruati perpetuo, aut ad vitam reſeruatarii. *Rota in Placentina portionis* 1591. *coram Seraph.* Garz. *par.* 11. *capit.* 5. *num.* 135. Oppoſitum huius tenet Palaus *d.* §. 6. *num.* 23. quia ratio vnde non vacet primum eſt, ne beneficiatus cogatur mendicare. Sed ratio allata à Gloſſa, & ab aliis eſt, quia beneficiatus non omninò plenè aſſecutus eſt ſecundum beneficiũ, ideò non vacat primum. Cœterum ne Clericus cogatur mendicare ſufficit ſi illi aſſignetur congrua ſuſtentatio, quæ aſſignari debet in terminis extrau. Io. 22. *Suſcepti* 2. *de elect. vt dictum eſt cap. Si propter num.* 10. *de reſcript. in hoc lib.* Et ideò limitatio aſsignata vera eſt, & tenenda. Ex eadem verò Rota idem Garz. aduertit, regulam textus procedere poſse etiam vbi ſecundum beneficium ſit de vento, quod nõdum habet fructus, licet illos expectet, & habiturum ſit ex alterius vacatione. Sed ego dubito abſolutè de hoc caſu, quia non eſt iuri conforme, quod per multum tempus aliquis habeat duo curata. Poteſt verò eſſe, quod beneficium, quod dicitur de vento, tale duret per multum tempus. Vnde in tali beneficio militat ratio textus. Quamobrem quod huiuſmodi nudus titulus, & honorarius tantum inducat ſaltem incompatibilitatem ex eodem textu, & decreto S. Cong. tradit idem Garz. *n.* 126. *in fin.*

7. Limitatur ſecundo vt non verificetur regula in caſu in quo fructus ſecundi beneficij nõ auferuntur à beneficiato, ſed differuntur, quia v. g. fructus primi anni dantur hæredibus defuncti, vnde etiam dabuntur poſt mortem hæredibus illius beneficiatis qui illis priuatur primo anno. In hoc enim caſu fructus non auferuntur, ſed differuntur. Et ideò licet beneficiatus non percipiat fructus primi anni, per admiſſionem tamen talis beneficij vacat primum. Rota *in Salmant. dimidia portionis* 11. *Decemb.* 1585. *coram* Orano, *& ex declar.* S. Cong. Garz. *d. cap.* 5. *par.* 11. *num.* 137. Palaus *d.* §. 6. *num.* 23.

8. In illis verò Eccleſijs in quibus fuit conſuetum, quod beneficiati non percipiant fructus anni, neque tamen huiuſmodi fructus reſeruantur poſt mortem eiſdem beneficiatis, ſed deputantur Fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio vſui, non vacabit primum beneficium ex adeptione ſecundi, donec fructus eius percipiantur. Quamuis in hoc ſeruanda ſit Conſtitutio *Pij* Quinti, qui huiuſmodi aſſignationes reuocauit quoad dimidiam, quando vltra ſemeſtre reperiantur. conceſſi.

9. Sed vbi fructus, quos amittit ad certum tempus beneficiatus, cedunt antiquis, aut menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ante Concil. Trident. habuiſſet locum præſentis *cap.* regula, ſi legitimè fructus præfati fuiſſent vt ſupra aſſignati. Sed modo per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 14 Et per Pium Quintum *in d. Conſt.* reuocatæ ſun omnes conſuetudines etiam immemorabiles, & ſtatuta etiam à Sede Apoſtolica confirmata pe quæ fructus beneficiorum primi anni, aut alte rius temporis deputati ſunt vel fabricæ Eccle ſiæ, vel menſæ Epiſcopali, aut Canonicali. Vn iſte caſus iam amplius non datur.

10. Quatenus tamen daretur regula huius textus ſe extenderet, vt vult idem Garzias *num.* 157. Qui *num.* 168. Hoc extendit ad omnem caſum, & ſiue de iure ſiue de facto ſupradicta obſeruantur, & vi præfatarum conſuetudinum aut ſtatutorum beneficiato auferantur fructus ad certum tempus, ſufficit enim ad hoc, vt ex vi huius *cap.* non vacet primum beneficium, ſi per Beneficiatum non ſtat, quod fructus non recipiat. Quamuis *n.* 166. probabiliter hoc limitet in caſu applicationis fructuum ad menſã capitularem, quia tunc non cenſeantur auferri fructus, ſed non dari, & non deberi, ſuppoſito tamen quod interim aliquos fructus aut diſtributiones licet non maiorem partem reciperet. Sed cum de iure communi beneficiato debeantur fructus beneficii, ſi ex quocumque priuilegio etiam ad breue tempus alteri conceduntur, ab eo auferuntur.

11. Eſt autem difficultas circa id, quod dicitur in textu, ſcilicet, quod primum beneficiũ

non

Digitized by Google

non debet reputari vacare. Nam ſi non vacat, poterit igitur Beneficiatus donec priuilegiatus alius percipit fructus beneficij ſecundum dimittere, & primum non vacans retinere. Et ita ſentit Garz. *d. l.* 11. *cap.* 5. *num.* 129. citans pro ſe Gloſſ. *in v. vacare*. Sed oppoſitum eſt verum neque enim dicitur in textu, quod primum non vacat, ſed quod non debeat putari vacare, quia nimirum non vacat omnino, ſed temporaliter durat, & vacantiæ effectus ſuſpenditur ad tempus. Cæterum quia de ſe beneficium eſt perpetuum, ex quo beneficiatus acceptat & conſequitur ſecundum beneficium acceptat illud, vt perpetuum, & vt perpetuo poſſidendum, & remanet ſolum priuilegiatus, vt temporaliter poſſit primum adminiſtrare, & eius fructus percipere. Nec oppoſitum ſenrit Gloſſ. quamuis non omnino bene loquatur, dum dicit, quod beneficiatus non plene ſit adeptus ſecundum, quia cum recipiat titulum beneficij, & eius adminiſtrationem, plene illud aſſequitur ſimpliciter loquendo, & ſolum ex priuilegio conceſſo alteri non poteſt pro tempore fructus beneficij percipere, & ideo illud ſecundum beneficium non poteſt amplius dimittere, & primum retinere vt poſt Io. And. tradunt Franc. *n.* 2. Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 7. Bonifac. in Clem. ſi plures *num.* 50. *de eod. tit.* Coſmas *tit. de collat.* §. *Item inſuper v. diſponere*. Vnde minus bene etiam loquitur Barb. *nu.* 2. & male ad hoc citat Franc. dum ait, quod in effectu non dicitur beneficium obtinere, qui ex beneficio fructus percipere non poteſt. Nam cum obtineat titulum & effectum principalem, qui eſt adminiſtratio beneficij, & ſolum ad tempus ſit ſuſpenſus à perceptione fructus ſimpliciter beneficium obtinet, & ſolum ſecundum quid non obtinet illud ad tempus.

12. Hinc eſt, quod iſte beneficiatus cum cura animarum tenetur ad ſacerdotium intra annum promoueri, licet non percipiat fructus, quia habet adminiſtrationem beneficij liberam, vt hic tradit idem Franc. *nu.* 5. & poſt eum idem. Barb. *num.* 6. Rebuff. *in prax. tit. de non promotis intra annum à nu.* 11. Graff. *lib.* 2. *cap.* 97. *nu.* 49 Garz. *d. cap.* 5. *num* 125. *&* 126.

13. Quando tamen huic Beneficiato moreretur his ante perceptionem fructuum in eo caſu primum beneficium non vacaret, ob non pacificam adeptionem ſecundi beneficij, Garz. *d. cap.* 5. *num.* 132. Ad hoc enim vt primum beneficium vacet neceſſaria eſt pacifica poſſeſſio nedum tituli, & exercitij curæ, aut officij annexi beneficio, ſed etiam fructuum beneficij, vt dictum eſt. Sufficit vero pacifica poſſeſſio maioris partis fructuum Gratian. *diſcep.* 296. *n.* 38. Barb. *num.* 7.

14. Habens vero ſecundum beneficium, licet non percipiat eius fructus, etiam ſi a teri fructus eſſent reſeruati per modum penſionis in impetratione beneficiorum, dicti beneficij mentionem facere tenetur, quia adhuc habet benefi. cium Barb. *num.* 4.

15. Ponderans vero Dom. *num.* 2. verbum illud *Equum eſt* aduertit æquitatem ſeruandam eſſe in deciſione cauſarum. Iudices tamen inferiores vbi ius eſt certum, de iure ſententiare debent. In dubijs vero æquitas locum habere poterit, quæ tamen ſit iuri conformis.

16. Tandem aduerte, quod quæ dicta ſunt de Beneficiatis, extendi etiam poſſent ad Epiſcopatus, vt ſi contingat Epiſcopum confirmatum ad certum tempus non recipere fructus Epiſcopatus, non cenſeantur vacare benefic ia prius habita, quoad vſque certo tempore completo eoſdem fructus pacifice percipere poſſit, Dom. *conſ.* 335. *nu.* 4. & Garz. *d. cap.* 5. *nu.* 124. *par.* 11. Quamuis Mandoſ. *in add. ad d. conſil.* 335. *L. C.* dicat, quod iſta opinio non ſeruatur.

SVMMARIVM.

1. *Si mandatur prouideri de præbenda non ſacerdotali, vel integra, vel maiori, non poteſt conferri ſacerdotalis, vel dimidia, vel minor etiam ſi impetrans eſſet contentus.*
2. *Fines mandati obſeruari debent.*
3. *Nedum in diſpeaſationibus ſed etiam in gratijs ſit extenſio ad connexa neceſſario gratiæ conceſſa.*
4. *Dantur præbendæ ex inſtitutione ſacerdotales.*
5. *Si ante datam Mandati Præbenda fuiſſet diuiſa in duas, vtraque cenſeretur integra. Et quid ſi diuiſio fuiſſet facta poſt mandatum.*
Mandatum de maiori præbenda valet non facta mentione de media.
Mandatum de maiori cum clauſula non obſtantibus &c. valet vbi non poteſt conferri maior immediatè num. 5.
6. *Sub nomine Præbendæ non venit dimidia.*
Nec ſub nomine beneficij venit Præbenda vel è contra num. 6.
7. *Si mandetur prouideri de beneficio competenti, venit illud, quod eſt competens ſiue ſit Præbenda ſiue aliud.*
8. *Plures formæ mandati de prouidendo ad aliquā ſummam, & earum diuerſitas.*

Cap. Cui de non Sacerdotali.

1 TRimembrem regulam continet Decretalis iſta, ratione munitam. Dicitur enim, quod quia mandata huiuſmodi beneficialia talia ſunt, vt eorum fines diligenter obſeruari debeant, ideo ſi mandatur alicui conferri beneficium non ſacerdotale, non poteſt ei conferri ſacerdotale, & ſi mandetur de integra præbenda, non poteſt conferri dimidia, etiam ſi ille de dimidia ſit contentus; & ſi mandetur de præbenda certi valoris, non poteſt etiam volenti conferri minoris valoris.

2. In beneficialibus igitur mandati fines ſunt rigoroſe obſeruandi ſecundum expreſſa in mandato, & ſecundum propriam vim verborum & ſic in his mādatis omiſſum habetur pro omiſſo, nec poteſt fieri extenſio ad non expreſſa; quod vniuerſaliter intelligitur de huiuſmodi mandato à quocumque detur habente poteſtatem ſic mandandi. In his enim mandatis non habet locum argumentum à maiori ad minus, vt hic cum textu tradunt Gloſſ. Io. Mon. Io. And. Archid. Anchar. Dom. Franc. *&* Barboſ. Panorm. *& alij in cap.* per venerabilem, qui filij ſunt legit. *& in cap. Poſtulaſti de præſcript.* Nec

de conſenſu partium poteſt omitti forma mandati, ſi tamen forma mandati alteratur, & ſic partes non poſſunt permittere, quod executores aliud faciant, quam in mandato continetur, etiam ſi reſpiciat commodum, vel incommodũ impetrantis, vt hic in textu, & citati DD. ſ. adduc.

3. Limitat vero hoc Franc. vt valeat quidẽ in gratijs, & priuilegijs non valeat verò in diſpenſationibus, quia ſi quis diſpenſatur ad Diaconatum cenſetur diſpenſari ad ordines inferiores; ſed hæc non eſt limitatio, ſed explicatio neceſſario intelligenda in omni mandato, vt quando minus continetur ſub maiori neceſſario, conceſſo maiori intelligatur conceſſum minus. Quia enim non poteſt eſſe Epiſcopus qui non eſt ſacerdos, ideo diſpenſatus ad Epiſcopatum, eſt diſpenſatus ad ſacerdotium, ſed hoc haberet locum etiam in priuilegijs, nam ſi aliquis non poſſet Ordinari à Titio ad ſacerdotium niſi ab eo ordinaretur prius in Subdiaconum, & hoc Papæ conſtaret, ſi Papa concederet facultatem Titio, vt ordinaret in Diaconum, concederet etiam vt ordinaret in ſubdiaconum. Sed attendi debet, an gratia concedatur, & ſi gratia conceſſa neceſſariò ex iure Pontifici notoclaudat aliam ad ſui valorem. Nam v. gr. licet Papa diſpenſans cum illegitimo vt poſſit ordinari in ſacerdotem, ſimul diſpenſet eum eo ad minores Ordines, quia de iure non poteſt ille ſacerdotium ſuſcipere alijs non ſuſceptis. Si tamen Papa concederit Titio illegitimo vt poſſet ordinari ad ſacerdotium à non proprio Epiſcopo, non per hoc à non proprio Epiſcopo poſſet ordinari ad minores ordines, quia facultas vt poſſit quis ordinari ad ordinẽ maiorem à non proprio Epiſcopo non habet connexionem neceſſariam cum facultate ordinandi ad alios ordines, neque enim de iure eſt vt non poſſit à non proprio Epiſcopo ordinari quis ad ſacerdotium, niſi ab eodem ordinetur ad minores ordines, ſicut de iure eſt, vt non ordinatus ad Minores Ordines non ordinetur ad ſacerdotium. [illegible] non ſufficit quod connexio neceſſaria ſit de facto ex cauſa accidentali, vt quia ex accidenti impetrans non poteſt à proprio Epiſcopo ordinari ad alios Ordines, vt poſſit fieri extenſio, quia hæc connexio & eſt ex accidenti, & cum ſit quid facti præſumitur ignota Papæ concedenti; ſed requiritur quod neceſſaria connexio ſit de iure; debet enim nota eſſe concedenti, vt ex connexione præſumatur mens concedentis ad extenſionem faciẽdam ad connexum, ne alias conceſſio ſit inualida, vel abſurda.

4. Quantum vero ad primam partem regulæ notatur, quod dari poſſunt præbendæ ſacerdotales habentes annexum ſacerdotium, ita vt non ſacerdos præbendatus eſſe non poſſit. Tales enim ſunt, quæ ex fundatione habent annexum ſacerdotium. Si ergo mandetur alicui prouideri de præbenda non ſacerdotali, non poteſt ei conferri ſacerdotalis.

5. Secunda pars regulæ vero loquitur in illis Eccleſijs, in quibus datur diſtinctio præbendarum in integras & dimidias, ſi ergo mandatum ſit prouideri de integra non poteſt de dimidia. Si tamen ante datam literarum vna præbenda integra fuiſſet diuiſa in duas illæ eſſent integræ præbendæ, & vna illarum ſi vacaret conferri poſſet, & deberet. Quid vero dicendum eſſet, ſi præbenda poſt datam literarum eſſet diuiſa in duas colligitur ex Clem. *litt. de reſcript.* vbi de hoc Gloſſ. & DD. Si autem in Eccleſia eſſent præbendæ maiores, mediæ, & minores, & daretur mandatum prouideri de maiori præbenda, valeret mandatum, etiam ſi non eſſet facta mentio de media præbenda, & impetrans poteſt prouideri de maiori, omnes enim aliæ etiam mediæ ſunt Minores, Rota *dec. 217. ſeu 14. de Præben. in nou.* & Franc. *nu. 5.* Quod ſi in Eccleſia eſſet ſtatutum, vt quis non poſſet obtinere immediatè præbendam maiorem, niſi prius minorem obtinuiſſet valeret mandatum cum clauſula generali *non obſtantibus ſtatutis &c. vt cap. cum aliquibus, ſup. de reſcrip. in hoc lib.*

6. Ex his etiam deducitur quod ſub nomine præbendarum non veniunt dimidiæ præbend. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 45. *à num. 39.* & ex eo Barboſ. hic *num. 3.* Sed & Archid. quem ſequitur Franc. *num. 9.* vult quod ſub nomine beneficij non veniat præbenda, & ſic ſi mandetur prouideri de beneficio non poſſit prouideri de præbenda. Et ſi mandetur de Præbenda nõ poſſit conferri beneficium alterius ſpeciei. Niſi in Eccleſia non eſſent alia beneficia, quam præbendæ.

7. Si tamen mandaretur prouideri de beneficio competenti, quia in hac forma mandati habetur reſpectus ad conditionem perſonæ, ideo ſi impetrans mereretur præbendam poſſet de illa prouideri Archid. hic, & Franc. *d. numer. 5* Et idem ad beneficium, ſi ad illud eſſet idoneus. & ſi ad vtrumque eſſet idoneus illi deberetur, quod ex illis prius vacaſſet poſt datam literarum, & ſi ſimul vtrumque vacaſſet, ſeruandum eſſet, quod dicitur ſupra *cap. ſi pluribus, in hoc tit.*

8. Quantum ad tertiam partem regulæ, aduertendum quod ſub ſimplici forma poteſt mandari prouideri de beneficio per reſpectum ad valorem ſi ius, vel ſcilicet quia prohibeatur prouideri vltra certam ſummam, vel quia mandetur prouideri vſque ad certam ſummam, vel quia mandetur prouideri de certa ſumma. Nam in primis duobus caſibus poteſt prouideri de quocunque beneficio intra ſummam præfixam, vt dicitur *ſup. cap. Quamuis in hoc tit.* Niſi mandaretur prouideri de beneficio cõpetenti vſque ad certam ſummam, quia tunc non poſſet prouideri de beneficio minori ſi illud eſſet incompetens. Sed vbi mandatur prouideri de certa ſumma, nedum non poteſt prouideri de minori, ſed perdificile erit inuenire beneficium tale, qui vel non minoris vel non maioris valoris ſit. Neque obſtant *reg. Plus, & in toto, inf. de reg. iur.* quia regulæ illæ locum habent vbi plus, & minus ſe habent vt pars, & totum intra eandem ſpeciem, non verò vbi plus, & minus ſunt tota integra diuerſa, & ſunt diuerſæ ſpeciei numerorum, quia tunc mandatum in vno, non ſe extendit ad aliud vt poſt Dom. ait Franc. *n. 6.* Barb. *n. 4.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 21. n. 35. & 36.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conferre poteſt primum beneficium nō vocato illo qui obtinuit pacificè ſecundum, ſed eodem non vocato non poteſt mittere in poſſeſſionem illius eum, cui illud contulit.*

2 *Secundo beneficio incompoſſibili pacifice obtento Ordinarius quilibet poteſt poſſeſſore irrequiſito conferre primum beneficium, non tamen dari poteſt eius poſſeſſio.*

3 *Primum beneficium non vacat ex ſola collatione & acceptatione ſecundi.*

4 *Pacifica poſſeſſio beneficij non eſt ſi poſſidens turbatur de facto, ſi non de iure, & ſiue moleſtia illata ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis.*

5 *Et ſiue moueatur hic ſuper perceptione fructuum ſiue ſuper iure beneficij.*

Ad interrumpendam poſſeſſionem neceſſe eſt vt moleſtiæ ſint ſuper perceptione fructuum 5.

6 *Pacificam poſſeſsionem beneficij non habet, qui in limine captæ poſſeſſionis turbatur.*

Et hoc eſt neceſſarium vt ex adeptione ſecundi beneficij non amittat primum 6.

Moleſtia dicitur dari incontinenti & in limine ſi datur intra duos menſes 6.

7 *Vbi intra duos menſes poſſeſſor ſecundi beneficij non fuit turbatus vacat primū, & quidem à die capta poſſeſsionis ſecundi.*

8 *Menſes iſti incipiunt à die pacifica poſſeſsionis, vel notitiæ illius.*

Sufficit ſi poſſeſſio ſit pacifica reſpectu poſsidentis 8.

9 *Non eſt neceſſe quod poſſeſſio primi ſit pacifica, ſi ſit pacifica poſſeſſio ſecundi.*

Etiam ſi poſſeſsio pacifica primi pendente lite circa ſecundum vacabit primum.

10 *Vacat primum, ſi per obtinentem ſtetit, vt ſecundi pacifica poſſeſſio capta non fuit.*

11 *Et ſtat per eum ſi negligit expedire Bullas, non tamen ſi non agit contra intruſum.*

12 *Ordinarius primum beneficium quod ipſo iure vacat per adeptionem pacificam ſecundi poteſt conferre poſſeſſore non vocato.*

Et non eſt neceſſe, quod præcedat declaratoria 12.

13 *Hoc non procedit ſi beneficium non vacat ipſo iure.*

14 *Beneficium poteſt conferre etiam in dubio ſi beneficium tacet.*

15 *Executor poteſt conferre beneficium poſſeſſum, ſi de iure vacat.*

Executor poteſt mittere in poſſeſſionem beneficij collati 15.

16 *Patronus poteſt præſentare alium ſi beneficium de iure vacat.*

17 *Ordinarius enim cui contulit beneficium de iure vacans non poteſt mittere in poſſeſsionem poſſeſſore non vocato.*

18 *Ratio huius duplex.*

Poſſeſſor non poteſt priuari poſſeſſione non citatus 18.

19 *Vbi collatio facta fuit cognita cauſa non eſt neceſſaria alia citatio.*

Vt poſſeſſor beneficij amoueatur debet cauſa cognoſci 19.

20 *Qualiter cognoſcenda iuſtitia poſſeſsionis primi, & ſecundi beneficij.*

21 *Epiſcopus non ſemper mittit in poſſeſsionem, ſed dat mandatum de imittendo.*

Cap. licet Epiſcopus XXVIII.

1 QVomodo primum beneficium quod vacat ex adeptione ſecundi incompoſſibilis conferri poſſit decernitur in hac Decretali ad declarat. *cap. de multa ſup. eod. tit.* & dicitur, quod licet Epiſcopus beneficium curatum poſtquam beneficiatus aliud ſimile accepit, & eius poſſeſſionem pacificam obtinuit, vel per eum ſtetit, quod non obtineret alteri conferre poſſit beneficiato irrequiſito, tamen eum non poteſt ipſo non vocato in poſſeſſionem mittere.

2. Hic quoque Papa demonſtratiuè ſeu exemplariter loquitur, & regula textus vniuerſaliter de omni Ordinario collatore, & de omnibus beneficiis incompatibilibus intelligitur, vt notant Gloſſ. *in v.* Epiſcopus, vnde ſecundum Zan. & alios vniuerſalis regula eſt, quod ſecundo beneficio curato, ſeu incompatibili effectualiter adepto primum conſimile (eius poſſeſſore irrequiſito) conferri poteſt, non autem eius poſſeſſio dari.

3. Ex hac vero regula tres præcipuæ concluſiones deducuntur. Quarum prima eſt, quod primum beneficium non vacat ex ſola collatione ſecundi incompatibilis, & eius acceptatione, ſed requiritur pacifica eiuſdem poſſeſſio, Io. Mon. Archid. & Io: And. Anchar. *not.* 5. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1. Barb. *num.* 2. Rota *in Flor Canonicatus* 11. *Martij* 1558. *coram Card. S. Crucis*, *& in* Panorm. *beneficiorum* 9. *Ianuarij* coram Accorambono Caputaquen. *dec.* 294. *par.* 2. Nauar. *conſ.* 14. *&* 18. *ſub hoc tit. de antiq.* Maſcard. *de prob. concl.* 183. Flam. de reſig. *l.* 3. *q.* 1. *n.* 129.

4. Duo autem hic videri debent. Primum quæ ſit poſſeſſio pacifica? Nam aliqui volunt eam eſſe pacificam, cum accipiens poſſeſſionem vel à nullo deturbatur de facto, & de iure, Flam. *de reſignat. l.* 3. *q.* 1. *num* 130. Barb. vero *hic nu.* 3. ait requiri vt poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica nedum de facto, ſed etiam de iure, id eſt non litigioſa, ſed abſque controuerſia iuris, & facti iudicialis, & extraiudicialis. Sed Archid. *hic in v. Pacifica*, & ibi Io. And. poſt Innoc. & Hoſt. *in cap conſtitutis de appellat.* quos ſequitur Franc. *num.* 1. dicunt ſufficere ad hoc vt non ſit pacifica, ſi accipiens, vel poſſidens deturbatur à poſſeſſione de facto, ſi non de iure; factum enim ſufficit ad deturbandam pacem, & vt beneficiatus ſi priuaretur primo beneficio ex adeptione ſecundi maneret omnino ſine beneficio, & cogeretur mendicare, ſufficeret ſi de facto poſſeſſionem ſecundi non poſſet obtinere. Et ita quod ad talem pacificam poſſeſſionem ſufficiant moleſtiæ extraiudiciales, & de facto tenuit Rota *in Toletana Archidiaconatus de Talauera de menſe Iunij* 1592. coram Card. Seraph. quam recenſet Garz. *p.* 11. *cap.* 5. *num.* 105. Et eſt de mente Gloſſ. *&* Card. in Clem. Gratiæ *de reſcript. nu.* 8. & ibi Barboſ. *num.* 22. Prob. ad Monach. *in cap. commiſſa num.* 2. *de elect. in hoc lib.* Felin. *in cap. cum Io. num.* 33. *de fide inſtrum.* Caſſad. *dec.* 9. *de cauſa poſſeſſ.* Garz. vbi ſupra *num.* 106.

5. Et

Digitized by Google

5. Et non eſt neceſſe ad effectum inducendi vacationem primi beneficij, quod lis moueatur beneficiato ſuper perceptione fructuum, ſed ſufficit ſi moueatur etiam ſuper titulo, & iure beneficij, quia beneficiatus vt careat primo beneficio debet eſſe certus de aſſecutione beneficij ſecundi, vt apud Garz. *d. num.* 106. notat Rota *in Tiraſonen. Canonicatus 9. Ianuarij* 1598. *hoc text.* Neque applicatur doctrina Rotæ *dec.*3. de cauſa poſſeſſ. in antiquis volẽtis quod vbi aliquis ſit in poſſeſſione beneficij, eſt pacificus poſſeſſor ſi ſibi non mouetur lis ſuper perceptione fructuum, licet moueatur lis ſuper iure beneficij. Quidquid enim ſit ad effectum interrumpendæ poſſeſſionis, quo caſu moleſtiæ debent eſſe circa poſſeſſionem & fructuum perceptionẽ nihilominus, vt ait Rota *in d. Tiraſonen.* ad effectum, vt ex adeptione ſecundi beneficij vacet primum ſufficit lis mota, etiam ſuper iure beneficij, ex qua oritur timor ne quis careat vtroque beneficio Garz. *d. num.* 1_6. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 15. *num.* 117.

6. Secundum quod conſiderari debet eſt, quod cum tunc non cenſeatur quis adeptum fuiſſe pacificam poſſeſſionem, quando ſtatim & incontinenti, ſeu in limine legitimæ poſſeſſionis fuit in ea turbatus, Gloſſ. *in v. pacificam, cap. commiſſa ſup. de elect. in hoc lib.* & ibi Panorm. *in cap. de multa num.* 16. Bellam. *dec.* 59. Caſſad. *dec.* 9 *de cauſa poſſeſſ.* quid importat quod dicitur ſtatim, aut incontinenti, ſeu in limine? Flam. *lib.* 3. *de reſig. q.* 1. *num* 131. vult quod hoc determinare ſit arbitrarium Iudici, & idem voluerunt Prob. ad Mon. *d. cap. commiſſa num.* 2. Menoch. *caſu* 11. Roſin. *de beneſ. cap.* 2. *n.* 7. Sed Boniſac. ad Clem. *ſi plures nu.* 63. *de Præb. cui conſentit* Maſcard. *de probat. concl.* 183. *num.* 6. & 8. dixit poſſeſſionis poſſeſſionem eſſe in ſuo limine quando durat annus. Sed longe alienum à iure eſt, quod id dicatur ſtatim, aut in continenti, aut in limine euenire, quod intra annum euenit poſt 6. 8. 10. vel vndecim menſes. Et contra praxim eſt, quod ordinarius debeat expectare per annum vt conferat primum beneficium valide, & cum effectu. Et ideo communis ſententia eſt, quam tenuit Lap. *in d. cap. commiſſa*, vt in caſu noſtro turbatio dicatur euenire ſtatim, aut in limine, ſi contingat intra duos menſes, Rota *in c. addit. dec.* 3. *de Præben. in nou.* & *d. Toletana Archidiaconatus*, & *in Calagur. dimidij beneſ.* 17. *Martij* 1603 coram Ortembergo Caſſad. *d. dec.* 9. *de cauſa poſſeſſ.* Staphil. *de lit. gratiæ, tit. de qual. & ſtat. beneſ.* §. *huiuſmodi nu.* 13. Rebuff. *in rep. cap. Poſtulaſtis de Cler excomm. miniſ. in Gloſſ. num.* 72. Quintanaduennas *lib.* 4. *num.* 80. Garz. *d. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 113. Palaus *tract.* 13. *diſp.* 6. *p.* 2. §. 6. *num.* 21.

7. Quamobrem ſi quis pacificè per duos menſes poſſideat beneficium ſecundum, vacat primum. Quod tamen retrotrahitur, itavt beneficium cenſentur vacaſſe à principio captæ, poſſeſſionis, cum ex adeptione ſecundi incompoſſibilis primum beneficium vacet ipſo iure. Rota *in Salnatina dimidiæ portionis, de anno* 1585. coram Orano, quam ſequitur Garz. *d. cap.* 5. *num.* 114.

8. Duo autem iſti menſes poſt quorum lapſum primum beneficium omnino vacat, & promotus ad ſecundum illud tenetur dimittere, non incipit à die collationis, aut acceptationis beneficij, ſed à die pacificæ poſſeſſionis. Imo à notitia obtentæ pacificæ poſſeſſionis, vt ex Rota in *Taraſconen. Canonicatus octaua Nouembris* 1596. coram Orano, & ex Caputaquen. *dec.* 51. *per totam*, & 110. *l.* 2. *tenent* Gonzal. *d.* Gloſſ. 15. *num.* 111. & 112. & Garz. *d. c.* 5. *nu.* 106. Vbi etiam addit ſufficere ſi poſſeſſio ſit pacifica quantum ad ipſum beneficiatum poſſidẽtem, non obſtante quod beneficium ſit litigioſum quoad alios Sarnen. *in reg. de trien. q.* 42. Bellam. *dec.* 562. *ſeu* 563. Rota *in Florent. Canonicatus* 14. *Iun.* 1557. *coram Chiſauen.*

9. Non eſt vero neceſſe vt vtriuſque beneficij ſit pacifica, vt primum vacet, ſed ſufficit ſi ſit pacifica poſſeſſio ſecundi beneficij, nihil vero intereſt, quod primum ſit litigioſum; imo ex hoc multo magis vacat ex pacifica adeptione ſecundi, Innoc. *cap. in noſtra, de reſcript.* Nauar. *conſ.* 14. *num.* 1. *de Præbend.* Rota *in Barchinonen. Archidiac.* 9. *Decem.* 1590. *coram Gropperio & in d. ſalmant dimidia portionis* Garz. *d. cap.* 5 *num.* 107. referens ſic fuiſſe deciſum à S. Congr. Lez. *l.* 2. *cap.* 34. *num.* 141. Palaus *d. tract.* 13. *diſp.* 6. *p.* 2. §. 6. *num.* 16. Addunt vero Garz. & Palaus, quod ſi accepto titulo beneficij, quis accipiat poſtea alterum litigioſum, & pendente lite capiat pacificam poſſeſſionem primi, non per hoc vacat ſecundum litigioſum, ſed vacabit primum pacificum, obtenta pacifica poſſeſſione ſecundi. Et hæc ſufficiant de prima concluſione.

10. Cæterum etiam ſi intra duos menſes quis pacificam poſſeſſionem ſecundi non acceperit, vacabit primum, ſi per obtinentem ſterit quod poſſeſſionem pacificam ſecundi non obtinuit, vt expreſſe in textu decernitur, & admittunt Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 2. Paria enim ſunt non facere, & per ipſum ſtare, vt non fiat. Nauar. *conſ.* 13. *alias* 23. *de Præb.* Garz. *par.* 11. *cap.* 5. *n.* 172. Palaus *tr.* 13. *d.* 6. *p.* 2. §. 6. *n.* 14. 19. 20.

11. Et circa hoc idem Palaus duo addit ex Garz. *p. cap.* 5. *num.* 102. & 104 Primum quod prouiſus de ſecundo incompatibili non poteſt excuſare vacantiam primi ex non accepta poſſeſſione ob non expeditionem Bullarum beneficii, ſi per eum ſterit, vel quominus expedirentur vt dixit Rota *in Leodien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1589. *coram Cardinali Pamphilio*. Secundum, quod prouiſus de beneficio in quo alius eſt intruſus, non ſtat per eum, vt poſſeſſionem non capiat. ſi non agit contra intruſum per capienda poſſeſſione. Et hoc etiam ſi per ſuperiorem illi ſit præfexus terminus ad faciendam diligentiam, quia non poteſt cogi agere. Per intruſum igitur non per ipſum ſtat ſi poſſeſſio non capitur. Vnde quod in hoc intruſio alterius excuſet ex Archid. *dec.* 112. & Mandoſ. *deſignat. gratiæ, tit. indultum conſequendi beneficia reſeruata* dixit Gonzal. Gloſſ. 15. *nu.* 16.

12. Secunda concluſio eſt iſta. Ordinarius collator primum beneficium quod ipſo iure vacat poteſt conferre poſſeſſore non vocato. Et ideo beneficij ſecundi incompattibilis pacifica poſſeſſione adepta, Ordinarius poteſt primum

con-

conferre poſſeſſore non citato. Ita in præſenti Gloſſ. *in v. conferre*, & ibid. Archid. Io. And. Anchar. *not. 3.* Franc. *num. 2. qui num. 8. in fin.* bene aduertit, quod in hoc caſu non eſt neceſſe, quod præcedat ſententia declaratoria Lap. *allegat. 16. & 103.* Mandoſ. *ad d. alleg. 16.* Lap. *lit. A. & lit. H.* Bellam. *dec.* 83. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 15. §. 1. *nu.* 39. Rota in Brachar. Archid. 31. *Martij* 1626. Sanchez Mor. *l.* 2. *cap. 26. num. 7. & 12.* Didacus Frances *de intruſ. q. 79. num. 5. & ſequent.* vbi ex hoc late probat, quod Ordinarius beneficium occupatum de facto ab intruſo poteſt intruſo non vocato alteri conferre.

13. Hoc tamen non extenditur ad beneficium quod non vacat ipſo iure, nam ſicut hoc beneficium non vacat, niſi poſtquam vocato beneficiato, & cauſa cognita, beneficiatus eo fuerit priuatus per ſententiam, quæ tranſierit in iudicatum, ita ſolum poteſt tale beneficium conferri poſt præfatam ſententiam, vt citati DD. aduertunt.

14. In caſu autem huius textus manifeſte procedit regula generalis, quia in eo eſt euidens & certum, quod quantum ſit de iure communi beneficium primum vacat. Ex quo deducitur, quod vbi ex iure communi certum eſt beneficium vacare, etiam ſi ſit dubium an vacet de facto, beneficium poteſt conferri. Quod probatur ex hoc textu, quia vult quod poſtea ante quam immittatur promotus in poſſeſſionẽ debet citari poſſeſſor, quia poteſt eſſe, quod ſibi competat ius retinendi, igitur tunc cum facta fuit collatio non erat certum quod beneficium vacaret, cum poſſet eſſe quod non vacaſſet, ſed poſſidens haberet ius illud retinendi. Et ſic in hoc caſu collatio acceptata dat ius in re, ſed ſub conditione, ſcilicet ſi poſſidens non habeat ius retinendi.

15. Executor autem ſi inuenit beneficium, quod de iure vacat poſſideri ab aliquo, non poteſt tale beneficium conferre, ſi poſſeſſio ſit colorata, quia in eo caſu literæ ſunt ſubreptitiæ non facta mentione de alterius colorata poſſeſſione. Secus vero ſi poſſeſſio non eſſet colorata, ſed nuda detentio Archid. Io. And. & Io. de Lig. Dom. *num.* 8. Franc. *num.* 6. Sed cum ſecundum Dom. & Franc. poſſeſſio non colorata ſit quando ipſo iure titulus eſt nullus, vt in hoc textu, ſequitur quod executor mandari de prouidendo poſſit conferre beneficium vacans ipſo iure, poſſeſſore non vocato, ſed tamen illũ non poſſit immittere in poſſeſſionẽ niſi vocato poſſeſſore. Qualiter vero & quando impetratio reddatur ſubreptitia ex eo quod non ſit facta mentio beneficiũ petitũ impetrãte ab alio poſſideri, late explicat Anchar. *n. 2. verſ. quæris.* Hic obiter adnotatur, quod licet executori in mandato de conferendo non detur expreſſe facultas inducendi in poſſeſſionem, nihilominus hoc ſibi competit ex vi mandati de conferendo quia mandatum intelligi debet de collatione in effectum deducta, & immittere in poſſeſſionem eſt in executionẽ mandati de conferendo, *c. ſignificaſti de off. deleg.* Dom. *nu.* 10. Franc. *num.* 6.

16. Quod vero dicitur de collatore extenditur ad Patronum, qui vbi beneficium iuriſpatronatus vacat ipſo iure, poteſt ad illum præſentare poſſeſſore non vocato Dom. *num. 12. in fin.* Franc. *num.* 6. Rota *dec. 9. de iure patron. in antiq.* Felin. *cap.* cæterum *num. 24. de reſcript.* & alii quos refert Frances *de intruſ. q. 80. num.* 3. qui tamen *num.* 4. de hac concluſ. dubitat, cum ſemper videatur neceſſarium, vt ſententia declaratoria præcedat ſed vt dictum eſt ex Franc. *numer.* 8. *in fin.* non datur neceſſitas huius declaratoriæ ad effectum ſimplicis collationis aut præſẽtationis, quæ poſſeſſori nõ præiudicat, & non habebit effectum, niſi poſſeſſore vocato.

17. Sequitur tertia concluſio, quæ eſt iſta Ordinarius non poteſt eum cui contulit beneficium de iure vacans, ſed habens poſſeſſorem, immittere in poſſeſſionẽ beneficij niſi poſſeſſore vocato, Gloſſ. *in v.* cum vocato, & ibi Io. Mon. Archid. & Io. And. Anchar. *not. 2. 6. & 7.* Dom. *num.* 4. Franc. *num. 3. & 6.* Barboſ. *num.* 4. Lap. *all. 103. num. 3. Et in cap. de multa, ſup.* de Innoc. & Hoſt. *in v.* conferat Panorm. *in 4. not* Io. And. *in v. libere* Holed. *de inc mpat. benef. p. 1. cap. 4. num* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 15. §. 1. *num.* 79. Menoch. *recuper. poſſ. remed. 1. num.* 111. Flamin. *de reſign. l. 11. q.* 10. *num.* 10. Et apud ipſum plures ex conſulent. Sanchez in Moral. *l. 2. cap. 26. num.* 12. Rota *dec.* 4. *de re iudic. in non.* Mantic. *dec.* 309. *num.* 4 Tondut. *benef. quæſt* 12. *num.* 9.

18. Huius vero concluſionis duplex eſt ratio. Prima quia eſto quod poſſeſſor amiſerit dominium, tamen poſſeſſio non eſt ipſo iure nulla ſic enim in caſu *l. vlt. C. de ſacroſ Eccleſ.* dominium tranſit in Eccleſiam ipſo iure ex contractu, non tamen poſſeſſio, quam rationem late proſequitur Flam. *d. q. 10. num.* 11. Et vim habet ex eo, quod nec poſſeſſor de facto poteſt priuari poſſeſſione, ſi non vocetur Dom. *nu* 8. Etiam qui iniuſte poſſidet beneficium non debet expelli non vocatus, Barb. *num.* 7. Ita vt nec intruſus lite pendente, niſi ex actis conſtet ipſum eſſe talem, & habere cauſam non litigandi, & nullam ei competere defenſionem, poſſit priuari eo non vocato, vt ex Franc. *in cap.* Ex parte *num. 29. de appellat.* & Rota *in Bracharen. Archidiaconatus* 31. *Martij* 1628. addit Barb. *nu.* 8. Sed nihilominus non eſt huius loci decernere an & quando nullitas, vel vacatio ipſo iure tollat dominium, vel potius illud ſolum debilitet, & elidibile reddat. Sed in noſtro caſu euidentior militat ratio, quam reddit textus, quia ſcilicet, poteſt eſſe, quod poſſeſſori competat ius retinendi illud beneficium ex priuilegio nimirum, vel diſpenſatione, aut quia poſſeſſio ſecundi non ſit pacifica.

19. Ideo licet vbi collatio beneficij facta ſit vocato poſſeſſore illius, tunc cognita cauſa, & conſtito de non iure poſſidentis, tunc non vocato amplius poſſeſſore, poſſit Ordinarius conferre beneficium, & eum, cui illud contulit, immittere in poſſeſſionem, ſi ſententia tranſiit in iudicatum, & non fuit impedita per appellationem, vt hic tradunt Io. Mon. & Lap. Io. And. & Franc. Item Anchar. *num.* 6. Dom. *nu. 8. & 9.* Franc. *num.* 8. Item Innoc. & Hoſtien. *infr. cap. 1. de conceſſ. præben. in 2. parte*, Flam. *d. q. 10. num.* 15. Nihilominus vbi poſſeſſor in colla-

tione

ſacerdotale, imò in hoc textu habetur, quod ſufficiat babere illam tempore collationis beneficij, vnde hic textus illi non eſt conrrarius.

6. Sic ergo explicato textu ex eo colligitur primo, quod impetrans primam vacaturam, eã obtinere non poteſt, ſi tempore collationis ſibi deficit ætas neceſſaria. Et ſi ſibi ab executore conferatur collatio eſt nulla, tanquam facta à nõ habente poteſtatem, vt poſt Archid. & Io: And. tradit Franc. *n.* 1.

7. Secundo colligitur, quod licèt taciturnitas, & defectus Ordinis tempore impetrationis, imo & collationis, ſeu promotionis non reddat impetrantem inhabilem ad beneficium *iuxta text. in cap. Si pro Clericis ſup. in hoc tit.* tamẽ ſi tempore promotionis nõ ſit in ętate ad ipſum Ordinẽ neceſſaria, redditur tunc inhabilis ad dictum beneficium. Franc. *n.* 1. & DD. citati *n.* 2. Barboſ. *n.* 7.

8. Tertio quod ſimplex mandatum prouidendi de Præbenda includit ſacerdotalem, & de ea impetranti prouideri poteſt dummodo alias ſit in ætate legitima ad ſacerdotium. Quamobrem licet in impetrationibus ſub nomine Dignitatis, non veniat curata, *vt per text. in cap. Cum in illis ſup. in hoc tit.* tamen ſub nomine præbendæ venit etiam ſacerdotalis, Maior enim idoneitas requiritur ad curam animarum, & maius periculum eſt in beneficiis curatis. Io: And. & poſt *de leg.* Dom. *num.* 1. & 4. Franc. *num.* 2.

9. Quartò quod licet pro obtinendis beneficijs debeat fieri mentio qualitatis beneficij vt *in d. cap. Cum in illis*, tamen hoc non eſt neceſſarium niſi in caſibus, & qualitatibus in iure expreſſis, & ideò non eſt neceſsè quod fiat mentio de qualitate Ordinis annexi Franc. *num.* 2. Dom. *num.* 1. Vnde nec debet fieri mentio de ætate ad Ordines neceſſaria, niſi in caſibus expreſſis. Barb. *n.* 3. Azor. *inſt. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 33. *quæſt.* 2.

10. Quinto quod impetrans primam vacaturam, licet illam conſequi non poſſit ob inhabilitatem ætatis ad Ordines neceſſariæ, tamen poterit conſequi aliam. Vnde infertur quod genus, quod in vno ex indiuiduis impleri non poteſt, impletur in alio, *vt ſup. cap. Cum in Eccleſia in hoc tit.* Et hic eſt vnus de caſibus in quibus primus impetrans non obtinet primum beneficium Dom. *num.* 4. Alios verò caſus conſimiles refert Gloſſ. *ſup. cap. Quia ſæpè in hoc tit.* Sextò quod præbenda ſacerdotalis non eſt danda illi, qui factus eſt Sacerdos ante legitimam ætatem. Quia talis remanet ab ordine ſuſpenſus, & non debet eſſe melioris conditionis ex quo deliquit. *cap. Eum qui, ſup. hoc tit.* Gloſſ. *in v. ætate.* Barboſ. *num.* 9. Nauar. *conſ.* 7. *de ætat. & qual. in antiq.* Azor. *p.* 2. *l.* 6. *c.* 6. *q.* 13. Hoc tamen non procederet in eo, qui cum diſpenſatione licitè obtinuiſſet ante ætatem ordinem neceſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Per obtentum beneficium à paupere Clerico ceſſat illius expectatiua.*
2 *Quis ſit Clericus pauper.*
3 *Pauperibus prouidendum de beneficio.*
Lucra in forma pauperum potius iuſtitiæ ſunt. 3.
4 *Idoneitas per ſe ſufficit ſi habeatur tempore collationis.*
5 *Gratia expectatiuæ expirat per aſſecutionem beneficij incompatibilis.*
9 *Deficiente cauſa mandati expirat mandatum.*

Cap. Si Pauper. XXX.

1. DE expectatiuis datis in forma pauperum decernitur, quod ſi mandetur prouideri pauperi iuxta ſuæ probitatis merita, per obtentum ab eo beneficium expirat expectatiua illius.

2. Pauper Clericus dicitur, qui nullum habet beneficium, *cap. Poſtulaſti de reſcript.* Si tamen habet bona patrimonialia, non dici pauperem vult Dom. *n.* 1. Sed Franc. *n.* 1. vult pauperem Clericum eſſe eum, qui licet habeat patrimonium, non eſt ordinatus ad illud, & alias non habet beneficium: Clericus enim etiam diues ex patrimonio debet viuere ex redditibus Eccleſiæ. Hodie ex decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. pauper Clericus regulariter dari non poteſt, cum nullus poſſit ordinari niſi ad titulum ſufficientis beneficij, vel patrimonij, vel penſionis.

3. Ex hoc textu verò colligitur pauperibus Clericis prouidendũ eſſe de beneficijs ex quibus ſe ſuſtentent, vnde mandatum de prouidendo pauperi potius dicitur de iuſtitia, quam de gratia. Gloſſ. *in v. Si pauper* & ibi Archid. & Io: And. Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 1. Barboſ. *nu.* 2. *&* 6. Staphil. *de lit. gratię* §. *Nona forma pauperum. nu.* 5. Caſſad. *dec.* 8. *num.* 9. *de conceſſ. præbend.* Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 2. *num.* 2. *&* 7. *vbi multa de pauperibus Clericis.* Rota *dec.* 55. *n.* 4. *de conceſſ. præb. in antiq.*

4. Arbitratur verò Dom. *n.* 2. quod dum Papa ſcribit cum clauſula *iuxta ſuæ probitatis merita* aut ſimili, quod reſpiciat potius tempus prouiſionis, & collationis, quam impetrationis quia dum iſte examinatur, ſufficit, quod reperiatur idoneus. Sed hoc diſplicet Franc. *n* 1. Nam quod idoneitas debeat haberi tempore datæ colligitur *ex cap. Dudum el.* 1. *ſup. de elect.* Sed certè ab electione in qua electo datur ius ad beneficium certum independenter ab alio examine de electi idoneitate; quia imo ipſa electio habet vim quamdam examinationis, & approbationis idoneitatis electi, non valet argumentum ad mandatum de prouidendo conditionatum, & quod non dat niſi ius ſub conditione idoneitatis examinandæ, & reperiendæ. Et ideò per ſe loquendo ſufficit quod meritum, & idoneitas habeatur tempore collationis, & prouiſionis, prout etiam dictum eſt *ſup. cap. Si eo tem-*

pore, num. 19. de reſcript. in hoc lib. Niſi in caſibus, & qualitatibus quæ de iure habendæ ſunt tempore datæ.

5. Colligitur quoque ex hoc textu quod gratia expectatiuæ amittitur per aſſecutionem prius factam de beneficio incompatibili Gloſſ. *in v. ſi pauper*, & ibi Archid. & Io: And. Dom. *n.* 3. Franc. *n.* 2. Barboſ. *n.* 5. Flamin. *l.* 1. *de reſign. q.* 1. *num.* 19. Quamuis gratia expectatiuæ data pro paupere expiret etiam per adeptionem antea factam cuiuſcunque minimi beneficij, vt cum Gloſſ. & poſt Archid. & Io. And. notant Dom. & Franc.

6. Tandem notandum circa verba illa, *cum ceſſat cauſa mandati* quod ceſſante mandati cauſa, ceſſat mandatum & eius efficacia. Etiam ſi non fuit adimpletum. Gloſſ. *in v. ceſſet cauſa*. Dom *n.* 2. Barboſ. *n.* 4. Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa part.* 1. *n.* 80.

SVMMARIVM.

1 *Inter prouiſos à Papa vel Legato, & ab ordinario eadem die ſi non conſtat de prioritate, præfertur primo poſſeſſor, deinde promotus à Papa, vel Legato.*

2 *Hoc eſt verum vniuerſaliter.*

3 *Sufficit prioritas per horam, & minimum tempus.*

4 *Vbi non conſtet de prioritate præualet poſſeſſio.*

Poſſeſſio ſimul cum titulo inducit prærogatiuam contra alium titulum. 4.

5 *Poſſeſſio tamen debet eſſe iuſta.*

6 *Et præualet, qui prius poſſedit.*

7 *Si neuter poſſidet aut non conſtat de priori poſſeſſione potior eſt, qui fuit à maiori promotus*

8 *Idem in promotis, à Papa, & à Legato, & à Papa, Legato, & Ordinario, & ab Epiſcopo, & eius inferiori.*

Prouiſus à Legato non eſt Prouiſus à Sede Apoſtolica. 8.

9 *Idem in prouiſis ab Epiſcopo, & eius Vicario.*

10 *Idem in prouiſis à Papa, & eius Delegato.*

11 *Idem ſi concurrat reſeruatio Papæ cum decreto irritante, & collatio Epiſcopi.*

12 *Non idem in prouiſis ab eodem.*

13 *Etiam ſi in literis ſint clauſulæ gratificationis præfertur poſſeſſor.*

14 *Et præfertur habens ſignaturam per fiat, & motu proprio.*

15 *Sed hæc non reſpiciunt collationem factam à diuerſis, vt in caſu noſtri textus.*

Cap. Si à Sede XXXI.

1 DE prærogatiua in concurſu plurium, quibus à Papa, vel eius Legato idem beneficium collatum fuit, tractatur in hac Decretali, & dubium quod potuiſſet oriri reſoluitur. Dicitur enim, quod vbi à Sede Apoſtolica, vel ab eius Legato, & ab Ordinario idem beneficium diuerſis fuit collatum, & non conſtat quæ collatio fuerit prius facta, erit potior conditio poſſidentis. Sed ſi neuter poſſidet is, cui Sedes Apoſtolica, vel eius Legatus beneficium contulit ob conferentis prærogatiuam erit alteri præferendus.

2. Et ſic habetur regula generalis primo intenta, vt vbi de prioritate collationis beneficij non conſtat, primo poſſeſſio, deindè maioris conferentis prærogatiua præfertur Dom. & Franc. *in princ.* ex Zenzel. & communiter alij DD. Gigas *de penſ. q.* 6. *num.* 21. Coſt. *in memorab. v. hora.* Maſcard. *de probat. conc.* 314. *n.* 2. Rebuff. *in prax. tit. forma* Vicariatus *num.* 121 & 123.

3. Quoniam ergo reſpectu eiuſdem beneficij poſſunt eſſe plures conferentes. Nam contingere poteſt vt idem beneficium diuerſis perſonis eadem die conferatur à Pontifice, ab eius Legato, & ab Ordinario: & tamen beneficium vnicum eſt indiuiſibile, & ab vno ſolo poteſt haberi, vt videatur quis præferendus ſit, videndum eſt an poſſit conſtare de prioritate collationis, quæ in caſu non poteſt aſſignari niſi per horam, cum ſupponatur collationes factas eſſe eadem die. Et quia cum in litteris collationis nominetur dies menſis, in quo fit, ſi collatio facta eſſet in diuerſis diebus, id conſtaret ex literis. Sufficiet igitur ſi per horam, vel per quamcumque minimam partem temporis vna collatio præcedat aliam. Gloſſ. *in v. non appareat.* Franc. *n.* 6. Et imo Barboſ. *n.* 7. vult quod ſi conſtet de hora in quo Ordinarius contulit ex literis eius, non verò ex literis Papæ promotus ab Ordinario præferri debebit. Vnde idem dicendum erit, ſi ex litteris Papæ appareat de hora collationis eius, & non ex literis Ordinarij. Sed hæc doctina non poteſt procedere, niſi in caſu, quod nullo modo conſtet aliunde de hora collationis alterius. Parum enim intereſt, quod de hora collationis conſtet vel per ſcripturam, vel per legitimos teſtes. In quo caſu ſemper prior quãtum ad horam vel modicum tempus præferendus erit. Et in hoc ſenſu intelligi debent Caſſador. *dec.* 20. *de præbend.* & alij DD. quos refert Barboſ.

4 Sed vbi non conſtat de prioritate collationis attendi debet poſſeſſio, & beneficium poſſidenti adiudicari debet. Menoch. *de interd. remed.* 4. *adiſcend. poſſeſſ. num.* 797. *Et de arbitr. l.* 2. *com* 48. *num.* 10. *cum ſeq.* Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. à num.* 297. Tiraquell. *de iure primog. q.* 17. *opin.* 11. *n.* 1 & *opin.* 12. *num.* 2. Put. *dec.* 120. *lib.* 1. Et in hoc apparet Magnum commodum poſſeſſionis, licet enim poſſeſſio nõ tribuat titulum, tamen ſi ſit iuncta cum titulo inducit prærogatiuã contra alium titulum concurrentem in tẽpore, & etiam habentem prærogatiuam reſpectu conferentis. Dom. *n.* 2. Prob. ad Mon. *n.* 7. Franc. *n.* 2. Et imò vires eius extinguit, ita quod dato etiam quod in rei veritate collatio non poſſidentis fuerit prior, vbi id non conſtet, beneficium poſſidenti adiudicandum ſit, nec ab eo auferendum etiam ſi poſtea, cõſtaret de prioritate.

5. Debet verò poſſeſſio eſſe iuſta. Nam violentus poſſeſſor nõ debet gaudere priuilegio poſſeſſionis. *cap. Eum qui ſup. in hoc tit. l. Vis eius. C. de probat.*

6. Lapus verò hic *n.* 2. voluit quod attendi debeat poſſeſſio quæ eſt nũc cum in iudicio agitur

tut

Digitized by Google

tur de præcedentia collationis, & ſic ille qui tunc poſſidet ſit prior, licet alius prius poſſederit, quia melior eſt conditio poſſidentis, non verò eius, qui antea poſſedit. Sed Anchar. *not.* 1. Dom. *n.* 7. Franc. *n.* 2. Barboſ. *n.* 9. Exiſtimaut potiorem debere eſſe eum, qui prius poſſedit: quia ex quo poſſeſſio validat ius illius, qui primo adeptus eſt illam, de neceſſitate ſequitur extinctio iuris alterius, cum duo ſimul idem beneficium habere non poſſint. *cap. Cum non ignoras ſup. eod. tit.* Quãuis igitur poſtea quis acquirat poſſeſſionem, non reconualeſcit ius extinctũ. *c. Quã ſit periculoſum.* 7. *q.* 1. *& c. Queris de conſec. diſt.* 2. Et propterea Gloſſ. *in v. Neuter* vult, quod regula textus procedat nedum in caſu in quo vnus poſſidet, ſed etiam in caſu, quod vterque poſſideat, ſi conſtet de illo, qui prius adeptus fuit poſſeſſionem, & hoc idem tenet Barboſ. *n.* 9.

7. Sed ſi neuter poſſideat, vel vt ait Gloſſ. licet vterque poſſideat non conſtat, quis illorum prius poſſeſſerit, tunc potior cenſeri debet, qui à potiori obtinuit beneficium, & ſic prærogatiua conferentis inſpici debet. Cæteris ergo paribus præfertur qui beneficium habet à maiori, ſcilicet vel à Sede Apoſtolica, vel ab eius Legato. Anch. *not.* 3. Franc. *n.* 3. Dom. *n.* 3. Et ſic prælatio ſtat pro auctoritate conferentis. Io. Mon. *n.* 2.

8. Regula verò textus procedit vniuerſaliter, & ideò dicitur idem eſſe ſi concurrant ſimul prouiſus à Papa, & prouiſus à Legato Papæ, vt vbi non conſtet de prioritate prouiſionis, *&* neuter poſſideat, potior haberi debeat prouiſus à Papa. Gloſſ. *in v. Legato.* Lap. *n.* 4. Dom. *n.* 9. Franc. *n.* 3. Barboſa *n.* 5. Idem quoque ſi tres concurrant, ſcilicet prouiſus ab Ordinario, à Legato, & à Papa. Idem pariter ſi concurrunt cum prouiſo à Delegato Papæ prouiſus ab Ordinario, vel etiam à Legato, ſi prouiſus à Delegato Papæ ſit prouiſus auctoritate Apoſtolica Factum enim Legati non eſt factum Sedis Apoſtolicæ, cum hic ponatur vt diuerſum, *& ſup. Cap. Si Apoſtolica in hoc lib* Factum verò Delegati eſt factum Sedis Apoſtolicæ *cap. ſanè de off. deleg. & cap. Niſi, de off. Legati.* Franc. *n.* 3. Idem quoque dici deberet de prouiſis ab Epiſcopo, & ab inferiori, in caſu quod vtriuſque poſſet eſſe collatio, & vnus alium præuenire poſſet. Tunc enim potior haberi deberet prouiſus ab Epiſcopo. Lap. hic *n.* 3. Dom. *n.* 8. Franc. *n.* 4.

9. Dubium verò eſt an idem dicendum ſit de prouiſis ſub eadem die ab Epiſcopo abſente à Diœceſi, & ab eius Vicario in Diœceſi exiſtente. Negat Dom. *n.* 10. Eo quia videtur quod Epiſcopus conferens beneficium vni auferat poteſtatem à Vicario conferendi alteri. Verum hoc procedit quando Epiſcopus prius contulit beneficium. Nam hoc modo etiam collatio Papæ Prior ligat manus Epiſcopi, vt non poſſit idem beneficium conferre. Sed non procedit in dubio prioritatis, ſed hoc ſtante poſſeſſio debet eſſe potior, vel collatio facta à maiori. Et ideò in hoc caſu præferri non debet promotus ab Epiſcopo, ſi promotus à Vicario poſſideat. Franc. *num.* 3. Cæteris verò paribus prouiſus ab Epiſcopo. Lap. hic *num.* 2. Dom. *n.* 8. Franc. *num.* 4.

10. Et propterea Lap. *n.* 4. & Franc. *nu* 3. dicunt hoc idem verificari in prouiſis à Delegato Papæ, & à Papa, vt præferri debeat prouiſus à Delegato ſi poſſideat, Cæteris verò paribus prouiſus à Papa.

11. Dubium ſecundo eſt, an hoc idem ſit dicendum ſi Ordinarius contulit, eadem verò die Papa reſeruauit ſibi beneficium. Præferendam Epiſcopi collationem voluerunt Paul. & Io. And. Sed hoc verum erit, ſi reſeruatio non ſit munita decreto irritanti, quia talis reſeruatio non ligat manus Epiſcopi eam neſcientis, ſed ſi reſeruatio ſit munita decreto irritanti, quæ vim habet ligandi manus Epiſcopi, ac ſi eſſet collatio, tunc ſi reſeruatio ſit data motu proprio ſine ad inſtantiam in hoc æquiualet actuali collationi, & ſi eodem tempore concurrat cum collatione Epiſcopi eam inualidat. Quamobrem ſi non conſtat de prioritate, & prouiſus ab Epiſcopo non poſſidet, præferri debebit reſeruatio Papæ collationi Epiſcopi, vt tradunt Lap *num.* 2 Anchar. *quæſt.* 2. Dom. *num.* 4. Franc *n.* 6.

12. Non eſt tamen eadem ratio ſi idem contulit pluribus idem beneficium eadem die. Nã primo in hoc caſu impoſſibilis eſt ſimultas collationis, quia beneficium idem ſimul non poteſt conferri pluribus, & conferens ſemper prius nominabit vnum, quam alium, & ille erit præferendus. Et ſi de hoc eſt dubium, conſulatur conferens, vt hoc declaret. Et ſi adhuc dubium remanet, præferri debere poſſidentem ait Prob. ad Mon. *n.* 6. Nam tunc ſi vnus poſſidet, & alter non probat prioritatem, ſuccumbet actor *vt cap. Præſenti ſup. de probat.* Verum, vt notat Franc. *n.* 5. & etiam Prob. *n* 8. Hoc non ſufficit ad iuſtificationem tituli, quia cum in pluribus collationibus ab eodem procedentibus neceſſario inueniatur prioritas, poſſeſſio vnius non poteſt operari, vt alter perdat ius prioritatis. Omninò ergo inuenienda eſt prioritas, aliter incertitudo iſta, ſi declarari non poteſt vitiat gratiam, vel impedit collationem, & non eſt aliud remedium, niſi quod ſuperior præmiſſa diligenti conſideratione certificatus id declaret. Io. And. *n.* 1. & Anchar. *q.* 1. Franc. *n.* 3. Prob. *n.* 8. aduertens etiam quod id quod dixerat *nu.* 6. *de Poſſeſſione* ex Bald. non valet in beneficialibus.

13. Duo autẽ remanẽt obſeruanda ex Theodoſ. de Rubeis *ſingul. part.* 5. *vbi* ex Rota Dec. 6. Card. Simonet. *in manuſcript. & in vna Leodien. Canonicatus coram* Staphileo. Declarat, & extendit hunc textum, etiam ſi in literis prouiſi Apoſtolici ſint clauſulæ gratificationis, nihilominus non debeat præferri prouiſo ab Ordinario concurrente cum illo in data, & in cæteris, ſed poſſidenti; quia poſſeſſio ſuperueniens operatur ac ſi ſuperueniſſet à principio, & retrotrahitur. Item quia clauſulæ gratificationis operantur dato concurſu litigantium. Quia Iudex tunc omnibus paribus habet gratificare: Et ſic tempore gratificationis faciendæ non erant pares propter poſſeſſionem. Quod tamen eidem Card. Simonetæ durum fuit viſum.

14. Secundò ex Rota coram Card. Simon. *dec.* 40. *in manuſcript.* declarat, quod poſſeſſor debet præcedere cæteris paribus. Nam ſi poſſidens habeat ſignaturam per conceſſum, ei præfertur, qui habet ſignaturam per fiat. Item habens ſignaturam motu proprio, præfertur poſſidenti non habenti ſignaturam motu proprio

Digitized by Google

ſprio. Et hoc propter Regulam, quod hæ ſignatutæ præferantur alijs, & ita bis fuiſſe reſolutũ.

15. Sed dicas quod huiuſmodi declarationes ſpectant ad caſum noſtri textus. Quia procedunt in pluribus prouiſis ab eodem Papa, ſub diuerſis ſignaturis eiuſdem, vel cum clauſulis gratificationis, quæ non infringunt ius Epiſcopi, ſi prius contulit beneficium. Et in dubio prioritatis, ſi prouiſus ab Epiſcopo ſit in poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes vocandi ſunt in receptione Præbendarum, & collatione beneficiorum niſi conſuetudo ſit non vocandi.*
Non vocati poſſunt inſtare vt geſta irritentur. 1.
2 *Receptio Præbendarum eſt collatio.*
Ad Capitulũ poteſt ſpectare collatio beneficiorũ. 2.
3 *Non ſunt vocandi non habentes vocem.*
4 *Ad receptionem neceſſariam non ſunt vocandi abſentes.*
5 *Abſentes ſolum in caſibus in iure expreſſis ſunt vocandi.*

Cap. Cum in Eccleſijs. XXXIII.

1. INſtante in Eccleſijs Præbendarum receptione, & beneficiorum collatione, abſentes (ſi commodè fieri poteſt) vocandi ſunt, niſi conſuetudo ſit eos non vocandi. Alioquin factum in abſentia eis inſtantibus irritari debebit. Hæc eſt regula textus. Sed quia quæ latè dixi *in tract. de electione cap.* 11. de vocandis ad electionem, hic accommodari poſſunt, ea nõ repetam, & pauca ſolum hic adnotabo huic textui propria.

2. Notandum primo Dom. *n.* 1. & Franc. *n.* 1. dicere, quod textus hic diſtinguat inter receptionem Præbendarum, & earum collationem, & tamen ex vtraque idem reſaltet actus, quia ſola receptio in Canonicum habet vim collationis. Hæc verò doctrina vera eſt, ſed tamen textus non diſtinguit inter Præbendarum receptionem, & collationem; ſed inter receptionem Prębendarum, & collationem beneficiorum. Sicut enim poteſt eſſe quod receptio Prębendarũ, ſeu Canonicatuum ſpectet ad Capitulum, ita poteſt eſſe, quod ad idem ſpectet collatio aliorum beneficiorum, quæ ſunt in Eccleſia. Textus verò regula vult abſentes eſſe vocandos nedum in receptione Canonicorum, ſed etiam in collatione aliorum beneficiorum, quæcunque illa ſint, ſi eorum collatio ſpectat ad Capitulum Archid. *n.* 2. Dom. *n.* 5.

3. In textu autem expreſsè dicitur Canonicos eſſe vocandos non verò Dignitates. Per Canonicos verò intelligit habentes vocem in Capitulo, & ideò iſti vocandi ſunt, non verò Prælatus, aut Dignitates vocem non habentes. Dom. *in fin.* Franc. *n.* 2.

4. Quod etiam dicitur abſentes vocandos eſſe in receptione Canonicorum intelligitur de receptione voluntaria; non verò de neceſſaria, quę fiat ad mandatum ſuperioris, etiam ſi non ſit receptio nudi facti, ſed iuris, quę collegialiter fieri debeat. In hac enim receptione ſufficit vt tot congregentur, quot ſunt de iure, vel conſuetudine neceſſarii, vt capitulum ſit legitimum, alii verò abſentes non ſunt vocandi. Archid. *n.* 6. Io: And. *n.* 1. Anch. *not.* 2. Dom. *n.* 4. Franc. *n.* 3.

5. Ex Gloſſ. etiam menti tenendum eſſe, quod abſentes ad actus Capitulares neceſſario vocandi ſunt ſolum in caſibus in iure expreſsis. monet. Franc. *n.* 5. De quibus per Gloſſ. *in v. ipſorum, ſup. cap. Præſenti, de Teſtib. in hoc lib.* Vbi etiam nonnulla de hoc dicta ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Dictio Prædeceſſor dicitur etiam de mediatè antecedentibus.*
2 *Beneficia accedentium quorumcumque & ad quodcumque negotium, & recedentium ſi ipſi moriantur in loco vicino Curię vacant apud Sedem.*
3 *Ex vi huius text. non ſunt reſeruata beneficia eorum, qui morantur propè Curiam.*
4 *Non cõprehenduntur beneficia collata à Sede Apoſtolica, ſed non acceptata.*
5 *Beneficia curialium morientium propè Curiam niſi ibi habeant domicilium, aut proprium domum vacant apud Sedem.*
6 *Solos Curiales comprehendit hęc regula. Et qui ſint Curiales.*
7 *Prothonotarij facti à Legatis & non participantes non ſunt Curiales, & licet eorũ beneficia vacantia per obitum ſint reſeruata, non tamen ex vi præſen. text.*
8 *Ad effectum huius reſeruationis Curialitas debet eſſe continuata.*
Præſumitur talis, licet hæc præſumptio de facili tollatur. 8.
9 *Curialitas non interrumpitur Sede vacante.*
10 *Curialium beneficia ſi propè Romam moriuntur vacant apud Sedem.*
11 *Secus ſi Curiales in loco vicino habeant domicilium, & propriam domum. Et quæ ſit propria domus.*
Domicilium, & domus propria ad hunc effectum æquiparantur, non quoad forum. 11.
12 *Non comprehenduntur non curiales, nec qui moriuntur vltra duas Dietas.*
13 *Vicinus locus eſt qui non diſtat vltra duas dietas legales, & modica maior diſtantia facit locum non vicinum.*
Non eſt hic arbitrariũ iudicare de vicinitate. 13.
Originalium beneficia non ſunt reſernata, niſi ſint Curiales. 13.
14 *Hoc verum ſecundum Gloſſ. etiam ſi habeant domicilium, licet non domum originis.*
15 *Et verum de Oriundo habente domum conductã.*
16 *Horum beneficia tribus concurrentibus ſunt reſeruata.*
17 *Dum transfertur Curia vacant Beneficia, ſi Curiales moriuntur in itinere.*
Vel ſi in loco à quo receſſit Curia manentes infirmi moriuntur. 17.
18 *Diſcrimen inter primum caſum poſitum in textu & hunc caſum.*
19 *Curiam Romanam eſſe ſolum in loco vbi Papa habet domicilium, & maneat Cancellaria, & audientia, quidam dicunt.*
20 *Curia Romana eſt vbi eſt Cancellaria, & Audientia Apoſtolica.* 20. & 22.
21 *Curia vna eſt, & manet etiam ſi Papa ſit in vno loco, & Cancellaria, & Audientia in alio.*

22 Cu-

Digitized by Google

22 *Curia Romana eſt vbicunque eſt Papa.*
?. *Papa temporaliter recedens à loco habitationis extendit Curiam.* 22.
23 *Beneficia curialium morientium vbi Papa eſt tranſeunter vacant apud Sedem, & ſunt reſeruata ex vi huius cap.*
24 *Transfertur Curia ſi Papa recedens transfert Cancellariam, & audientiam.*
25 *Non omnia beneficia vacantia apud ſedem ſunt reſeruata hic. Et ideò non omnia ſunt reſeruata in corpore iuris, ſed ſolum illa quæ vacant per obitum.*

Cap. Præſenti XXXIV.

1 DAta eſt hæc decretalis ad declarationẽ, & limitationem Decretalis Clementis Papæ *ſup. cap. licet* 2. *in hoc ti.* Et obiter notatur cum Dom. *n.* 1. quod dictio *prædeceſſor* non importat ſolum illum qui immediatè præceſſit. ſed etiam de aliis dicitur qui mediatè anteceſſerunt. Quinque vero dicta ſeu regulas continet Decretalis iſta.

2. Quorum primum eſt. Beneficia vacare in Curia, & propterea reſeruata Sedi Apoſtolicæ cenſentur, quæ Legati, aut Nuncij Sedis eiuſdem, vel qui vis alij ad Romanam Curiam venientes vel etiam recedentes ab ipſa obtinere noſcuntur, ſi eos in locis vicinis ipſi Curiæ mori contingat, ac ſi in ipſa Curia morerentur. Garz. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 70. Put. *dec.* 590. *in fin. l.* 3. Rota *in Cluſ. Parochialis* 28. *Iunij* 1632. *coram* Pirouano. Et non eſt in hoc caſu facienda diſtinctio perſonarum Curialium, aut non Curialium, vt dicitur *in d. Cluſina, & in Sabinen. beneficij* 24. *Martij* 1631. *coram* Veroſpio. Sicut non eſt facienda diſtinctio inter negotia, ſcilicet peregrinationis, recreationis, negotiationis, litis & ſimilium: ſicut nec interuenientes, aut recedentes ſi pro ſuis, vel alienis negotijs venerint, quia vt ait Barboſa *d. n.* 3. Stylus Datariæ ſemper fuit non attendere has diſtinctiones.

3. Eſt verò hic notandum, quod ex vi huius dicti non ſunt reſeruata beneficia aliorum, ſi in loco vicino Curiæ morentur, quia textus loquitur ſolum de venientibus, & recedentibus, non verò de ſtantibus, Gloſſ. Io: And. *n.* 1. Anchar. *not.* 1. Dom. *n.* 4. Franc. *n.* 4.

4. Solum etiam beneficia obtenta à Sede Apoſtolica comprehenduntur. Et quidem non ſufficit quod fuerint collata, niſi etiã fuerint acceptata, non enim obtinuit beneficium, qui illud non acceptauit. Ideò ſi pendente acceptatione ille, cui collatum fuit beneficium, moriatur in Curia, beneficium non dicitur vacare in Curia, ſed vbi prius vacabat. Dom. *n.* 2. Franc. *num.* 2.

5. Secundum textus dictum continet, quod beneficium cenſetur reſeruatum tanquã vacans in Curia ſeu apud Sedem Apoſtolicam, quod eſt obtentum à Curiali, ſi etiam vacante Sede ille peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis gratia recedens à loco Curię ad locum vicinum, ibi moriatur. Dummodo ibi (etiam ſi erat ad Curiam reuerſurus) eius domicilium, ſeu domus propria non exiſtat. Habetur etiam hæc regula in extrau. ad regimen, *de Præbend.*

6 Solos verò Curiales afficit hæc regula. Curiales vero ſunt, qui Papæ, Cardinalibus, aut aliis officialibus Curiæ inſeruiunt, Notarij, Sollicitatores cauſarum, Procuratores, Aduocati, & Iudices, vel alias occaſione Curiæ in Vrbe cõmorantur. Mandos *ad reg.* 5. Cancell. q. 1. *n.* Gonzal. ad *reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 13. §. 1. *n.* 19. Rota *dec.* 616. *n.* 2. *p.* 4. *diuerſ. & in Romana beneficiatus S. Petri.* 21. *Nouem.* 1624. *coram* Pirouano. Barboſ. hic. *num.* 4.

7 Qui addit Protonotarios creatos à Legatis de latere non dici Curiales, quia non ſeruiunt in Curia, ſed titulum ſolum honoris habent. Et poteſtas enim in ſcribendis actis martyrum & in alijs functionibus ex Conſtit. Sixt. V. & aliorum Pontificum ſolis Protonotarijs participãtibus eſt reſeruata. Sed nihilominus, quod Rota ſemper tenuerit beneficia vacantia per obitum Prothonotariorum à Legatis creatorum eſſe reſeruata refert Theod. de Rubeis *ſingul. l.* 2. *v. beneficium num.* 19. *alleg.* Rota *dec.* 349. *num.* 5. *coram* Coccino, *& in Aſtoricen. de los Payos* 19. *Decembris* 1588. *coram* Peruſino. Verum hęc reſeruatio non eſt ex vi præſentis textus, quia huiuſmodi Prothonotarij, nec ſeruiunt Papæ, aut aliis, nec ſunt officiales Curiæ. Gloſſ. *in cap.* 1. *v. Curialibus ſi diſt.* Rota *dec.* 616. *num.* 2. *p.* 4. *diuerſ.* Soli igitur Prothonotarij participantes ſunt Curiales, quos Sixt. V. *in Conſtitut.* 52. & ſuos familiares, & Prælatos domeſticos declarauit. Tondut. *quæſt. benef. p.* 2. *cap.* 3. §. 2. *num* 26.

8. Nõ ſufficit vero Curialitas præterita, ſed requiritur quod ſit continuata, ſcilicet, quod ſit continuata vſque ad mortem beneficiati, vt poſt Io: Mon. Archid. & Anchar. tradit Barboſ. *n.* 4. Mandoſ. *in reg.* 5. Cancell. *q.* 3. *in fin.* Rota *in d. Romana beneficiatus S. Petri* 20. *Nouemb.* 1624. & 3. *Martij* 1626. *coram* Pirouano. Curialitas etiam præſumitur continuata, niſi oppoſitum probetur. Mandoſ. *reg.* 5. *q.* 4. *in fin. & num.* 6. *Rota in d. Romana beneficiatus S. Petri.* Barboſ. hic *n.* 4. Quamuis contra hanc præſumptionem admittatur leuior probatio etiam per alias præſumptiones, & coniecturas. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 64. *num.* 65. Rota *in d. Romana beneficiatus.* Ferentil. *ad dec.* 540. Buratti *l. C.* Barb. *d. n.* 4.

9. Non tamen Curialitas interrumpitur ex Sede vacante. Franc. *n.* 2. Dom. 5. *Item nu.* 5. Qui hoc inducunt ad priuilegium Ordinis S. Antonij habendi quartam funeralem omnium Curialium. Nam ex vi huius priuilegii debetur quarta etiam Curialium Sede vacante decedentium.

10. Curialium igitur beneficia dicuntur vacare apud Sedem Apoſtolicam, vt cenſeantur ex hoc capite reſeruata, ſi ibi in loco vicino Vrbi, aut vbi eſt Curia moriuntur, vt hic tradunt Anchar. *not.* 2. Dom. & Franc. 5. *Item,* Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 43. *à nu.* 45. Azor. *par.* 2 *lib.* 6 *c p.* 34. *q.* 6.

11. Excipiuntur tamen Curiales accedentes ad locum Curiæ vicinum, & ibi morientes, ſi in loco ad quem acceſſerunt habent domiciliũ, aut propriam domum, etiam ſi acceſſerunt reuerſuri. Sic enim beneficia Curialium morientium in loco vicino Curiæ, ſi habent ibi domicilium, aut propriam domum non ſunt reſeruata.

Et ſic æquiparantur domicilium, & propria domus quantum ad hunc effectum. Gloſſ. Dom. §. *Item v. num.* 2. Franc. *num.* 4. Et hoc eſt verum etiam ſi domus eſſet communis ſibi & alijs. Gloſſ. *in v. domus* propria. Dicitur verò domus propria, domus originis. Archid. *n.* 3. Io: And. *n.* 1. Aduertit verò Franc. *n.* 4. quod domiciliũ, & domus propria æquiparantur quantum ad hunc caſum, ſed non quantum ad forum. *cap. ex parte, de foro compet.* Sed videantur, quæ de hoc dicta ſunt *cap. cum Nullus* 3. *de temp. ord. in hoc lib. quæſt. vnica per totam.*

12. Hic verò caſus non extenditur ad non Curiales. Sarnen. *in reg. de trien. q.* 31. Gonzalez *d.* Gloſſ. 13. *num.* 49. *&* 50. Rota *in Romana beneficiatus S. Petri* 21. *Nouemb.* 1624. *coram* Pirouano. Et neque ad illos, qui moriuntur vltra duas dietas à Curia. Franc. *n.* 2. Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 51. *n.* 89. Mandoſ. *ad reg.* 5. *q.* 2. *n.* 4.

13. In tertio dicto decernitur, vicinitatem de qua in duobus caſibus cõſiſtere in hoc quod locus in quo moritur beneficiatus non diſtet à loco in quo eſt curia plus quam per duas dietas legales. Et in hoc dicto Pontifex non declarat, ſed nouum ius ſtatuit ſecundum Dom. *n.* 4. vnde vtitur verbo volumus, quod nouum ius importat. Et ſic non eſt arbitrarium decernere in hoc caſu quis locus ſit vicinus, ſicuti eſſet, ſi lex nõ expreſſiſſet hãc vicinitatem conſiſtere in diſtantia duarum dietarum. Franc. *n.* 3. In iure etiã dietam accipi debere de dieta vulgari, dicunt Gloſſ. *in v. legalis D. num.* 2. & Franc. *n.* 4. & ponderant ad hanc dictionem *ſpecialiter* poſitam in textu, eo quia per argumentum à contrario ſenſu deducatur, quod quando lex in aliquo caſu decernit aliquod ſpeciale datur intelligi, quod contrarium ſit de iure communi. Sed de hoc videri poſſunt dicta *ſup. cap. ſtatutum* §. *Cum vero, quæſt.* 2. *a.* 2. *à num.* 147. *de Reſcript. in hoc lib.* Hic etiam notat Gloſſ. quod modica diſtantia vltra duas dietas ſufficit, vt regulæ textus non habeant locum.

13. Quartum dictum continet tertium caſum in quo cenſeri debet, beneficium vacare in Curia, & eſt iſte ſi beneficiatus in loco, in quo eſt Curia habet ſuæ originis domum, & ibi moriatur, ipſius beneficia non ſunt reſeruata ex hoc capite, quod vacent in Curia, niſi ipſe antea eſſet Curialis, & ibidem occaſione Curiæ moraretur.

14. Idem verò dicendum eſſe, ſi beneficiatus habeat ibidem continuum domicilium exiſtimant Gloſſ. *in v. Originis*, Franc. *n.* 3. Dom. *n.* 3. Nam iura etiam exorbitantia facientia mẽtionem de domo Originis, verificantur etiam in habente domicilium ratione continuæ habitationis, quando eſt eadem ratio, Sed de hoc eſt diligentius cogitandum.

15. Imo Gloſſ. hoc extendit ad oriundum licet ibi non habeat domum propriam, ſed conductam, & per domum originis intelligatur domus habitationis in loco Originis ſiue illa ſic propria, ſiue conducta, ſic certè quamplures ſunt, in magnis ciuitatibus præcipuè, qui licet ſint nati, & naturales Ciuitatis, in ea non habent domum propriam, nec per hoc minus ſunt originarij dictæ Ciuitatis, quam ſi haberent domum propriam.

16. Nihilominus horum beneficia tribus concurrentibus cenſentur vacare in Curia, & ſunt reſeruata. Scilicet primo ſi iſte Originarius loci Curiæ ſe gerit tanquam Curialis, & antea ſe gerebat, vt quia eſt Procurator, vel Iudex, vel ſeruit Papæ, aut Cardinali &c. ſecundo ſi in loco Curię moram trahit occaſione Curiæ, Tertiò ſi in eodem loco moriatur. Altera verò ex his conditionibus deficiente beneficium non eſt reſeruatum, ex eo, quod vacet apud Sedem, vel in Curia. Gloſſ. *in v. moraretur*: Io: Mon. *num.* 2. Archid. *num.* 3. Io: And. *num.* 1. Anchar. *not.* 5. Simonetta *de reſeruat. q.* 30. Garz. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 83. Barb. *de off. Epiſ. alleg.* 57. *num.* 31. Palaus *tract.* 13. *diſp.* 2. *p.* 16. *n. fin.* Rota *in Rom. beneficiatus S. Petri* 27. *Ianuarij* 1593. *coram* Blanch. *& in Romana Clericatus S. Petri* 27. *Nouem* 1602. *coram* Pamphilio, *& in Aſſiſien. beneficiorum* 1. *Iunij* 1607. *coram* Sacrato.

17. In quinto dicto exprimitur quartus caſus, in quo beneficia tanquam vacantia in Curia, ſunt reſeruata. Nimirum dum contingit Curiam transferri de loco ad locum, ſi Curiales ſequentes Curiam moriantur in itinere, vel ſi in loco à quo transfertur Curia manentes infirmi ibidem decedant, quantumcumque locus iſte à loco Curiæ diſtet, beneficia illorum per mortem cenſentur vacare in Curia, & ſunt reſeruata. Hoc totum verò habetur etiam *in reg. Cancellariæ, & eam explicant* Garz. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 51. *n.* 83. Mand. *ad reg.* 1. Garz. *p.* 5. *de benef. cap.* 1. *num.* 386. Tondut. *rer. benef. p.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 24.

18. Et in hoc eſt diſcrimen inter hunc, & primum caſum, quia in primo caſu non eſt ſermo ſolum de Curialibus, ſed de omnibus ad Curiam accedentibus, & ſolum vacant beneficia apud Sedem, ſi ipſi moriuntur in loco Curiæ vicino. Sed in hoc caſu ſermo eſt ſolum de Curialibus; ſed beneficia vacant apud Sedem, etiam ſi moriantur in loco remoto.

19. Sed dubium hic oritur, quando dici poſſit, quod Curia transferatur de loco ad locum. Quod dubium pendet ex alio, quomodo ſcilicet in hoc textu accipiatur Curia Romana. Nam multi ſunt, qui exiſtimant Curiam Romanam conſiſtere in officialibus Papæ, vt ibi ſit Curia Romana vbi eſt cauſarum audientia, & literarum Apoſtolicarum expeditio, non verò vbi eſt Papa. *Clem. Ne Romani.* § *ſanè de elect.* & ibi Bonif. *num.* 18. Card. §. *Eo tamen num.* 2. *& in Clem. Auditor de Reſcript.* Saren. Mandoſ. Nauar. Couar. & alii apud Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 388. *Et ita accipi in cap. licet* 2. *in hoc tit. & in hoc cap. vult* Palaus *tract.* 13. *diſp.* 2. *p.* 16. *num.* 4. Ita Curia dicatur locus vbi Papa habet domicilium, & manet audientia, & Cancellaria Apoſtolica, non verò vbi Papa tranſeunter manet. Sic enim & Curia Regia dicitur eſſe vbi ſunt Regij Conſiliarij, non verò vbi eſt Rex, vt per Couar. *pract.* 4. *p. cap.* 4. *num.* 10. Lopez *l.* 27. *v. Corte tit.* 9. *part.* 2.

20. Hoc vnum verum continet hæc ſententia, ſcilicet, quod Curia Romana verè eſt in loco vbi eſt Audientia, & Cancellaria Apoſtolica. Cum enim Curia ex ſui primæua ſignificatione ſignificet ampliſſimi Ordinis conſeſſum.

l. 1.

Digitized by Google

l. 1. C. de Conſult. in C. Theodoſ. proculdubio Romana Curia comprehendit Cardinalium Congregationes, & conſeſſus Prælatorum ad cauſas diiudicandas, & literas expediendas. Et quia locus vbi iſta expediuntur etiam dicitur Curia, ſic enim ſuperbum in Curiam Senatum citari feciſſe narrat Plin. an. 219. ab Vrbe condita, indubitatum eſſe debet locum in quo Cardinales, & Prælati Romani habitant pro audiendis cauſis auctoritate Sedis Apoſtolicę, & literis eius expediendis, dici Curiam Apoſtolicam, ſeu Romanam.

21. Sed dum opinio illa excludit locum in quo ſit Pontifex, ne dicatur Curia Romana, à verò recedit. Conſiderandum verò eſt, quod Papa nunquam recedit ab Ordinario loco in quo ipſe habet domicilium, & Apoſtolicum Senatum, niſi ſecum ducat miniſtros aliquos pro expediendis, quæ ſibi occurrere poſſint, nec remittenda ſint ad miniſtros in loco ordinario Curiæ relictos. Item attendi debet, quod identitas Curiæ non pendet ex materiali identitate loci, ſed ex identitate tribunalis, ideoque ex identitate auctoritatis, qua negotia expediuntur. Ideò non per hoc erunt duæ Curiæ ſi Papa conſtituat duos Datarios, aut duos Cameræ Auditores, ſicut nec diuiduntur Diœceſes ex quo Epiſcopus plures conſtituit Vicarios in pluribus locis. Sed vna eſt Diœceſis licet ad loca diſtincta, & valdè remota ſe extendat intra certos fines. Quia Diœceſis vnitas, ex vnitate vnius Paſtoris, & ex vna auctoritate Epiſcopi conſtituitur. Papæ verò territorium eſt totus Orbis. Et eius tribunal vnitatem habens ex vnica eius auctoritate, non multiplicatur ex materiali multitudine locorum.

22. Vbi ergo eſt Papa ibi eſt Sedes Apoſtolica. Gloſſ. *in extr. execrabilis v. Romana, & ibi* Dec. *num. 4.* Nam idem ſunt Papa. & Sedes Apoſtolica. Bannes 22. *q. 1. a 10. dub. 2. concl. 3.* Nec eſt locus vbi ſit Papa in quo ipſe non poſſit Sedis Apoſtolicæ negotia expedire, & literas dare, & cauſas cognoſcere. Ideò veriſſimum eſt, quod ibi eſt Curia Romana vbi eſt Papa, licet ibi ſit tranſeunter vt docuerunt Innoc. *capit. Ego. N. de iure iurando*, & ibi Panorm. *num. 6.* Felin. *n. 9.* Gloſſ. *in v. Romana, in extrau. Execrabili, de Præbend. Rom. ſign.* 145. Franc. hic *n.* 2. Dom. *penul. not.* Decius *in cap. Meminimus, de appellat. num. 4. & 5.* Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de elect. cap. licet. §. Cenſuit. v. Curia Romana.* Tiraquell. *de nobil. cap. 31. num. 4.* Sarnen. *in reg. de trien. q. 31.* Gonzalez Gloſſ. 13. §. 1. *num. 2.* Mandoſ. *ad reg. 5. q. 2.* Verum eſt, quod hæc ſententia non bene loqueretur, ſi excluderet locum in quo Papa tranſeunter recedens à loco ſuæ habitationis relinquit ſolitos Curiæ miniſtros Cancellariam, & Audientiam cauſarum; quia non poteſt dici non eſſe ibi Curiam Sedis Apoſtolicæ, & Romanam, vbi negotia, & cauſæ ad Sedem Apoſtolicam ſpectantes cognoſcuntur. Sed tamen dicendum eſt, quod Papa perſonaliter recedens ad tempus à loco ſuæ ordinariæ habitationis, non remota audientia, & Cancellaria Curiam Romanam extendit etiam ad locum in quo ipſe de d ie in diem reperitur.

23. Et ita hoc declararunt Paulus Tertius *in conſt. 36. & Clem. VIII. in conſt. 54.* volentes beneficia vacantia in loco vbi eſt Pontifex vacare apud Sedem eo modo ac ſi Pontifex ibi degeret. Quod tamen intelligitur iuxta tertiam regulam datam *in hoc cap.* vt non verificetur de beneficiis originalium, niſi ſint Curiales, & ita non bene Palaus *d. p. 16. num. 4.* dixit quod ex vi præſent. *cap. & d. cap. licet in hoc tit.* ſint reſeruata ſolum beneficia vacantia in loco in quo Pontifex habet domicilium, & exiſtit Cancellaria, & Audientia, quia imò cum non poſſit negari, quod non vacet apud Sedem beneficium, quod vacat, vbi eſt Papa, non poteſt negari, quod ſimile beneficium non ſit reſeruatum in corp. iuris *ex vi d. cap. licet, & cap. præſentis.*

24. Ex his ergo habemus aliud eſſe curiam extendi, & aliud eam transferri. Ex eo enim quod Papa temporaliter recedat à loco ſuę habitationis ibidem relicta Cancellaria, & cauſarum Audientia extenditur Curia. Sed tunc ſolum transfertur cum Papa recedens a loco Curiæ remouet ab eo etiam Cancellariam, & Audientiam. Garz. *part. 5. cap. 1. num. 391.*

25. Semper tamen eſt aduertendum, quod licet conuertibiliter ſe habeant vacare beneficiũ apud Sedem, & in Curia, tamen non omnia beneficia vacantia apud Sedem, vel in Curia ſunt reſeruata ex *vi d. cap. licet aut ex vi præſent. cap.* Sed ſolum illa quæ vacant per obitum, & in hoc in terminis huius *cap.* Vnde non omnia beneficia vacantia apud Sedem ſunt reſeruata reſeruatione contenta in Corp. iuris, licet ſint reſeruata ex reg. Cancellar.

SVMMARIVM.

1 *Parochiales vacantes Sede vacante poſſunt prouideri ab illis, ad quos alias hoc pertinet, & idem de illis quæ vacant ante, ſed non fuit de illis ordinatum.*

2 *Intelligitur in caſu, in quo Sedes vacet per mortem Pontificis.*

3 *Et ſolum de Eccleſiis Parochialibus propriè ſumptis.*

4 *Et tunc quicumque Ordinarius aut Delegatus poteſt de illis ordinare per ſe, vel alium ſicut prius.*

5 *Idem de vacantibus ante, ſed non prouiſis per collationem vel commiſſionem.*

Diſpoſitum de eo quod euenit Sede vacante non ſe extendit ad id, quod euenit ante.

6 *Diſpoſitio huius textus non ſe extendit ad alias reſeruationes.*

7 *Ordinarius in menſe Apoſtolico non poteſt prouideri de Parochialib. Sede vacante.*

8 *An hæc Decretalis ſit abrogata?* 9. 10.

9 *Conſt. Clem. 5. & Bened. 11. fuerunt temporales, ſicut, & regulæ Cancellariæ.*

10 *Lex generalis poſterior non derogat priori ſpeciali non facta eius mentione.*

10 *Lex generalis non firmat regulam in caſibus non enumeratis, ſed recipit à iure communi interpretationem.*

11 *Regula 9. Cancell. nunc non comprehendit Parochiales de quibus Papa ante mortem non diſpoſuit.*

12 Re-

12 *Regula quinta Cancell. nunc non habet locum in caſibus huius textus.*

13 *Nec regula, quod ſemel affectum ſit ſemper affectum.*

14 *In caſibus huius textus Epiſcopus nedum poteſt eligere ad Parochiales, ſed eas conferre.*

15 *Moderatio huius cap. ſuſtinetur contra nouas diſpoſitiones.*

16 *In hoc text. non comprehenduntur beneficia deuoluta.*

Cap. Si Apoſtolica XXXV.

1 QVoniam vbi Parochiales Eccleſiæ vacant Sede vacante poteſt contingere, vt ſi expectetur electio Summi Pontificis damnũ patiantur animæ Eccleſiæ illi ſubiectæ, propter nimis longam vacantiam, ideò Pontifex huic periculo prouidere volens, limitat decretum Greg. X. *ſupra in cap. licet* 2. *in hoc tit. in duplici caſu*. Primus eſt ſi Parochiales vacent apud Sedem, ea vacante; In quo Pontifex decernitquod illi ad quos alias id pertinet poſſint liberè de illis ordinare, non obſtante *d. Conſtitutione*. Secundus caſus eſt, ſi licet dictæ Parochiales vacauerint ante, tamen non fuit de illis ordinatum poſſint eodem modo conferri. In his ergo duobus caſibus ceſſat reſeruatio *cap. Licet. 2. ſup. in hoc tit.* vt tradunt hic Interpretes, & Rebuff. *in praxi tit. Forma nouæ prouiſ. v. Dummodo num.* 14. Gonzalez *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 5. *prohem. à n.* 125. *&* Gloſſ. 24. *num.* 111. *&* 112. Maſſor. *in praxi ha endi concurſum ad Paroch. requiſ.* 7. *dub.* 43. *&* 44. *in Roman. impreſſ. Piaſec. in prax. Epiſc. p.* 2. *c.* 5. *num.* 12. Garz. *de beneſ. part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 101. Palaus *tract.* 13. *diſp.* 2. *p.* 16. *in fin.*

2. Intelligitur verò textus iſte de Sede vacante propriè, ob mortem Pontificis, non verò quaſi vacante, vt ſi Pontifex eſſet captus à Schiſmaticis Io: And. & Anchar. *not.* 1. Dom. *n.* 3. Franc. *n.* 1.

3. Et pariter de Eccleſijs Parochialibus propriè dictis, & quæ non habitu ſolum, ſed actu habent adminiſtrationem ſacramentorum, vnde non comprehendunt Dignitates habentes curam Collegialem, vel alia beneficia habentia curam animarum annexam, quæ per Vicarios exercetur extincto annexo titulo parochialitatis, ſed ſolæ propriæ Parochiales habentes curam animarum in foro interiori comprehenduntur. Io. And. Anchar. *not.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 2.

4. Huiuſmodi igitur Parochiales vacantes Sede Apoſtolica vacante conferre, vel de illis ordinare poſſunt quicumque ſint illi, ad quos alias id de iure pertineat, ſiue ſint Ordinarij, ſiue Legati, aut Delegati, & etiam ſi Eccleſiæ ſint iuris patronatus cuiuſcumque Archid. Io. And. Anchar. *not.* 3. Dom *num.* 3. Franc. *num.* 1. Et vbicumque illi fuerint etiam in Curia. & ſiue per ſe, ſiue ſi ſint in partibus remotis à Diœceſi, poterunt de huiuſmodi Parochialibus diſponere eo modo quo potuiſſent, ac ſi tales Parochiales non vacaſſent apud Sedem Apoſtolicam.

5. Idem verò dicitur de eiſdem Parochialibus, ſi licet vacauerint viuente Pontifice, tamen eodem viuente de illis non fuit ordinatum vel per collationem, aut inſtitutionem, aut confirmationem, aut per commiſſionem. Sed adhuc Sede vacante vacant, nulla ordinatione de illis facta. Archid. Io: Andreas Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 5. Franc. *n.* 2. Fuit verò explicandus expreſsè hic caſus, quia cum conſtitutio diſponens de illis, quæ contingunt Sede vacante, non claudat occurrentia ante, licet pendeant vacante ſede, hic caſus non fuiſſet incluſus in ſuperiori diſpoſitione niſi fuiſſet expreſſus. Dom. *n.* 3. Franc. *n.* 2.

6. Eſt autem circa hanc decretalem dubium primo, an comprehendantur aliæ reſeruationes, quam ſit ex vacantia per obitum apud Curiam. Affirmant enim Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 1. *v. beneficium* §. 3. *dicto* 10. *& part.* 2. *v. reſeruatio.* §. 5. Gonzalez *d.* §. 5. *prohem. à num.* 137. Palaus *d. p.* 16. Probant autem hoc per argumentum a maiori ad minus, quia reſeruationum nulla potior, ac maior, quam ratione vacationis in Curia. Caſſad. *dec.* 23. *num.* 8. *de Præbend.* Si igitur per hanc Decret. auſertur in hoc caſu reſeruatio ratione vacantiæ in Curia, multo magis erit ablata quælibet alia reſeruatio. Tum ſecundo quia caſu diſpoſitio huius *cap. licet* ſit correctoria iuris particularis, nihilominus reducat rem ad ius commune debet accipi vt fauorabilis, & vt latè intelligenda Dom. *ſup. in cap. ſtatutum num.* 6. *in hoc lib.* Et eo magis, quod militat eadem ratio, periculum enim animarũ ex vacantia Parochialis Sede Apoſtolica vacantè eodem modo imminet ex quacũque reſeruatione. At verò fit extenſio etiam de caſu exceptuato propter identitatem rationis. Nihilominus oppoſitum ſentiunt Franc. *cap. ſtatutum num.* 6. *ſup. in hoc lib.* Gaſpar. de Peruſ. *de reſeru. q.* 5. Garz. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 103. Barboſa hic *num.* 4. Et hæc opinio amplecti debet, neque enim extenſio de caſu ad caſum non expreſſum admitti debet, vt ſæpius probaui, maximè in diſpoſitione iuris correctiua, & ex hoc ſtrictè intelligenda. Quamuis nec fauor poſſit extendere conceſſionem ad caſum non expreſſum. Et identitas rationis adæquata, & propria non reperitur in his caſibus.

7. Ideò nec verum eſt, quod dicunt Gonzal. *num.* 137. *d.* §. 5. & Palaus *d. p.* 16. *fin.* Nimirum quod ſub regula huius textus comprehendantur beneficia vacantia in menſe Apoſtolico, licet vacent extra Curiam, ſi vacant ſede vacante, & quod ordinarius poſſit tunc de illis ordinare.

8. Sed dubium ſecundo eſt, an hæc Decretalis per poſteriores ſit abrogata. Nam poſteriores hac cõſtitutione fuerãt extrauagantes. Et ſi temporalium, *de Præbend. quæ eſt Clem.* 5. *& extrau. Ad regimen, eod tit. quæ eſt Benedicti* 12. *Et extrauag. Ad Romani*, quæ de beneficijs ſemel affectis Rom. Pontifici loquitur, & eſt Pauli II. quia hæc eſt decretalis Bonif. VIII. Illæ verò cõtinent reſeruationẽ ratione vacationis in Curia cũ derogationibus ad contraria. Sed, & huiuſmodo reſeruationes expreſsè habentur in regulis Cancellariæ, quæ per quemlibet Pontificem

edu-

Digitized by Google

eduntur. Sic enim Lap. *n.* 1. Dom. hic *num.* 6. Franc. *n.* 2. dicunt per hanc decretalem non derogari dictæ *Extrauag. Clem.* 5. *quia eſt poſterior.*

9. Sed primo conſiderandum eſt, quod *Extrauag. Et ſi temporalium, Clem.* 5. *& ad regimen,* Bened. XII. fuerunt temporales, & datæ pro tempore vitę dictorum Pontificum, vt ex verbis eorum eſt manifeſtum quod non aduertit Lap. *num.* 1. *volens Extrau. Clem.* 5. eſſe perpetuam, ideò non præiudicant perpetuæ conſtitutioni *præſent. cap.* Et quia, & Regulę Cancellariæ ſunt temporales, & cum morte Papæ earum virtus deficit, ideo in primo caſu noſtri textus illæ, non officiunt, quia beneficium quod vacat Sede vacante, vacat cum nullæ iam amplius ſunt Regulæ Cancellariæ, & ideò tale beneficium ex vi illarum non poteſt eſſe reſeruatum, vt plenè probat Gonzal. *d.* §. 5. *num.* 90. *& ſeq.*

10. Sed conſiderandum eſt ſecundo legem vniuerſalem generalem non derogare legi ſpeciali priori, ſi illi expreſsè non deroget, quia in moralibus vniuerſalis negatiua non cēſetur contraria particulari affirmatiuæ, vel è contra, quia in moralibus ſufficit vniuerſales propoſitiones verificari vt in pluribus. Lex verò poſterior non facta mentione prioris non illi derogat, ſi non eſt illi contraria, *capit.* 1. *de Conſtit. in hoc lib.* vbi de hoc plura dicta ſunt Ideò quod lex vniuerſalis poſterior non deroget priori particulari non facta eius mentione docent etiam Caſſad. *dec.* 6. *num.* 1. *ſuper reg.* Cancell. Rota *dec.* 75. *num.* 14. *p.* 2. *diuerſ.* Put. *dec.* 213. *num.* 4. *l.* 1. Sanchez *l.* 2. *de matrimon. diſp.* 34. *num.* 6. Anton. Gabr. *concluſ. de legib. num.* 2. Garz. *p.* 5. *de benef. cap.* 1. *num.* 111. Palaus *d. p.* 16. *num. fin.* Gonzal. *d.* §. 5. *num.* 129. plures alios referens, & addens *num.* 130. quod etiam ſi lex noua loquens in terminis iuris communis excipiat aliquos caſus, non propterea firmat regulam in aliis caſibus non numeratis, ſed à iure communi ſuppletur in non expreſſis. Panorm. *cap. Inter alia num.* 4. *de immun. Eccl.* Couar. l. 3. *var. c.* 5. *num.* 6. Cum igitur in nulla dictarum extrauag. fiat mentio huius decretalis, ſed in illis (*Excepta Conſtit. Clem.* 5. *temporali*) generaliter diſponatur de beneficiorum reſeruatione, ideò per illas non derogatur huic Decretali. Et neque per regulas Cancellariæ, quia neque in dictis regulis fit mentio huius capitis. Et ita poſt Rebuff. tenet Gonz. *d.* §. 5. *num.* 128. poſt Lap. hic *num.* 1. *&* Dom. *num.* 6. Mandoſ. *ad reg.* 5. Cancell. & idem ſentit Garz. *d. cap.* 1. *n.* 108. *etiam in* 2. *caſu text. in quo maior eſt difficultas*, Palaus *d. p.* 16. *num. fin.*

11. Hinc plura deducit Gonzal. & quidem primo quod regula 9. Cancellariæ in qua diſponitur de beneficiis, in vita Papæ vacantibus, ſed non prouiſis, non habet locum in Parochialibus, & in caſu ſecundo noſtri text.

12. Secundo quod regula 5. Cancellarius per quam reſeruantur beneficia Curialium decedentium in itinere dum ſequuntur Curiam, quæ transfertur, prout etiam continetur *in* 4. *caſu ſup. cap. prox.* non verificatur in primo caſu noſtri text. quia tunc regulæ Cancellariæ non ſunt in ſecundo autem caſu, temperatur, & limitatur per hunc text. vt locum non habeat in Paroch. tunc vacantibus.

13. Tertio quod in caſibus huius Decretal. non verificatur regula illa deſumpta ex extrauag. *Ad Romani* Pauli II. ſcilicet beneficium ſemel affectum manere ſemper affectū. Hoc enim non procedit in caſibus huius textus, vt etiam dixit Garz. *d. cap.* 11. *n.* 111.

14. Quarto quod cum in Parochialibus reſeruatis Epiſcopis locum ſit ſolum eligere promouendum in concurſu, iuxta decretum Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de refor.* In caſibus noſtræ Decretalis eius erit nedum eligere, ſed conferre.

15. Et Loter. *de re benef. q.* 27. *num.* 74. ait, quod vſque adeò ſuſtinetur moderatio huius textus contra nouas regulas reſeruatorias poſtmodum creati Pontificis, vt ſi prætextu nouæ reſeruationis alicui prouideatur, & ei deſuper expediatur Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, cum clauſula conſueta conſtito &c. infertur neceſſitas præfigendi terminum intruſo ad docendum de prouiſionibus factis ante diem aſſumptionis ad Pontificatum: quod manifeſtè implicat fauorem talis prouiſi ab Ordinario. Rota *in Corduben. beneficiorum* 6. *Febr.* 1612. *coram* Cauallerio.

16. Nihilominus tamen Decretalem hanc non extendi ad beneficia, quorum collatio, ſeu ordinatio ex negligentia eorum ad quos ſpectabat ordinare de illis, fuit ad Papam deuoluta, dixerunt hic Io: And. & Anchar. *not.* 2. Dom. *n.* 3. Franc. *num.* 2. Gonz. *d.* §. 5. *num.* 144. Garz. *d. cap.* 1. *num.* 105. Quia illa deuo uuntur ex culpa, & negligentia aliorum, & quia beneficia deuuoluta non ſunt reſeruata. Caſſad. *dec.* 8. *n.* 3. *&* 8. de *Præben.*

SVMMARIVM.

1 *Quando ceſſet, vel non ceſſet morte concedentis.*
2 *Gratia facta non ceſſat morte concedentis:*
Quæ ſit gratia facta vel facienda 2.
3 *Conceſſio facultatis aliquando eſt gratia.*
4 *Quando conceſſio facultatis ſit gratia.*
5 *Vnde cognoſcatur quod conceſſio facultatis ſit gratia.*
6 *Conceſſio facultatis agendi ad fauorem certæ perſonæ non eſt gratia facta, ſed Delegaito.*
7 *Et hoc eſt verum, etiam ſi conceſſio ſit motu proprio.*
8 *Conceſſio facultatis prouidendi de Beneficijs in genere eſt gratia facta.*
9 *Hoc limitatur.*
10 *Datur alia diſtinctio.*
11 *In quo caſu locum habeat caſus textus.*
12 *Aliquorum opinio reijcitur.*
13 *Quid vbi in mandato ſit mentio certæ perſonæ, & certi beneficij.*
14 *Quid vbi executori committitur ſola executio.*
15 *Determinatio huius textus non eſt contraria cap. ſi ſup. gratia de off. Del. in hoc lib.*
16 *Quando res dicatur non integra.*
17 *Quando Papa dat alicui facultatem prouidendi perſonis in genere, cenſetur electa induſtria perſonæ.*

18 *Textus intelligitur de omnibus beneficijs deuolutis.*

19 *Quæ dicta ſunt de conceſſione facultatis prouidendi, intelliguntur etiam de conceſſione facultatis diſpenſandi.*

20 *Poteſtas Delegati expirat morte Delegantis.*

Cap. Si Cui XXI.

1 MOdum vnde cognoſcere poſſimus an gratia alicui conceſſa ſit vel non ſit perpetua, ſiue expiret, vel non expiret morte concedentis traditur nobis in hac Decretali. Et dicitur, quod facultas, nulla facta perſonarum expreſſione, alicui conceſſa, vt aliquibus perſonis idoneis in certa Eccleſia poſſit prouidere, vel beneficia quorum collatio legitimè eſt ad Sedem Apoſtolicam deuoluta, conferre, contradictores eadem auctoritate per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo, non expirat, etiam re integra per mortem concedentis, quia eſt ſpecialis gratia, quam decet eſſe manſuram. Secus ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ ſit data facultas eidem, non ob ſuam, ſed eius cui prouideri mandatur gratiam, vel fauorem; nam huiuſmodi gratia expirat morte concedentis. Et hoc idem præter Gloſſ. & DD. *ad hoc cap. ſcribentes ex eod. text.* docuerunt Gonzal *ad reg. 8.* Cancell. Gloſſ. 12. *num.* 33. Sanchez *l. 8. de matrim. diſp.* 28. *num.* 64. 81. & 86. Rodriq. *quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 9 *a.* 1. Garz. *de benef. part. 6. cap.* 2. *num* 303. Menoch. *conſ.* 910. *num.* 1.

2. Sed regula magis generalis deducitur ex intelligentia huius textus, quia nimirum gratia facta morte concedentis non expirat etiam re integra, expirat verò gratia facienda. Et cum omne ferè reſcriptum ſit gratia Quia quidquid Papa concedit dicitur de gratia facere. *cap. Sedem de Reſcript.* nihilominus reſcriptorum alia gratiam de facto concedunt, & ſi non dant ius in re, ad minus dant ius ad rem, & hæc dicuntur continere gratiam iã factam, nã continent quid perfectum, & abſolutum iã de facto per reſcriptũ conceſſũ. Sed alia ſunt reſcripta, quæ nec ſupponunt gratiam factam, nec illã de facto dãt, ſed per illa mandatur vt fiat, & ſic continent gratiam faciendam. Reſcripta ergo quæ continent gratiam vt factam, ſeu gratia iam conceſſa, & donatur etiam re integra non ceſſat morte concedentis, ſed gratia facienda expirat. Ita Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 5. Franc. *n.* 2. Barb. *n.* 2. & præter DD. *n. ſup.* citatos Narbona *l.* 10. *tit.* 6. Gloſſ. 6. *n.* 10. *lib.* 1. *nouæ recop.* Fontanell. *tract. de pactis nup. clauſ* 4. Gloſſ. 13. §. 1. *à num.* 32. Tondut. *quæſt. benef. p.* 2. *capit.* 4. §. 2. *num.* 16. Suarez *de leg. lib.* 8. *cap.* 31. Molena *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 20. Rota *in vna Calagurit. expectatiuæ* 1. *Iuly* 1592. *coram* Penna, & 9. *Octob. eod. anno.* Quod maximè eſſe verum in illis, quæ conceduntur ſub nomine dignitatis tradunt DD. quos hic cumulat Barboſ. *n.* 2.

3. Sed accedamus ad explicationem textus. Dicitur primo, *ſi cui gratioſè conceſſa facultas &c.* Ex quibus verbis habetur facultatem prouidendi de beneficijs eſſe gratiam, ſed non ſemper ita ſe habet, Nam ſæpè conceſſio facultatis non eſt conceſſio gratiæ, ſed commiſſio, ſeu mandatũ, & Delegatio. Ex verbis autem concedentis deprehenditur ipſa gratia, *cap. Conſtitutus de conceſſ. prebend.* At in dubio præſumitur commiſſio, & qui prætendit conceſſionem facultatis eſſe gratiam, id probare debet *vt in cap. Fraternitati, de ſchiſm.* Archid. *num.* 1. Io: And. *in princ.* Anchar. *not.* 1. Dom. *n.* 5. Franc. *n.* 1.

4. Conceſſionem verò facultatis eſſe gratiam colligi poteſt, ſi eam præceſſit ſupplicatio per quam quis petit vt ſibi gratioſè concedatur facultas aliquid faciendi, *ſi* etiam actio cuius facultas datur cedit in vtilitatem eius, cui datur non eſt delegatio, ſed gratia illi facta, vt cum conceditur alicui Religioſo licentia exeundi à Monaſterio. Et ſic quando alicui habenti manus ligatas ad aliquid agendum quod concernit vtilitatem ipſius, fit illi gratia, vt cum quis diſpenſatur à ieiunio, vel ab impedimento ad Ordines, aut ad matrimonium, & ſic diſpenſatio quæ eſt conceſſio facultatis eſt gratia facta diſpenſato. Nec intereſt an hoc fiat primario ex aliquo alio fine, vt cum quis diſpenſatur à vitio natalium principaliter ob Eccleſiæ vtilitatem; ſed ſufficit ſi proximè quod conceditur ſit in vtilitatem eius cui conceditur: ſed quando conceſſio facultatis reſpicit fauorẽ ter tunc dubium eſſe poterit an ſit gratia, vel potius commiſſio.

5 Sed ad hoc diſcernendũ vtilis eſt diſtinctio textus. Nam vel exprimitur certa perſona, ad cuius fauorem facultas conceditur, vel nulla perſona exprimitur. Hæc verò eſt maxima vis expreſſionis perſonæ in hoc caſu, quod inducit extinctionem gratiæ, ſi concedens re integra moriatur Gloſſ. *in v. expreſſione.* Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 3. Sed quare? Quia quando conceditur facultas agendi aliquid quod concernit fauorem aliorum nulla expreſſa perſona, intentio concedentis non reſpicit directè fauorẽ illorum, quia directa, & principalis intentio concedentis non debet eſſe vaga, & incerta, & ita vt concedens ignoret cui faueat, ſed intentio concedentis directè, & principaliter reſpicit fauorem eius cui concedit facultatem, tunc enim conceſſio facultatis gratia, & fauor illius eſt, & quidem maior, ex quo nedum conceditur facultas agendi, ſed etiam eligendi perſonam ad cuius fauorem agat. Et quia facultas ipſa conceſſione illius ſtatim, & illico donatur, ideò conceſſio facultatis agendi ad vtilitatem aliorum nulla expreſſa perſona eſt gratia non faciẽda, ſed ſtatim facta. Et propterea meritò in textu decernitur, quod conceſſio facultatis prouidendi de beneficijs perſonis idoneis nulla illarum expreſſa non expirat re integra ob mortem concedentis. Anchar. *not.* 2. Dom. *n.* 5. Franc. *n.* 2. Bald. *n.* 2. Garz. *de benef. l.* 6. *cap.* 2. *num.* 301. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 12. *n.* 33. & alij ſupra citati.

6. Sed quando conceſſio facultatis agendi ad fauorem tertii datur cum expreſſione perſonæ ad cuius fauorem agendum eſt, tunc conceſſio facultatis (niſi aliud aliquod ſit expreſſum) non eſt gratia, ſed commiſſio, & delegatio. Non enim concedens intendit fauorem

eius

dio cui facultatem concedit agendi, ſed intendit principaliter et proximè fauorem tertii expreſſi,& ideò hæc conceſſio non eſt gratia facta, ſed facienda. Non enim eſt gratia reſpectu eius cui facultas eſt conceſſa, quia reſpectu illius conceſſio eſt commiſſio, & delegatio, & ipſe in hoc aſſumitur tanquam inſtrumentum quod deferat gratiam. Reſpectu verò tertij ad cuius fauorem agendum eſt, gratia non eſt facta, ſed eſt inchoata ſolum in conceſſione facultatis faciendi, & ideò non eſt gratia niſi in fieri, & facienda. Et propterea re integra morte concedentis expirat, Et hæc eſt ratio, ob quam in textu decernitur quod conceſſio facultatis prouidendi de beneficio expreſſis perſonis re integra expirat morte concedentis, quia non eſt gratia facta ſed facienda. Gloſſ. *in v. ſuam*, & alii DD. ſupra citati.

7. Et hoc eſt verum etiam ſi conceſſio huius facultatis ſit data motu proprio, quia motus proprius non facit quod gratia in fieri, & facienda, ſit iam facta. Io. And. *n.* 1. Dom. *nu.* 6. Franc. *n.* 2.

8. Et ſic vera eſt regula Io: Mon. *n.* 1. volentis gratiam facultatis prouidendi de beneficiis factam in genere menſurandam eſſe ex perſona donatarii, vt videat ſi expiret, vel non re integra. Sed gratia facta in ſpecie ex perſona donantis menſuratur, & eo mortuo expirat, vt in textu dicitur.

9. Sed tamen hæc pars ſuſcipit limitationẽ, & poteſt contingere quod conceſſio facultatis datæ ad fauorem alterius etiam expreſſis perſonis cenſeri debeat gratia facta, quæ morte concedentis non expiret. Quia poteſt eſſe, quod conceſſio facultatis ſic prouidendi certæ perſonæ ſit conceſſa principaliter ad fauorem eius cui facultas conceditur, & ſolum conſecutiuè, & contingenter ad fauorem beneficiandi. Vel poteſt eſſe vt proximè, & principaliter ſit intentus fauor vtriuſque vel poteſt eſſe vt ſit intentus fauor Eccleſiæ, vel etiam ſit intentus fauor Eccleſiæ, & beneficiandi ſimul. In his enim omnibus caſibus conceſſio facultatis eſt conceſſio gratiæ factæ vel beneficiaturo, vel Eccleſiæ, & ideo non expirat morte concedentis, vt hic aduertunt Lap. *n* 1. Dom. *n.* 7. Franc. *n.* 3. Et quia gratiæ nomen hic dicitur non quia ſit quid gratis conceſſum, quia hoc modo etiam commiſſio, & delegatio eſt gratia. Sed hic gratia accipi debet pro re vtili, & fauorabili ei, cui conceditur. Et ideò attendi debet an conceſſum ſit quid vtile, & dato quod importet aliquid vtilitatis pluribus, nam commiſſio, & mandatum de prouidendo poteſt eſſe vtile nedum beneficiato, ſed delegato, attendi debet cuius vtilitas ſit proximè per ſe, & principaliter intenta. & ſi vtriuſque vtilitas eſt ſic intenta, conceſſio facultatis de prouidendo non eſt pura commiſſio, ſed eſt gratia facta delegato, & quia reſpectu illius eſt gratia facta, nihil intereſt quod reſpectu beneficiandi ſit gratia facienda, quia remanente facultate prouidendi in Delegato, quæ eſt gratia illi facta, quæ morte concedentis non expirat, poteſt beneficium validè conferri illi ad cuius fauorem conceſſio facultatis data fuit.

10. Ideo in hoc datur alia diſtinctio. Nam in conceſſione facultatis prouidendi de beneficio expreſſa perſona, vel ſimul exprimitur certum beneficium, vel nullum certum beneficium exprimitur. In primo caſu gratia non expirat morte concedentis, quia eſt iam facta; Nam ex vi talis commiſſionis, iam illud beneficium eſt illi expreſſæ perſonæ adiudicatum, & illi acquiſitum fuit ius ad rem reſpectu eiuſdem beneficij. Neque hoc iam conſiſtit in fieri, ſed eſt factum, & in ſuo genere perfectum. Et propterea ob hanc rationem, quod gratia, ſeu mandatum de prouidendo in *forma* dignum, non expiret re integra morte concedentis docuerunt Rota *dec.* 12. *de off. deleg, alias* 349. *in nou. mil. in repert. v. Gratia facta, ſed non executa* Gigas *de penſ. q.* 91. *num.* 4. Gabr. *de Præbend. concl.* 1. *nu.* 19. Mandoſ. *reg.* 10. *q.* 2. *num.* 4. Sanchez *l.* 8. *de matr. diſp.* 28. *n.* 87. & alii quos ſequitur Garz. *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 300.

11. Et ſic textus iſte locum habet ſuppoſito eo, quod & in primo caſu poſitum eſt, ſcilicet quod mandatum ſit de prouidendo non expreſſo certo beneficio. In hoc enim caſu gratia eſt in fieri, & ideò expirat morte concedentis. Rodriq. *quæſt. regul* 46. *a.* 7. *ad fin.* Graff. *l.* 4. *cap.* 2. *num.* 28. Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 12. *n.* 42. Garz. *d.* 2. *n.* 301.

12. Quamuis verò Hieron. Palaus, & Rebuffus apud Garz. *n.* 302. & Sanchez vbi ſup. *n.* 87. voluerint, quod nec mandatum de prouidendo certæ perſonæ de incerto beneficio expiret morte concedentis, & explicent textum, vt loquatur non de mandato, ſed de ſimplici facultate, meritò reijcitur à Garz. *d. n.* 302. quia in textu habetur verbum *mandatur*. Et præterea cum mandatum reſpectu mandatarij nõ ſit gratia, mandatum verò de prouidendo certæ perſonæ de beneficio incerto reſpectu illius perſonę ſit gratia facienda, neceſſariò expirat morte concedentis re integra.

13. Sed vbi ſit mentio de certa perſona, & de certo beneficio in mandato de prouidendo, etiam ſi mandetur id fieri cum cauſæ cognitione, & cum partis citatione, gratia durat. Neque enim ceſſat executio, quia eſt gratiæ iam factæ, *cap. ſi ſup. gratia, ſup. de off. Deleg. in hoc lib.* Et ita nec ceſſat facultas prouidendi, quæ habet rationem gratiæ factæ ex quo beneficiando fuit acquiſitum ius ad beneficium expreſſum. Guterez *Canon. quæſt. l.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. Sanchez vbi ſup. *num.* 88. Hier. Palaus, & Rebuffus, quos ſequitur Garz. *d. cap.* 2. *num.* 303.

14. Vlterius verò additur, quod etiam vbi mandatum eſt de prouidendo certæ perſonæ de beneficio vacaturo incerto, ſi Papa ipſe ex tunc conferat illud beneficium vacaturum quodcumque illud fuerit, illi certæ perſonæ expreſsè, & executori ſolum committat executionem beneficij non prouiſionem, hæc gratia eſt iam facta, & executor datur ſuper gratia iam conceſſa, vnde mandatum morte concedentis non expirat Molina *tract.* 5. *diſp.* 20. *num.* 2. Rota *in Calagurit. expectatiua.* 1. *Iulij* 1592. *coram* Penna, *& coram eodem* 9. *Octobris*. Garz. *d. cap.* 2. *num.* 305.

15. Et per hæc patet quod determinatio huius decretalis non eſt contraria *cap. ſi ſup. gratia de off. Delegati in hoc lib.* Barboſ. hic *num.* 3.

con-

Digitized by Google

concordat dicens, quod vbi reſcriptũ gratiæ refertur ad eum, cui gratia fit, etiam ſi cauſæ delegationem contineat alteri directam, gratia re integra non expirat morte concedentis. Et in his terminis loquitur *d. cap. ſi ſuper gratia*. Sed quando reſcriptum gratię non refertur ad eum, in cuius fauorem gratia fit, mortuo concedente, re integra, gratia expirat. Hanc eandem diſtinctionem tradidit Sahagun. *de Villa in cap. relatum de off. Delegati num* 14. apud Garz. *d. cap.* 2. *num.* 304. Qui diſtinctionem tanquam verbalem reiicit, & meritò. Nam nunquam gratia ſi non eſt facta, ſed facienda durat re integra poſt mortem concedentis. Hoc igitur debet attendi, & conſiderari an concedens ipſe gratiam concedat, ſolumque det mandatum de gratia conceſſa exequenda; nam tunc gratia non expirat. Et hic eſt caſus *d. cap. ſi ſuper gratia*. Sed ſi datur mandatum non merè de executione gratiæ conceſſæ, ſed de gratia concedenda, & exequenda tunc gratia expirat re integra ob mortem concedentis, & hie eſt ſecundus caſus pręſentis textus. Videantur notata *in d. cap. ſi ſuper gratia*. Ita Gloſſ. *in v. moriatur*, Archid. *n.* 1. Franc. *num.* 4.

16. Ad hoc verò vt in propoſito res non dicatur integra, nec eſt neceſſe quod beneficium ſit iam collatum vel quod non fuerit proceſſum ad ſubſtantialia, nec ſit non integra per ſolam præſentationem reſcripti, ſed requiritur, & ſufficit ſi executor aggreſſus eſt negotium prouiſionis, *vt in cap. Quamuis de off. deleg. ſup. in hoc lib.* quia ſcilicet executor incæpit vti iuriſdictione ſibi data ad prouidendum, vt ſi in forma pauperum fecit inquiſitionem, etiam ſi extraiudicialiter, vbi non eſt opus tali iudiciali, & citatione iuridica; ſufficit ergo quod inceperit proceſſum neceſſarium etiã extraiudicialiter, ſi hoc ſufficit. Et in vniuerſum ſufficit, quod legitimè inceperit vti iuriſdictione ſibi conceſſa, vt dixi *d. cap. Quamuis num.* 2. & hic tradunt Io. And. *ante num.* 1. Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 4. *&* 6. Franc. *num.* 3.

17. Notandum autem circa verbum prouidere, quod quando Papa dat alicui facultatem prouidendi perſonis idoneis in genere, cenſetur electa induſtria perſonæ, & ideò Delegatus non poteſt ſubdelegare: ſecus ſi certa perſona exprimatur, vt hic notant Archid. & Io. And. & Franc. *num.* 3. in Gloſſ. 2.

18 Notandum ſecundò circa illa verba textus *beneficia deuoluta*, quod non limitatur conceſſio ad deuoluta ex Concil. Lateranen. cum in textu nulla ſit mentio talis Concil. ſed ad omnia deuoluta ſe extendit vt contra Dom. *nu.* 7. & ex Gloſſ. *in v. legitimè* aduertit Franc. *num.* 4. ſub nomine tamen beneficiorum non veniunt reſeruata, etiam ſi in mandato detur facultas conferendi beneficia qualitercumque Videantur notata *ſup. cap. fin. de off. Vicarij*.

19. Notandum tertiò circa verbum *non expirat* idem dicendum de diſpenſationis poteſtate data in genere, non expreſſis perſonis, quia eſt latè interpretanda ſecus verò, ſi perſonæ exprimantur. Put. *dec.* 39. *num.* 2. *lib.* 3. Sanchez *de matr. l.* 8. *diſp.* 2. *num.* 6. Couar. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 8. §. 8. *num.* 9. Barb. *num.* 5. Et nunc an hæc facultas expiret, vel non expiret ex præcedentibus eſt iudicandum.

20. Notandum quartò circa verba. *Illa quidem expirat illa omninò*, quod poteſtas Delegati expirat morte Delegantis, re integra. Sanchez *l.* 8. *de matrimon. d.* 28. *num.* 40. Bellam. *dec.* 542. Barb. *num.* 6. *Videantur notata cap. Si ab ſubdelegato* 14. *ſup. de off. Delegat. in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Nullus ad ſacros Ordines poteſt ordinari ſine titulo.*

2 *Ordinato ſine titulo debentur neceſſaria vita vel ab Ordinante, vel à committente.*

3 *Titulus non eſt neceſſarius ad Ordines Minores.*

Ordinatus ſine titulo in ſubdiaconum non poteſt ordinari in Diaconum. 3.

4 *Requiritur titulus vt actu habitus, & non ſufficit expectatiua. Neque in hoc poteſt Epiſcopus diſpenſare.*

Sufficit beneficium cuius fructus alteri ſunt conceſſi. 4.

5 *Quæ veniant ſub neceſſarijs vitæ.*

6 *Non debentur neceſſaria vitæ ei, qui habet aliunde.* 7.

7 *Nec filio viri diuitis, niſi in ſubſidium.*

8 *Non eſt neceſſe miniſtrare neceſſaria merè gratis.*

9 *Epiſcopus poteſt in ſua Diœceſi committere alteri Epiſcopo ordinationes.*

10 *Ex vi commiſſionis generalis poſſunt conferri omnes Ordines tam maiores, quam minores.*

11 *Ordinans ex commiſſione generali aliquem ad ſacros Ordines ſine titulo debet ei neceſſaria vitæ.*

12 *Ad id tenetur etiam committens ex iure generali.*

13 *Commiſſio eſt generalis ſi eſt ad perſonas certi loci.*

14 *Tenetur committens ad miniſtranda neceſſaria, ſi ſibi reſeruauit inquiſitionem idoneitatis.*

15 *Committens in ſpecie tenetur ad eadem neceſſaria.*

16 *Et dans licentiam ſubditis vt ordinentur ab alieno Epiſcopo.*

17 *Inferiores Epiſcopis non dant dimiſſorias.*

18 *An ſucceſſor teneatur ad prædicta neceſſaria miniſtranda.*

19 *Regulares ad titulum paupertatis ordinantur.*

Cap. Si Epiſcopus XXXVII.

1. CVm non deceat, vt inquit Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reform.* eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt cum Ordinis dedecore miniſtrare, aut ſordidum quæſtum exercere. *Cap. Diaconi ſunt* 93. *diſt.* ſtatutum fuit in Concil. Chalcedon. *relato cap. Neminem* 70. *diſt.* *& in* Concil. Placent. *relato in cap. Sanctorum ead. diſt.* irritam eſſe ordinationem illius qui ſine Eccleſia, hoc eſt ſine beneficio, aut patrimonio ordinatur. Irritam inquam non quoad veritatem ſeu ſubſtantiam ordinis, ſed quoad executionem, vt explicat Gloſſ. *in v. irritas, cap. Cum*

ſe-

Digitized by Google

ſecundum 16. *de Præbend. At Alex.* 3. *in cap. Epiſcopus, de Præben.* & Innoc. III. *in d. cap. Cum ſecundum* ablata irritatione ſeu ſuſpenſione ab exercicio Ordinis, ſtatuerunt Epiſcopum ordinantem aliquem ſine titulo beneficii, aut patrimonio, debere ordinato tamdiù neceſſaria ad vitam miniſtrare, donec in aliqua Eccleſia conuenientia ſtipendia militiæ Clericalis ſubminiſtret. Propterea Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reform.* ſtatuit, vt impoſterum nullus, quantumuis alias ætate, moribus, & ſcientia idoneus ad ſacros Ordines promoueatur, niſi conſtito eum ſufficiens beneficium pacificè poſſidere. Patrimonium verò vel penſionem habentes ordinari non poſſe, niſi eos Epiſcopi pro neceſſitate, aut commoditate ſuarum Eccleſiarum judicauerint aſſumendos. Ad antiquorum igitur præfatorum Canonum declarationem Bonif. VIII. in hac Decretali regulam trimembrem tradit.

2. Si igitur, inquit, Epiſcopus vnius Diœceſis alteri Epiſcopo committat, vt vice ſua Ordinationes habeat in Eiuſdem Diœceſi nulla expreſſa ordinandorum perſona, ſed in genere, & contingat aliquem ſine titulo ordinari, ipſe Epiſcopus ordinans, cum in culpa huius fuerit, tenebitur Ordinato neceſſaria vitæ miniſtrare, donec per ipſum, vel per alium eidem de competenti beneficio ſit prouiſum. Sed ſi Epiſcopus committit alteri Epiſcopo, vt certas perſonas ordinet, tunc Epiſcopus ipſe mandans ad miniſtrandum præfata neceſſaria tenebitur, quia ipſe in hoc caſu præuidere debuit an ordinandus haberet titulum. Sed ſi Epiſcopus ſuis ſubditis conceſſerit, vt à quocumque voluerint poſſint ſacros Ordines ſuſcipere, tunc non Epiſcopus ordinans, ſed Epiſcopus, qui dedit licentiam, quam non debuit dare niſi habentibus titulum, ad præmiſſa tenebitur.

3. Itaque in illis, qui ordinantur ad ſacros Ordines prærequiritur titulus beneficiij ſufficientis, vel patrimonii, Et ſi ſine titulo, quis ordinatus fuerit, debentur ei neceſſaria vitæ, vel à mandante illum ordinari, vel ab ordinante. Dictum verò eſt ad ſacros Ordines, quia huiuſmodi titulus pro ordinibus Minoribus non eſt neceſſarius, vt patet ex praxi accepta, & colligitur ex *cap. Tuis, Cap. Epiſcopus, cap. Cum ſecundum, ſup. eod. tit.* & *ex* Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. Et ex hoc text. deducunt Gloſſ. *in v. ſacros*, Io: Moneta *num.* 1. Dom. *nu.* 1. Franc. *num.* 1. Barb. *num.* 4. & docent Nanar. *conſ.* 14. *de temp. ordin.* Petr. de Ledeſ. *part.* 1. *de caſ. ord. cap.* 78. Paris. *de reſign. l.* 2. *q.* 6. *n.* 4. Rota *dec.* 731. *num.* 13. *p.* 1. *diuerſ.* Rodriq. *in ſumma tom.* 2. *c.* 15. *num.* 16. Huiuſmodi tamen titulus pro omnibus ſacris ordinibus exigitur, & ita quod ordinatus ſine titulo ad ſubdiaconatum, non poteſt ſine illo ordinari in Diaconum, nec Diaconus in ſacerdotem, & grauiter peccat, qui ſine titulo ad huiuſmodi ordines promouetur. Suarez *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 39. Barb. *de pot. Epiſc. all.* 20. *nu.* 11. Garz. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 127. vbi quod ita declarauit S. Cong. in vna Seguntina. Palaus *d. tr.* 27. *p.* 9. *n.* 4.

4. Requiritur vero titulus vt habitus actu, & non ſufficit ſi habeatur in ſpe etiam certa, vnde non ſufficit quod habeatur expectatiua ad beneficium, etiam ſi in expectatiua data in forma pauperum, expectans ſit iudicatus idoneus ab executore, vt communiter hic tradunt. Io. And. *num.* 1. Anchar *not.* 3. D. *n.* 7. Franc. *num.* 3. Quod maximè eſt neceſſarium modo poſt Concilium Trid. quod non vult aliquem ad ſacros Ordines promoueri niſi prius conſtito de ſufficienti titulo. Sufficit tamen beneficium, licet eius fructus alteri ſint conceſſi, quia per extrauag. ſuſcepti Io. 22. *de Præben.* huic beneficiato debetur ex eiſdem fructibus ſuſtentatio. Io. And. *num.* 1. Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 7. Franc. *num.* 3. Et quod S. Cong. declarauerit poſſe aliquem ordinari in titulum beneficij ad Subdiaconatum, & Diaconatum, licet non ſit recepturus fructus niſi poſt ſuſceptum ſacerdotium, refert Garz. *d. cap.* 5. *num.* 110. Quod intelligendum erit, ſi interim Clericus habeat vnde ſe ſuſtentet. Beneficium verò ad cuius titulum quis ordinatur debet habere fructus certos, vt declaraſſe S. Cong. tradit idem Garz. *num.* 111. Quamobrem licet Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 4. *num* 36. Auila *de cenſ.* 3. *p. diſp.* 5. *d.* 5. *in fin.* & apud Palaum vbi ſup. *num.* 5. Corduba, Henriq. & Vega dixerint Epiſcopum poſſe diſpẽſare cum viro inſigni moribus, & doctrina, vt ſine titulo ordinetur in ſubdiaconum, quia adſit ſpes certa ei non defuturum beneficium. Meritò hoc reiecerunt Petrus de Ledeſma *de ſacram. Ord. cap.* 7. *ante vlt. concluſ.* Rodriq. II. *p. cap.* 15. *num.* 15. Salzed. *in praxi cap.* 18. *num.* 17. Genuenſ. *cap.* 8. *num.* 2. Palaus *d. num.* 5. Garz. *d. cap.* 5. *num.* 129. Vbi refert S. Cong. declaraſſe non poſſe aliquem ordinari ad titulum literaturæ. Vnde nec eſt probandum, quod dicunt alii, nimirum Henriq. *lib.* 13. *cap.* 57. *num.* 1. Auila 3. *p. de cenſ. diſp.* 5. *d.* 3. & non reiicit Palaus *d. p.* 9. *num.* 48. ſcilicet, quod iam ſine titulo ordinatus in ſubdiaconum, ſub ſpe futuræ honeſtioris ſuſtentationis acquitendæ poſſit ordinari in Diaconum, hoc enim repugnat ſacris Canonibus, & præcipuè Concilio Trident. requirente ad ordines ſacros titulum certum ſecurum, & manifeſtum, non verò ſpem.

5. Si autem contingat aliquem ſine titulo ordinari ad ſacros Ordines debentur ei neceſſaria vitæ, vt in hoc text. & *cap. Epiſcopus, cap. Cum ſecundum ſup. eod. tit.* Per neceſſaria vitæ autem Io. And. *num.* 1. intelligit alimenta, Archid. autem *num.* 4. & D. *num.* 8. Cibaria, veſtiaria, & habitatio, ſed Anchar. *not.* 5. benè ponderat, quod ſub his verbis neceſſaria vitæ, veniunt quæcumque ad ſuſtentationem vitæ neceſſaria ſunt, etiam medicinalia, & alia ad vitam neceſſaria. Huiuſmodi verò debentur in ea menſura quam requirit, & patitur facultas debentis, & conditio perſonæ, cui debentur, Archid. *num.* 4. Dom. *num.* 8. Attenta etiam conſuetudine loci. Anchar. *not.* 4.

6 Hæc tamen obligatio non eſt perpetua, ſed durat donec ordinatus ſit prouiſus de ſufficienti beneficio, aut ſuſtentamento. Et non intereſt an ordinatus obtineat beneficium aut patri-

tri-

trimonium, vel penſionem ab Ordinante, vel ab alio, dummodo horum aliquid obtinuerit, vt hic aduertunt Lap. *num.* 1. Anchar. *not.* 6. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2.

7. Imò aduertendum eſt, quod licet non poſſint Epiſcopi ordinare aliquem ad ſacros Ordines niſi ad titulum beneficij, vel patrimonij, vel penſionis, quæ actu habeantur, tamen quantum ad pœnam hanc vitandam, ſufficit ſi Ordinatus habeat patrimonium, vel vnde viuat, etiam ſi non ſit ordinatus ad titulum patrimonii expreſsè. Gloſſ. *in v. titulum*, Dom. *n.* 9. & poſt Io. And. & Io. de lign. Franc. *num.* 3. Ideò etiam ſufficit ſi ordinatus ſit filius viri diuitis. Quamuis enim vt dixit Flam. *de reſig. l.* 2. *q.* 6. *num.* 28. hoc non ſufficiat ad hoc vt filius licitè ordinetur, ſufficit tamen ad hoc vt ordinans non teneatur ad ſubminiſtranda neceſſaria vitæ ipſi ordinato, cum ad hoc teneatur Pater diues, qui tenetur ad alimenta filij *l. Cum oportet §. Cum autem C. de bonis, quæ liber. leg.* Barb. *de off. Epiſc. all.* 20. *num.* 4. Palaus *d. tr.* 27. *p.* 12. *num.* 1 Crederem tamen, quod in ſubſidium, & ne cogeretur de facto filius mendicare, teneretur Ordinator ad ei præſtanda alimenta.

8. Hæc etiam Ordinatoris obligatio non ſe extendit ad præſtanda vitæ Ordinato ſine titulo neceſſaria vitæ gratis, ſed poteſt obligare ordinatum vt ſibi vel alteri in conuenienti miniſterio ſeruiat. Non enim eſt neceſſitatus mendicare, vel turpem lucrum exercere, qui poteſt per honeſtum, & conueniens ſuæ dignitati miniſterium, & laborem victum ſibi quærere, vt poſt Io. And. *in d. cap. Cum ſecundum*, aduertit Anchar. *not.* 5.

9 Diuerſimodè tamen hæc obligatio pertinet ad ordinantem, vel ad mandantem ordinare. Et hoc eſt quod præcipuè decernitur in hoc text. Diſtingui igitur debet inter Epiſcopum committentem, & Epiſcopum ordinantem, & Epiſcopum committentem ordinationes in genere, & in ſpecie. Itaque ſupponitur Epiſcopū poſſe alteri Epiſcopo cōmittere vt ſuos ſubditos ordinet. Et non ſolum Epiſcopo eiuſdem Prouinciæ, ſed alterius, & cuiuſcumque prouinciæ poteſt Epiſcopus committere ordinationes in ſua Diœceſi, vel ſuorum ſubditorum. Archid. & Io. And. *in princ.* Anchar. *not.* 1. Dom. *num.* 5. Franc. *n.* 1.

10. Committens verò poteſt id facere in genere non determinata aliqua perſona, & in ſpecie perſona, vel perſonis expreſſis. Conueniunt veró iſti duo modi, quod vbi non exprimitur aliquis Ordo particularis, ſed committitur Ordinatio ſimpliciter, Epiſcopus commiſſarius poteſt ad quemlibet Ordinem ordinare, vt ex hoc textu habetur, in quo in facto narratur commiſſam fuiſſe ordinationem, & Epiſcopum ad ſacros ordines ordinaſſe, & ſic ſub commiſſione ordinationis ſimpliciter ſeu in genere, veniunt etiam Ordines maiores, qui magis propriè dicuntur ſacri. Archid. *num.* 1. Io. And. *n.* 1. Anchar. *not.* 1. Dom. *num.* 1. Franc. *num.* 1. Et quidquid in contrarium dixerit Io. Mon. *num.* 2. multo magis veniunt Ordines minores, vt citati DD. aduertunt, Imò ſi non deberet dictio Ordinatio accipi in ampla ſignificatione, vt comprehendat omnes ordines, deberet reſtringi potiùs ad minores.

11. Diſtinguuntur verò illę duæ formę cōmittendi, quia in prima generali facta non expreſſis perſonis cenſetur electa induſtria perſonæ, & illi commiſſa cura cognoſcendi de idoneitate ordinandorum, & de requiſitis ad Ordines ritè recipiendos, & ideò culpę eius tribuitur, ſi non idoneus admittitur. Et propterea in textus prima parte decernitur, quod in hoc caſu Epiſcopus commiſſarius ordinans, & exiſtens in culpa teneatur ad miniſtranda ordinato ſine titulo neceſſaria vitæ. Io. Mon. *num.* 1. Archid. *n.* 2. Io. And. *n.* 2. Anchar. *not.* 3. & 4. Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 3.

12. Quod ſi hic Epiſcopus Commiſſarius qui ordinauit ſine titulo aliquem ex vi generalis commiſſionis, non habeat vnde ordinato neceſſaria vitæ miniſtret, non tenebitur quidem ad id committens ſi non ſit in culpa. Archid. *n.* 4. & ordinatus contra committentem non poterit agere ex condictione *cap. Cum ſecundum, ſup. eod. tit.* poterit tamen implorare officium Iudicis generale, Cum Epiſcopi ſit procurare, vt cum dedecore Ordinis Clericus non mendicet. Io. And. *n.* 1. Anchar. *q.* 1. Dom. *n.* 7. & ex Io. de lig. Franc. *n.* 3.

13. Et aduertendum commiſſionem cenſeri generalem, etiam ſi exprimantur perſonæ aliquæ in generali, & ſi committantur ordinationes perſonarum certi loci, & ideo etiam in hoc caſu Epiſcopum ordinantem, non vero mandantem teneri ad reſtitutionem dixerunt *in v. certas* Dom. *num.* 10. Franc. *nu.* 3. Barb. *nu.* 5.

14. Prædicta tamen non procederent, ſi Epiſcopus committens reſeruaſſet ſibi cognitionem idoneitatis perſonarum, & ab onere huius inquiſitionis Epiſcopum commiſſarium expreſſè, vel tacite liberaſſet. Tunc enim Epiſcopus committens ad prædicta teneretur. In Epiſcopo enim mandante reſidet connaturalis obligatio, vt in ſua Diœceſi non fiant ordinationes niſi ſecundum canones.

15. Sed in ſecunda forma committendi in ſpecie expreſſis perſonis iuſtè præſumitur, quod Epiſcopus mandans ſe certum reddiderit de idoneitate ordinandorum, quos in ſpecie, & expreſſis perſonis committit ordinari. Et ideo ſi contingat aliquem ordinari ſine titulo, vt ſupra, ipſe tenetur ordinato miniſtrare neceſſaria vitæ, vt decernitur in textu, & ſæpe citati DD. docent.

16. Quod idem dicendum eſt vbi de Diœceſani licentia eius ſubditi ab alieno Epiſcopo in propria Diœceſi ordinantur, nam Diœceſanus non poteſt nec debet ſubdito dare dimiſſorias, ſeu licentiam ad ordines ſacros, niſi prius ſibi conſtito an ordinandi habeant requiſita ad ordines.

17. Quod vero dictum eſt de Epiſcopo non habet locum, in omni Prælato habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quia ſolus Epiſcopus poteſt dare dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos, vt ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *de reform. vt. videntur notata ſup. in hoc lib. cap. nullus* 3. *de tem. ord. q.* 2. 3. *a nu.* 147.

An

15. An autem ad hæc neceſſaria ſubminiſtranda teneatur ſucceſſor in dignitate. Videas DD. *in d. cap. cum ſecundum ſup. eod. tit.* Et interim dicas, quod in Epiſcopo ſucceſſore manet illa obligatio connaturalis officio, vt non permittat Clericum cogi ad mendicandum.

16. Supradicta autem dicta ſunt de Clericis ſæcularibus, nam regulares profeſſi ad titulum paupertatis ordinantur.

SVMMARIVM.

1 *Si Papa primo loco dat facultatem conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad ſe deuoluta, & ſecundo loco ea conferat alicui, præualet ſecunda gratia.*
2 *Gratia ſpecialis poſterior derogat priori generali.*
3 *Vniuerſaliter verificatur textus.*
4 *Gratia generalis poſterior, aut ſpecialis, non derogat, vel alij generali, vel alij ſpeciali non facta eius mentione.*
5 *Sub gratia conceſſa in textu non computantur beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi.*
6 *Gratia eadem intelligitur dè primis vacantibus.*
7 *Vt illius non poſſunt conferri beneficia vacantia per fictum deceſſum.*
8 *Potuiſſent conferri beneficia ſpectantia ad collationem Papæ.*
Non tamen reſeruata ſpecialiter, vel vacantia in curia 8.
9 *Et omnia beneficia illorum ſex Clericorum.*
10 *Epiſcopus non poteſt conferre beneficia ad Papam deuoluta.*

Cap. Quamuis XXXVIII.

1. DVo caſus ponuntur in hac Decretali, in quibus poſterior gratia beneficialis præualet priori, & ſumma illius conſiſtit in hac regula, videlicet, ſi Papa primo loco dat alicui facultatem conferendi beneficia, vel certo modo vacantia, vt per ceſſionem, & mortem, vel ad Papam deuoluta, at vero ſecundo loco aliquod de his beneficijs conferat ſpecialiter, vel conferri mandet, conceſſio iſta ſecunda ſpecialis derogat priori generali, ita quod ſecundo beneficium debetur.

2. Similia vero fuerunt ſtatuta ſupra cap. *Dudum in hoc titulo*, vbi etiam explicatum fuit, qualiter ſpecies deroget generi, & in his beneficialibus ſpecialis conceſſio deroget generali; non facta illius mentione. Quod hic quoque Gloſſ. & cæteri DD. aduertunt.

Notandum vero eſt hic primo, quod licet textus loquatur cum particulari perſona, quam in prima parte non exprimit, & in ſecunda parte exprimit Epiſcopum, tamen Bonifacius VIII. exemplariter loquens generalem regulam iuxta eius morem per caſum particularem explicat, vnde quod hic dicitur vniuerſaliter verificatur, tam in Epiſcopo, quam in quocumque alio etiam inferiori, cui per ſedem Apoſtolicam facultas conferendi beneficia certo modo vacantia vel ad Papam deuoluta ſit conceſſa Io. And. *in princ.* Dom. *num.* 3. Franc. *nu.* 1.

3. Notandum ſecundo circa dictionem *beneficia*, quod in textu ſub eius nomine comprehenduntur Canonicatus & præbendæ, vt patet ibi *Canonicatum & præbendam*. Et hoc verificatur quotieſcumque facultas conferendi datur principaliter ad fauorem conferentis, ſeu quando datur facultas conferendi beneficia in genere, vel in aliqua communitate nulla perſona particulari expreſſa. Tunc enim debet fieri lata interpretatio gratiæ, licet eius effectus deriuet in alium, Archid. & Dom. *num.* 1. Franc. *num.* 1.

4. Notandum tertio per locum à contrario quod ſicut collatio Papæ, vel mandatum de conferendo certæ perſonæ vacet, non facta mentione conceſſionis generalis, & poteſtatis conferendi alteri datæ, & ex hoc gratia ſpecialis non erit ſubreptitia, vt in textu decernitur; ita è contra ſi ſecunda gratia ſit generalis ſicuti prima præualeret prima facta per Papam, aut eius auctoritate, ſi de illa facta non fuit mentio in ſecunda vt hic notat Io. And. Et idem eſſet ſi vtraque eſſet ſpecialis; nam & tunc præualeret prima, niſi illius mentio fuiſſet facta, vt notat Franc. *num.* 2. poſt Gloſſ. *v. in genere*.

Notandum quarto quod cum in forma conceſſionis factæ in primo caſu numerentur perſonæ, non vero beneficia, conceſſa enim fuit facultas conferendi beneficia ſex clericorum colligitur, ſub hac conceſſione concedi facultatem ad omnia beneficia illorum ſex Clericorum. Quo ſuppoſito magna fuit inter DD. cōcertatio, an ſub gratia huiuſmodi computari debeant beneficia, quæ Ordinarius iure proprio, aut deuoluto poteſt conferre. Sed breuiter dicas non computari, ſi Epiſcopus ea auctoritate ſua ordinaria conferat, ſicut conferre poteſt; non obſtante gratia conceſſa conferendi auctoritate Apoſtolica; computari vero, ſi gratia ſibi conceſſa vtens ea conferat etiam auctoritate Apoſtolica. In dubio autem cenſeri eum contuliſſe. Etiam auctoritate Apoſtolica dicunt Lap. *nu.* 1. & Franc. *num.* 3. ſed potius oppoſitum in hoc caſu dicendum eſſe probatur, quia Epiſcopo potius eſt præiudiciale cōferre auctoritate Apoſtolica diminuendo ſibi Apoſtolicam gratiam ſine neceſſitate illius conferendo illa beneficia, quæ propria auctoritate poteſt conferre.

6. Diſputant etiam an gratia huiuſmodi intelligi debeat de primis cedentibus, aut decedentibus, ſed breuiter dicas cum Anchar. *not.* 1. intelligi de primis non ſpectantibus tamen ad collationem Epiſcopi, ſed quæ Epiſcopus conferre valet auctoritate Apoſtolica. Nam dato etiam, quod literæ Papæ datæ eſſent motu proprio, & quod ſint latè intelligendæ, & non reſtringendæ, maximè vbi non concernant niſi præiudicium concedentis, adhuc dicitur non eſſe veriſimile, quod Papa dederit gratiam indeterminatam, & in infinitum ad libitum Epiſcopi extendendam expectando vt vacent pinguiora, & meliora beneficia, ſic igitur & hic ſeruari debet, quod ſupra deciſum fuit, *cap. Non poteſt in hoc lib.*

7. Notandum quinto in textu determinari beneficia vacantia certo modo, ſcilicet beneficia cedentium, & decedentium. Quod debet

intel-

intelligi proprié. Et ideo vi huiuſmodi literarum non potuiſſet Epiſcopus conferre beneficia vacantia, vel ex cauſa matrimonij, vel ex adeptione alterius beneficij incompatibilis, vel alio mndo vacantia. Nec obſtat, quod gratia illa ſit fauorabilis, quia nec gratia fauorabilis etiã ſi data motu proprio extendi poteſt, vel ad caſus non expreſſos, vel ad figuratas, aut fictas ſignificationes, & ideo gratia intelligitur tantum de veré, & proprié, & non ficte cedentibus in manibns ad quos ſpectat, & decedentibus Gloſſ. *in v. decedentium* Archid. & Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 8. Franc. *num.* 5.

8. Ex vi vero dictæ gratiæ potuiſſet Epiſcopum conferre beneficia ſpectantia ad collationem Papæ, non tamen vacantia in curia, aut ſpecialiter Papæ reſeruata dixit Lap. *nu.* 3. Dom. *num.* 8. Franc. *num.* 4. De generaliter autem reſeruatis illa potuiſſe conferri ex vi talis gratiæ, cenſet hic Domin. nec reijcit Franc. Sed de his melius cogitandum.

9. Ex quo etiam abſolute & indiſtincte in hoc caſu conceditur facultas conferendi beneficia ſex clericorum, colligitur gratiam extendi ad plura beneficia, quam ſex, nimirum ad illa, quæ habuiſſent ſex clerici, etiam ſi illorum aliquis plura habuiſſet Io. And. & Dom. *num.* 4.

10. Notandum 6. circa *v. deuoluta*, Epiſcopum non poſſe iure ordinario conferre beneficia ad Papam deuoluta Dom. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Intentio Decretalis.*
2 3. 4. *Tres caſus illius.*
5 *Dubia inſurgentia.*
6 *Gratia inchoata per reuocationem perimitur in totum.*
7 *Gratia ex parte perfecta pro ea parte non tollitur per reuocationem.*
8 *Reuocatio tollit id, quod pendet in futurum.*
9 *In connexis permanentis virtus ſuſtinet aliud.*
10 *Ratio quia ius maius dignum ſuſtinet minus.*
11 *Hæc ratio ſuperficialis.*
Ratio propria quia reuocatio non tollit ius in re ideo nec tollit id, quod ab eo eſt de iure inſeparabile 11.
12 *Idem in iure acquiſito à quocumque.*
13 *Valet conſuetudo habendi dignitatem cum Canonicatu.*
14 *Huius conſuetudinis impetrans debet facere mentionem.*
15 *Valet conſuetudo vt dignitas non habeatur niſi à Canonico.*
16 *Nomen Canonici intelligitur etiam de non præbendato.*
17 *Gratia Dignitatis, Canonicatus, & in primo vacante eſt adimplenda.*
18 *Dictio & ſi quando aduerſatur in iure, & in facto.*

Cap. Si is, cui XXXIX.

1. QVoniam gratia non expirat morte concedentis, vt *ſup. cap. Si cui 36. in hoc tit.* Pontifex *in hoc & in ſequen. cap.* oſtendit qualiter & quando reuocatio ſuperueniens tollat gratiam prius conceſſam. In hoc vero cap. tres caſus dubij deciduntur.

2. Primus caſus eſt illius, qui à Pontifice prædeceſſore obtinuerat gratiam, vt ſibi prouideretur de Canonicatu, & Præbenda, dignitate, Perſonatu, vel officio, & ipſe ante reuocationem erat adeptus Canonicatum, & Præbendam Dignitati, vel Perſonatui, vel Officio alteri non annexam: quo facto ſuperuenit reuocatio omnium ſimilium gratiarum factarum à prædeceſſore. In hoc ergo caſu, quem effectum habet reuocatio? Reſpondet Pontifex, quod vi renocationis ille non eſt priuatus canonicatu, & præbenda, fuit tamen reuocatum ius, quod habebat ad Dignitatem, Perſonatum, vel Officium.

3. Secundus caſus eſt illius, qui auctoritate Apoſtolica ante reuocationem aſſecutus fuerat Canonicatum cum Dignitate, Perſonatu, aut Officio conſuetis conferri tantum Canonico, ſub expectatione tamen præbendæ. In hoc ergo caſu quid efficiat reuocatio; nunquid tollit ius ad præbendam, quam expectat? Reſpondet Põtifex non tollere illud ius, quia cum iam aſſecutus fuerit ante renocationem ius magis dignum in Dignitate, Perſonatu, vel Officio, ratione Canonicatus ius ei ſaluum remanet ad præbendam nulli alteri debitam.

4. Tertius caſus eſt illius, qui non auctoritate Apoſtolica, ſed ab Epiſcopo obtinuerat, Dignitatem, Perſonatum, aut Officium conſueta conferri tantum Canonico, ſed tamen Canonicatum auctoritate Apoſtolica ſibi collatum poſſidebat & præbendam expectabat. Et in hoc caſu Pontifex idem cenſet eſſe dicendum, vt ſcilicet ius præbendæ non amittat.

5. Quoniam igitur reuocatio nnn tollit ius in re alteri quæſitum ex gratia priori conceſſa, per tres iſtos caſus explicatur, quid ſit dicendũ, quando renocatio ſuperueniens reſpicit diuerſa, in quorum vno eſt ius in re, in alio eſt ius ad rem, & an ſcilicet, vel vtrumque, vel neutrum, vel alterum tantum ſit renocatum, vt aduertit Io. Mon. *in princip.*

6. Quando igitur gratia prius conceſſa in nullo eſt perfecta, ſed ſolum inchoata, reuocatio, ſeu impedimentum ſuperueniens perimit factum, & quod fieri debet, & quod eſt conceſſum *l. pro parte, ff. de ſeruit. l. pluribus §. ſi placeat ff. de verb. oblig. cap. fin. infr. de conceſſ. præben.* Anchar. *not.* 2. Franc. *num.* 5. Et ſic in gratia per quam alicui conceditur, vt ei prouideri poſſit de pluribus beneficijs, vt de Dignitate, & Canonicatu, ſi nullum illorum fuit collatum, etiam ſi executor incæperit prouidere, vt v. g. quia cœpit informationem de idoneitate prouidendi ſi ſuperuenit reuocatio & perimitur iam factum, & quod fieri erat conceſſum.

7. Sed gratia facta ſuper pluribus, & pro vna parte iam impleta, ſi ſuperueniat reuocatio, non perimit, id quod perfectum fuit, & ſuper quo iam ius in re acquiſitum fuit, quia reuocationem tollit ius in re quæſitum Archid. & Io. Mon. *in princ.* Vnde ſi conceſſum fuit alicui, vt illi poſſint conferri Dignitas, & Canonicatus, ſi alterum horum ſit illi collatum

Re-

Reuocatio gratiæ ſuperueniens illud non perimit. Anchar. *not.* 3. Franc. *num.* 5. Sic enim vtile per inutile non tollitur.

8. Vbi vero gratia datur ſuper pluribus ſeparabilibus, & non connexis, reuocatio ſuperueniens non perimit quidem, id quod iam fuit perfectum, tollit tamen id, quod in futurum pendet. Io. And. *in princ.* Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 2. Et hic eſt primus caſus huius textus, in quo tempore vacationis beneficiatus iam aſſequutus fuerat Canonicatum, & præbendam ſed pendebat aſſequutio Dignitatis, vel Perſonatus, aut Officij, & ideò reuocatio peremit ius ad prædicta, vt in textu dicitur, vt notant Anchar. *not* 3. *&* Franc. *num.* 5. Et ſic quia vtile ſeparatur ab inutili, nec inutile fert vtili præiudicium, nec vtile ſuſtentat inutile.

9. Sed vbi plura ſunt connexa, quia nimirũ de iure vnum non poteſt ab alio ſeparari, tunc adueniente reuocatione poſtquam vnum eſt impletum, neutrum perimitur, quia quod perimeretur, quia nondum eſt perfectum, ab alterius perfecti virtute ſuſtinetur. Et hic eſt ſecundus caſus textus, in quo qui iam aſſecutus fuerat dignitatem, aut Perſonatum, aut Officium conſueta dari tantum Canonico, licet aſſecutio præbendæ adhuc penderet cum ſuperuenit reuocatio tamen ex connexione prædictorum cũ Canonicatu, ratione Canonicatus debetur ei præbenda & ius ad prebendam non perijt.

10. Ratio autem huius aſſignatur in textu, quia ius magis dignum, quale eſt ius dignitatis, Perſonatus, aut Officij, ius Canonicatus minus dignum retinebat, ratione cuius remanebat illi ius etiam minus dignum ad præbendam nulli debitam. Et ſic ius minus dignum ſeruatur per ius magis dignum.

11. Nihilominus hanc rationem eſſe ſuperficialem, & ſe ſola non concludere, quia in non connexis non concluderet, vt notat Io: Monac. *n.* 1. Sed veram rationem eſſe, ex vi iuris acquiſiti, & connexionis dicunt Gloſſ. *in v. conſuetis*, Io: Monet. *num.* 1. Archid. Io: And. *num.* 1. Anchar. *not* 2. Franc. *num.* 2. Nam Pontifex in hac Decretali conſtituit, quod reuocatio non tollat ius quæſitum. Cum ergo in caſu noſtro beneficiatus acquiſierit ius in re in Dignitate, aut Perſonatu, aut Officio, ſi hoc abſtuliſſet reuocatio, iam abſtuliſſet ius in re, & ſic contra determinationem Papæ habuiſſet effectũ, quod quidem dici non debet. Reuocatio igitur non abſtulit Dignitatem, Perſonatum, aut Officium, neque ergo abſtulit Canonicatum ſine quo non ſubſiſtunt Dignitas, Perſonatus, & Officium, quæ in hoc caſu non poſſunt reperiri niſi in Canonico. Non potuit ergo extingui ius ad præbendam, quod de iure eſt inſeparabile à Canonicatu.

12. Non intereſt verò an ius in re quæſitum fuerit auctoritate Epiſcopi, vel alterius cuiuſcũque, aut auctoritate Apoſtolica, quia reuocatio ius in re quæſitum auctoritate cuiuſcumque non perimit, vt dicitur in textu in tertio caſu.

13. Ex diſpoſitis vero *in hoc cap.* colligitur primo valere conſuetudinem vt quis habeat ſimul Dignitatem, aut Perſonatum, aut Officium, & Canonicatum cum præbenda quamuis non poſſit habere duas Dignitates, aut Perſonatus, aut Officia. Io: And. *in princ.* Anchar. *not.* 1. Dom. *num.* 1. Franc. *num.* 2. Quid verò dicendum ſit de iure nouo Concil. Trident. *dixi ſup. de conſuet. in hoc lib. q.* 2. *a.* 3. *à num.* 409.

14. Hic verò obiter aduertit Io: And. *num.* 1. impetrantem debere facere mentionem huius conſuetudinis, aliter gratia eſſet ſubreptitia. Et ita tenent etiam Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2. ob illam rationem quia Papa difficilius gratiam concederet. Sed in his ſtylus Curiæ, aut leges ſcriptæ ſeruari debent.

15. Colligitur ſecundo valere conſuetudinem vt Dignitas, vel Perſonatus, vel Officium non poſſit obtineri niſi à Canonico, vt aſſeritur in textu in ſecundo, & tertio caſu, & aduertunt Dom. *n.* 1. Franc. *n.* 4.

16. Colligitur tertio ſub nomine Canonici comprehendi etiam Canonicum actu non præbendatum, vt habetur ex eiſdem primo, & ſecundo caſu, & notat Dom. *n.* 2.

17. Colligitur quarto quod gratia de Canonicatu, Præbenda, Dignitate &c. adimplenda eſt, in quocumque primo vacante, ſi non ſimul vacant, nec omnium ſimul vacatio eſt expectanda, vt ſupponitur in omnibus caſibus huius textus. Anchar, *not.* 2. Franc. *n.* 1.

18. Notandum tandem, dictionem *Etſi* ſine copula aduerſari præcedentibus in iure vt *in capit. Concertationi ſup. de appell. in hoc lib.* Et ibi per Archid. Sed cum copula, vt ſi dicatur. *Sed etſi* aduerſatur præcedentibus ſolum in facto, & non in iure, vt in hoc textu. Dom. *n.* 1. Franc. *n.* 3. Sed ex materia ſubiecta colligi debet modus aduerſandi, quem præfata dictio importat.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur caſus textus.*
2 *Reuocatio obeſt præbendam expectanti, & decretum irritans ignoranti.*
3 *Textus iſte non eſt contrarius textui ſup. cap.*
4 *A Canonicatu ſeparabile eſt ius ad præbendam primam.*
Clauſula Anteferri facit vt poſterior in data præferatur.
5 *Huius clauſulæ vi impedita ex defectu vel delicto, non fit praiudicium priori expectanti.*
6 *Nec ſi illi renuncietur, aut ipſa reuocetur.*
7 *Nec ſi gratia in qua ponitur ſit nulla.*
8 *Ex reuocatione ſecundarum literarum prima gratia reuiuiſcit.*
9 *Per quod gratia dicatur ſimilis.*
10 *Aliud eſt poſt, & aliud poſt, & contra.*
11 *Decretum irritans afficit ignorantes, & ligat manus etiam executoris Papa.*
12 *Collatio Canonicatus dat ad præbendam ius ad rem.*
13 *Epiſcopus conferens auctoritate Apoſtolica Canonicatum reſeruata ſibi præbenda primo vacatura; hoc morte eius non expirat.*
14 *Collatio acceptata dat ius in re.*

Cap. Quodam XL.

1. IN caſu huius Decretalis tria ſimul cōcurrunt, ſcilicet duæ gratiæ, & reuocatio earum ſuperueniens. Prima gratia fuit Nicolai IV. Pontificis, per quam Titius obtinuit Canonicatum ſub expectatione præbendæ. Secunda gratia fuit Cœleſtini V. Succeſſoris, per quam gratiam priori ſimilem conceſſit, Paulo cum clauſula *anteferri &c.* & cum decreto irritante volens Paulum in aſſecutione præbendæ præferri etiam prius receptis auctoritate Apoſtolica, etiam propria, vt notat Anchar. *not.* 2. Io. And. & alii. Quibus ſtantibus, & ignorantibus executoribus, gratiam factam Paulo à Cœleſtino, & Titio prouiſo executioni data fuit gratia Vrbani conceſſa Titio. Sed interim antequam Paulo facta fuiſſet collatio præbendæ ſuperuenit reuocatio Bonifacij VIII. per quam reuocauit gratias à ſuis prædeceſſoribus factas. Quo facto ſtante cum dubitatum fuerit ad quodnam illorum duorū, ad Titium ne, vel ad Paulum ſpectet ius præbendæ? Bonifacius reſpondet ad neutrum illorum. Non ad Titium, quia ob decretum irritans inſertum in literis Cœleſtini non poterat illi conferri præbenda, decreto irritante ligante manus etiam ignorantium. Non ad Paulum, quia ius illius per reuocationem fuit penitus ſublatum.

2. Ex qua reſolutione cum Zenzel. hanc regulam generalem colligunt DD. ſcilicet, quod reuocatio obeſt præbendam expectanti, & decretum irritans ignoranti.

3. Eſt verò grauis difficultas circa hanc textus deciſionem, quia videtur manifeſtè contraria deciſioni *cap. prox. ſuper.* Ibi enim dicitur quod per collationem Canonicatus confertur Canonico ius in re, & quia ius Canonicatus eſt dignius, ratione Canonicatus ſuſtinetur ius ad præbendam, quod eſt minus dignum, itaut non cadat ſub reuocatione. Hic verò totum oppoſitum decernitur nimirum quod ius Canonicatus quod eſt ius in re non ſuſtineat ius ad præbendam, quod eſt ad rem. Et ita Franc. *num.* 3. aduertit hic eſſe manifeſtam contradictionem, & monet de hoc cogitandum eſſe. Sed dicitur quod nulla eſt contradictio. Nam in primo caſu gratiæ factæ Titio per Nicolaum Quartum, fuerat quidem collatus Canonicatus, ſed collatio præbendæ talis, ſcilicet primo vacantis fuit iudicata nulla ex reſeruatione illius facta à Cœleſtino III. pro Paulo non verò ex reuocatione Bonif. VIII. Gratia autem facta Paulo à Cœleſtino Quinto euanuit, ſed dicendum eſt per eam nondum fuiſſe collatum Canonicatum, & ſic Paulo nullum fuiſſe acquiſitum ius in re, aliter Bonif. VIII. contradiceret ſibi *in cap. prox. ſup. & in cap. fin. inf. de conceſſ. Præb.* Et ita in textu verba illa, *& ante factam ſecundam collationem præbendæ*, debent intelligi ita vt præbenda etiam Canonicatum comprahendat ſæpè enim in iure ſub nomine præbendæ venit etiam Canonicatus. Neque enim in textu dicitur, quod collatus fuiſſet Canonicatus Paulo antequam præbenda vacaret, ſed imo inſinuatur oppoſitum, quia ſi antèquam præbenda vacaret fuiſſet collatus Canonicatus, veriſimile eſt quod Titius, & executores gratiæ eius non ignoraſſent gratiam Paulo à Cœleſtino conceſſam cum decreto irritante, & tamen ſupponitur eos id ignoraſſe. Dicendum igitur eſt in hoc caſu Canonicatum non fuiſſe collatum, & ideò per reuocationem ius etiā ad Canonicatum, & ad præbendam euanuiſſe, quia totum erat ius ad rem.

4. Sed præterea conſiderandum eſt, quod in ſeparabilibus, vt dictum eſt *cap. ſup.* reuocatio tollit id, quod pendet, licet verò à Canonicatu non ſit ſeparabile ius ad præbendam abſolutè, ſeparabile tamen eſt ius ad primam talem, vel ſecundam. Et ita vbi ſcribitur per clauſulam *anteferri &c.* perimitur ius Canonici expectantis non ad præbendam, ſed ad præbendam talem, ſcilicet primam, vt qui alias debuiſſet eſſe primus, ſit ſecundus, vt notat Gloſſ. *in v. collatio*. Hæc eſt virtus clauſulæ *anteferri*, vt poſterior in data præferatur habenti ſolum ius ad rem. Staph. *de lit. gr. tit. de form.* Mand. *de prouid. num.* 2. Vecall. *dec.* 337. *n.* 5. *p.* 1.

5. Notandum autem, quod vbi ſcribitur cum clauſula *anteferri* &c. impedita vi eiuſdem clauſulæ ex defectu ſeu non idoneitate impetrātis, quia in gratia ſemper intelligitur ſi perſona ſit idonea, non fit præiudicium priori habenti ius ad præbendam auctoritate Apoſtolica, nec Capitulum poteſt alium eligere, ſed qui habebat priorem gratiam auctoritate Apoſtolica præferri debet, ex quo talis clauſula non fuit ſortita effectum. Et idem dicendum quotieſcumque gratia tertij ſit perempta ante vacationem præbendæ, quod euidentius procedit, ſi in gratia primi ſit clauſula, *cum ſe facultas obtulerit*. Nam clauſula *anteferri &c.* non extinguit gratiam priori factam, ſed ſolum poſtponit eā in gradu ſublato. Et ſic quotieſcumque habens clauſulam *anteferri* &c. ex eius defectu vel delicto excluditur, admitti debet qui fuit primus, vt tradunt Archid. *n.* 2. Io. And. *n.* 1. Anchar. *not.* 5. Dom. *n.* 5. Franc. *n.* 4.

6. Idem verò dicitur, ſi habens gratiam cum clauſula *anteferri*, non vult vti ſua gratia. Et idem ſi ante collationem factā primo renunciauit dictæ Clauſulæ, licet hoc ad notitiam primi non peruenerit. Clauſula enim *anteferri* nihil operatur, niſi is cui conceſſa eſt voluerit anteferri. Calder. *conſ.* 36. *ſen.* 1. *de transl. Prælat.* *Mart. clauſ.* 212. *num.* 10. Toſc. *concl.* 314. *num.* 19. *L. C.* Barb. *clauſ.* 8. *num.* 22. Idem quando gratia cum clauſula *anteferri* efficitur inualida per reuocationem, vel negligentiam, vel aliter; ſi tamen renunciatio, vel negligentia non eueniat poſt collationem factam primo. Ita Io. And. *n.* 1. Lap. *n.* 2. Anchar. *q.* Dom. *num.* 6. Franc. *num* 5.

7. Pariter ſi ſecunda gratia data cum clauſula *anteferri &c* ſit nulla vel ex impedimento impetrantis, vel ex vitio ſubreptionis, aut obreptionis, gratia facta primo præualet, & hoc etiam ſi declaratio nullitatis ſecundæ gratię facta fuerit poſt collationem factam ipſi primo, vt tradunt Lap. *num.* 2. Anchar. Dom *num.* 6. & Franc. *n* 6.

8. Item ſi Papa Titio conceſſit literas pro prima vacatura; deinde illam primam vacantē contulit Sempronio, ſed mutato conſilio, mandat datas literas pro Sempronio caſſari, ex hoc primę literæ pro Titio datæ reuiuiſcunt Archid. *num.* 2. Io. And. *num.* 3. Dom. *num.* 7. & Franc. *num.* 6. Si tamen Papa in ſecundis] literis datis pro Sempronio reuocaſſet primas ipſo iure, primæ non reuiuiſcerent.

9. His ſic præmiſſis, aliqua alia ex textu colliguntur digna conſideratione. Notandum igitur primo, circa *v. ſimilem*, ſimilitudinem gratiæ attendi ex ſimilitudine quātum ad effectum, licet vna gratia contineat excellentiores clauſulas D. *n.* 1. Franc. *n.* 1.

10. Nota 2. ibi *poſt & è contra* longè aliud eſſe facere actum poſt, & facere illum poſt, & contra, de quo *cap. Cum nobis olim, ſup. de elect.* D. *n.* 2. Franc. *n.* 1.

Nota 3. ibi *licet ab ignorantibus*, quod decretum irritans in literis Papæ ligat etiam ignorantes, & etiam ſi collatio facta ſit ab ignorantibus, & ignoranti, & actum nullum reddit, & non ſolum ligat manus inferiotum, ſed imo aliquo modo, & Papæ ipſius, & executoris illius, niſi aliud exprimatur, vt hic in text. *& infr. Clem.* i. *de conceſſ. præb.* & hic aduertunt Archid. & Io. And. *in princ.* Lap. *n.* 1. Anchar. *not.* 3. Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 2.

14. Nota 4. ibi *ad præbendam*, quod per collationem Canonicatus factam etiam à Papa ſub expectatione præbēdæ cōfertur nō ius in re, ſed ius ad rem reſpectu præbendæ, de quo *ſup. in hoc tit. cap. Si poſtquam, & infr. cap. fin. de conceſſ. præbend.* etiam ſi collatio Canonicatus ſit facta ſimpliciter, dummodo tamen tempore collationis Canonicatus præbenda non vacaret, quia tunc acquireretur ius in re. Franc. *num.* 3.

13. Ideò ſi Epiſcopus habens à Papa auctoritatē conferendi Canonicatum, & præbendam, Canonicatum conferat ſeruata præbenda, cum vacauerit, & interim moriatur Epiſcopus, vel Papa, ille cui fuit collatus Canonicatus poterit præbendam acceptare; quia tunc gratia illa non cenſetur reuocata per mortem, cum res nō ſit integra, ex quo fuit tali confertus Canonicatus, & ius ad præbendam proximè vacaturam. Rota *deciſ.* 185. *ſeu deciſ.* 19. *de præbend. in non.*

14. Notandum quinto ex collatione Canonicatus aut alterius beneficij acquiri ius in re, ſi acceptetur, etiam ante acceptam poſſeſſionem, vt poſt Io. And. Aduertunt, Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 8. Quia Pontifex in textu ponderat ſolam collationem factam ante recuſationem non facta mentione de poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum prouidendi de beneficio ſpectante ad collationem Capituli non ſe extendit ad beneficia ſingularum Dignitatum, & Canonicorum, niſi adſit clauſula communiter, & diuiſim.* 2.

3 *Quæ beneficia dicantur ſpectare ad collationem Capituli.*

4 *Idem facere per ſe, & per alium.*

5 *Mandatum directum principali includit vicesgerentem, & è contra.*

6 *Beneficia quorum collatio ſpectat ad Dignitates, & ſingulos Canonicos non veniunt ſub ſuo nomine Beneficij cuius collatio ſpectat ad Capitulum.*

7 *Clauſula communiter et diuiſim extendit mandatum ad beneficia, quorum collatio ſpectat ad ſingulos Canonicos.*

8 *Et ad eum cui ſcribitur, & ad alterum.*

9 *Non extendit ad beneficia, quorum collatio ſpectat ad Canonicos ratione alterius Eccleſiæ.*

10 *Nec ad ſingulos Canonicos ſi dicatur ad collationem Decani, & Capituli.*

11 *Nec ſi dicatur ad collationem Prælati, & Capituli.*

12 *Nec extenditur ad beneficia, quorum collatio ſpectat ad Dignitates.*

In textu nomen Capituli ſumitur prout de iure. 12.

13 *Mandatum debet continere ſpecificationem mandatarij.*

14 *Mandatum factum in materia Collegij non ſe extendit ad ſingulos.*

15 *Pro obligatione vniuerſitatis non poſſunt conueniri ſinguli.*

16 *Dictio* per *importat cauſalitatem efficientem.*

17 *Beneficia per vices menſium poſſunt à diuerſis conferri.*

Cap. Mandatum. XLI.

1. EXpenditur in hac Decretali quanta ſit virtus mandati de prouidendo in beneficiis ſpectantibus ad Collationem Capituli, & expreſſis duabus formis mandati, duæ regulæ dantur. Quarum prima eſt, ſi Papa T. committat vt Clerico alicui prouideat de beneficio ſpectante ad collationem Capituli virtus huius mandati ſe extendit ad quodcumque beneficium quod ſpectet ad Capituli collationem, ſi illud conferat Capitulum per ſe ipſum, ſiue per aliquem ex Canonicis agentem vice, & auctoritate Capituli, aut ex iure ipſius, & hoc ſiue id fiat ex ſtatuto, ſiue ex conſuetudine. Non tamen ſe extendit ad beneficia ſpectantia ad collationem alicuius Dignitatis, Perſonatus, aut Officij quæ competat illis ratione propria ſui beneficii. Sicut nec comprehendit beneficia, quæ Canonici conferunt ratione ſuarum Præbendarum.

2. Secunda regula eſt ſecus ſi in mandato contineatur clauſula *communiter, vel diuiſim.* Nā tunc virtus mandati ad omnia ſupra expoſita ſe extendit. De his autem videantur notata *ſup. Cap. Cum in illis in hoc lib.*

3. Primæ igitur regulæ prima pars comprehendit omnia beneficia quę à Capitulo iure communi capituli conferuntur, ſiue id fiat immediatè per ſe ipſum, ſiue per eius viceſgerentem, & iure communi Capituli agentem, & ſiue id fiat vi conſuetudinis, ſiue ex ſtatuto. Et ſic ſub hoc membro comprehenditur ſi ſit ſtatutum, vt quilibet Canonicus dum viuit conferat certum vel certa beneficia, vel ſi conſuetudo Eccleſiæ diſponat, vt hebdomadarius, qui can-

tat miſſam conferat beneficia, quæ ſpectant ad Capitulum, ſi vacant in ſua hebdomada. Vel ſi teſtator creauit in Eccleſia certa beneficia diſponens, quod eorum collatio ſpectat ad hebdomadarium, niſi enim aliundè conſtet dè alia mente teſtatoris, cenſendum eſt eum contemplaſſe principaliter Eccleſiam, & Capitulum, non verò ad illum incertum, qui ſolum temporaliter, & variabiliter exercet officium hebdomadarij, & propterea quod voluerit, quod ille vice Capituli creata beneficia conferret. Secus tamen dicendum eſt, ſi teſtator ſpectaſſet habentem dignitatem, vel officium perpetuum in Eccleſia. Tunc enim præſumeretur ſpectaſſe principaliter Dignitatem, vel officium, vt hic in ſecunda parte Regulę. Cæterum ſub hac prima parte regulæ nedum comprehenditur beneficiũ collatum ab aliquo Canonico, aut alio de Capitulo, ſed etiam ab extraneo, ſi vice capituli conferat. Quæ omnia expreſſa ſunt in textu ibi *Vice, ac auctoritate Capituli, aut ex iure ipſius de conſuetudine vel ſta uto*. Et ita textum intellexerunt Gloſſ. *in v. Capitulo*, & Io: Mon. Archid. Io. And. Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 5. Francus. *num.* 1.

4. Et ratio eſt, quia vt habet Gloſſ. Idem eſt facere per alium, quod per ſe, *cap. Qui per alium, inf. de regul. iuris*, Et idcò mandatum expeditum ſuper beneficiis ſpectantibus ad collationem Epiſcopi comprehendit beneficia quæ conferuntur auctoritate Capituli, & vice illius, quia omnia hæc ad collationem Epiſcopi cenſentur pertinere.

5. Ex quo deducunt Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 3. Franc. *n.* 1. Quod mandatum directum principali comprehendit eius vices gerentem, & illum obligat ad perficiendum ea, quæ principali mandantur. Addit verò Anchar. quod etiam è contra ſi in defectum principalis, vt ſi in defectũ Epiſcopi mortui iniungatur aliquid Capitulo vt vices gerenti Epiſcopi, ſucceſſor Epiſcopus tenetur illud exequi. Quod eſt verum etiam ſi in defectum Epiſcopi ſcriptum fuit cuiuſcumque extraneo, ſi tamen res in eodem ſtatu permanſerit vſque ad collationem. Ex quo concludit poſt Innoc. quod mandatum factum Vicesgerenti arctat Dominum, ſed iuriſdictio commiſſa contra viceſgerentem eum non adſtringit. Quia hæc eſt odioſa, & reſtringenda, mandatum verò, quod continet obedientiam non eſt reſtringendum. Sic igitur ſi Epiſcopo detur mandatum de prouidendo alicui de beneficio, & literæ fuerint præſentatæ ante mortem Epiſcopi Capitulum Sede vacante tenebitur literas adimplere, quia inchoatum per Epiſcopum in vi mandati ſuperioris tenetur ſucceſſor eius adimplere.

6. Secunda etiam pars regulæ rationi valde eſt conformis, quia propriè non pertinet ad vniuerſitatem niſi remotè id quod ſpectat ad ſingulos de communitate vt ſingulos, & idcò Textus ſupponens quod collatio beneficiorum poſſit competere dignitati ſpecialiter ratione ſuæ dignitatis vel Canonico ratione ſuæ præbēdæ. Dom. *num.* 1. Franc. *num.* 2. decernit, quod mandatum de prouidendo alicui Clerico de beneficio ſpectante ad Collationem Capituli, non ſe extendat ad beneficia quæ ſpectant ad Dignitates, Præbendas, Officia, & Prębendas ſpecialiter ratione prædictorum. Quod idem dicitur ſi beneficium ſpectet ad collationem talis Canonici vt talis, & ratione talis Canonicatus. Omnia enim iſta ſpecialia ſunt, & non ſpectant ad collationem Capituli, & per prędictam formam mandati Papa intendit grauare totum Capitulum, non verò ſingulos in ijs, quæ ſingulariter, & non vice Capituli, ſed ex propriis ſibi vt ſingulis competunt. Gloſſ. *in v. extendit, & v. ſingulariter*, & præter DD. ſupra citatos. Rota *dec.* 3. *&* 4. *de conceſſ. præbend. in antiq.* Felin. *in cap. Eum te num.* 13. *de reſcript.* Gon . *ad reg.* 8. Cancell Gloſſ. 9. *num.* 18. *&* 19. Barboſ. hic *num.* 2. Neque enim ſub ſimplici comprehenditur mixtum, vel è contra, niſi ſimus in materia fauorabili. Mandoſ. *in reg.* 10. Cancell. *q.* 3. *num.* 9. *&* 10. Surd. *conſ.* 453. *num.* 49. Farin. Fragm. *Crim. p.* 2. *L. M. num.* 241. Et ideò licet quod eſt proprium ſingulorum de Capitulo habeat non nihil mixturæ boni communis, non tamen comprehenditur ſub mandante directè, & principaliter grauante Capitulum.

7. In ſecunda regula mutatur forma mandati, & additur formæ præcedenti clauſula *communiter, vel diuiſim*, & ideò dicitur quod mandatum ſub hac forma datum non ſolum extenditur ad beneficia, quæ ſunt de collatione capituli, ſed etiam ad illa quæ ſunt de collatione ſingulorum, qui ſunt de Capitulo. Gloſſ. *in v. præbendarum*, Io. Mon. Archid. Io. And. Anchar. *not.* 4. Dom. *n.* 4. Franc. *nu.* 3. Rebuff. *in repet. cap. Nulla col.* 31. *verſ. Quinta eſt mihi de conceſſ. præb.* Theod. de Rub. *clauſ.* 206. *n.* 1.

8. Vbi *num.* 2. ex eodem Rebuff. quod hæc clauſula operatur vt comprehendatur beneficiũ ſpectans ad collationem illius cui mandatum dirigitur, & alterius. quod alias non comprehenderetur.

9. Benè tamen in textu dicitur *præbendarum ſuarum*, quia ex vi dictæ clauſulæ non comprehenduntur beneficia, quorum collatio ſpectat ad Canonicos ratione beneficiorum, quæ habēt in alia Eccleſia, vt notat Gloſſ.

10. Sicut ſi in mandato non diceretur *quæ ſpectant ad collationem Capituli communiter, & diuiſim*, ſed diceretur quæ ſpectant ad collationē *Decani, & Capituli*, non comprehenderentur beneficia ſpectantia ad alios de Capitulo vti ſingulos. Quia cum huius modi mandata grauantia, & odioſa ſint ſtrictè intelligenda, ex vi dicti mandati comprehenduntur ſolum beneficia ſpectantia ad collationem Capituli, & Decani, non verò ſpectantia diuiſim ad alios de Capitulo. Dom. *num.* 8. Franc. *num.* 3. Sicut ſi in dicta forma non poneretur clauſula *communiter, & diuiſim*, includerentur ſola beneficia ſpectantia ad collationem Decani, & Capituli. Rota *dec.* 35. *de conceſſ. præbend. alias* 112. *in antiq.*

11. Pariter ſi dicitur, quę *ſpectant ad Prælatum, & Capitulum communiter, & diuiſim*, non includuntur, quæ ad ſingulorum collationem ſpectant, vt notat Franc. *d. n.* 3.

12. Dum autem in textu dictum fuit *præbendarum ſuarum*, Gloſſ. addidit vel etiam digni-

gni-

gnitatum &c. & Gloſſ. ſecuti ſunt Io. Monac. Archid. Lapus *à num.* 1. Anchar. *q.* 1. Sed quod non debeat fieri talis additio, ſed potius intelligantur excluſæ dignitates, & addi debeat potius non verò dignitatum dixerunt Io. And. & & Dom. *num.* 6. Et verè non eſt in his odioſis eadem ratio de excluſione, & de incluſione. Quia interpretatio ſtricta petit excluſionem & minorem extenſionem, vt mandatum grauans non includat, ſed cenſentur excluſi, quos ſtricta interpretatio petit non includi. Et ideò in ſecunda parte primæ regulæ, meritò excluſæ, ſunt dignitates quantum ad beneficia, quorum collatio illis eſt propria, & competit ſpecialiter ratione dignitatis, quia huiuſmodi beneficiorũ collatio nonſpectat ad Capitulum. Sed ex hoc non valet conſequentia Gloſſ. & aliorum, vt cum additur clauſula *communiter, & diuiſim*, dignitates includi debeant, ſicut includuntur Canonicatus cum textus ſolum expreſſerit præbendas. Sed hic dari debet diſtinctio, quam tradit Franc. & conſiderari, quod ſi Dignitates ſunt connexæ Canonicatibus, nec poſſunt haberi niſi à Canonicis, cõprehendũtur in hac ſecunda regula, quia quæ competunt huiuſmodi dignitatibus competunt etiam ratione præbendarum; cum Dignitates non poſſint haberi niſi à Canonicis, & præbendatis. Et quia tunc Dignitates ſunt de Capitulo, & ideò quod competit illis ratione harum dignitatum competit illis etiam ratione Præbendarum quibus ſunt connexæ, & id ſpectat ad Capitulum ſi non cõmuniter, ſaltem diuiſim, & quia tunc illis Dignitatibus competit collatio, quatenus ſunt de Capitulo, & pars Capituli. Et ita procedit optimè Gloſſ. Archid. & aliorum. Sed ſi Dignitates non ſunt connexæ præbendis, & poſſunt haberi à non Canonico, & ſic Dignitates non ſunt de Capitulo, non debent includi in diſpoſitione huius ſecundę regulæ, ſub qua nec includuntur beneficia, quæ ſpectant ad collationem Prælati principalis, vt v. g. Epiſcopi. Certè enim Papa ſcribens de ſpectantibus ad Capitulum, accipit nomen Capituli prout eſt de iure communi, non autem prout ſumitur de iure ſpeciali, quod Papa pręſumitur ignorare. *cap. 1. de conſuet. ſup. in hoc lib.* Et ſic ſub nomine Capituli ſoli Canonici veniunt, & propterea Pontifex cenſuit quod clauſula *communiter, & diuiſim* extendat ſolum ad beneficia quorum collatio ſpectat ad Capitulum, & ad Canonicos, ex quibus Capitulum integratur, vel etiam ad Dignitates ſi Dignitates ſunt connexæ Canonię, & à non Canonicis non poſſint obtineri.

13. Ex textu autem alia colliguntur nimirum primò, quod licet hic mandatum ſic conceptum ſine nomine cum ſolâ litera. T. mandatarij, quia hic Pontifex ſolum ſummatim refert reſcriptum, & exemplariter, nihilominus non valeret de facto mandatum non expreſſo nomine proprio vel Dignitate, aut officio mandatarij, vt poſt Hoſtien. & Io. And. *in cap. Cum acceſſiſſent ſup. de conſtit.* aduertunt hic Dom. *n.* 1. Franc *n.* 1.

14. Colligitur ſecundo quod mandatum factum in materia Collegii, aut vniuerſitatis non includit ſpectantia ad ſingulos de vniuerſitate. Dom. *n.* 5. Franc. *n.* 1. niſi eſſemus in materia fauorabili.

15. Colligitur tertiò ex hoc, quod pro obligatione vniuerſitatis non poſſunt ſinguli conueniri, *per l. & hunc §. Qui manumittitur, de in ius voc. canonizatam* 12. *q.* 2. Anchar. *not.* 1.

16. Colligitur quarto Dictionem *per* importare cauſalitatem efficientem, ſiue quis agat iure proprio, ſiue alieno. Dom. *n.* 2.

17. Colligitur quinto ex Gloſſ. *in v. ſtatuto*, & ex ſupradictis, quod beneficia per vices menſium, vel alternis temporibus conferri poſſunt Barb. *nu.* 4. Tiraquell. *de iure primog. q.* 17. *opin.* 5. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt Clericus.*
2 *Quid ſit coadiutoria.* 2.
3 *Coadiutor eſt Prælatus.*
4 *Et habet plenam, & vniuerſalem adminiſtrationem.*
5 *Coadiutor non eſt beneficium.*
6 *Coadiutor dari debet ægrotanti Epiſcopo, ſeu Prælato, & Rectori Eccleſiæ.*
7 *Beneficia ſunt perpetua. Nec debet dari afflictio afflicto, aut idem ſine culpa duplici damno affici.*
8 *Coadiutoria temporalis, perpetua, & media. Hic ſermo eſt de media, quæ datur pro impedimento perpetuo Coadiuti.*
9 *Ex defectu ſcientiæ, vel negligentiæ non datur coadiutor niſi ad tempus.*
10 *Dare Coadiutorem ſpectat ad Sedem Apoſtolicam.*
11 *Dictio* ſtatuimus *importat editionem noui iuris.*
12 *Inferioribus Rectoribus datur Coadiutor ab eorum ſuperiore.*
13 *Pontifex non dat Coadiutores niſi cum magna conſideratione habentibus qualitates idoneas:*
14 *Conſuetudine præſcribi non poteſt quod alius à Pontifice det Coadiutores.*
Conſuetudine immemorabili præſcribi non poſſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ. 14.
Diſpoſitio tollens conſuetudinem impedit etiam futuram in materia non præſcriptibili. 14.
15 *Legatus non poteſt dare Coadiutorem Epiſcopi:*
16 *Nec Archiepiſcopus.*
17 *Cur dare Coadiutorem Epiſcopis ſit de maioribus cauſis.*
18 *Lex mutanda ad vitandum damnum publicum.*
19 *Epiſcopus perpetuo impeditus poteſt de conſilio & conſenſu ſui Capituli vnum vel duos Coadiutores aſſumere.*
20 *Senectus æquiparatur ægritudini in illis, quæ concernunt exercitium corporale:*
Arbitrium quando ſenectus dici debeat talis, vt dari poſſit Coadiutor. 20.
21 *Non ſufficit infirmitas curabilis.*
22 *In infirmitate non incurabili Epiſcopus poteſt ſuo muneri ſatisfacere per Vicarium. Et idem dicitur de Parocho.*
Cæco, Muto, & Epilectico dari poteſt Coadiutor. 22.
23 *Et leproſo dari debet.*

Et

Et quid in ſcabioſo, Paralytico, & habente tremulas manus. 23.

24 *Et debet conſtare de infirmitate incurabili.*

25 *Epiſcopus non ſibi aſſumit Coadiutorem niſi accedente conſilio, & conſenſu ſui Capituli.*

26 *Et hoc poteſt Epiſcopus auctoritate delegata.*

Conceſſum à lege vt implendum auctoritate Apoſtolica importat facultatem delegatam.

27 *Hoc idem competit Prælato habente Capitulum.*

28 *Ex reſpectu dilapidationis dari poteſt Coadiutor, ſed hic caſu non continetur in hoc textu.*

29 *Epiſcopus nedum vnum ſed duos Coadiutores poteſt aſſumere.*

30 *Coadiutor tenetur ad reſidentiam.*

31 *Dementi Capitulum vel duæ eius partes dant Coadiutorem.*

32 *In hoc caſu aſſumptio Coadiutoris non ſpectat ad Epiſcopum.*

33 *Quis dicendus ſit demens.*

34 *Debet conſtare de dementia, quam non tollunt lucida internalla.*

35 *Ex hoc probatur quod Prælatus inhabilis non eſt amouendus.*

Prælatus ex ſuperueniente impedimento non perdit habitum poteſtatis.

36 *Neceſſarius eſt conſenſus duarum partium capituli.*

Non tamen non eſt neceſſarium quod duæ partes ſint præſentes. 36.

37 *Non poſſunt dari plus quam duo Coadiutores.*

38 *Epiſcopo inhabili, ſed ſanæ mentis non poteſt dari Coadiutor à Capitulo eo inuito.*

39 *Et hoc eſt verum etiam de Epiſcopo demente.*

40 *A ſolo ſuperiore datur Cadiutor inuito.*

41 *Parocho etiam inuito datur Coadiutor ab Epiſcopo, non tamen Parocho exempto.*

42 *In Caſu dementiæ datur Coadiutor à Capitulo Epiſcopo non contradicente.*

43 *Coadiutori debentur expenſæ.*

44 *Si redditus ſufficientes non ſint, Coadiutori prouideatur aliunde. Populi eſt prouidere.*

45 *Coadiutor non poteſt alienare bona Eccleſiaſtica Coadiuti.*

46 *Hoc verum de immobilibus, & mobilibus prætioſis.*

47 *Coadiutor debet habere actu qualitates neceſſariis.*

48 *Coadiutor poteſt dari ad ſpiritualia tantum. & ad temporalia tantum, & ad vtraque & aliqua inhabilitas ſufficit vt detur Coadiutor Parocho, quæ non ſufficit vt detur Epiſcopo.*

49 *Coadiutor datus dementi habet plenam, & liberam adminiſtrationem.*

50 *Datus in temporalibus non habet poteſtatem ad ſpiritualia.*

51 *De Conſenſu Coadiuti poteſt conferre beneficia.*

52 *Et etiam eodem modo poteſt diſmembrare Eccleſias vnitas.*

53 *Poteſt expreſſa in literis commiſſionis.*

Multa ſibi poteſt reſeruare Coadiutus. 53.

54 *Non eſt eadem ratio de Viſitatore Apoſtolico.*

55 *Collatio beneficiorum eſt alienatio neceſſaria.*

56 *Non ſemper Coadiutori eſt neceſſaria noua licentia Coadiuti.*

Tenetur requiſitus Pontificalia exercere. Sed præſente Coadiuto non dat benedictionem. 56.

Coadiutus debet Coadiutori functiones committere. 56.

57 *Coadiutor non agit inuito Coadiuto.*

58 *Poteſt etiam delegata Epiſcopo nomine dignitatis.* n.

59 *Tenetur reddere rationem adminiſtrationis.*

60 *Qui ſemel reddit rationem, an teneatur iterum.*

61 *Etiam Capitulo, tenetur aliquando rationem reddere.*

62 *Coadiutoris officium expirat morte Cadiuti.*

63 *Etiam morte Ciuili.*

64 *Quæ alia poſſit Coadiutor de mente S. Cong.*

65 *Quæ hic dicta de Epiſcopo ſe extendunt ad ſuperiores.*

66 *Sub nomine Epiſcopi non veniunt ſuperiores niſi id exprimatur.*

Titulus Quintus.

De Clerico Ægrotante.

Cap. Paſtoralis.

1. HOc *cap.* in congruè poni ſub hoc titulo videri poſſet, ex eo, quod ſub nomine Clerici, non venit Epiſcopus *cap. Accuſatus* 5. *Sacerdotes, iuncto cap. Inquiſitores ſup. de hæret.* Sed hoc eſt verum in odioſis, Cœterum Epiſcopus propriè eſt Clericus, licet ſit ſpecialis Clericus habens inter Clericos maximam dignitatem, & ideò in fauorabilibus, & in materia adaptabili Epiſcopus venit ſub nomine Clerici; quod ex eo etiam probatur, quod hoc *cap.* in quo agitur de Epiſcopo ægrotante, ponitur ſub hoc titulo, & in Decretal. Greg. & hic per Bonif. VIII. Anchar. *not.* a Dom, *n.* 4: Franc. *num.* 2.

2 Cum verò in hac Decretali tractetur de Coadiutore dando Epiſcopo iuuat præmittere, quod Coadiutoria eſt officium adiuuandi Beneficiatum in regimine beneficij. Ab officio enim huiuſmodi dicitur Coadiutor. Io: And. *cap. fin. de Cler. ægrot. num.* 4. Panorm. *n.* 1. Imola *n.* 2. Butr. *n.* 4.

3. Et ideò Coadiutor eſt Prælatus, & vti talis habet curam animarum. Gloſſ. *in cap. De rectoribus in v. curam animarum. ſup. eod. tit.* & Gloſſ. *in cap. Tua nos v. Adminiſtrationis, eod. tit.* & ibi Barboſ. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancellar. Gloſſ. 5. § 9. *num.* 2. Sed hoc intelligi debet de Caodiutore dato alicui Epiſcopo, vel Prælato. Parochi enim Prælati non ſunt, nec eius Coadiutores.

4. Habet verò Coadiutor plenam, & liberam adminiſtrationē, *cap. ſcripſit.* 2. & ibi Gloſſ. *in v. curam omnem, & cap.* Quamuis, 7. *q.* 1. *Cap. Cum olim in fin. de elect. capit. Grande de ſupplen. negl. Prælat. ſup. in hoc lib.* Archid. hic *not.* 8. & 9. *ſup. eod. eod. tit.* Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 3.

5. Sed tamen Coadiutoria non eſt beneficium,

Digitized by Google

cium, quia non importat titulum beneficij. Sed facultatem præbendi auxilium beneficiato. Gõzalez *d. §. 9. num. 19. & 38.* Quia non datur perpetuo ad vitam eius, cui confertur, vt requiritur ad beneficium Caſſad. *dec. 4. num. 2. de Præb.* Cæſar de Graſſ. *dec. 13. num. 7. eod. tit.*

6. Quod verò Epiſcopo ægrotanti dari debeat coadiutor determinatum habemus *ſup. cap ex partibus, & cap. Conſultationibus eod tit. & eſt manifeſtum ex hoc textu*. Sed & de inferioribus Rectoribus Eccleſiarum hoc verificatur. Sic enim de Parochis, ſeu Rectoribus Eccleſiarum hoc habetur ex *cap. de Rectoribus ſup. eod. tit.* vbi habetur eos cauſa lepræ amouendos eſſe non quidem à beneficio, ſed ab officio adminiſtrationis, & hoc idem tenuerunt Suarez *de cenſ. diſp. 51. ſec. 2. ad fin.* Gonzal. *d.* Gloſſ. 5. §. 9. *nu.* 51. De Abbatibus, & aliis Prælatis id probatum eſt *ſup. in hoc lib. cap. fin. de ſuppl. neglig. Prælat.* ex Archid. & alijs ibi citatis. Et de Generali perpetuo Ordinum Religioſorum id probat Fagn. *cap. Conſultationibus num. 5. & 40.* ex Dom. *conſ. 118. num. 7.* Et vniuerſaliter de omnibus Prælatis tenet Gloſſ. hic *in v. perpetuo*, cui conſentiunt Io. Monac. Archid. Anchar. *not. 6.* Dom. Franc. *Et ſup. capit.* ex *parte eod. tit.* Hoſtien. *in princ.* Card. *not. 1.* Anchar. *not. 1.* Vitalin. *in Clem. Cupientes, de pœnis num. 46. Et in cap. Conſultationibus, ſup. eod. tit.* Hoſtien. *num. 1.* Io. And. *num. 1. & 2.* Boic, *num. 3.* Bute. *in 1. not.* Fagn. *n. 6. & 40.* Quod & ſentiunt alij, quos retuli, & ſequutus ſum *tom. 1. de ſtat. quæſt. 185. a. 4. num. 49.*

7 Ratio autem horum præcipua eſt ex perpetuo vinculo Epiſcopatus, vel Prælaturæ, ſeu officij, *vt in d. cap. ex parte* tradunt Hoſtien. *n. 3.* Io. And. *n. 5.* Card. *n. 3. in 2. oppoſ.* Fagn. *n. 8.* Perpetua enim debent eſſe beneficia. *cap. Præcepta 25. diſtinct.* Certi enim iuris eſt, quod Prælaturæ, & præcipuè Epiſcopatus aſſimilantur matrimonio indiſſolubili, & ideò ſponſi Eccleſiarum ſine culpa ob infirmitatem vel impedimentum ſuperueniens non ſunt à ſponſa ſeparandi. Et ex hoc militat alia ratio *text. in d. cap.* Ex parte, quia ſcilicet non ſit addenda afflictio afflicto, *cap. Percuſſio 7. q. 1. cap. Iudicas 3. q. 9.* Sed eius miſeriæ miſerendum eſt *cap. licet de renſ. & in d. cap. Ex parte* notant Gloſſ. *in v. afflictio.* Hoſtien. *n. 1* Butr. *not. 2.* Quod confirmatur ex Hoſtien. ibi *in princ.* quia non conuenit, vt quis ſine culpa duplici damno afficiatur. Et hoc in malum exemplum, & perniciem ſtatus Clericalis, Nam ſi Prælati, & perpetui Rectores Eccleſiarum non humaniter tractarentur, ſed ex ſenio, vel infirmitate priuarentur beneficijs, ex hoc habiliores præcipuè, arcerentur à Clericatu, & animorum gubernio. Quæ eſt ratio, quæ adducitur *cap. Cum percuſſio 7. q. 1. & cap. 1. ſup. eod. tit.* Sic ergo Epiſcopis, aut Prælatis perpetuo impeditis non auferuntur Dignitates, & officia, ſed dantur Coadiutores. Neque prædictis obſtat *cap. Tua nos, ſup. eod. tit.* 161. *ab adminiſtrationis officio amoueri*, quia non dicitur, quod auferatur titulus, ſed exercitium adminiſtrationis. Suarez *de cenſ. diſp. 51. ſect. 2. ad fin.* Garz. *de benef. p. 4. cap. 5. num 6.* Lancell. *Inſtit. Canon. tit. de Coadiut. §. 1. & vlt.* Barboſa *dict. capit. Tua nos num. 4.*

8. Cum verò duplicē Coadiutoriam diſtinguat Garz. *de benef. p. 4. cap. 5. num. 4.* alia ſcilicet temporalis, & reuocabilis, cum ſcilicet Prælato cauſa infirmitatis etiam incurabilis datur Coadiutor, & alia perpetua, quæ datur cum futura ſucceſſione, quam praxis introduxit Caſſad. *dec. 2. de reſtit. ſpoliat.* Mandoſ. *tit. de Coadiutorijs, & in reg. v. q. 5. num. 4.* Hæc in multis differt à prima.

9. Inter cauſas tamen dandi coadiutorem nedum à DD. recenſetur impotentia, ſed etiam defectus ſcientiæ, & negligentia. Azor. *p. 2. l. 3. cap. 2. q. 3.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. Gloſſ. 5. §. 9. *à num. 15.* Palaus *tract. 13. diſp. 1. p. 9. num. 4.* Sed certè de iure Canonico Rector grauiter negligens deponi debet. Neque hoc impedimentum eſt perpetuum, ſed amouibile, & vel ſanabile, vel Rector deponendus. Sic etiam illiterato Rectori datur Coadiutor, ſed ad tempus, *vt in capit. 6. ſeſſ. 21.* Concil. Trid. & datur non obſtante appellatione, quæ non admittitur quoad ſuſpenſiuum. Garz. *de benef. p. 2. c. 5. num. 9.* Barboſ. *d. capit. 6.* Conc. Trid. *& de poteſt. Epiſ. all. 63. num. 10.* Palaus *d. p. 9. n. 4.* Sed certè in hoc textu ſermo eſt de coadiutoria quæ datur ex impotentia, & quidem non temporali, ſed perpetua vt patet ibi *perpetuo*. Nam vbi impedimentum eſt temporale ipſemet impeditus ſupplet per Vicarium, aut Capellanum. Melius dicitur, quod Coadiutoria eſt triplex, ſcilicet temporalis, & perpetua, & media. Nam coadiutoria cum futura ſucceſſione eſt perpetua tam reſpectu coadiuti, quam reſpectu Coadiutoris ad cuius vitam datur. Sed coadiutoria, quæ datur pro impedimento perpetuo coadiuti eſt partim temporalis, quia talis eſt reſpectu Coadiutoris, & partim perpetua, quia talis eſt reſpectu coadiuti, ad cuius vitam datur Coadiutor. *In tit. de Cler. ægrot. & in hoc text.* Sermo eſt de Coadiutoria media, & non de merè temporali, vel cum futura ſucceſſione.

10. In ſex autem partes textum diuidunt Gloſſ. & alii, vnde & ſex concluſiones, ſeu regulas continet. Quarum prima eſt, dare Coadiutores Epiſcopis, & ſuperioribus eſt vna de cauſis grauioribus, quæ ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, & ideò ab ea nulla in contrarium obſtante conſuetudine poſtulari debet. Et ita docent hic Gloſſ. & alii, & Gambar. *de off. Legat. tit. de Coadiut. num. 4.* Flamin. *de reſignat. l. 7. q. 10. num. 14.* Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſ. alleg. 50. num. 8.* Fagnan. *cap. Ex parte num. 2. ſup. eod. tit.* Panorm. *capit. Venerabili num 4. de off. deleg.*

11. Pontifex verò in hac ponenda regula proceſſit ſtatuendo, & declarando per verba *ſtatuimus, & declaramus*. Ex quo colligunt Dom. *n. 2.* & Franc. *n. 1.* quod verbum ſtatuimus non ſemper inducat ius nouum ſicut nec verbum declaramus ſemper inducit declarationem iuris veteris. Sed potius dicendum eſt, quod præſens Decretalis ex parte ius nouum conſtituat, & ex parte antiquum declaret quamuis aliquando ad tollendam omnem difficultatem, Pontifices vtroque verbo vtuntur, vt ſi quis velit nouam diſpoſitionē reſtringere ad terminos præci-

ciſos antiqui iuris id facere non poſſit, ſed nouam diſpoſitionem in ſuis terminis obſeruare debeat ſaltem ex nouo ſtatuto. Sicut in propoſito non ſatis conſtabat ex *cap. Ex parte ſup. eod. tit.* quod Metropolitanus non poſſit ſuffraganeo dare condutorem, imo ex *eo cap.* oppoſitum ſenſit Bernard. Nec alibi eſt expreſſum quod hoc ſpectet ſolum ad Sedem Apoſtolicam, & hoc eſt, quod hic ſtatuit, & declarat. Bonif. VIII.

12. De ſolis tamen Coadiutoribus Epiſcoporum, & Superiorum loquitur textus, loquendo autem de aliis Prælatis diſtinguendum eſt, Nam vel ſunt exempti, & tales, quorum deſtitutio, vel ceſſionis acceptatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, vel ſunt ſubiecti Epiſcopis, à quibus deſtitui, vel eorum ceſſio poteſt admitti. Et iſtis Epiſcopi, vel proprii Prælati coadiutores dare poſſunt. Franc. *num.* 2. *& cap. De Rectoribus, & cap. fin. eod. tit.* vbi Io: And. *num.* 7. Panorm. *num.* 5 *&* Fagnan. *cap. Nulla, de conceſſ. Præbend. num.* 67. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancellar. Gloſſ. 5. §. 9. *num.* 36. Aliijs verò ſolus Pontifex coadiutores poterit dare.

13. Et ſummus Pontifex Epiſcopis non dat huiuſmodi Coadiutores niſi cum maxima conſideratione. Et vt refert Flamin. *de reſignat. lib.* 7. *q.* 20. *num.* 15. ipſe ſolet priuatim per Cardinales, & in Conciſtorio examinare cauſam iuxta *text.* in Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *de reform.* & dare Coadiutorem habentem qualitates neceſſarias illi officio, & idoneum vita ſcientia, & ætate, vt poſſit coadiuuare, & ſubleuare officiũ illius, cui datur. Et ſtylus Ordinarius Curiæ eſt vt quando datur Coadiutor Epiſcopo, ille Coadiutor ſit Epiſcopus Titularis alicuius Eccleſiæ in partibus infidelium, cum onere vt coadiuuet Epiſcopum cui datur, Et ideo exercitiũ curæ eſt apud ipſum, vt hic notat Archid. *n.* 7. Panorm. *capit. de Rectoribus, num.* 6. *ſup. eod. tit.*

14. Hoc autem ita eſt proprium Summi Pontificis, vt contrarium non ſit per conſuetudinem præſcriptibile, vt expreſsè in hoc textu decernitur, & aduertunt Gloſſ. *in v. non obſtante,* & ibi Io. Mon. Archid. & Io. And. & Anchar. *not.* 3. Dom *n.* 4. & 6. Franc. *n.* 3. & 4. Qui ex hoc etiam bene aduertunt, conſuetudine etiam immemorabili præſcribi non poſſe contra Sedẽ Apoſtolicam ea, quæ ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit, ſicut nec contra priuilegium Prælationis. De quo in *cap ſuper quibuſdam ſup. de verb. ſignificat. & in cap. t. Romæ, el.* 2. *ſup. de poſtulat. Prælat.* & ibi per Innoc. & per DD. *in cap. Cum nobis, ſup. de præſcript.* Vnde etiam eſt, quod diſpoſitio tollens conſuetudinem, nedum tollit præcedentem, ſed impedit futuram in materia non præſcriptibili. Dom. *d. num* 6. Franc. *d. num.* 4.

15 Hinc eſt, quod nec Legatus à latere poteſt mittere manum in ſpecialiter reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, *cap. Si Abbatem ſup. de elect. in hoc lib.* & probatum eſt *ſup. cap.* 1 *num.* 25. *de off. leg. in hoc lib.* Et ideò nec poteſt dare Epiſcopis Coadiutorem, vt hic aduertit Gloſſ. *in v. tantummodo,* & ibi Io: And. Dom. *num* 6. Franc. *n.* 4. Poterit verò dare Coadiutores illis, quibus poteſt Epiſcopus.

16 Ita neque hoc poteſt Patriarca, vel Archiepiſcopus reſpectu ſuffraganeorum. Et licet Archiepiſcopis poſſit dare Viſitatorem in terminis *cap. Eccleſiæ,* & ibi dictum eſt, *de ſupplend. neglig. Præl* Non tamen poteſt dare Coadiutorem; quia hoc ſibi negatur *in præſenti decret.* Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 5. & 6. Franc. *num.* 4. Fagnan. *cap. Ex parte num.* 2. *ſup eod. tit.*

17. Ratio autem literæ huius eſt, quia dare Coadiutorem eſt de maioribus cauſis. Et hoc ideò eſt, vt expendunt Io. Mon. & Io. And. quia mutationes Epiſcoporum ſunt de maioribus cauſis. *cap. mutationes.* 7. *q.* 1 *cap. Niſi ſup. de off. leg.* Per coadiutorium verò fit mutatio ſi non quantum ad dignitatem, quantum ad adminiſtrationem. Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 4.

18. Quia verò poſſet contingere, vt in partibus remotis Eccleſiæ hoc prætextu paterentur diſpendium, & ius commune ad fugiendum Eccleſiæ damnum imminens mutandum eſt, vt aduertunt Dom. *n.* 4 & Franc. *n.* 5. §. Verum, ideò Pontifex quid agendum ſit ad vitandum Eccleſiarum incommodum, decernit per ſequentes regulas.

19. Secunda igitur regula eſt. Epiſcopus ſenio aut valetudine corporali grauatus, vel etiã alias adeò impeditus perpetuo, vt officium ſuũ nequeat exercere, poteſt de conſilio, & conſenſu ſui Capituli auctoritate Apoſtolica vnum, vel duos Coadiutores aſſumere ad dictum officium exequendum.

20. Tres igitur caſus primo ponuntur in quibus Epiſcopus poſſit ſibi aſſumere coadiutorem. Primus eſt ſenectutis, ſecundus infirmitatis, tertius impedimenti perpetui. Senectus infirmitati æquiparatur in requirentibus exercitiũ corporale. Dom. & Franc. *num.* 2. Epiſcopum verò ſenem dici quando excedit annum 70. dicunt Archid. *num.* 6. & Franc. *num.* 2. Fagnan. *cap. Conſultationibus num.* 16. *eod. tit. & cap. Nulla num.* 63. *de conceſſ. præb.* Gonzal. etiam *d.* §. 9. *num.* 5. tenet quod ætas ſexaginta annorum requiritur, quando Coadiutoria datur ob ingraueſcentem. Sed melius Dom. cui etiam conſentit Franc. vult ſenium conſiderandum eſſe ſecundum Epiſcopi complexionem, vt etiam voluit Innoc. *ſup. cap.* 1. *de renunciat. &* Io. And. *cap. Quoniam ſup. vt lite non conteſt.* Nam talis poteſt eſſe complexionis Epiſcopus Octogenarius, imo & Nonagenarius, vt non ſit impeditus obire officium Epiſcopale, in textu verò requiritur vt Epiſcopus ſit a ſuo officio impeditus.

21. Sed neque quælibet infirmitas ſufficit, neque enim ſufficit infirmitas temporalis, & curabilis, quia in text. requiritur impedimentum perpetuum, *& cap. fin. ſup. eod. tit.* expreſſe dicitur graui, & incurabili morbo. Quod incautè non aduertit Garz *de benef. cap.* 5. *num.* 4. licet enim hæc ſpecies coadiutoriæ dicatur temporalis, non eſt, quia ad illam ſufficiat temporale impedimentum, quia text. expreſsè requirit impedimentum perpetuum, ſed dicitur temporalis, quia morte coadiuti expirat, ad differentiam coadiutoriæ cum futura ſucceſſione. Et ideò S. Congreg. Epiſc. & Reg. declarauit,

Epiſco-

Epiſcopo non dari Coadiutorem, aut Vicarium Apoſtolicum, ſi non ſit quaſi omninò inhabilis. 1601. Saſſari 6. *Aug.* 181. Requiritur igitur incurabilis infirmitas, & non leuis, qualis indicatur febris quartana, ſed grauis, talis ſcilicet, quæ notabiliter ſit perpetuo, ſeu per totam eius vitam impeditura Epiſcopum ab officio ſuo, *vt cap. fin. ſup. eod. tit. in 1. notab.* tradunt Card. Anchar. Panorm. & Io. de Anan. Fagnan. *cap. Conſultat. num.20. & cap. Ex parte nu. 4. eod. tit.* Et dicitur infirmitas incurabilis, ſi naturaliter non poſſit curari, licet poſſit curari per miraculum.

22. Si enim ſolum temporaliter Epiſcopus ſit infirmus, tunc poterit per Vicarium ſupplere ſuo defectui, nec tunc adeſt coadiutori neceſſitas, Fagnan. *d. cap. Conſultationibus nu.12. vbi num. 13.* quod hoc extenditur etiam ad Parochos, & Curatos, vt ſibi Vicarium temporalem ſine Epiſcopi licentia aſſumere poſſint, dummodo ſint noti, & de promotione eorum cõſtet. Dummodo ſtatutum Prouinciale, aut Synodale non obſtet. Hodie tamen debet approbari ab Ordinario per Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 1. & ſeſſ. 25. cap. 11.* Et ab Ordinario deputari debet in caſu *ſeſſ. 7. cap. 7. & ſeſſ. 23. cap 6.*

23. Inter infirmitates vero propter quas dari poteſt coadiutor, eſt priuatio officij linguę *d. cap. Conſultationibus eod. tit.* Et cæcitas plena Gloſſ. 1. *d. cap. Conſultationibus*, & Hoſtien. *in princip.* Fagn. *num. 14.* Non enim ſufficeret ſi Epiſcopus vnum tantum oculum omiſiſſet Io. And. *d. cap. Conſultationibus nu. 14.* Butr. *nu. 19.* ſic etiam Epileptico dabitur coadiutor, *cap. ſcripſit 7. q. 1. & in d. cap. Conſultationibus* Io. And. *num 6.* Fagnan. *num. 16.* Item etiam leproſo *cap. de Rectoribus, ſup. eod tit.* Et quamuis multi, quos refert Fagnan. *d. cap. Conſultationibus* voluerit, quod inferiores Epiſcopo ſi ſint leproſi priuari debeant, tamen id eſt expreſſe contra textum *in d. cap. de Rectoribus*, vt probat Fagnan. *ibid. num. 4. & ſeqq.* & docuerunt Maiol. *de irregular. lib. 2. cap. 18. c. 3.* Henriq. *l. 14. de irreg. c. 8. num. 8. in princ.* Flamin. *de reſign. l. 5. q. 3. nu. 20.* Campanil. *rubr. 11. cap. 17. à n. 154.* Superuenienti enim lepra leproſus celebrare nõ permittitur, Sayr. *de cenſ. lib. 6. c. 9. nu 9.* Bellet. *diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. de diſcipl. Cler. §. 7. num. 32.* Barb. *d. cap. de Rectoribus num. 3.* Extẽditur vero hoc ad ſcabiem, quam dicunt herculeam Flam. *de reſig. l. 5. q. 6. num. 19. & num. 28.* ad morbum Gallicum, qui habet vlcera per corpus diffuſa, & ſic habet extrinſecus deformitatem, & conſentit Barboſ. *cap Tua nos nu. 2. ſup. eod tit.* Sed in his, & alijs morbis, qui impediunt à celebratione miſſæ ſemper conſiderari debet, quod ſi non ſint incurabiles, dabitur potiùs Vicarius, quam Coadiutor; & ſi Coadiutor, hic dabitur ad tempus. Et ſic idem iudicium debet dari de paralyticis, & habentibus manus tremulas, ad quos dandos eſſe Coadiutores. volunt Flam. *d. q. 6. num. 20. & 28.* & Barb. *cap. Ex parte num. 2. eod. tit.*

24. In his vero caſibus infirmitatis, debet conſtare de tali infirmitate, aut debilitate, ſeu inhabilitate, quæ per ſe aggrauet corpus, ſine ſpe futuræ proſperitatis, non obſtante, quod detur aliquod interuallum. Nam impedimentum debet eſſe perpetuum & de perpetuitate debet conſtare, Feliu. *cap. Quoniam frequenter nu. 6. ad fin. de lite non conteſt.* Caputaquen *dec. 240. part. 1.* Gonzal. *d. §. 9. nu. 88. & 89.* Barb. *ibi num. 8.*

25. Suppoſita igitur in Epiſcopo incurabili infirmitate, vel quocumque impedimento perpetuo, ipſe poteſt ſibi coadiutorem aſſumere non tamen ſe ſolo, ſed concurrente conſilio & conſenſu ſaltem maioris partis ſui Capituli quamuis non ſit neceſſe quod pręcedat ſpecialis tractatus diſtinctus ab eo, quem ſecum fert Cõcilium, & aſſenſus capitulariter datus, Gloſſ. *in v. maioris* Dom. *num. 4.* Franc. *num. 2.*

26. Et hoc non competit Epiſcopo auctoritate ordinaria, ſed auctoritate Apoſtolica ſibi delegata. Non obſtat, quod hoc ſit conceſsũ Epiſcopo à lege in dubio cenſetur ordinaria, quia facultas conceſſa à lege, vt adimplenda auctoritate Apoſtolica, vt fit in hac Decretali non eſt ordinaria, ſed delegata Gloſſ. *in v. Apoſtolica*, & Franc. *num. 4.*

27. Hoc vero competet etiam inferiori Prælato, ſi tamen habet Capitulum & Iuriſdictionem Epiſcopalem, quia huiuſmodi Prælati in iure veniunt nomine Epiſcopi, ſecus ſi non habet Capitulum.

28. Cum vero Prælato ſuſpecto de dilapidatione bonorum Eccleſiæ etiam datur Coadiutor, Panorm. *cap. Venerabili not. 4. ſup. eod. tit. & in cap. licet* Felin. *num. 8.* de Simon Specul. *tit. de inquiſ. §. Nunc videndum num. 4. & 5.* Flam. *de reſig. lib. 7. q. 20. num. 10.* Huiuſmodi caſus ſub hac regula comprehendi nequit, nam neque hoc eſt impedimentum perpetuum, ſed culpa Prælati libera, & voluntaria; & præterea non eſt vnde Coadiutorem petat, quia ſufficit, quod à culpa abſtineat, ſi tamen non ex negligentia ſua, ſed ex impotentia, & impedimento perpetuo non poſſet attendere temporalibus, tunc de conſilio, & conſenſu Capituli poſſet ſibi Coadiutorem eligere, ſed non erit dabilis caſus, in quo non impeditus à gubernio ſpirituali, ſit ita perpetuo impeditus ab adminiſtratione temporali, vt non poſſit per miniſtros ſuos etiam temporalia adminiſtrare.

29. In textu autem permittitur Epiſcopo nedum vnum, ſed duos aſſumere Coadiutores Sed Nicolius *Canon. l. 3. tit. 6. de Cleric. ægrot. n. 2.* vult quod Epiſcopo, vel Archiepiſcopo non detur, niſi vnus Coadiutor, & refert ad hoc S. Cong. Regul. 1604. Burgos 12. *Maij* 37. Eo quia Concilium Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 7.* Vnius tantum Coadiutoris mentionem faciat. Sed cum dubium non ſit melius eſſe dare vnum Coadiutorem, quam duo, ſi inueniatur idoneus, & regulariter vnus tantum detur, quando datur à Pontifice, vnde Concilium loquitur de Coadiutore in ſingulari. Si tamen detur caſus, quod Epiſcopus infirmus non habeat idoneum, quam aſſumat in adiutorium, & omnibus penſatis melius ſit aſſumere duo, non eſt hoc prohibitum, nec Concilium huic Decretali derogauit, quia nec vnum tantum dari debere decreuit. S. vero Cong. Epiſcoporum, & Regularium reſpondens, vt ſolet in caſu particula-

eulari ex hoc huic Decretali derogare voluit.

30. Coadiutorem vero dabunt Epiſcopo, vel Parocho teneri ad reſidentiam probaui *to.1. de ſtat. quæſt.*185. *a.* 5. Eumque diſcedere non poſſe ſine conſenſu Coadiutoris, vel licentia S. Cong. Nicolius *vbi ſupra num.* 3. refert deciſum à Sac. Cong. Epiſcoporum 1623. *Foligno* 26. *Maij* 57. Et idem de Coadiutore Canonici cum futura ſucceſſione 1606. *Capua* 15. *Martij* 26.

31. Sequitur ſecunda regula, quæ eſt iſta. Si Epiſcopus fuerit demens, & quod velit, vel nolit exprimere neſciat, vel non poſſit, tunc eius Capitulum, vel duæ tertiæ partes illius eadem auctoritate vnum, aut duos Coadiutores eadem auctoritate aſſumant, qui eius officium exequantur.

32. Datur ſpecialis regula de hoc caſu, quia dementia funditus aufert primum principium gubernationis, quod in ratione libera, & expedita conſiſtit. Et iam in hoc caſu non ſpectat ad Epiſcopum Coadiutoris electio, quia Demens electionem non habet, cum nec habeat libertatem.

33. Cum autem dementem dicunt Anch. *not.*7. Dom. *num* 1. *&* Franc. *num.*1. qui quod vult, vel non vult exprimere neſcit, & hæc videtur eſſe diffinitio textus, huius & in *cap. Paſtoralis ſup. eod. tit* vbi Barb. *nu.* 4. & Maſcard. *de probat. concl.* 1045. *num.* 5. Dementia tamen eſſentialiter conſiſtit in priuatione vſus rationis conſiſtit; quod euenit quando quis perfecte non cognoſcit, nec cognoſcere poteſt habitudinem mediorum ad finem, ob ſenſuum impedimentum in textu tamen deſcribitur demens per hoc quod neſcit, vel non poteſt exprimere, quod vult, vel non vult. Quia cum officium ſuperioris ſit mandare quid faciendum ſi, vel non faciendum, hoc proprie eſt id, quod inducit neceſſitatem Coadiutoris, ſi Epiſcopus neſcit ordinate præcipere, & prohibere.

34 In hoc tamen caſu debet conſtare de dementia, & non ſufficit illam colligere ex coniecturis; quia cum in hoc fundetur Capituli poteſtas, hoc debet eſſe certum, ne eius facultas ſit incerta lucida tamen interualla non tollunt dementiam.

35. Quod ſi dementia, quæ totaliter aufert poteſtatem religioſe adminiſtrandi Epiſcopum, non ſufficit, vt Epiſcopus priuetur Epiſcopatu, ſed dandus eſt illi Coadiutor, multo minus ob alias infirmitates, quæ ratione non priu ant non poterit priuari. Et quamuis patiēs defectum in memoria, vel rationis vſu promoueri non poſſit, etſi fuerit promotus poſſit remoueri *cap.* 2 *inſ. de verb. ſignif.* ſi tamen fatuitas ſuperueniat Prælato, ſeu Rectori iam promoto non debet remoueri, ſed debet ei dari coadiutor Franc. *num.* 1. Prælatus enim ob ſuperuenientem dementiam, aut infirmitatem, aut perpetuum impedimentum non perdit habitum poteſtatis, ſed ſolum poteſtatis exercitium remanet impeditum Io. And. Anchar. *not.* 6. Dom. *num.* 1. Franc. *num.* 1. Fagnan. *cap. Conſultationibus num.* 2. *&* 40. Et ideò Prælato ſic impedito datur Coadiutor.

36. In caſu vero dementiæ Coadiutor dari poteſt Epiſcopo à capitulo, ſed non ſufficit conſenſus maioris partis capituli, licet regulariter quod fit à maiori parte capituli cenſeatur factum à toto capitulo; ſed requiritur conſenſus duarum partium, quia hoc expreſſe in textu decernitur, Gloſſ. *in v. duæ partes*, Dom. *nu.* 2. *&* 4. Franc. *num.* 2 Quod vero habet Gloſſ. *in fin.* ſcilicet, quod regulariter duæ partes Capituli debent eſſe præſentes, non verificari de iure Canonico probatum eſt *Tract. de elect. cap.* 14. *quæſt.* 2.

37. Permittitur vero, vt nedum vnus, ſed duo Coadiutores aſſumantur. Sed hic numerus exceedi non poteſt, quia vbi lex numerum determinat, non licet illum excedere, Gloſſ. *in v. aut duos*, & ibi Archid. Franc. *num.* 3.

38. Tertia regula eſt ſi Epiſcopus ſenio, aut incurabili morbo grauatus, ſeu perpetuo impedimento detentus reddatur inhabilis ad officij ſui exercitium, & nihilominus à proprio capitulo requiſitus Coadiutorem aſſumere, vel habere nolit, illius non indigere ſuffragio forſitan aſſerendo, tunc non licet Capitulo aliquid innouare, ſed negotium ad Sedem Apoſtolicam referri debet.

39. Hoc autem ſeruari debet etiam quando Epiſcopus ſit demens; hoc enim vult textus ibi, *hoc caſu, & etiam proximo*, vt explicat Gloſſ.

40. Et ſic licet per ſuperiorem Epiſcopo impedito etiam eo inuito dari poſſit Coadiutor. *Cap. de Rectoribus, & cap. Ex parte ſup. eod. tit.* vbi Gloſſ. *vlt. Hoſtien. in fin.* Io. And. *cap. fin. eod. tit. num.* 11. Fagnan. *cap. Nulla. num.* 57. *de Conceſſ. Præb.* Hoc tamen fieri non poteſt à Capitulo; ſed ſi Epiſcopus nolit Coadiutorem haberi recurrēdum eſt ad Sedem Apoſtolicam, vt aduertit Gloſſ. *in v. Noluerit*.

41. Exiſtimat tamen Gloſſ. in hoc caſu eſſe neceſſariam poſitiuam repugnantiam Epiſcopi, quia aliud ſit tacere, & aliud contradicere, vnde licet Capitulum contradicenti Epiſcopo non poſſit dare Coadiutorem, poterit tamen (in caſu tamen ſolius dementiæ) illum dare Epiſcopo non contradicenti.

42. Sic etiam Epiſcopus Rectoribus, ſeu Parochis perpetuo inhabilibus etiam inuitis dare poteſt Coadiutorem Barboſ. *cap. de Rectorib. nu.* 3. *eod. tit.* Vbi quod Epiſcopus etiam poteſt facere ſi Parochus ſit exemptus, & citat Zerolam. & Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 29 Sed Gonzalez hoc ibi non dixit. Neque hoc probatur ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 27. *cap.* 6. Nā Conciliū ibi loquitur ſolum de Parocho illiterato, & de Coadiutore dato non perpetuo ad vitam Parochi, ſed ad tempus, & adhuc non dat Epiſcopo facultatem in exemptos. Vnde illis dabitur Coadiutor perpetuus ſolum à ſuo ſuperiore.

43. Quarta regula eſt. Coadiutores de prouentibus Prælatorum, in quorum auxilium aſſumuntur recipiant ſumptus moderatos. Sic igitur Coadiutori à coadiuto debentur expenſæ moderate, attenta facultate Prælati, & qualitate Coadiutòris, & conſuetudine patriæ. Anchar. *not* 10. Dom. *n.* 2. Gon *d.* §. 9. *nu.* 33. Et hoc etiam habetur ex Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 6. *de reform.* Et ideo Epiſcopum teneri dare Coadiutori ha-

Digitized by Google

ri habitationem, declarauit. *S.C.Epiſc. & Reg.* 1601.Thean. 22. *Maij & 3.Decembris,* quod debet dare illi prouiſionem ſufficientem.

44. Sed ſi beneficij redditus tenui ſint, & Beneficiato inſufficientes,& Coadiutori aliunde prouideri debet,& præferendus Beneficiatus.Panorm.*cap.de Rectorib.num.*5. *eod.tit.*Barbos.*de off. Epiſ.all.*93.*in fin.* Palautr.13.*diſp.*1.*p.*9.*num.*3.dicunt vero Barboſa, & Palaul. populum ad cuius beneficium datur Coadiutor teneri, & cogi poſſe ad has expenſas.

45. Quinta regula eſt. Coadiutores, & abſtinere debēt ab omni alienatione bonorum Eccleſiaſticorum ipſius coadiuti, vel Eccleſiarum ſuarum, quomodolibet facienda: & adminiſtrationis ſuæ rationem reddere debent Prælatis ipſis, ſi ſanę mentis extiterint, ac eorūdem Capitulis, ſeu ipſorum Prælatorum ſucceſſoribus, ſi hoc antea non fecerunt.

46. Specialiter Coadiutori prohibeatur alienatio bonorum Eccleſiaſticorum tam coadiuti, quam ſuarum Eccleſiarum. Quod intelligitur de bonis immobilibus, & etiā de mobilibus prętioſis, non vero de illis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt notat Franc. §.*fin* Gloſſ. *in cap. Paſtoralis.v. abſtinentes ſup.eod.tit. & ibi* Barbos. *num.*11. ſed de his alienationibus late dictum fuit *tom.*1.*de ſtat. q.*185.2.

47. Sed vt videatur, quæ poſſit facere Coadiutor aduerti debet eum teneri habere actu qualitates omnes, quæ neceſſariæ ſunt ad legitimè adiuuandum coadiutum in exercitio illius adminiſtrationis, ad quam datur. Hæc ſufficit, ſi requiritur Ordo, quod Ordinem recipiat intra annum. Neque enim ſumus in caſu Coadiutoris perpetui dati cum futura ſucceſſione, ſed in Coadiutore dato ex neceſſitate actualis auxilij, vnde debet habere qualitates neceſſarias, quas beneficium ad ſui adminiſtrationem poſtulat. Panorm. *cap.Conſultationibus nu.*1.*eod. tit. Et ſic.* Coadiutor Epiſcopi debet eſſe ætatis 30. annorum, ſi Parochi 25. ſi Canonici 21. Azor. *p.*2.*l.*3.*cap.*2.*q.*6. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell.Gloſſ.5.§.9.*num.*6. Palaus *tract.*13. *diſp.*1.*p.* 9. *num.*11. Et ſic Coadiutor Epiſcopi datus ad adminiſtrandum in ſpiritualibus, & temporalibus debet eſſe Epiſcopus, vt poſſit exercere nedum, quæ ſuæ iuriſdictionis, ſed quæ ſunt Ordinis. Quo poſito debet conſiderari ad quem finem detur coadiutor, & cui detur.

48. Nam iuxta impedimentum coadiuti datur Coadiutor, vel tantum quantum ad temporalia, vel tantum quantum ad ſpiritualia, vel quantum ad vtraque Azor. *par.*2.*lib.*3.*cap.*2. *q.*10. Barboſ. *de off.Epiſ.alleg.*63.*num.*15.Palaus *tract.*13.*diſp.*1.*p.*9.*nu.*2.Itaque ſi. Imo talis defectus requirit Coadiutorem in Parocho, qui non requirit in Epiſcopo. Illi enim defectus qui non impediunt niſi actualem celebrationem, aut immediatam adminiſtrationem ſacramentorum, ſufficienter erunt, ſi ſint perpetui ad dandum coadiutorem Parocho; & non ob illos erit dandus coadiutor Epiſcopo, cuius non eſt immediate adminiſtrare ſacramenta, & ſufficit ſi per Vicarium adminiſtret. Ex quo declarantur dicta ſupra.*num.*23.

49. Coadiutor datur dementi habet liberam adminiſtrationem, & ſic coadiutor Epiſcopi dementis habet tam in ſpiritualibus, quā in temporalibus generalem poteſtatem. *cap.*1. *cap. Quamuis, cap.Petiſti, cap.Quia Fratres.*7.*q.*1. *cap.Grande, de ſupplend.neglig. Præl.ſup. in hoc lib.* Anch.*not.*8. Dom.§.*fin.*4.*n.*Oldrad. *conſ.*44. *num.*2. Flam. *de reſig.lib.*7.*q.*20.*n.*25.

50. Si vero Coadiutor detur in temporalibus tantum, vt vitetur dilapidatio bonorum Eccleſiæ, vel ob aliam ſimilem cauſam, certum eſt illum nō habere ad ſpiritualia vel minimam facultatem. In hoc enim caſu Coadiutor eſt datus ad certam cauſam, nec poteſt illam excedere, *cap.Venerabili, de off.deleg.* Habebit igitur liberam adminiſtrationem circa temporalia, ſed circa ſpiritualia nihil poterit diſponere, vnde indubitatum eſt, quod non poterit conferre beneficia, Archid.*hic,* & Io.And.Anchar. *num.*9. Dom.§.*fin.num.*4. Franc.*num.*3. Oldrad. *conſ.*44.*nu.*2. Paccin.*de off.Capit.ſed.vac.p.*2.*q.*1. *num.*8. Flam. *d.q.* 20.*num.*21. Et ſic nec poterit beneficiorum reſignationes recipere.

51. Vbi vero datur Coadiutor ob impedimentum infirmitatis incurabilis, manente coadiuto ſanæ mentis, poterit ea, quæ ad officium ſpectant, & tamen ſpecialia, & quæ non veniunt in generali commiſſione non poterit facere inſcio, & non conſentiente Prælato coadiuto; poterit vero de eius conſenſu, & ita de eiuſdem conſenſu poterit etiam beneficio conferre,vt hic tradunt Io.And.Anchar.*not.*8.Dom. §.*fin.num.*4.Franc.*n.*3.Cardin.Alex.*in cap.Quia. n.*4.7.*q.*1. Old. *conſ.*44.*num.*4. Nauar. *conſ.*3. *de Cler.ægrot.* Selua *de benef.*2.*p.q.*4.*num.*3.Gonzal. *d.*§.9.*n.*4. Flamin. *de reſign.lib.*7.*q.*20.*num.*23.Et ſic etiam eodem modo poterunt recipi reſignationes. Flam.*n.*24. Coraſ. *de benef.cap.*4 *num.*9. Quamuis Franc. ex Io:And. velit quod in his caſibus collatio fieri debeat per Prælatum, accedente conſenſu Coadiutoris, ſed hunc conceſſum non eſſe neceſſarium, ſed Epiſcopum ſanæ mentis poſſe conferre beneficia bene docet Domin. Neque enim beneficiorum collatio ſpectat ad coadiutorem, ſicut neque nuptiæ ad Tutorem. Et ideo Coadiutor ſolum confert beneficia de conſenſu Epiſcopi ſanæ mentis.

52. De Epiſcoporum vero Coadiutore; quod non poſſit Eccleſiam vnitam diſmembrare, neque in ea ius patronatus erigeri, poſt Achill. de Graſſ. *dec.*1.*de rerum alienat. &* Mandos.*in reg.*11.*q.*5.*num.*7.*&* 8. dixerunt Gonzal. *d.Gl.*1. §.9.*num.*35.& Palaus *d p.*9.*num.*5.verum nihil poteſt Epiſcopus, quod non poſſit Coadiutor accedente conſenſu eiuſdem Epiſcopi coadiuti. Et ideo Achil. de Graſſ. loco citato concedit quod coadiutor poſſit de conſenſu coadiuti Eccleſiam diſmembrari.

53. Sed & in his attendi debent facultates expreſſæ in literis coadiutoriæ. Nam totum poterit, quod fuerit in eis expreſſum. Et ita & beneficia conferre poterit, & reſignationes acceptare, ſi id fuerit conceſſum, vt citati DD. docent. Sed è contra Epiſcopus ſibi aſſumens, poterit ſibi plura reſeruare,ad quæ nō eſt impeditus,& præcipuè poterit ſibi reſeruare conſenſum in arduis. Imo hoc ex natura ſua eſt reſeruatum. Coadiutor enim datur in auxiſium,

ad poteſtas reſidet in Coadiuto, qui tenetur ad curam animarum, & etiam ad reſidentiam, vt dictum eſt *tom. 1. de ſtat. q. 185. art. 5. a n.* Et ideo eius eſt inuigilare circa animas ſibi ſubiectas.

54. Hinc eſt, quod non eſt eadem ratio de viſitatore Apoſtolico, & de coadiutore, licet etiã coadiutor ſit Papæ delegatus, & ſola Papæ auctoritate conſtitutus. Nam Viſitatori datur facultas abſoluta, ſed coadiutori datur facultas in adiutorium coadiuti, & ideo coadiutoris facultas intelligi debet iuxta ea, quæ dicuntur *cap. fin. ſup. de officio Vicarij in hoc lib.* vt hic aduertit Franc. *§. fin. in fin.* Et ideo coadiutor non poterit inuito coadiuto ſanæ mentis, vel conferre alicui beneficio, vel alia facere. Nam vt habet idem Franc. ex vi nominis accipitur argumentum.

55. Nam dicitur coadiutor, ergo ſolus non poteſt. Quod in collatione beneficiorum habet ſpecialem rationem ex eo quod in textu coadiutori ſit prohibita alienatio, quandam vero alienationem importat collatio beneficiorum. Et licet hæc ſit alienatio neceſſaria propter periculum vacationis *cap. 7. inf. Ne ſed. vacant.* tamen ad minus hoc erit verum, quod neque hanc, neque alias alienationes etiam neceſſarias poſſit facere coadiutor ſolus ſine ſcientia, & conſenſu coadiuti niſi ſiant inucire.

56. Et nihilominus non ſemper erit neceſſarium, quod coadiutor petat nouum conſenſum, vel nouam licentiam à coadiuto, quia hæc non eſt neceſſaria ad ea, ad quæ ſe extendit coadiutoris mandatum. Et ideo, quod coadiutor abſque noua Epiſcopi licentia poſſit exercere Pontificalia, tanquam deciſum à S. Congreg. Epiſc. 1603. Ariano 13. Maij. 51. refert Nicolius Can. *l. 1. eod. tit. num. 4. vbi n. 6.* quod coadiutor tenetur requiſitus Pontificalia, & alia exercere, quamuis coadiutus propria impedimenta non probet. 1628. Foligno 26. Maij. 57. *§. 2. & num. 7.* quod coadiutor non poteſt præſente coadiuto benedictionem Pontificiam impertiri, quamuis in hoc caſu non ſit cogendus Miſſas, aut Veſperas celebrare. Et *num. 5.* dixerat, quod coadiutus impeditus non poteſt alteri quam coadiutori functiones committere. 1623. Ferm. 25. ſeptem. 97.

57. Itaque ex his colligitur, quod coadiutor nihil poteſt facere inuito Epiſcopo coadiuto, niſi functiones Epiſcopales, quæ per Epiſcopum ipſum habendæ eſſent, ſed ad illas coadiutus eſt impeditus, quia vt ex S. Congreg. habetur Epiſcopus hac non poteſt committere alteri ſed ſoli coadiutori. Sed Epiſcopus coadiutus, poterit inuito coadiutore ea per ſe ipſum exercere, ad quæ non eſt impeditus.

58. Eiuſdem quoque coadiutoris poteſtas ſe extendit nedum ad ea, quæ iure ordinario ſpectant ad coadiutum, ſed etiam ad ea, quæ iure delegato ad eundem ſpectant expreſſo nomine dignitatis; non tamen ad delegata perſonæ coadiuti nomine eius expreſſo, vt in *cap. Quoniam Abbas, de off. deleg.* Franc. *§. ſi vero num. 3.* Qui etiam cum Archid. *cap. Audiuimus 24. q. 1.* addunt, coadiutum ſanæ mentis retinere facultatem ſibi perſonaliter delegatam, & eam poſſe exercere. Quod etiam volunt Anchar. *not. 8.* & Dom. *n. 4.*

59. Coadiutor ergo ſic adminiſtrationem ſpiritualium nedum, ſed etiam temporalium habeant coadiutores, temporalium reddere rationem debent. Nec obſtat, quod Tutores, & Curatores durante officio non tenentur reddere rationem adminiſtrationis. *l. Aduerſus. C. de admin. tut.* Quia coadiutores ex ſpeciali iure huius textus ad reddendum rationem etiam ante officium completum tenentur Anchar. *not. 11.* Dom. *§. fin. num. 2. &* Franc. *§. fin. num. 1.* Qui aduertit minores expenſas probari poſſe per iuramentum, non tamen magnas.

60. Et etiam ſucceſſori coadiuti tenetur coadiutor reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, ſi illam ante mortem coadiuti non reddidit. Quamuis vero qui ſemel perfectè, & completè rationem reddidit, non teneatur amplius eam reddere, vt ex textu colligitur, & aduertunt Ioan. Andr. Archid. Io. *Mon.* Ancha. *not. 13.* Dom. *num. 5.* Franc. *num. 2.* Nihilominus ex cauſa pluries pati poſſunt, dummodo ſuper his non ſit tranſactum, aut iudicatum *l. 1. C. de error cal.* & etiam vſque ad 30. annos poſſit peti earum reuiſio Frãc. *d. n. 2.* vbi ex Bald. quod ſi Epiſcopus exegit rationem ab vſurario, aut eius Vicario, & eum liberauit nõ poſſit eius ſucceſſor iterum rationem exigere, ſi bona fide id fuit factum.

61. Quod vero in textu, obligatur coadiutor ad reddendam rationem coadiuto, & eius capitulo, id intelligendum erit iuxta caſus exigentiam. Nam ſi Epiſcopus ſit demens, rationes reddendæ erunt capitulo. Sed ſi ſit ſanæ mentis, ſufficiet ſi reddantur coadiuto, vel ſucceſſori, ſi non fuerunt redditæ coadiuto. In ijs tamen, in quibus agatur non ſolum de interreſſe Epiſcopi, ſed etiam de interreſſe capituli, vtriſque rationes reddi debebunt.

62. Ex eo autem, quod decernitur Coadiutorem reddere debere rationem ſuæ adminiſtrationis ſucceſſori, colligitur officium Coadiutoris expirare per mortem Coadiuti ipſo facto, & ità vt nihil poſſit Coadiutor vel in ſpiritualibus, vel in temporalibus poſt Coadiuti mortem, ſed adminiſtratio ſtatim tranſeat in Capitulum *cap. 3. & 4. de ſuppl. neglig.* Prolat. *ſup. in hoc lib. & cap. 1. inf. de Inſtit.* Anchar. *not. 12.* Franc. *n. 2.* Bart. *in l. Quæſitum, &* Bald. *in l. Solut. off. de tutel.* Io: And. *in cap. Conſulta ſup. eod. tit.* Fagnan. *cap. Ex parte à num. 11. eodem tit.* Et ſic per mortem Coadiuti Eccleſia vacat.

63. Et hoc extenditur etiam ad mortem Ciuilem, vt ſi Coadiutus renunciat, aut deponitur. Talis enim quoad Eccleſiam ſe habet vt mortuus. *Cap. in apibus §. Ecce in quibus 7. q. 1. & notatur in cap. ſuſceptum in penult.* Gloſſ. *cap. de Reſcrip. in hoc lib.* Nam deficiente eo, cui ſit præbendum adiutorium, ceſſat Coadiutor. Fagn. *d. cap. Ex parte num. 13.*

64. Præter autem ſuperius recenſita iuuat hic ex Nicolio. Can. *l. 3. eod. tit.* afferre multa, quæ refert deciſa fuiſſe in *S. Cong. Regul. & Concil.* ſic enim *numer.* 8. habet, quod Magis decet Coadiutorem facere patentes pro Prædicatoribus quam Vicarium 1603. Ariano 13. *Maij* 51. *& num.* 9. quod Coadiutor tenetur intereſſe

con-

concioni in Cathedrali etiā abſente Coadiuto in loco decenti, non tamen ſub Baldachino 1628. *Foligno 26. Maij 57. & numer.* 10. quod Coadiutor quoties fuerit requiſitus tenetur cōcitari Coadiutum in viſitatione, Coadiuti expenſis tam pro ſe, quam pro familia, abſque Procurationis exactione pro ipſo Coadiutore 1628. *Foligno 26. Maij 57. & numer.* 11. quod Coadiutor ex commiſſione Epiſcopi viſitans non poteſt recuſare aſſiſtentiam Vicarij Generalis cum facultatibus, quas ei dare Coadiuto placuerit 1628. *Foligno 26. Maij 58. & num.* 12. quod Epiſcopus non poteſt Coadiutorem punire, licet ſit etiam Canonicus, & Archidiaconus in ſua Eccleſia, & ſic nec ratione beneficij. Cong. Concil. 18. *Februarij* 1623. *Poſnanien.* Et his addat, quod quando datur Coadiutor Epiſcopo non debet eſſe impedimento Vicario Apoſtolico 1602. Siracuſæ 12. Martij 27.

65. Sexta regula continet, quod id, quod in hac Decretali dictum eſt de Epiſcopis, debet intelligi etiam de ſuperioribus, ſcilicet de Archiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis.

66. Ex eo vero, quod textus vtitur verbo volumus, quod nouum ius importat, colligitur quod in illis, quæ ſunt ſtrictæ interpretationis ſub nomine Epiſcopi non veniunt Prælati ſuperiores, niſi id exprimatur. *Tr.* 5. *fin. num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante poteſt quoſcumque præſentatos idoneos inſtituere.*
2 *Et reſignationes ſimilium recipere.*
3 *Admittere eſt ad examen recipere, inſtituere verò eſt approbare, & confirmare.*
4 *Collatio eſt de iuriſdictione Epiſcopali.*
5 *Confirmatio, & inſtitutio ſunt neceſſitatis.*

Tit. VI.

De Inſtitutionibus.

Cap. Et ſi Capitulum 1.

1 Breuem & claram regulam continet hoc cap. quæſt. iſta. Licet Capitulum Sede vacante non poteſt conferre beneficia, quorum collatio ſpectat ad Epiſcopum, poteſt tamen præſentatos à patronis admittere, ſi ſint idonei, & eos in beneficiis inſtituere, licet huiuſmodi admiſſio, & inſtitutio ſpectaret ad Epiſcopum ſi ſupereſſet. Et ita hoc idem tradunt hic Gloſſ. & DD. ſed etiam Azor. *part.* 2. *l.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 1. & 2. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 5. 4. *proham. numer.* 35. & Gloſſ. 9. 5. 1. *numer.* 77. Quarant. *v. cap. ſed vac. verſ. nono quæro.* Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *numer.* 51. & 54. Et intelligitur regula vniuerſaliter ſiue patronus præſentans ſit Laicus, ſiue ſit Clericus, & ſiue ſit Religioſus. Dom. *num.* 4. Franc. *nu.* 1. ſic igitur poteſtas præſentatos inſtituendi ſede vacante deuoluitur ad capitulum. Panorm. *cap.* 2. *Ne ſed. vacant. num.* 6. Rebuff. *in prax. tit. de denal. à num.* 87. Garz. *d. cap.* 7. *num.* 54. *Et dictum eſt ſup. cap. vn. de maior. & obed. in hoc lib.*

2. Extenditur verò regula, vt ex hoc capitulum ſede vacante, poſſit recipere reſignationes beneficiorum, quæ ſunt de iure patronatus, & quorum inſtitutio pertinet ad Epiſcopum. Eius enim eſt reſignationes admittere, cuius eſt inſtituere; vt per Innoc. *in cap. Admonet, & cap. Quod in dubiis ſup. de renunc.* cum Capituli ſede vacante ſit inſtituere, erit etiam acceptare renunciationes ſimpliciter factas de beneficijs ad inſtitutionem Epiſcopi pertinentibus Franc. *num.* 52. *Rota dec.* 311.

3. Cum verò hic admiſſio, & inſtitutio ponantur vt diuerſa, Io. Monac. vult, quod admittere ſit confirmare, & inſtituere ſit in poſſeſſionem mittere. Et ità etiam tenet Io. And. volens quod per acceptationem acquiratur adminiſtratio. Sed expoſitio aliena eſt à veritate. Cum enim antequam confirmetur præſentatio, & præſentato tribuatur ius in beneficio, debeat cognoſci an ſit idoneus, ideò admittere eſt recipere præſentatum ad examen, ſed inſtituere, eſt conferre beneficium dando illi adminiſtrationem Archid. & Anchar. *not.* 2. *Dom. num.* 5. Franc. *num.* 2. Sed per adminiſtrationem non intelligitur actuale exercitium, ſed ius adminiſtrandi, nam actualis adminiſtratio non præcedit, ſed ſequitur actualem poſſeſſionem. Anchar *num.* 2.

4. Exiſtimat etiam Io. And. *in cap. Quamquam ſup. de elect. in hoc lib.* quod ideo Capitulo Sede vacante competat confirmatio, aut inſtitutio, licet ei non competat collatio beneficiorum, quia hæc non ſpectet ad iuriſdictionē Epiſcopalem, ad quam tamen ſpectant confirmatio, & inſtitutio. Sed manifeſtum eſt Epiſcoporum de iure communi poſſe conferre beneficia, *cap. Conquerente, de off. Ord. & cap. Cum ex iniuncto, de heret. & pro at.* Panorm. *cap. Cum olim de maior. & obed.* Et ideo indubitatum eſt collationem eſſe iuriſdictionis Epiſcopalis.

5. Ratio ergo differentiæ eſt, quia ſi collatio tollatur ab Epiſcopo fit ei præiudicium, quia collatio modum quamdam donationis liberæ habet, electio enim eius, cui conferatur beneficium eſt Epiſcopi, qui ex hoc habet dominium & poteſtatem gratificandi & conferendo, cui voluerit, ſed confirmatio, & inſtitutio ſunt neceſſitatis, quia Epiſcopus electionem, aut præſentationem digni approbare & confirmare tenetur, *cap. Poſtquam ſup. de elect. in hoc lib. & cap. decernimus* 16. *q.* 3. Quia igitur in confirmatione & inſtitutione non fit præiudicium Epiſcopo, ſi tranſeant ad capitulum, ideo hic tranſitus à iure eſt approbatus, Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 7. Franc. *num.* 2. Barb. *num.* 4. Panorm. *d. cap. Cum olim* Selu. *de Benef. q.* 11. *num.* 6. ſic enim & de Vicario Epiſcopi dictum eſt *ſup. cap. vlt. de off. Vic.* in hoc lib. quod licet non poſſit conferre beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, poteſt tamen præſentata conſtituere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus non ordinatus poteſt admitti ad Parochialem ſi intra tempus iuris poteſt ordinari.*
2 *An ſit neceſſe quod ſit ordinatus ad Minores remiſſiuè.*
3 *Ætas 20. annorum eſt neceſſaria.*

Cap. Si is II.

1 DAtur in textu hæc regula. Præſentatus ad Parochialem alias idoneus, licet non ſit ordinatus, ſi intra tempus à iure ſtatutum poteſt ordinari, non eſt reprobandus. Ita Gloſſ. *hic & alij* DD. Rebuff. *in prax. tit. de requiſ. ad Collat. num.*34. Azor *p.*2. *l* 6. *cap.*8. *q.*13.

2. Quamuis vero in hoc præſentato non ſit neceſſarius Ordo vt actu habitus, ſed ſufficiat ſi in tempore iuris poſſit ordinari, Franc. tamen exiſtimat neceſſe eſſe, quod ſit ordinatus ad Minores. At alij hoc negant. Sed de his dixi *tract. de elect, cap.*25. *quæſt.*32.

3. Ætas tamen 25. annorum neceſſaria eſt, ſecundum Dom. & Franc. Sed de hac requiſito ſatis ſcripſi *eod. tract. de elect. cap.*25. *quæſt.*33. *& ſequent.*

Tit. VII.

De Conceſſ. Præbend.

Cap. Quia cunctis.

MAteriam expectatiuarum, quæ nunc non ſunt in vſu ob decretum Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *cap.* 19. In eo autem decernitur, quod cum mandatur alicui prouideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandum, & vacat dignitas, quam ante acceptationem Ordinarius confert, tenet collatio, etiam ſi executor impetrantis fecerit reſeruationem, inhibitionem, & proceſſus ſuper prima vacatura.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſiones per quas quocumque modo aperitur via ad vacatura irrita ſunt.*
2 *Tres gradus huiuſmodi promiſſionum.*
3 *Beneficium non vacans non poteſt conferri. Nec collatio validatur iuramento.*
4 *Patronus quacumque conſuetudine non obſtante non præſentat beneficio non vacante & præſentatio alia facta beneficio vacante valet.*
5 *Beneficiũ viuentis poteſt vniri Collegio & Dignitati.*
6 *Clericus eſt incapax vt ei conferatur beneficiũ viuentis, non vero vt ei promittatur.*
7 *Hic non reuocatur prouiſorum expectatiuæ.*
8 *Ex auctoritate Papæ haberi poteſt ius ad vacatura.*
9 *Legatus non poteſt ſibi pro certa perſona reſeruare beneficia vacatura.*
10 *Habere ius ad vacaturam præbendam ex collato Canonicatu non eſt prohibitum.*
11 *Habere ius ad vacatura ex promiſſione eſt prohibitum.*
12 *Promiſſio actu vacantis tenet.*
13 *Poteſt eſſe, quod promiſsio fiat magis idoneo.*
14 *Ius commune ad valorem promiſſionis non requirit, niſi idoneitatem.*
Electio digni eſt valida. 14.
15 *Qualiter in hoc caſu promiſſarius poſsit agere contra promittentem.*
16 *Ex hoc capite non eſt prohibita promiſsio temporalium.*
17 *Valet collatio beneficij promiſsi ſi fiat alteri.*
18 *Malum abuſi conceſsis.*
19 *Priuilegium tendens in malum reuocandum.*
Lex aut priuilegium non ceſſant ex eo, quod dicatur ceſſare cauſa, niſi reuocentur. 19.
20 *Promiſsio acceptata obligat.*
21 *Importunitas facit vt concedantur non concedenda.*
22 *Lex Canonica obligat ad culpam etiam mortalem, & quando.*
23 *Per legem irritantem promiſsiones de futuro non ſunt irritæ promiſſiones præterita.*
24 *Lex prohibens certum fine m an prohibeat omnẽ viam perueniendi ad illum.*

Cap. Deteſtanda II.

1. PRomiſſiones omnes, per quas quouis modo aut forma verborum directè, vel indirecte poteſt aperiri via ad beneficia vacatura reprobantur à Bonif. VIII. eaſque nullo modo obligare decernitur.

2. Itaque cum prohibitum ſit & illicitum promittere beneficia vacatura, Flamin. *de reſignat. l* 6. *q.*4. *nu.*10. Garz. *de benef. p.*10. *c.*1. *num.*1. Reginal. *lib.*30. *tract.*3. *num.* 247. Quod modo habet maiorem vim ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.*19. *de reform.* huiuſmodi prohibitionem ad tres claſſes reducuntur. Prima prohibitio lata fuit in Concil. Lateranen. ſub Alex. III. & habetur *cap. Nulla* 2. *ſup. eod. tit.* Sed eam limitari ad promiſſionem certi beneficij dicebatur ab aliquibus, & ſic non erat ſecundum illos prohibitum promittere in genere aliquod beneficium vacaturum, ad inſtar iuris ciuilis ſupra incertarum hæreditatum promiſſionibus, *lib.* 3. §. *de illo ff. pro ſocio.* Sed ſecundo ſtrictior prohibitio, ſeu potius ſtrictior intelligenda, *cap. Nulla* Alex. III. ſtatuta fuit in Concil. Lateranen. ſub Innoc. III. & habetur *ſup. cap. Dilectus* 19. *de Præbend.* fuit enim prohibita promiſſio & collatio beneficij vacaturi etiam in genere. Et tamen adhuc poterant non vacantia beneficia promitti, ſub hac forma promitto tibi prouidere de beneficio cum potuero, vel cum facultas ſeſe obtulerit, vt patet *ex cap. Accedens* 14. *ſup. eod. tit.* Antiquis enim iuribus generalior viſa eſt hæc forma, quem illa, cum vacabit, vt hic notat Gloſſ. *in v. facultas ad* 3. hoc reſtrictum fuit per Bonif. VIII. in hoc capite, & ſic reiecta manet promiſſio de vacaturo nedum in ſpecie, ſed etiam in genere & etiam ſi promiſſio ſit conditionata hac conditione cum potuero. Conformiter vero ad has prohibitio-

Digitized by Google

bitiones *ſup. in hoc lib. cap. Deliberatione* §. *prohibemus, de off. leg.* interdictum fuit legatis ne alicui concedant facultatem recipiendi reſignationes beneficiorum, & illa idoneis perſonis conſerendi. Quod tamen ante etiam fuerat prohibitum *in cap. Conſtitutus* 11. *ſup. eod. tit.*

3. Itaque hoc primo eſt certum, quod beneficium antequam vacet non poteſt conferri, vt ex hoc textu habetur, & ex *c.2.& 3.ſup.eod.tit.* & ibi D.D.cõmuniter Rabuff. *in probem. concord. v. Fati*, & in repet. *d.cap.2. eod. tit.* Syluef. *v. beneficium.* 2. *nu.* 5. Coraſ. *de benef cap.7.n.1.* Garz. *de benef. par.* 10. *cap.1. num.1.* Nec collatio iſta poteſt iuramento confirmari, vt Rebuff. Coraſ. & Garz. aduertunt.

4. Ideo nec patronus poteſt præſentare ad beneficium, quod non vacat, *cap. fin. ſup. eod. tit.* Lambert. *de iurepatron. 1.p. 2.lib. q.6.a.1. &* 19. Garz *d.cap.1.num.4.* Nec valet contraria conſuetudo etiam immemorabilis, vtpote irrationabilis, & iniqua. Garz. *ibid.* Vnde præſentatio poſtea facta vacante beneficio tenet, non obſtante priori nulla. *cap. Non præſtat. inf. de reg. iur.* Felin. *cap. Ex tenore num.4. de reſcipt.* Rota in Pampilonen. beneficij de Vgarte 15. Febr. 1591. coram Iuſto.

5. Poſſe vero beneficium viuentis vniri Collegio, ſeu vniuerſitati, imo etiam dignitati, quia non datur in titulum, ſed veluti in proprietatẽ, alijs citati tradit. Garz. *d.c.* 10. *à n.* 28.

6. Quia tamen promiſſio in hoc diſtinguitur à collatione, quod collatio ſupponit actualem vacantiam eo quia ſupponit in ſubiecto actualem capacitatem recipiendi actu beneficium, quam nullus habet, vt recipiat beneficium non vacantem, quia nullus eſt capax, ve actu ſit ſponſus Eccleſiæ, alteri deſponſatæ; at vero promiſſio reſpicit rem futuram, & ſic Eccleſia, ſeu beneficium vacaturum promitti poteſt, ideo de iure poſitiuo antiquo promiſſio vacaturi non erat prohibita, imo in caſu *d.cap. Accedens, eod. tit.* hæc promiſſio erat valida, & obligabat. Sed in hoc textu quælibet promiſſio per quam detur via quomodocumque ad vacatura improbata eſt, & irritata. Quod etiam factum fuit per Concil. Trid. *ſeſſ.24.c.19. de reformat.*

7. Oritur vero difficultas, quam examinat Gloſſ. *in v. indirecte*, an ſcilicet, omnia reuocata cenſantur per quæ paratur via ad vacatura? Receptio enim Canonicorum cum expectatione præbendæ vacaturæ, parat viam ad vacatura; & tamen hæc approbata manet *cap. Relatum, de præbend. & cap. Cum. ſuper. ſup. eod. tit.* Et pariter reſeruatio beneficiorum primo vacantium reſpicit vacatura, & tamen de iure hæc competebat Legatis à latere, *cap. Cum dilectus* 28 *ſup. de iurepatron.* Dicendum ne eſt ergo huiuſmodi Decretales fuiſſe per hanc abrogatas? Negant, & bené Gloſſ. Io. Mon. *num.* 2. Archid. *num.* 5. Io. And. *in fin.* Franc. *num.* 4. Nam non reuocantur iam actu prouiſorum expectatiuæ, quæ habent iuris communis fundamentum, ſed promiſſiones prohibitę sũt, & obligationes, quæ ex vi promiſſionis vim habent. Dom. *n.* 10.

8. Sed quatuor hic diſtinguendi ſunt caſus, ex eo quod quis quatuor modis poteſt habere ius ad vacatura beneficia. Et quidem primo ex conceſſione ſedis Apoſtolicæ, per quam mandatur alicui prouideri de primo aliquo beneficio vacaturo, vt in *cap. Propoſuit* 4. *ſup. eod. tit.* Et in hoc caſu indubitatum eſt, quod ius eſt validum.

9. Secundus caſus eſt, ſi quis ad vacatura habet ius ex eo, quod Legatus à latere ad fauorem certæ perſonæ reſeruauit ſibi beneficium vacaturum, vt in *d.cap. Cum dilectus* 28. *de iurepatron.* Et hoc non fuit per hanc decretalem reuocatum. Legatos enim ex iure antiquo potuiſſe ſibi reſeruari beneficia, probatum fuit *ſub cap Præſenti* 3. *de off. legati.* Sed tamen hoc iam eſt reuocatum ex Concil. Trid. *ſeſſ.24.cap.19. de reform.* Ex quo ablata eſt omnis facultas etiam Legatis reſeruandi beneficia ad fauorem certarum perſonarum, vt dictum eſt *d.cap. Præſenti* 8.

10. Tertius caſus eſt, quando quis expectat ex diſpoſitione iuris communis, quia ex quo quis actu recepit aliquid, expectat aliud, quod ex vi prius recepti debetur de iure communi, ſic enim recepto in Canonicum debetur præbenda. *d.cap. Relatum, & d.cap. Cum ſuper.* Et hic modus habendi ius ad vacatura non eſt reuocatus.

11. Quartus caſus eſt illius, qui ad vacatura habeat ius ex vi promiſſionis, & ex ſola illa obligatione, quam fert promiſſio in genere, vel in ſpecie. Et hic modus in præſenti eſt reuocatus, etiam ſi promiſſio ſit conditionata, conditione ſi potuero, & etiam ſi indirecte ſolum paret viam ad vacatura. Gloſſ. *in v. indirecte.* Io. Mon. *num.* 2. Archid. *num.* 5. Io. And. *in fin.* Dom. *num.* 10. Franc. *in fin.*

12. Cum tamen textus de beneficijs vacaturis loquatur, ex vi illius non eſt prohibita promiſſio beneficii actu vacantis. Io. Mon *num.* 10. Anchar. *q.1.* Dom. *n.8.* Franc. *n.3.* An autem hæc promiſſio valeat, Garz. *de bene part.* 10. *cap. 1. num.* 35. putat non valere, quia in beneficiorum collatione debet eſſe libertas, vt Eccleſijs poſſit melius prouideri. Maxime, cum collator non ſit Dominus, ſed ſolum diſpenſator beneficiorum. Nec obſtat hoc *c. & c. fin ſup. eod. tit.* quia ex illis ſolum ſequitur promiſſionem hanc non eſſe de iure vetitam non tamen eſſe obligatoriã. Lãbert. etiã *de iure patron. 2.p.2.l.q.7.n.15.* dixit nullam eſſe promiſſionem patroni de pręſentando vno ad beneficium, quod vacat. Sed hanc promiſſionem obligare docent hic Io. Mon. Archid. Io. And. Dom. & Franc. locis citatis, & de patrono præſentationem promittente dixit Rochus *de iure patron. v. beneficium. q* 36. Quod probatur ex *cap. Accedens ſup. eod. tit.* In quo admittitur, quod valeat promiſſio de beneficio vacaturo, ſi facta ſit cum conditione ſi potuero &c. & hoc idem refertur in hoc *text.* multo magis igitur valet promiſſio de beneficio actu vacante.

13 Nec obſtant obiecta. Nam admiſſo, quod collator non ſit dominus, ſed diſpenſator, & teneatur eligere meliorem, maxime ad beneficia curata, de qua obligatione latiſſime tractaui *de elect. cap.30. per totum.* Et hoc non ſequitur, niſi quod promiſſio iſta non valet in

præ-

præiudicium iuſtitiæ diſtributiuæ, & obligationis etiam ex virute religionis, quam habet collator, ſeu etiam Patronus, vt prouideat de meliori. Poteſt ergo eſſe, quod collator poſt ſufficientem inquiſitionem iudicato aliquo meliori ei promittat beneficium: maxime cum in beneficijs maior identitas deſumitur non ſolum ex doctrina vel ex bonitate vitæ, ſed ex alijs qualitatibus facientibus ad Eccleſiæ vtilitatem, & decorem.

14 Sed vlterius dicitur, quod de iure ad valorem promiſſionis ſufficit quod promouendus ſit dignus, & idoneus, nec eſt neceſſe, quod ſit dignior. Quia cum qualitas dignioris ex quam pluribus conditionibus accipienda ſit, & ſæpe occultis, vel de quibus non poteſt de facili conſtare, & ſæpe etiam multum conducant circumſtantiæ extrinſecæ, & comparatio in ratione idoneitatis ſatis ſit odioſa, & talis, quod ſemper tali lite poneretur, nec vnquam lites ceſſarent, propterea ius commune canonicum in promouendis ad valorem promotionis idoneitate eſt contentum. Et ideo electio digni excluſo digniore eſt valida, ſicuti eſt valida præſentatio, aut collatio, vt communiter tradunt Doctores, de quo dixi in *d. tract. cap. 30. q. 6*. Eadem vero ratione valida eſt promiſſio beneficij facta digno, & ex hac promiſſione illi acquiritur ius. Et hoc iura ſupponunt. Sic enim *cap. Nulla 2. eod. tit.* prohibitæ ſunt promiſſiones de beneficijs non vacantibus, non quia eo ipſo ſint nullæ, ſed prohibitæ fuerunt, vt effugiatur votum captandæ mortis beneficiatorum, & quia ſimiles prohibitiones habentur etiam in iure ciuili. Vnde ante Concil. Lateran. ſub Alex. III. huiuſmodi promiſſiones non erant irritæ. Imo & poſt d. Concil. tanquam validæ approbatæ fuerunt promiſſiones de beneficijs in genere, & conditionatæ conditione *in quantum potero*, & erant validæ, & obligabant, vt patet ex *cap. Accidens. 14. eod. tit.* & per Panorm. & Hoſt. & alios DD. ibi licet igitur huiuſmodi promiſſiones non valeant modo, quia reprobatæ ſunt à iure, cum non ſit reprobata promiſſio beneficij actu vacantis, hæc erit valida eadem, & maiori ratione qua valida eſſet promiſſio non vacantis, ſi non eſſet reprobata.

15. Quod adeo verum exiſtimant citati DD. quod putant in hoc caſu promiſſario competere actionem, quam dictum ad factum Io. And. Anchar. Dom. & Francus citati, & poterit promittens cogi ad ſeruandum promiſſum ſecundum opinionem illorum qui tenent aliquem poſſe præciſe cogi ad factum, *vt in lib. ſtipulatio. §. ſanè ff. de nou. op. nunciat*. Vel ſaltem præſtabit intereſſe, vt miniſtrat vitæ neceſſaria, donec ſibi prouiſum fuerit de beneficio, *vt in cap. Cum ſecundum d. præbend. & cap. per tuas, de Arbit.* vt puniatur factum, & contumacia promiſſoris. Imo dici poterit, quod promiſſor teneatur ad æſtimationem prouentuum beneficij quod conferre tenebatur, cum tales prouentus licitè alienentur, & locentur. Et ita in terminis *d. cap. Accidens ſup. eod. tit.* Panorm. *n. 2.* poſt Hoſt. dixit promiſſarium potuiſſe agere contra promiſſorem ad intereſſe, ſed numero 4. ex propriâ ſententiâ addit, quod promiſſor potuiſſet cogi nedum ad intereſſe, ſed ad dandum beneficium. Quæ intelligenda erunt in caſu, quod promiſſio alias ſit valida, & talis quæ obliget ex iuſtitia.

16. Quæ vero dicta ſunt de beneficijs locum non habent in temporalibus officijs, & ſic Reges poſſe promittere officia non vacantia poſt Steph. Grat. *diſcept. 818. num. 48.* & alios dixit Barb *d. cap. Nulla. num. 5.* Hoc mihi certum, quod in hoc *cap.* ſermo eſt ſolum de promiſſione beneficiorum. Cabed. *de priuil. Regiæ coronæ cap. 15. num. 15. & 29. Rodriq. quæſt. Reg. tom. 1 a. 6.* Barb. *d. cap Nulla. n. 5.*

17. Quamuis etiam dictum ſit promiſſionem beneficij vacantis validam eſſe, & obligare, non per hoc tamen beneficium promiſſum eſt affectum, licet ſit debitum. Nec remanent ligatæ manus collatoris, vt valide non poſſit alteri beneficium promiſſum conferre, vt dicunt Io. And. Anchar. *quæſt. 1.* Dom. *nu. 8.* Franc. *num. 3.*

18. Sic igitur explicata regula textus, alia occaſionaliter in textu dicta aduertenda ſunt. Et quidem primo ibi *conceſſis*, nedum contra legem peccare, qui legem tranſgrediuntur, ſed qui per legem conceſſis abutantur, Dom *n. 1.* vnde ſicut illi puniendi ſunt pœna condigna, ita & iſti. Horum vero hæc eſt condigna caſtigatio, vt conceſſio reuocetur. Quæ enim ſunt damnoſa, mutanda ſunt Io. Mon. *n. 2.*

19. Notandum 2. ibi, *reuocanda* non dici in textu, conceſſionem antea factam qua plerique abutebantur nec ipſo iure ex hoc reuocatam, ſed eſſe reuocandam. Ex hoc vero deducit Franc. *n. 1.* quod licet ceſſet cauſa alicuius conſtitutionis in totum, non ceſſat conſtitutio, niſi reuocetur expreſſe. Secus tamen ſi cauſa ſolum ceſſet ex parte, quia tunc ex qua parte ceſſat cauſa legis, ceſſat legis obligatio, vt in *l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. & not. in cap. cum ceſſante, de appell.* ceterum hoc verum eſt, quod vbi lex, vel priuilegium tendit in damnū boni communis, illud eſt reuocandum, *§ verum 63. diſt. cap. non debet conſanguin. & affin. cap. ſuggeſtum, de decim. cap. ſtatutum de reſcript. in princ. ſup. in hoc lib.* vbi etiam hoc fuit notatum *à n. 9.* & hic tradunt *Gloſſ. in v. reuocanda Anchar. not. 1. prob. ad ſum. n. 2.* verum nec lex, nec priuilegium ceſſant ceſſante cauſa impulſiua, ſed ceſſante cauſa finali in totum etiam ceſſarent lex, aut priuilegium, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. Verum hic plura conſiderari debent. Primo, quod nec eſt neceſſe, nec de facto ſemper legiſlatores, aut concedentes priuilegia exprimunt cauſam omnem, ſeu adęquatam, edendi legem, ſeu cōcedendi priuilegium, ſed imo pluries, ex cauſis altiſſimis, & reconditis diſponunt expreſſa aliqua tantum, vel etiam nulla. Solus igitur Legiſlator, aut Princeps poteſt abſolutè decernere an ceſſauerit adęquate ratio legis, aut priuilegij. Ideò nec lex, nec priuilegium ceſſat ipſo iure, ex defectu cauſæ, niſi Princeps legem, aut priuilegium reuocet. Secundo attendi debet, quod alia poteſt eſſe cauſa edendæ legis, aut concedendi priuilegium, & alia illa conſeruandi. Vnde ad hoc, vt illa cenſent, neceſſe

erit

erit, vt ceſſet omnis cauſa, per quam interſit reipublicæ, vt illa durent, ſed hoc quoque videri eſt Principis, & ideo illius ſolius eſt facere, vt lex ceſſet. Et ſolum in caſu, quod eſſet notorium nullam dari cauſam legem, aut priuilegium cõſeruandi illa ceſſarent, ſed caſus eſt mortaliter impoſſibilis, & ideo in *textu* dicitur conceſſum iure antiquo, & quod experientia apparet nociuum eſſe reuocandum, non vero, quod ſit ipſo iure reuocatum.

20. Notandum tertio ibi *promiſſiones ſuas.* Ex his haberi, quod de iure Canonico promiſſio acceptata obligat, & debet adimpleri Franc. *n.2.* imo, quod hoc eſt verum etiam dum ſuperior promittit aliquid ſubdito ſuo. Panorm. *cap. accidens* 14. *ſup. eod. tit, n.3.* ſed qualiter hoc intelligi debeat, an ſcilicet promiſſio obliget ex virtute fidelitatis, an vero ex iuſtitia cõmutatiua eſt res valde controuerſa, & alibi examinanda.

21 Not. 4. ibi *conceduntur*, veró ſic ſæpius contingere, vt ob nimiam importunitatem petentium concedantur non concedenda, *cap. fin. de reſcript. ſup. in hoc lib & inf. cap. 1. d. relig.* Dom. & maximè ſi ex ambitione improba importunitas procedat, quia improba ambitio extorquet non concedenda, *Gloſſ. in v. conceduntur* Dom. *n.3.*

22. Not. 5. ibi *damnabiliter*, quod tranſgrediens legem Canonicam peccat mortaliter, ſecundum Archid. *n.3.* Io. And. *n.2.* Dom. *n.7.* Frãc. *n.2.* & cum certũ ſit legem Canonicam obligare ad culpam. & nihilominus aliquando continere non præceptũ, ſed conſilium, quod non obligat, vt ex *cap. denique diſt. 4. citati* DD. aduertũt, nec ſemper obligare ad culpam mortalem, vnde vero cognoſci poſſit an lex obliget ad culpam, & mortalem dixi *tom. 1. d. ſtat. q. 186. n.9. & n.51.* bene Franc. aduertit, quod iurans, vel vouens ſeruare aliquam regulam intelligitur, vt debeat ſeruare præcepta pro præceptis, & conſilia pro conſilijs, vt eſt *textus clarus, in clem. exiui, de verb. ſignif.*

23. Not. 6. ibi *de cætero*, quod conſtitutio diſponens de futuro non trahitur ad præterita. Sed in propoſito promisſionis prohibitæ de cætero difficultas eſt an prohibita cenſeatur promiſſio adhuc pendens. Affirmat enim Archid. *n. 6.* ſed Io. Monac. laté probat oppoſitum cuius dicta refert Io. And. ſumma tamen riſolutionis in hoc conſiſtit, quod promiſſio pura, & abſoluta, ſeu ſi conditionata cuius conditio ante nouam legem fuit purificata, per eandem nouã legem de futuro reuocantem ſimiles promiſſiones non manet reuocata, licet promiſſionis executio adhuc pendeat, quia promiſſario eſt acquiſitum de præterito plenum ius ad rem promiſſam. Secus tamen ſi promiſſionis conditio non fuit purificata ante præfatam nouam legem, ita Io. Mon. *n.4. &* 5. Io. And. *n.3.* Anchar. *not. 2.* ſed dicendum eſt cum Imol. quem ſequitur Dom. *n.9. &* Gloſſ. *hic in v. de cætero, & ſup. cap. licet canon. v. de cætero de elec. in hoc lib.* quod nullo modo lex noua irritans promiſſiones de futuro, ſe extendit ad promiſſiones præteritas; quia lex noua prohibet actum promiſſionis huiuſmodi ne in futurum fiat; ideo non irritat actum promiſſionis iam factum.

24. Not. 7. ibi *directe, vel indirecte*, quod ex hoc Dom. *n.5.* Franc. *n.2.* deducunt, quod vbi prohibitio legis reſpicit certum finem, cenſetur tunc prohibita quælibet via, per quam peruenitur ad dictum finem. *cap. 11. ſup. d. cler. coniug. in hoc lib. & cap. cum quid. infr. de reg. iur. & l. oratio, ff. de ſponſal.* ſed huiuſmodi regula non ſine diſtinctione, & matura conſideratione eſt accipienda. Nam in legibus pœnalibus præcipue lex prohibens directum non comprehendit indirectum, niſi id exprimat. Et lex imponens pœnam facientibus non comprehendit conſulentes, vel mandantes, vel auxilium dantes, niſi illud exprimat. Et in propoſito noſtro, ſi lex prohibens promiſſiones per quas directe paratur via ad vacatura beneficia compræhendiſſet illas, per quas ſolum indirectè id præſtatur non fuiſſet neceſſe, quod hec lex exprimeret, ſicuti expreſſit, quia vere ſub promiſſione directi, non venit indirectum, niſi exprimatur, cũ ſtricta interpretatio habet locum. Et quando finis eſt malus, ſtat, quod prohibeatur vna via, quia peior, & frequentior, & ea lege non prohibeatur alia, quæ eſt rara, & ferè nunquam vſitata.

SVMMARIVM.

1 *Habens gratiam ad beneficium quod duxerit acceptandum non poteſt acceptare certum non vacans, nec ſecundum vacaturum ſine cauſa.*
2 *Qui male acceptauit beneficium non vacans poteſt idem poſtquam vacauerit va ide acceptare.*
3 *Solum in caſibus in iure exceptis non poteſt poſt primum actum inualidum iterum habere actum bonum.*
Si principale ſit nullum non eſt validum acceſſorium nu. 3.
4 *Expectatiuæ, & pacta de ſuccedendo etiam in cauſis pijs merito reiecta.*
5 *Mandatum de prouidendo dicitur gratia facta reſpectu executoris.*
6 *Habens gratiam cum clauſula quod duxerit acceptandum non poteſt ſine cauſa omittere primum.*
7 *Beneficium acceptatur expreſſe, & tacite.*
8 *Non eſt quis adeptus beneficium niſi per poſſeſſionem.*
9 *Habens gratiam poteſt acceptare primum beneficium in genere.*
Quod ſit in genere non cenſetur eſſe certum nu. 9.
10 *Acceptatio & proceſſus inualidus non ligat manus Ordinarij.*
11 *Quid ſi beneficium non vacat, & creditur vacare, aut è contra.*

Cap. Ne captandæ III.

1. HAbens litteras Apoſtolicas ſuper primò beneficio, dignitate, vel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum antequam vacet acceptare non poteſt, ſed primum, quod vacabit, vel ex cauſa ſecundum, vel vlterius poterit acceptare. Reſeruationes autem, proceſſus, & decreta contra hæc facta non valent,

Digitized by Google

& Ordinarius beneficium contra prædicta acceptatum poteſt conferre. Hoc eſt, quod in hoc textu decernitur.

2. Notandum verò circa hoc, quod mala acceptatio beneficij non vacantis, vel acceptatio ſecundi, vel tertij ſine cauſa non impedit, quod ſi poſtea beneficium vacet, non poſſint fieri noui proceſſus validi, & quod non poſſit ab eodem beneficium male prius acceptatum iterum bene & valide acceptari, quando vacauerit, vt hic notant Io: Mon. & Archid. *nu.* 3. Anchar. *not.* 5. Dom. *num.* 5. *&* 10. *&* Franc. *num.* 8. Aduertunt tamen Io. And. *num.* 2. *&* Franc. *d. n.* 8. quod vacante beneficio male contra formam huius textus prius acceptato poſſint quidem fieri noui proceſſus validi, ſed iſti proceſſus nō ligarent manus Ordinarij, ſed ſola collatio beneficij eius manus ligaret, & in hoc ſenſu debent intelligi Io. Mon. & Io. And. ſi tamen aliud eſſet beneficium quam illud, quod prius fuit male acceptatum, tunc etiam proceſſus ligarent manus Ordinarij. Sed ſententia Io. Mon. & Archid. abſolute intelligi poteſt; Nam in textu irritantur ſolum proceſſus facti ante vacantiam beneficij, vel de ſecundo ſine cauſa, non prohibet verò textus quod non poſſint fieri noui proceſſus validi, & quod ſi fiant non habeant vim quam de iure habere illis competit. Quomodo verò his non obſtent *cap. ſi Compromiſſarius cap. de elect. in hoc lib.* §. 1. *&* 2. explicant Io. Mon. & Io. And. & alij. Sed dicas in caſibus in iure expreſſis, non licere poſt primum actum maleſactum, accedere ad ſecundum. Secus verò vbi hoc non eſt iure prohibitum, Et ſic etiam aliquando negligentia vel culpa nocet, vt *cap. Tibi qui, in fin. ſup. de reſcript. in hoc lib. & cap. Is cui, & cap. Eum qui de Præbend. in hoc lib.* ſed hoc nō eſt ſemper verū. Et ideò vbi lex non punit, & prohibet, licet à mala acceptatione, & proceſſu recedendo venire ad bonam acceptationem, & proceſſum,

3. Hinc tamen deducitur quod ex quo acceptatio, quæ eſt principale fuit nulla, nullus quoque eſt proceſſus & ſententia executoris, quæ ad illam referuntur, quia non bono peraguntur exitu, quæ mala ſunt inchoata principio. *Cap. Principatus* 1. *q.* 1. Nec tenet acceſſorium ſi non tenet principale. *Cap. Acceſſoriū inſ. de reg. iur.* Anchar. *not.* 3.

4. Notandum ſecundò quod per conceſſionem beneficiorum non vacantium inducitur votum captandæ mortis, de quo in *cap.* 2. *& cap. propoſuit ſup. eod. tit.* Non decet verò gratiam Sedis Apoſtolicæ præbere aliquibus occaſionem delinquendi, ne oriantur iniuriæ vnde iura naſcuntur. *Cap. qualiter el.* 1. *de accuſ. l. meminerint C. Vnde vi.* Anchar. *not.* 1. Ideo merito conceſſiones beneficiorum non vacantium à *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 19. reiectæ ſunt. Et colligitur ex hoc quod pactum de ſuccedendo etiā in pijs cauſis reprobatur. Barb. *n.* 2. Tiraquell. *de priuil. piæ cauſæ, priu.* 105. Vnde etiam colligitur non eſſe idem facere aliquid tempore permiſſo, & ad illud ſe referre, quia non poteſt recipi beneficium viuentis pro tempore quo vacabit, licet receptio ſe referat ad tempus permiſſum. Quandoque tamen diſpoſitio celebrata tempore prohibito valet, ſi eius effectus conferatur in tempore permiſſo. Ancar. *not.* 2.

5. *Not.* 3. ibi *facta*, quod gratia dicitur facta ſi mandatur prouideri de beneficio vacaturo. Sed hoc intelligitur reſpectu executoris, & quantum ad conceſſionem poteſtatis ſibi traditæ, ſed non reſpectu impetrantis, reſpectu cuius gratia non dicitur facta, niſi litteræ Apoſtolicæ conferant beneficium, non verò ſi ſolum contineant mandatum de prouidendo, Et ità procedit *cap. ſi cui, ſup. de præb. in hoc lib.* Io. And. Franc. *num.* 2. Dom. *num.* 6.

6. Not. 4. ibi, *aut ſecundum*. Quod habens gratiam cum clauſula, *quod duxerit acceptandum*, nihilominus tenetur acceptare primum, & ſolum ex cauſa poteſt acceptare ſecundum, vt ſi primum eſſet alteri debitum, Gloſſ. *in verb. cauſa*, Et ſic non ſubſiſtente cauſa non poteſt omittere primum, vt dicitur in hoc *text. & ſup. cap.* 1. *in hoc tit.* Barb. *num.* 4. Tiraquell. *in l.* Boueſ. §. *hoc ſermone, in princ. num.* 54. *& limit.* 6. *nu.* 4. *& limit.* 21. *num.* 1. Quod tamen non procedit, quando aſſignatur certum tempus ad acceptandum, vt in clauſula, quod intra menſem duxerit acceptandum. Nam tunc poteſt omiſſo primo, acceptare ſecundum, vel decimum, vel centeſimum, ſufficit enim quod intra menſem acceptet. Per *text. in* Clem. 1. *eodem tit.* Io. And. *in cap. ſequen.* Franc. *hic num.* 2.

7. Not. 5. ibi, *per collationem*, quod recipiendo collationem beneficij tacite acceptatur beneficium; Et idem ſi petat ſibi beneficium conferri. Clem. 1. *eod. tit.* Anchar. *not.* 6. Quia in ordine intellectus ſemper videtur præcedere, quod primò fieri debet licet verbis non exprimatur. Dom. *nu.* 10. & ad hanc tacitam acceptationem ſufficit qualis cunque actus expreſſus, aut tacitus, per quem poſſit conſtare de animo acceptandi, & ſic appellans cauſa alicuius beneficij illum cenſetur acceptare Franc. *n.* 4. Non cenſebitur tamen acceptaſſe beneficium primò vacaturum, qui ſolum dixerit intēdo, vel volo acceptare Dom. *num.* 9.

8. *Not.* 6. *ibi adeptus*, quod licet per collationem acceptatam acquiratur ius in beneficio, tamen non dicitur quis plenè adeptum fuiſſe beneficium ante pacificam poſſeſſionem. Dom. *num.* 6. Franc.

9. Notand. 7. ex prædictis, quod licet habens gratiam cum clauſula, quod duxerit acceptandum, non poſſit acceptare certum beneficium non vacans, poteſt tamen id facere in genere, acceptando beneficium in genere, quod primò vacabit, vel ex cauſa ſecundum, aut tertium, niſi data fuerit poteſtas ad tempus determinatum Franc. *num.* 3. *Rota dec.* 431. *ſeu* 14. *de conceſſ. præb. in nou.* Ex quo deducitur, quod quando lex requirit aliquid certum, quod fit in genere non cenſetur eſſe certum. Dom. *num.* 3. Barboſ. *num.* 3. Tiraquell. *de iure mariti*. Gloſſ. 7. *num.* 147.

10. Not. 8. quod acceptatio, & proceſſus inualidus non ligant Ordinarium, vt non poſſit conferre beneficium malè acceptatum, quia non præſtat impedimentum, quod de ſe eſt nullum. *Cap. Non præſtat in fin. de reg. iur.*

11. Not. 9. quod ſi quis bona fide acceptat bene-

beneficium non vacans, putans illud vacare, acceptatio eſt nulla, ſed ipſe eſt tutus. Sed ſi beneficium vacat, ſed acceptans id ignorat, & acceptat illud tanquam vacans, acceptatio tenet, ſed ſi acceptat illud tamquam non vacans, acceptatio eſt irrita. Ita poſt Lapum Dom. *in fin. num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Generalis Executoris inhibitio reijcitur, & admittitur ſpecialis.*
2 *Aliquando licet aliquid in ſpecie, quod non licet in genere, & è contra.*
3 *Mandatum de prouidendo limitatur ad primum vacans, niſi aliud ſit expreſſum.*
4 *Geſta contra executorem Papæ ſunt nulla.*
5 *Collatio poteſt ſpectare ad non Prælatos.*
6 *Actus cenſetur ſpecialis ſi refertur ad id, quod certificabitur.*

Cap. Executor IV.

1 NON poteſt executor mandati de prouidendo alicui de beneficio ſine ſpeciali mandato generaliter inhibere in prouincia ad quam eſt miſſus collationem beneficiorum donec illi pro quo ſcribitur fuerit prouiſum. Poteſt tamen ſpecialiter reſeruare ſibi primò vacaturum, & niſi ex ſpeciali mandato non poteſt inhibere collationem ſecundi, aut tertij; Et tunc collatio beneficij facta ab Ordinario contra huiuſmodi reſeruationem, aut inhibitionem erit nulla. Hæc eſt textus regula. Generalis ergo inhibitio hic reijcitur, admittitur ſpecialis. Innoc. & Hoſt. *cap. Dilectus, de iure patrim.* Anchar. *hic not.* 1.

2. Ex hoc habemus, quod quandoque licet aliquod in ſpecie, quod non licet in genere; ſicuti è contra licet aliquid in genere, quod nõ licet in ſpecie, vt *ſup. cap. prox.* Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1.

3. Et ſic iterum habetur quod mandatum de prouidendo alicui de beneficio intelligitur de primo, nec impetrans poteſt optare ſecundum, vel vlterius, niſi id ſibi fuerit conceſſum, vt ſi datum fuerit mandatum cum clauſula, *quod voluerit acceptandum*. Et tunc nec niſi ex cauſa poteſt optare ſecundum. Vbi tamen ponitur determinatum tempus, tunc intra illud tempus habet optionem, vt acceptet ex vacantibus intra illud tempus, quod voluerit. Franc. *num.* 2.

4. Hebetur etiam quod geſta contra executorem Papæ ſunt nulla etiam ſi in literis executoris non ſit decretum irritans. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 3.

5. Colligitur quoque quod collatio poteſt ſpectare ad Capitulum, & ad non Prælatos. Dom. *num.* 1.

6. Item quod actus cenſetur ſpecialis ſi refertur ad ſubiectum nondum certum, ſed in poſterum certificandum. Dom. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio mandati beneficialis facta Capitulo reddit beneficium affectum, & 6.*
2 *Executor poſt datum terminum Capitulo ad cõferendum poteſt beneficium conferre.*
3 *Capitulo poteſt competere collatio.*
4 *Acceptio multiplex, &, qualiter diſtinguatur à Collatione, an & quando fiat collegialiter.*
5 *Scriptura ſubſcripta à mandante dicitur propria illius.*
6 *Sufficit ſi literæ Apoſtolicæ præſententur vni ex collatoribus.*
7 *Quomodo præſentatur Capitulo.*
Capitulo impediente præſentationem literæ cenſentur præſentatæ 7.
8 *Collatio facta ab Ordinario ante præſentationem non obſtante priuata ſcientia literarum Papæ ſecundum aliquos eſt valida.*
9 *Sub nomine beneficij veniunt Canonicatus, & præbenda.*
10 *Executor datus à Pontifice præfigit Ordinario terminum ad conferendum.*
Per interpellationem interpellatus conſtituitur in mora 10.
11 *Dictio* ex tunc *importat extremitatem temporis.*
12 *Ex negligentia Capituli poteſtas in Executorem transfertur cumulatiuè.*
13 *Citatio, & monitio diſtinguuntur.*

Cap. Si Capitulo V.

1 DVas partes continet hęc Decretalis, in quarum prima ſtatuitur, quod ſola præſentatio facta Capitulo mandati de prouidendo alicui de Canonicatu, & præbenda ſi tunc vacaret, vel cum facultas ſe offerret, dato ad hoc executore in caſu negligentiæ Capituli, facit vt ſtatim etiam abſque alia executoris inſinuatione, reſeruatione, aut inhibitione beneficium de quo mandatum fuerat Capitulo, vt illud eidem conferretur, adeò ſit effectum, vt collatio facta alteri, eo ipſo ſit nulla.

2. Secunda pars continet, quod executor poteſt Capitulo præfigere terminum ad exequendum præfatum mandatum; Et ſi Capitulum id non præſtiterit, tranſacto termino, executor ipſe etiam non vocato Capitulo poterit Canonicatum conferre ei pro quo mandatum fuit, ſi vacat, vel cum ſe obtulerit facultas.

3. Ex hoc textu autem ibi, *ſi Capitulo* habetur primò, quod non ſolum Prælatis ſed etiã Capitulis ſiue ex priuilegio, ſiue ex conſuetudine aut ſtatuto poteſt competere collatio beneficiorum vt notat. Dom. *num.* 1.

4. Notandum 2. ibi *Canonicorum receptio, ac præbendaturarum collatio*, nedum diſtingui Canonicatum à præbẽda, ſed illi receptionem, huic vero competere collationem & ſic receptionem, & collationem eſſe diuerſa. Sed receptio diſtinguitur, quia alia eſt iuris, & alia eſt nudi facti, per quam iam inſtitutus in Canonicum, recipitur ad poſſeſſionem canonicatus per inſtallationem. Diſtinguuntur vero, quia per receptionem, quæ eſt iuris confertur titulus canonicatus, & recepto datur ius in re, & fit cano-

nicus; vnde hæc receptio verè eſt collatio canonicatus. Dicitur vero receptio, quia à capitulo non conſertur canonicatus, niſi per modum cuiuſdam electionis, & liberæ receptionis. Ideo non poteſt fieri à capitulo niſi collegialiter cōgregato, & niſi vocatis abſentibus, vt in *cap. cū in Eccleſijs 33. ſup.d. præbend. in hoc lib.* Præbenda vero dicitur cōferri, quia id non eſt amplius voluntarium capitulo, neque iſta eſt collatio electiua, quia recepto in Canonicum debetur præbenda, & dum præbenda eſt annexa certo canonicatui, ipſa receptio in canonicum eſt ſimul collatio prębendæ, & è contra, & remanet ſolum, quod tali canonico conſeratur prębenda de facto, quia Canonicus mittatur in poſſeſſionem præbendæ. Et ſic in hoc caſu collatio præbendæ non eſt iuris, ſed facti. Sed receptio, quæ eſt nudi facti non eſt neceſſe, quod fiat collegialiter. Videantur dicta in *d. cap. cum in Eccleſijs 33. de præben. in hoc lib. & quæ habent* Anchar. *not.* Dom. *n.* 7. *&* 8. Franc. *n.* 1.

5. Notandū 3. ibi *ſcr pta noſtra*, quod Dom. *n.* 4. & Franc. *n* 2. ex hoc deducunt, quod ſcriptura dicitur ſcriptura alicuius, licet ſit ſcripta alterius manu, ſi ſit ſcripta de eius mandato. Verum literæ, Apoſtolicæ dicuntur ſcripta eius, quia ſupplicationes, vel minutæ, ſignantur manu Pōtificis, & prætereà ſcripta, quæ publicantur ſignatur manu ſuorum officialium ad hoc deputatorum. Vnde ex hoc textu nō colligitur, quod ſolum mandatum de ſcribendo faciat, quod ſcriptura dicatur ſcriptura mandantis, ſi ei non ſubſcripſit ipſe, vel alius ex officio ad ſubſcribendum deputatus. Cæterum iuxta vſitatum modum loquendi ſcripta publica Principis ſubſcripta ab officialibus ad hoc deputatis propriè dicuntur Principis ſcripta, & ita hic, & ſuper *cap. ſi pro te 13. de reſcript. in hoc lib.* literæ Apoſtolicæ dicuntur ſcripta Sedis Apoſtolicæ. Cœterum loquendo de ſcripturis priuatis, ſcriptura aliena manu, ſed a mandante ſubſcripta, dicitur propriè, & ex communi vſu ſcriptura mādantis; ſic enim literæ a ſecretarijs ſcriptæ, & ſubſcriptę, à Dominis, & inter mercatores literæ ſubſcriptæ à mercatoribus, dicuntur eorum literæ. Vnde, vt ait Dom. ſuper *cap. ſi pro te. 13. de de reſcript n.* 1. ſi in ſtatuto dicatur, quod quis nō poſſit veniri contra propriam ſcripturam, hoc habebit locum in ſcriptura ſcripta aliena manu, ſed à mandante ſubſcripta. Quid quid in contrarium dixerit ibi Franc. *n.* 1. Qui enim ſubſcribit, licet non ſcripſerit manu propria ſcripturam ex vi tamen propriæ ſubſcriptionis illam acceptat, approbat, & facit ſuam.

6 Notand. 3. ibi *per ſolam præſentationem*, quod per ſolam præſentationem mandati de prouidendo dato executore in caſu negligentiæ collatoris, ita eiuſdem ordinarij collatoris ligantur manus, & beneficium fit affectum, vt ipſe non poſſit illud conferre, & ſi illud conferat collatio ſit ipſo iure nulla Ioan. Mon *num.* 1. Anchar. *not.* 5. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 3. Barboſ. *num.* 2. & ita quod ſi plures ſint quibus (non tamen inſolidum) competat collatio ſufficiat, ſi vni illorum huiuſmodi mandatum præſentetur, quia iam ſatis innoteſcit Papæ mandantis intētio Frāc. *n.* 5. Barb. *n.* 2. *&* 5. Rebuff. *in Auth. nominat. q.* 14. *n.* 80. Tiraquell. *de retr. lit. ad finem n.* 63. & ad hunc effectum ſicuti non ſufficeret, ſic nec eſt neceſſe, quod mandatum ſit executori, vel executoribus præſentatum, ſed ſufficit ſi ſit præſentatum collatori, vel collatoribus, Gloſſ. *in v. illorum*, Io. And. *n.* 2. Anchar. *not.* 5. Dom. *n.* 11. Franc. *n.* 4. Barb. *n.* 2.

7 Vbi vero collator eſt Capitulum, ſeu vniuerſitas huiuſmodi literæ debent quidem præſentari Capitulo collegialiter congregato, nec ſufficit, priuata ſcientia Capituli, vel Collatoris ſicut nec ſufficit, quod literę ſeorsū illis de capitulo ſint præſentatę, Rebuff. *vbi ſup. num.* 73. Rota *dec.* 36. *n.* 4. *& dec.* 389. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* quam refert Barb. *n.* 7. & ita, quod nec ſufficit, ſi præſententur procuratori, vel etiam Vicario Generali, quia non per hoc præſumi debet literas eſſe à collatore, vel capitulo cognitas Io. And. *n.* 2. Anchar. *not.* 5. Lap. *n.* 1. Dom. *n.* 12. Franc. *n.* 4. Speculat. *de appellat.* §. 1. *verſ.* 1. Quāuis quantum ad hoc non ſit neceſſe, quod Capitulum vocet abſentes, nec quod in Capitulo ſint duæ tertiæ partes, vel etiam maior pars, ſed ſufficit quicumque numerus, & ſic ſufficit ſi literæ præſententur Decano, vel maiori, & alijs præſentibus, quicumque illi ſint Gloſſ. *in v. factū* Anchar. *in fin.* Franc. *n.* 5. Quod ſi Capitulares ſe includerent, aut impedirent, ne præſentatio fieri poſſet, perinde eſſet, ac ſi præſentatio fuiſſet facta, Gloſſ. *in v. factum* Anchar. *in fin.* Barb. *n.* 3. Tiraquell. *de retractu lig.* §. 2. *Gloſſ.* 1. *n.* 8. *&* §. 36. *Gl.* 2. *n.* 47. & imo vbi vniuerſitas habet caput, ſufficit ſi præſentatio fiat capiti, & ſic ſufficiet ſi fiat capiti ipſius Capituli ſicut ipſum cōuenitur, & agit ſecundum *not. in cap. edoceri de reſcript.* Anchar. *in fin.* Franc. *n.* 5.

8. Si tamen in præſenti caſu literæ Papæ non fuiſſent præſentatæ Capitulo, ſeu collatori licet aliunde Capitulum, ſeu collator ſciuiſſet Papæ diſpoſitionem, imo ſi alicui particulari intimatæ fuiſſent literæ Papæ, non tamen collatori, & eidem cui fuerunt præſentatæ literæ, fuiſſet collatum beneficium valeret collatio, niſi ille dolo impediuiſſet ne literæ præſentarentur collatori, vel illas occultādo, vel alio modo impediendo. Anchar. *not.* 5. Franc. *n.* 4. Alij tamen exiſtimant, quod collatio ex parte eius cui collatum fuit beneficium poſt intimationem illi factam, ſit nulla, vel ſaltem irritanda Dom. *n.* 13. *&* Lap. *num.* 3.

6 Not. 4. ibi *Beneficium*, ex hoc textu conſtari, ſub nomine beneficij venire Canonicatum & præbendam, quia in textu, quod dictum fuerat Canonicatus, & præbenda dicitur poſtea beneficium. Dom. *n.* 5. Franc. *n.* 3. videantur, quæ notātur ſuper *cap. quāuis cl* 2. *de præben in hoc lib.*

10. Not. 5. ibi *intra terminum*, quod executor datus à Pontifice ad prouidendum de beneficio in ſubſidium poteſt conſtituere terminū ordinario collatori intra quem conferat, vt ſi id ordinarius non pręſtet, conſtare poſſit de eius mora & negligentia Io. Mon. *num.* 2. Ioan. And. *num.* 1. & quamuis hoc in caſu noſtri textus ſit expreſſum, tamen etiam ſi nō exprimeretur, id illi competeret; Nam lapſus termini conſtituit ordinarium in mora, & negligētia, ita quod per illam in executorem transferatur poteſtas con-

Digitized by Google

cōferendi in executorem. Dom. & ex eo Franc. *d.n.* 3. Imo addunt Anchar. *not.6.* & Franc. *d. num.*3. Quod ſi ordinarius fuiſſet interpellatus congruis loco, & tempore, per talem interpellationem conſtitueretur in mora, & negligentia *arg. l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. oblig.* & transferretur poteſtas in ipſum executorem, cum iſta differre non videantur, *arg. l. quoties de verb. oblig.*

11. Not. 6. ibi *Ex tunc*, dictionem hanc importare extremum tempus præfixi temporis *l.4. de cond. & dem.* Io. Mon. *num.*3.

12. Not. 7. *ibi*, *transferatur* quod valde diſſentiunt DD. interſe in ſenſu huius textus. Nā Innoc. *in cap. propoſuit ſup. eod. tit.* & hic Mola, exiſtimat, quod poteſtas conferendi tranſeat in executorem priuatiuè, quoad Capitulum, ita vt tranſacto termino præfixo Capitulum ſi velit obedire & conferre beneficium non poſſit. Sed Io. Mon. *num.* 4. Archid. *num.* 6. Anchar. *not.*4. *&* 6. *&* Franc. *nu.*3. volunt, quod translatio iſta facta ſit cumulatiuè. Et ita eſt dicendum. Non enim ablata eſt poteſtas à Capitulo, nec intelligi debet ablata, ex quo eadem poteſtas executori fuit collata, quia cum intelligi poſſit, quod ſit translata cumulatiuè, hic ſenſus præferri debet, vt non fiat præiudicium Ordinario ſine cauſa, & neceſſitate. Secundo quia in textu ſolum dicitur, quod executor poſſit conferre beneficium, quod importat in executorem libertatem conferendi ſi opus ſit, non neceſſitatem.

13. Not. 8. ibi, *ſine alia capituli vocatione, vel monitione*, quod non eſt neceſſaria citatio, vel monitio Capituli ad hoc, vt executor beneficium conferat. Vnde eſt quod in ſimili caſu non eſt in executoris proceſſu neceſſaria cauſæ cognitio. Anchar. *not.*8. Franc. *num.*3. Sed ipſe tranſacto termino ſtatim poteſt beneficium cōferre. Eſt autem diſcrimen inter vocationem, & monitionem, quod vocatio eſt citatio, ſed monitio præter citationem fieri poteſt. Monitio enim à Iudici fit parti in eius præſentia, & operatur pluſquam citatio, quia habet vim peremptorij. Ita Franc. *num.*3.

SVMMARIVM.

1 *In tribus caſibus literæ beneficiales non afficiunt beneficium.*
2 *In alijs tribus afficiunt.*
3 *Executorum multiplex genus.*
4 *Simplex mandatum de prouidendo non afficit beneficium.*
5 *Mandatum executoris non afficit beneficium. Sed non ſufficit ſi fiat Vicario.* 5.
6 *Inhibitio executoris ligat manus Ordinarij.*
7 *Executor Apoſtolicus apponit decretum irritans.*
8 *Receptio in Canonicum auctoritate Apoſtolica afficit præbendam.*
9 *Affectio beneficij reddit nullam collationem factam alteri.*

Cap. Si ſoli VI.

1. DIuiditur hæc Decretalis in duas partes in quarum prima ponuntur tres caſus in quibus literæ beneficiales non afficiunt, & in alia tres alij, in quibus afficiunt. Primus caſus eſt ſi ſoli Ordinario Papa mandet prouideri alicui de beneficio. Secundus eſt, ſi Papa mandet Ordinario, & det executorem ei mandans, vt compellat eundem Ordinarium ad prouidendum eidem. Tertius caſus eſt, ſi Papa ſoli executori mandet, vt faciat prouideri de Canonicatu, aut beneficio in certa Eccleſia Diœceſi, aut Prouincia. Decernitur igitur quod in his tribus caſibus mandatum de prouidendo non afficit, nec ligat manus Epiſcopi, vt non poſſit prouidere alteri de eodem beneficio, & vt ſi prouideat, prouiſio non valeat, quamuis illi Ordinarius inobediens puniri debet.

2. Sed hoc fallit in tribus caſibus. Primus eſt ſi mandatum Papæ habeat decretum irritans. Secundus eſt, ſi executor datus eidem Ordinario interdixiſſet, ne beneficium alteri conferret illud beneficium, quod Papa mandat conferri, Tertius caſus ſi illi pro quo Papa ſcripſit eſſet iam receptus in Canonicum, tunc enim præbenda alteri collata non haberet firmitatem.

3. Eſt autem *not.*1. ex Io. And. quod executorum beneficialium alij dabantur ad quorū plures ſpecies hic enumerat Dom. *n.*3. Anch. *not. vlt.* Franc. *num.*3. Inter quas vna erat, quādo executor dabatur ad prouidendum in ſubſidium negligentiæ Ordinarii. Et de hoc executore ſermo fuit, *in cap. prox. ſup.* Sed alij dabantur ad compellendum, *vt in cap. Abbatem. ſup. de reſcript.* Et de ſimili executore loquitur textus præſens.

4. Notandum propterea ſecundo, quod ſimplex mandatum de prouidendo directum Ordinario ſine decreto irritanti, non afficit beneficium, nec priuat Ordinarium poteſtate, quam habet ſuper beneficio. Quia multa fieri prohibentur, quæ facta tenent. Vnde regula generalis colligitur, quod per ſolum mandatū ſuperioris non afficitur res, nec priuatur inferior poteſtate agendi circa illam rem taliter vt ſi agat factum ſit nullum, quamuis agens puniri debeat, eo quia contra ſuperioris præceptum agat, Dom. *num.*2. Franc. *num.*1. Anchar. *not.* 1.

5. Eodem modo ſi detur mandatum executori ad compellendum Ordinarium ex ſola præſentatione huius mandati non ligantur manus Ordinarij, quia mandatum non loquitur cum Ordinario, ſed cum executore, & ſi loqueretur etiam cum Ordinario, vt in ſecundo caſu, ex quo mandatum non habet decretum irritans, vel non eſt datus executor ad prouidendum in ſubſidium, beneficium non manet affectum. Et hæc vera ſunt, ſiue ſcribatur de beneficio in Eccleſia certa, ſiue in Diœceſi, aut Prouincia, & ſiue in forma pauperum ſiue in forma gratiæ, Franc. *n.*3. Dom. *n.*5. Anch. *not.*5.

6. Et nihilominus ad hoc vt beneficium fiat affectum, ſufficit ſi executor inhibeat Ordinario, etiam ſine decreto irritanti, ſola enim executoris inhibitio ligat manus Ordinarij, vt valide conferre non poſſit Io. And. Anchar. *not.*2. Dom. *num.* 6. Franc. *num.* 2. Imo in executore dato ad prouidendum ſufficeret ſola noti-

tifi-

tificario ad ligandum manus Ordinarij, quod tamen non ſufficit in executore dato ad compellendum, niſi inhibeat. Et imo non ſufficit inhibitio facta Vicario, ſed neceſſe eſt vt fiat Collatori, niſi ille latitet, & per ipſum fiet, vt illi non fiat Anchar. *not.* 2. Si tamen non poſſit haberi copia Epiſcopi, etiã ſi ille non latitaret, ſed eſſet abſens & in loco remoto, itaut & non poſſit haberi copia illius, vult Dom. §. *Niſi* quod ſufficiat ſi fiat intimatio eius Vicario, quia ſufficit, quod fiat in tali loco, quod ad eius notitiam poſſit veriſimiliter peruenire.

7. Colligitur quoq; manifeſtè ex hoc textu, quod executor Apoſtolicus poteſt vti decreto irritanti in ſuis inhibitionibus, etiam ſi decretum in literis Apoſtolicis non ſit inſertum. Dom. *num.*2. Franc. *num.*2. Anchar. *not.*2.

8. Habeturquoque quod receptio alicuius in Canonicum virtute literarum Apoſtolicarũ reddit affectam præbendam. De quo *ſup. cap ſi poſtquam, de Præben. in hoc lib.* Franc. *nu.*2. Anchar. *not.* 3. Dom. §. *Niſi num.* 2. Et tandem habetur effectum affectionis alicuius beneficij eſſe, vt collatio beneficij vni affecti ſit nulla, ſi fiat alteri, & ita vt per affectionem tribuatur ius illi, cui beneficium fuit affectum, vt illud poſſit euincere, à quocumque poſſeſſore, Dom. §. *Niſi num.*2. Anchar. *not.*3. Franc. *num.* 2. Io. And. *ſup. cap.*1. *in hoc tit.* Innoc. *cap. Inter de præbend.*

SVMMARIVM.

1 *Quis inter tres receptos in Canonicos auctoritate plurium Pontificum præcedere debeat in præbendæ conſecutione.*
2 *Expectatiua præbenda, & executor ad eam datus non expirat morte concedentis.*
3 *Vinco te ſi vinco vincentem te.*
4 *Qui ex propria perſona non præualet poteſt præualere ex perſona alterius.*
5 *Licet decidere cauſas beneficiales ex eo quod lege ſciuiles decernunt de vltimis voluntatibus.*
Cauſæ beneficiales potiùs vltimis voluntatibus quam contractibus aſſimilantur. 5.

Cap. Auctoritate VII.

1. VVlt hæc Decretalis ſeruari hunc ordinem, & præcedentiam inter plures prouiſos, vt ſi primus ſit prouiſus à Pontifice prædeceſſore, ſecundus ſit prouiſus auctoritate Pontificis præſentis, Tertius eiuſdem auctoritate prouiſus, ſed cum clauſula anteferri, vt præferatur omnibus oon receptis eiuſdem auctoritate, in hoc caſu ſecundus habebit primã præbendam vacantem, tertius ſecundam & primus tertiam.

2. Habetur autem ex hoc textu, quod gratia per quam eſt collatus Canonicatus ſub expectatiua præbendæ, & executor ad hoc datus oon expirant morte concedentis etiam quoad præbendam poſtea vacaturam, quia Canonico inſtituto iam fuit acquiſitum ius ad præbendã, vt notat *in cap. Si cui, cap. de præb. in hoc lib.* & aduertunt Franc. *num.* 1. Barb. *num.* 2. Gigas *de penſ. q.*91. *num.*3.

3. Habetur etiam practicata regula illa ſi vinco vincentem te, vinco te. De qua Surd. *de alim. tit.*2. *q.* 15. *num.*95. & 96. & *conſ.*125. *nu.*14. Menoch. *conſ.*126 *nu.*25. Tuſchus *concl.* 208. *per totam lit. V.* Quæ tamen regula non habet locum vbi victoria eſt ex alio iure, & non ex eodem. Rota *dec.*59. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* Et quando hæc regula procedat in ſucceſſionibus videantur, Couar. *lib.*1. *ver. cap.*7. *num.* 3. Menoch. *conſ.*4. *nu.*33. & *conſ.*234. *nu.* 16. Anton. Gab. *lib.*4. *commun. tit. de ſucceſſore ab inteſt. concl.*4. Molin. *de primog. l.* 3. *cap.* 5. *num.* 16. Philip. Port. *l.*3. *reg.*27. Caſſad. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.*10. *tit.*7. *num.* 6. Decian. *conſ.* 13. *num.*38. *l.*3. & *conſ.*48. *num.*10. *l.*5. Caſtell. *l.*3. *quotid. cap.*30. *per totum.*

4. Nunc hic aduertitur contingere, vt qui ex proprio iure non poſſet, poteſt ex perſona alterius. In noſtro enim caſu ſecundus, qui ex proprio perſona non præcederet primam, præcedit ex perſona tertij vincentis primum. Et ſic etiam quod eſt inutile alicui ex perſona ſua ſit illi vtiles ex perſona aliena, Anchar. *not.* 5. & 6. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 2. Videant Innoc. *in cap. Cum olim de re iud.* DD. *in lib. ſi poſt mortem in fin. ff. de contra tabulas. & in l. ſi Iudex. ff. de Min. & l. Poſthumus* §. *ſe quis ex his, ff. in ff. teſtam. & l. fin.* §. 1. *ff. de iure dotium.*

5. Habetur quoque licere etiam in cauſis beneficialibus decidere lites per leges ciuiles etiam loquentes in materia vltimarum voluntatum Franc. *num.*2. Dom. *num.* 2. Anchar. *not.* 4. quod etiam à DD. notatum fuit ſup. ad Gloſſ. *cap.* 1. §. *è contra ſup. in hoc tit.* Et quod gratiæ beneficiales potius æquiparantur vltimis voluntatibus, quam contractibus. Barb. *num.* 4. Gonzalez *ad reg.*8. Cancell. Gloſſ. 5. §. 7. *nu.* 100.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex ante coronationem expedit Bullas.*
Ius in re, & ad rem inſeparabile à iure in re prius acquiſito non reuocatur. num. 3. 4. 6. & 7.
Ius purum ad rem, vel ſeparabile à iure in re prius acquiſito cadit ſub reuocatione. 2. 4. 5. 6. & 7.

Cap. Quoniam. VIII.

1. CVm ſit quod Bonifatius 8. ſtatim electus reuocauerit gratias beneficiales ab Anteceſſoribus factas, & nullas eſſe decreuerit, explicat hic caſus in quibus huiuſmodi reuocatio locum habet, vel non habet, & 5. dubia ſoluit. In hac autem Decretalis introductione oedum notatur, quod Pontifex etiam ante coronationem expedit Bullas, ſed aduertitur, quod Pontifex non dicit, ſe reuocaſſe Nicolai IV. & Cæleſtini V. gratias de conſilio Cardinalium, ſed in præſentia. Quod fuit factum non quia, vt exponit Io. Mon. Cardinalis hoc non fuerit negotium graue. Vel quia, vt explicat Franc. in reuocatione priuilegiorum non ſit neceſſarium conſilium Cardinalium; ſed quia abſolute non eſt neceſſarium.

2. Primus ergo caſus eſt, de Canonicis ſupra-

pranumerarijs receptis ſub expectatione præbendæ vacaturæ, vel portionis. Et dicitur hunc caſum comprehendi in dicta reſeruatione.

3. Secundus caſus eſt illorum, qui recepti in Canonicos ſupranumerarios, tempore reuocationis participabant diſtributiones, & alia, ſicut cæteri Canonici, & ex vi prioris gratiæ ſolum expectabant augmentum. Et de iſtis dicitur, quod eos dicta reuocatio non includit.

4. Tertius caſus eſt eorum, qui per literas facultatis à Sede Apoſtolica datæ recepti fuerant in Canonicos, licet præbendas, vel alia beneficia expectarent. Et pariter de iſtis dicitur, quod in præfata reuocatione non ſunt comprehenſi.

5. Quartus caſus eſt illorum, qui auctoritate Apoſtolica vltra numerum recepti, quantum ad Capitulum, Chorum, ac perceptionem diſtributionum quotidianarum, plenitudinem iuris Canonici tunc habebant, ſed tamen dignitates, perſonatus, præbendas, portiones, quæ dantur tantum Canonicis de numero expectabant. Et de his decernitur eos in dicta reuocatione includi.

6. Quintus caſus eſt generalis eorum, in quibus vigore gratiarum à præfatis Prædeceſſoribus conceſſarum ſuper Canonicatibus, præbendis, & dignitatibus, parochialibus, vel alijs Eccleſijs, ſeu beneficijs quibuſcumque tempore editæ reuocationis collationes non erant factæ, licet proceſſus executorum præceſſerint. Et de iſtis dicitur, quod quia ante reuocationem non acquiſierant ius in re ſuper prædictis, ſed ſolum ius ad rem, ideo comprehenduntur in eadem reuocatione.

7. Litera hæc explicari debet per ea, quæ dicta ſunt *ſup. Cap ſi is cui* 39. *& cap. Quodam.* 40. *de Præbend. in hoc libr.* Nam ius in re non cadit ſub reuocatione, ſicut nec ius ad rem inſeparabile à iure in re prius acquiſito, *vt in* 1. *&* 3. caſu huius textus aſſeritur. Sed purum ius ad rem cadit ſub reuocatione, vt dicitur in quinto caſu, ſicut etiam ius ad rem ſeparabile à iure in re prius acquiſito, vt in primo 4. & 5. caſu.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante non confert beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi.*
2 *Capitulum Epiſcopo mortuo, vel ſuſpenſo confert beneficia quæ ſpectant ad collationem ſui, & Epiſcopi communiter. Et è contra.*
3 *In certum an de iure communi ſit, quod collatio beneficiorum ſpectet ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum, vel ad Epiſcopum de conſenſu Capituli.*
4 *In hoc caſu Epiſcopus conuocare poteſt Capitulum.*
5 *Non poteſt tamen Epiſcopus abbreuiare ſemeſtre conceſſum ad conferendum.*
6 *Non ſolum de Præbendis, ſed de omnibus beneficus verum eſt quod mortuo Epiſcopo Capitulum ea confert, ſi pertinent ad collationem vtriuſque.*
Sub nomine præbendæ veniunt beneficia, & è contra 6.
7 *Et hoc extenditur etiam ad præſentationem, & electionem.*
8 *Et in quocumque caſu & modo quo vacet ſedes Epiſcopalis.*
Et ſi Epiſcopus intra ſemeſtre nolit conferre. 8.
9 *Et in caſu quod Epiſcopus ſit ſuſpenſus à collatione.*
Mors ciuilis in hoc æquiparatur naturali 9.
10 *Et etiam ſi Epiſcopus ſit ſuſpenſus ab officio.*
Suſpenſio à beneficio non eſt ſuſpenſio ab officio, & è contra 10.
11 *Etiam Epiſcopus præfata beneſitia ſi Capitulum ſit ſuſpenſum, vel ſinguli de Capitulo ſint excomunicati.*
12 *Hoc intelligitur de excomunicatis denunciatis.*
13 *Suſpenſio aut excomunicatio non obſtant, niſi durent tempore neceſſario ad conferendum.* 13.
14 *Capitulum poſſe conferre beneficia ſede vacante deuoluta, quidam dicunt.*
Hoc verum ſi deuoluatur inſtitutio, vel confirmatio, non vero ſi deuoluatur collatio. 15. 16.
17 *Caſus huius textus exceptus eſt in* 2. *regula Cancellariæ.*

Tit. VIII.

Ne Sede Vacan.

Cap. Si ad Epiſcopum vn:

1. CVm ſede vacante Capitulum non poſſit conferre beneficia vacantia, quæ ſpectant ad collationem ſolius Epiſcopi *cap. 2. ſup. eod. tit.* Quod modo magis procedit, quod per regulam ſecundam Cancellariæ huiuſmodi beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante ſunt Papæ reſeruata; in hac decretali tres caſus ponuntur, in quibus Capitulum prouidere poſſit de beneficijs, quæ non ad ſolam Epiſcopi collationem omnino pertinent.

2. Primus ergo caſus eſt quando collatio præbendarum pertinet ſimul & communiter ad Epiſcopum, & capitulum. Et in hoc caſu dicitur. quod mortuo Epiſcopo, vel eodem à collatione ſuſpenſo, poterit Capitulum præbendas vacantes conferre etiam ſi Epiſcopus, vt Prælatus in huiuſmodi collatione habeat intereſſe. Et in eodem caſu idem poterit Epiſcopus, ſi Capitulum ſit ſuſpenſum, vel ſi omnes de Capitulo fuerint excomunicati.

3. Exiſtimant vero nonnulli, quod de iure communi conferre beneficia pertineat communiter ad Epiſcopum, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, vel ſaltem ad Epiſcopum, de cõſilio, & conſenſu Capituli. Ita ex hoc textu vult colligere Barb. *n.* 2. & allegat Caſſad. *dec.* 22. *de Præb.* & Rot. *dec.* 232. *n.* 2. *par.* 2. *recent.* Sed ex hoc text. potius colligitur oppoſitum. Nam dictio *ſi*, de ſui natura contingentiam conſignificat, non vero neceſſitatem, vt ſenſus ſit ſi contingat quod collatio præbendarum ſpectet communiter ad Epiſcopum, & Capitulum. Caſſador.

Iſidor. vero loco citato *num.*3. & Rota. *num.*3. rem hanc incertam, & ambiguam eſſe fatentur. Anchar. vero *not.*4. putat de iure communi eſſe, quod Epiſcopus non conferat præbendas, niſi de conſenſu Capituli, ſed Dom. 5. *Cum vero num.* 5. rem ambiguam iudicans habet, quod quidquid ſit de hoc, quia poteſt contingere, quod ita ſit, vel de iure ſpeciali, vel ex conſuetudine. Hoc ſuppoſito intrat textus reſolutio.

4. Hoc aduertendum, quod in hoc caſu Epiſcopus poteſt conuocare Capitulum, & cogere cógregari ad collationem faciendã Mohedan. *dec.*1. *de priuil.* Rota *dec.*783. *in fin. lib.*3. *part.*3. *diuerſ.* vt enim declarauit *S. Cong. Conc. in vna Seguat.*3. *Sept.*1587. apud. Garz. *part.*5. *cap.*4. *num.*53. hic caſus non eſt comprehenſus in prima parte decreti Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. & cap.*3. quia non agitur de intereſſe priuato Epiſcopi, ſed de eo, quod ad eiuſdem iuriſdictionem pertinet, in quo caſu Epiſcopus conuocare poteſt Capitulum, vt ibidem à Concilio decernitur. Et tanquam declaratum à S. Cong. Conc. tenuit Barboſ. *ibid. nu.*42. & Rota in Hiſpalen. iuris votandi 26. Iunij 1591.

5. Non tamen Epiſcopus poſſet reſtringere ſemeſtre, quod de iure datur Capitulo ad prouidendum. Panorm. *cap. Cum nobis. num.*9. *de elect. P. à Baytio in direct. elect. part.*3. *cap.*4. Cuchus *inſtruct. Mor. l.*4. *tit.*1. *n.*179. Et congregato Capitulo maior pars poſſet ſi vellet intra ſemeſtre electionem differre. Panorm. *vbi ſup. num.*10. Lambert. *de iurepatr.* 2. *f.* 2. *l. q.*2. *arg.*19. *num.*10. Sicut è contra nec Capit. poſſet inuito Epiſcopo idem tempus ſex menſium abbreuiare, & requirere Epiſcopum, vt interſit prouiſioni intra certum tempus. *cap. Indultum, inf. de reg. iur.* Garz. *d. cap.*4. *num.*57. Videantur quæ plenius de his dixi *tract. de elect. cap.* 13. *q.*5.

6. Quamuis vero textus exprimat ſolam collationem præbendarum, hoc dictum eſt exẽplariter, & verificatur in omnibus beneficijs quorum collatio ſpectat communiter ad Epiſcopum, & Capitulum. Franc. *nu.*1. Dom. 5. *Vbi vero num.*5. Et ſic appellatione præbendæ veniunt beneficia, ſicut appellatione beneficij venit præbenda, & Canonicatus. Dom. *n.*2. Franc. *num.*1. Et ita deciſionem huius textus vniuerſaliter de omnibus beneficijs intellexerunt, Anchar. *not.*1. Barboſ. *num.*3. Faguan *cap Illa, ſup. eod. tit. num.*1. & 16. & ibi Panorm. *num.*4. Palans *tract* 13. *diſp.*2. *q.*29. *num.*8. Nauar. *conſil.* 20. *de præben.* Diana *p.*8. *tr.*4. *reſ.* 25. Fermoſ. *de cap. ſede vacant. q.*24. *n.*5.

7. Et hoc extenditur etiam ad pręſentationem, & electionem ad beneficia, ſi pertineant communiter ad Epiſcopum, & Capitulum Dom. & Franc. *ſup. cap. vn. de maior. & obed.* Diana *vbi ſup.* Fermoſ. *num.*6. Et propterea eadem ratione in hoc caſu Capitulum præſtat auctoritatem in permutationibus beneficiorum huiuſmodi. Barb. *num* 4. poſt Bellac. *commun. Opin. t.*1. *l.*1 *tit.*9. *n.*11. Vnde eſt etiam, quod in his beneficijs duplicem perſonam gerere poteſt Capitulum ſede vacante, vt ſcilicet præſentet, vel eligat, iure Capitulari, & inſtituat, aut confirmat iure ſpeciali ſedis vacantis, vt & Gloſſ. *in cap. penult. de ſupplend. neglig. Prælat. ſup. in hoc lib.* probatum eſt, & tenet Diana *d. reſol.* 25. Fermoſ. *d q.*24. *num.*7.

8. In duobus autem caſibus hæc poteſtas tranſit in Capitulum, primo ſcilicet ſi Epiſcopus ſit mortuus, & ſic vacet ſedes Epiſcopalis Sed hoc verum eſt nedum de morte naturali, ſed etiam de ciuili, & de quocumque modo vacantiæ, ſiue, ſcilicet, ſedes Epiſcopalis vacet per tranſitum Epiſcopi ad aliam ſedem, ſiue per renunciationem, vt notat. Gloſſ. *in v. mortuo*, & omnes DD. ſupra citati. Imo etiam ſi ſedes non omnino, ſed quaſi vacet, vt in caſu *cap. ſi Epiſ. ſup. de ſuppl. neglig. Prælat. in hoc lib.* vt aduertit Franc. *num.*3. ſi autem intra ſex menſes Epiſcopi nollet conferre, idem eſſet in hoc caſu, ac ſi eſſet mortuus, & Capitulum vt poſſet iure ſuo, & conferre beneficium in vltimo termino ſemeſtris. Et idem poſſet Epiſcopus capitulo nolente conferre. Et in hoc vtrum non ſuppleret proprie negligentiam alterius, ſed vteretur iure ſuo, quod non poteſt priuari per alterius voluntatem. Videantur dicta *tract. de elect.*

9. Alter caſus eſt, ſi Epiſcopus ſit ſuſpenſus à collatione beneficiorum. Et ſic in hoc caſu æquiparantur mors naturalis, & mors ciuilis, quia parificantur mortuus naturaliter, & ſuſpenſus, ſeu excomunicatus, qui beneficia conferre non poteſt. Regulariter tamen mors naturalis, & ciuilis non æquiparantur, niſi in caſibus in iure expreſſis Gloſſ. *in cap. Placuit.* 16. *q.*1. *& in cap. Suſceptum, de reſcrip. hoc lib.* Franc. *hic num.*2. *& dictum eſt ſup. in hoc lib. cap. de*

10. Idem vero dicendum eſt, ſi Epiſcopus ſit ſuſpenſus à collatione beneficiorum tantum ſiue ſit ſuſpenſus ab officio, quia ſuſpenſio ab officio continet ſuſpenſionem à collatione *Cap. Cum dilectus de conſuet.* Io. And. *num.* 1. Dom. 5. *Cum vero num.*3. Franc. *num.*1. Idem vero dicendum videri de ſuſpenſo à beneficio, ait idem Franc. de quo tamen per Gloſſ. in Clem. cupiẽtes de pœnis. Sed ſuſpenſionẽ a beneficio nõ eſſe ſuſpenſionem ab officio dictum eſt *tract. de elect. cap.*25. *q.*40. *num.*492. Sicut nec ſuſpenſus ab officio ex hoc non eſt ſuſpenſus à beneficio, vt late probat Sanchez *l.* 8. *de matrim. diſp.* 51. *per totum.*

11. Quod vero in hoc caſu dictum eſt de Capitulo, dici debet de Epiſcopo vt ſi contingat Capitulum eſſe ſuſpenſum à Collatione beneficiorum, vel omnes de Capitulo eſſe excommunicatos, tunc Epiſcopus ſolus poſſit conferre illa beneficia, quæ communiter ſpectant ad collationem Epiſcopi, & Capituli. Non fit vero mentio de morte Capituli in hoc caſu, non quia non eſſet idem dicendum in caſu mortis, ſed quia moraliter impoſſibile eſt, quod omnes de Capitulo ſimul moriantur, & totum capitulum deficiat per totum tempus conceſſum ad collationem beneficij vacantis. Et ideo ſolum facta eſt mentio de ſuſpenſione & excommunicatione, quia Capitulum integrum poteſt ſuſpendi, & licet corpus Capituli non poſſet excommunicari, poſſunt tamen excom-

mu-

municari ſinguli de Capitulo. Quo caſu adueniente, Epiſcopus ſolus præfata beneficia conferre poterit. Aduertendo tamen, quod caſus excommunicationis non ſubſiſteret, nec conferret poteſtatem conferrendi ſoli Epiſcopo, ſi vel excommunicatio eſſet minor, vt ait Gloſſ. *in v.* maioris, vel ſaltem vnus ex Canonicis non eſſet excommunicatus. Tunc enim tota poteſtas Capituli in illo vno reſideret Io. And. *n.*1. Anchar.*not.*3. Dom.*n.*4. Franc.*nu.*3.

12. Hæc vero procedunt de ſuſpenſo, vel excommunicatis denunciatis, & hic aduertit Barb.*n* 6. Nam etiam in terminis iuris antiqui, excommunicati occulti non poſſunt eijci, & valet, quod faciunt ex publico officio, etiam ſi poſtea appareat eos fuiſſe excommunicatos, vt poſt Innoc. & Io.And. *in cap. ſi vero de ſent. excom.* dicunt Anchar.*not.*3. Franc.*num.*4.Dom. §.*Vbi vero num.*12. Qui etiam addunt, quod ſi ſimul agant excommunicatus, & non excommunicatus ex iure ſingulari inter ipſos, tunc vox excommunicati etiam occulti non valeret probata excommunicatione. Sed ex iure nouo Extrauag. Martini V. ad euitanda, quid in his ſit dicendum dixi *tract. de elect. cap.* 10. *à num.* 23.

13. Verum aduertendum huiuſmodi impedimenta non habere efficaciam ſi ſint temporalia, & non adſint in tempore in quo neceſſario debet fieri collatio. Nam cum ad conferendum detur tempus 6. menſium, ad hoc vt Capitulum ſolum conferat non ſufficit, ſi Epiſcopus in primis menſibus ſit ſuſpenſus. Nam, vt dictum eſt, cum nec Epiſcopus, nec Capitulum poſſint abbreuiare tempus ſex mẽſium, poterit Epiſcopus licet ſuſpenſus dicere, ſe velle expectare vltimum tempus conceſſum ad conferendum, & ſufficiat ſi tunc ſit abſolutus à ſuſpenſione. Sic igitur ſolum in hoc caſu ſolus Epiſcopus, vel ſolum Capitulum poterit huiuſmodi beneficia conferre, ſi in vltimo tempore ad conferendum duret ſuſpenſio, aut excommunicatio. Videantur dicta *tract. de elect. cap.* 10. *à num. citato.*

14. An autem reſolutio huius textus ſaltem in caſu mortis aut vacantiæ Epiſcopatus ſe extendat ad beneficia deuoluta ad Epiſcopum ex negligentia inferioris affirmat Panorm. *cap.*2. *num.*3.*ſup.eod.tit.* Petr.Greg. *in Synt.iur p.*2.*l.*7. *c.*9.*num.*43.Lambert.*de iure patr.l.*2.*p.*3.*q.*2.& 8. num.9.Zellius *de benef.& penſ.cap.*5.*num.*5.Molina *tract.*5. *diſp.*11 *num.*12. Quod non eſſe improbabile dixit Diana *part.*8. *tract.*4. *reſ.*27.qui ex eo mouentur, quia ſi ex negligentia conferendi beneficium intra ſemeſtre etiam non vacante ſede tranſit ius conferendi beneficium ad Capitulum *cap.Nulla,*§.*fin. & cap. Quia, de conceſſ. præbend.* multo fortius mortuo Epiſcopo poterit prouidere Capitulum, & conferre beneficia ad Epiſcopum, ex negligentia inferiorum deuoluta.

15 Sed dicendum, quod ſi deuoluta ſit ad Epiſcopum inſtitutio, aut confirmatio electionis, quia iſtæ ſunt neceſſitatis, vnde Capitulum ſede vacante poteſt præſentatos inſtituere, & electos confirmare *cap.*1. *de inſtit. ſup. in hoc lib.* Ideo ſi contingat ex negligentia inferioris deuolui inſtitutionem, aut confirmationem ſede vacante, Capitulum poterit negligentiam ſupplere, & præſentatum inſtituere, aut electum confirmare. Fermoſ.*de Cap.Sed.vacant. q.*24. *num.* 4. Garz.*de benef. part.*5. *cap.*7.*n.*54. *& eſt de mente* DD.*quos retuli d.cap.*1.

16 Sed ſi collatio de iure ad ſolum Epiſcopum deuoluitur, minime poteſt Capitulum ſede vacante beneficium conferre Archid. *num.* 2. Ioan. And. *num.* 2. Fagnan.*cap.verum num.*6. *de for. compet.* Panormitanus *cap. cum olim.* v. *difficult.de maior.*Felin. ibi *num.*3. Io. Monac.*cap. quamquam.ſup.de elect.in hoc lib.in fin.*Garz. *dicta cap.*7. *num.* 53. & apud eum Bald. Rebuff. Cuchus,Genuin. Coraſſ.& Azor.Barboſ.*de off. Epiſ. all.*126.*num.*70.Diana *p.* 8. *tr.*4. *reſol.* 27.Palaus *tr.*13.*d.*2.*p.*29.*num.*10.Fermoſ.*d.q.*24.*num.*4.Deuolutio enim non fit niſi in caſibus expreſſis, & ad expreſſas perſonas *cap.* 1. *ſup. de ſuppl. negl. Prælat.* & quia deuolutio eſt odioſa, & minimè extendenda vltra expreſſa *cap. Odia, cap.in pœnis, infr. de reg.iur.* Nullibi vero eſt expreſſum, quod Capitulum poſſit conferre beneficia ad Epiſcopum deuoluta. Nam *text.in cap.*2.*de conceſſ.præb.* loquitur in deuolutione collationis iure proprio competentis Epiſcopo negligenti. Cęterũ in *d.cap.*2.ſtatuitur regula generalis, vt Capitulo ſede vacante non competat collatio, quæ ſpectat ad Epiſcopum. Quare licet hæc deuolutio pertineat ad Epiſcopum ratione iuriſdictionis Epiſcopalis, hæc tamen iuriſdictio non deuoluitur niſi ad illum Prælatum, vel ſuperiorem, qui eſt in iure expreſſus. Quamuis nec omnis iuriſdictio Epiſcopi tranſeat in Capitulum; quia in illud non tranſit iuriſdictio conferendi beneficia ad liberam collationem Epiſcopi ſpectantia.

17. Tandem notandum vltimo, quod licet ex 2.*reg.* Cancell. beneficia omnia vacantia ſede Epiſcopali vacante ſint Papæ reſeruata, excipiuntur tamen caſus huius textus, ibi *Non tamen ad collationem cum alio, vel alijs, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem pertinentia.*

SVMMARIVM.

18 *Defuncto, vel ſuſpenſo Epiſcopo Capitulum non ſe intromittit de beneficijs, quæ Epiſcopus non poteſt conferre niſi de conſilio, vel aſſenſu capituli.*

19 *Poteſt contingere, quod Epiſcopus non poſſit conferre niſi de conſilio, vel aſſenſu Epiſcopi.*

Et tunc collatio Epiſcopi non dicitur libera.

20 *Conſilium, & aſſenſus ſunt diſtincta, & obligatio ad conſilium petendum non eſt aſſenſum.*

Conſilium, & aſſenſus Capituli eſt neceſſarius aſſenſus maioris partis.

Media pars ſit maior, ſi Epiſcopus Canonicus illi accedat.

21 *Neceſſitas accipiendi conſilium à Capitulo non transfert in illud facultatem conferendi.*

22 *Capitulum ſede vacante poteſt beneficia temporaliter commendare.*

23 *Epiſcopus habet ſex menſes ad conferendum, in quibus non computatur tempus ſuſpenſionis.*

Non ſtatim ac Epiſcopus eſt in mora petendæ abſolutionis Capitulum poteſt conferre.

24 *Non eſt moroſus Epiſcopus ſi per eum non ſtat, quod non abſoluatur.*
25 *Quando Epiſcopus dicatur moroſus.*
Demenda ſunt à Semeſtris impedimenta, & coniungenda negligentia.
26 *In hoc caſu minor ſupplet negligentiam maioris.*
Quando collatio ſpectat communiter ad Epiſcopum, & Capitulum, Capitulum non ſupplet negligentiam Epiſcopi, ſed ex impotentia vnius alterum confert.
27 *Si Capitulum, & Epiſcopus diuiſerunt collationes, negligentia deuoluit ad ſuperiorem.*
28 *In beneficijs deuolutis ad ſuperiorem negligentia deuoluit.*

§. *Cum vero I.*

18 SEcundus caſus eſt, quando collatio præbendarum ad ſolum ſpectat Epiſcopum, non tamen omnino libere, ſed cum conditione conſilij Capituli, vel aſſenſus eiuſdem. Et in hoc caſu decernitur, quod defuncto, vel ſuſpenſo Epiſcopo, Capitulum in his non poſſit ſe intromittere, niſi Epiſcopus fuerit in mora petendæ abſolutionis a ſuſpenſione. Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 4. Franc *n.* 3. Barb. *num.* 7. Pauin. *de Cap. ſede vac. p.* 2. *q.* 1. Nauar. *cōſ.* 20. *de præb.* Azaued. *cōſ.* 9. *num.* 5. Molin. *de iuſt. tr.* 6. *diſp.* 11. *num* 9. & 13. Barb. *de Canon cap* 42. *num.* 110. Fermoſ. *de Cap. ſed. vacant. q.* 24. *num.* 1.

19. Itaque poteſt contingere, vt collatio pertineat quidem ad ſolum Epiſcopum, & ſic quod nominationes dirigi debeant ſolum ad illum, Rebuff. *tract. de nomin. q.* 8. *num.* 35. & tamen, quod Epiſcopus non poſſit conferre ſine conſilio, vel aſſenſu Capituli, Vbi vero Epiſcopus non poteſt conferri beneficia niſi de conſilio Capituli, quod non habeat plene liberam collationem ideò non comprehendi ſub reſeruatione beneficiorum ſpectantium ad liberam collationem Epiſcopi, probat latè Gonz. *ad reg.* 8. Cancel. *gloſſ.* 46.

20. Et quia textus in hoc diſiunctiuè loquitur, habetur, quod conſilium, & aſſenſus ſunt res diuerſæ, & ex conſequenti, quod ex neceſſitate accipiēdi conſilium non ſequitur neceſſitas, expectandi conſenſum eiuſdem à quo conſilium accipitur, Gloſſ. *in v. aſſenſu*. Vbi tamen neceſſarius eſt aſſenſus, non ſolum accipiendus eſt, ſed etiam ſequendus, aliter corruit actus Barb. *nu.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 46. *nu.* 8. & Gloſſ. 47. *n* 8 Ricc. *Deciſ. Cur. Neap. dec.* 192. *num.* 1. *p.* 1. Et quando neceſſarius eſt aſſenſus Capituli ſufficit. & neceſſarius eſt aſſenſus maioris partis, & non ſufficeret aſſenſus mediæ partis Capituli, niſi Epiſcopus etiam eſſet Canonicus, quia tunc adiuncto voto Epiſcopi maior pars aſſentiret. Gloſſ. *in v. aſſenſu*.

21. Sed nihilominus neceſſitas accipiendi conſilium, aut cōſenſum Capituli non transfert in vacantia ſedis facultatem in Capitulum, vt poſſit cōferre beneficium, quia cū ſolum ſpectet ad collationē Epiſcopi, nō poteſt Capitulū in eo ſe intromittere. Sed modo collatio huiuſmodi beneficiorum, quorum collatio ſpectat ad ſolum Epiſcopum, & vacantium ſede vacante ſpectant ad Pontificem, non quidem ex Bulla Pij Quinti, de qua mentionem faciunt Flamin. *de reſignat. l.* 2. *q.* 16. *num.* 3. Barb. & alij relati ab ipſo *de off. & pot. Epiſ. alleg.* 57. *num.* 35. quia illa amplius non obligat, vt notauit Garz. *p.* 5. ſed ex *reg.* 2. Cancell. *ſupra relata* Fagnan. *cap. illa num.* 9 *ſup. eod. tit.*

22. In caſu tamen mortis Epiſcopi Capitulum ſede vacante poſſet vacantia beneficia ad tempus commendare, quia hoc eſt iuriſdictionis Epiſcopalis, in qua ſuccedit Epiſcopus. Quod tamen facere non poſſit in caſu ſuſpenſionis Epiſcopi. Io. And. *n.* 3. Dom. *num.* 5. Franc. *num.* 1

23. In caſu verò ſuſpenſionis Epiſcopi, ſi ſit in mora petendæ abſolutionis, deuoluitur facultas conferendi ad Capitulum. Verum cum ad conferenda beneficia per Concil. Lateranenſ. ſit conceſſum tempus ſex menſium *cap.* 2. & *cap. Quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.* Et cum delectus Prælati non transferat in Capitulum facultatem conferendi beneficia, vt ex tex. habetur, imò tempus ſuſpenſionis Epiſcopi non ſit computandum in tempore ſex menſium, quia tunc Epiſcopus eſt impeditus, & impedito non currit tempus, vt in *d. cap. Quia diuerſitatem ſequitur*, quod iſti ſex menſes computandi ſint, vel à die, in quo vacauit beneficium ſi tunc Epiſcopus non erat ſuſpenſus dempto poſtea tempore ſuſpenſionis non moroſæ, vel à die in quo Epiſcopus incipit eſſe in mora petendæ abſolutionis. Et ſic quod Capitulum non poſſit conferre beneficium vt ſuppleat negligentiam Prælati, niſi expectatis Prælatis ſex menſibus, in quibus potuerit, & debuerit conferre. Et ità tenent hic Gloſſ. *in v. mora*, Archid. poſt *Hoſtien. in cap. fin. de elect. ſed* Dom. *n.* admittens hoc vt verum ſit, quando Prælatus eſt negligens in conferendo beneficio, negat in caſu negligentiæ petendæ abſolutionis, & vult quod ſtatim ac eſt Epiſcopus in mora, deuoluatur in Capitulum poteſtas conferendi beneficium. Sed ſtandum eſt dicto Gloſſ. quia vt notat Franc. *num.* 4. bene poteſt contingere, quod Epiſcopus negligens in petenda abſolutione, adhuc illam obtineat ante lapſum ſex menſium, ſibi cōceſſum, & intra quod poteſt beneficiū conferre.

24. Et tamen ſi per eum non ſtet, quin abſoluatur, vel impeditur ne abſolutionem petat, non poteſt dici moroſus. Et hoc eſt verum etiā ſi commodè non poſſit petere abſolutionem. Paria enim ſunt non poſſe, & commodè non poſſe. Io. Mon. *num.* 2. qui ait etiam paria eſſe, quod aliquid non fiat, & quod per me ſtet vt non fiat.

25. Tunc verò Epiſcopus dicitur eſſe in mora petendæ abſolutionis, cum illam non petijt, cum potuerit, vel ſi petijt, non eſt proſequutus inſtantiam, vel ſi deſtinauit nuncium, ille non ſe mouit, ſed in domibus ſuis manſit: Gloſſ. *v. in mora*, Archid. *num.* 11. Franc. *nu.* 5. ſi adfuit verò pro parte diligentia, aut iuſtum ipedimentum hoc tempus eſſe demendum vt tunc non currat tempus ſemeſtre, negligentias verò licet interpellatas eſſe ſimul coniungendas, docent Archid. *num.* 2. Anchar. *in fin.* Dom. *in fin.* Franc. *num.* 5.

26. Itaque primò habemus hic caſum, in

quo

Digitized by Google

quo minor ſupplet negligentiam maioris. Sed aduertendum, quod hoc non habet locum in primò caſu huius textus, quando collatio ſpectat communiter ad maiorem, & minorem, ſcilicet ad Epiſcopum & Capitulum. Tunc enim vnum non ſupplet negligentiam alterius, vt in *cap. fin. ſup. de neglig. Prælat.* Sed ſi collatio ſpectat ad ſolum Epiſcopum, tunc Capitulum ſupplet negligentiam Epiſcopi, & è contra, vt in *cap. 2. ſup. de conceſſ. Prabend.* Et quia licet collatio ſpectet ad Epiſcopum ſub conditione conſilij, aut aſſenſus Capituli, cenſetur ſpectare ad ſolum Epiſcopum, ideo Capitulum Epiſcopi negligentiam ſupplet, vt decernitur in textu, licet Epiſcopi defectum ſupplere non poſſit. Franc. *num.* 3.

27. Quod adeo verum eſt, quod ſi in hoc caſu Epiſcopus, & Capitulum inter ſe diuiſerunt collationes per turnum, ſi v. g. capitulum intra tempus iuris non prouideat, non ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem fit deuolutio, & idem dicitur, ſi contulerit indigno. Diuiſio enim non tollit ius deuolutionis, quę eſt ad proximum ſuperiorem. Garz. *p.* 10. *cap.* 3. *nu.*35. Et idem dicitur ſi Capitulum commiſit prouiſionẽ hebdomadario vel alteri Canonico. Quãuis in hoc fit diſcrimen, quia ſi Canonicus Cõmiſſarius non eligit in tempore deuolutio fit ad ſuperiorem; ſed ſi beneficium contulit indigno, fit deuolutio ad idem Capitulum. Cui tamen non eſt conceſſum aliud ſemeſtri; nam committens & commiſſarius non debet habere niſi vnũ ſemeſtre Garz. *d. cap.* 3. *num.*38. qui præcedentia probat ex Rota in Romana beneficiatus S. Petri 23. April. 1595. coram Gipſio, & 20. Nouem. 1596. coram Corduba, & 8. Martij 1602. coram Penna. Videantur quæ dixi *tract. de elect. cap.* 31. *q.* 4 *num.* 50.

28. In beneficijs tamen ſpectantibus ad Epiſcopum ſpeciali iure, aut iure deuolutionis non poteſt Capitulum ſupplere Epiſcopi negligentiam, ſed tunc deuolutio fit ad ſuperiorem, *cap. Ne pro defectu, de elect.* Maior enim communio inter Epiſcopum & Capitulum eſt in proprijs illorum, quam in deuolutis, *cap. Requiſiuiſti*, § *ſecus, de teſt. vt hic notant* Anchar. *not.* 6. Franc. *num.* 3. Panorm. *cap.* 2. *num.* 6. & 8. *de conceſſ prab. & cap. Cum in cunctis* §. *fin. num.* 5. *de elect. & cap. Quia diuerſitatem nu.* 10. *de conceſſ. prab.* Felin. *in cap. Irrefragabili, de off. Ord. num.* 3. Rebuff. *tit. de deuolut. à numer.* 21. Caſſad. *deciſ.* 8. *de præben.* Garz. *par.* 10. *cap.* 3. *numer.* 34 & *apud eum* Mandoſ. Greg. Lopez. Germon. & Azor. Videãtur dicta *in tract. de elect. cap.* 31. *q.* 4. *num.* 50.

SVMMARIVM.

29 *Expectatio conſilij Epiſcopi abſentis, vel ſede vacante non retardat collationem.*
30 *Conſuetudine poteſt acquiri ius conferendi.*
31 *Vacante ſede collator confert ſine conſilio Epiſcopi.*
32 *Capitulum non ſuccedit in præſtatione conſilij.*
33 *Collator non tenetur petere per literas aut nuncium conſilium Epiſcopi abſentis.*
Vbi requiritur præſentia abſentia longa æquiparatur morti.
34 *Præſtatio conſilij non poteſt commiti, quia eſt electa induſtria perſonæ.*
35 *Niſi is à quo petendum eſt conſilium poſſit legem obligantem ad petendum conſilium mutare.*
36 *Lex obligans ad petendum conſilium non obligat, quando conſiliarius abeſt per longum tẽpus.*
37 *Vbi petitio conſilij eſt de forma mandati, Delegatus nihil facere poteſt, ſi non petit conſilium. Et ſi hoc eſt impoſſibile ex caſu contingenti, debet conſuli mandans.*
38 *Vbi requiritur conſenſus, petendus eſt etiam ab abſente, & obtinere debet.*
39 *Vbi petitio conſilij eſt conditio ſine qua non poteſt quis agere eo non petito.*
40 *Proponuntur 4. quæſt.*
41 *Obligatus ad petendum conſilium tenetur illud petere ante actum, & debito tempore, & expectare congruo tempore reſponſum.*
42 *Niſi expectatio conſilij ſit periculoſa.*
43 *Et niſi conſiliarius abſit.*
44 *Et niſi res manifeſta non indigent conſilio.*
45 *Lex obligans ad conſilium regulariter non obligat ad illud ſequendum.*
46 *Octo caſus in quibus eſt neceſſe ſequi conſilium.*
47 *Sex caſus in quibus actus factus ſine conſilio eſt nullus.*
48 *Actus non eſt nullus cum lex non obligat ad petendum conſilium. Et quid ſi conſiliarius eſt mortuus.*
49 *Nec ſi Ordinario habenti facultatem agendi præcipitur vt agat de conſilio.*
50 *Nec ſi petendum conſilium ab inhabili.*
51 *In regularibus ſi PP. à conſilijs habent votum deciſiuum, factum ſine conſilio eſt nullum.*
52 *An is à quo petendum eſt conſilium poſſit cogi ad conſulendum.*
53 *Quid agendum vbi conſilium ſit iniquum.*
54 *Conſenſus claudit conſilium & è contra, & ſufficit conſenſus tacitus, & datus facto, non tamen ſcientia.*
55 *Collatio facta à capitulo abſente Epiſcopo eſt nulla ſi collatio pertinebat communiter ad vtrumque.*
56 *Abſentia non æquiparatur morti quando requiritur conſenſus abſentis.*
57 *Ignoranti & impedito non currit tempus conferendi.*
Si prima collatio eſt nulla ipſo iure valet ſecunda.
58 *Receptio Canonici facta abſente Epiſcopo eſt nulla, ſi pertinet communiter ad vtrumque.*
59 *An ille qui eſſe debet conſiliarius electorum poſſit ab eis eligi.*
60 *Mulier valide eſſet ab vno agnatorum alio conſentiente.*
Filius cum quo litigat pater litigat de conſenſu patris.

§. *Vbi vero II.*

29. TErtius caſus eſt, ſi alicui competit ex Eccleſiæ conſuetudine, aut ſtatuto beneficiorum collatio, ſub conditione conſilij Epiſcopi: & alias vel Epiſcopus eſt mortuus, ſeu ſedes vacat, vel in remotis commoratur adeo vt ipſius præſentia haberi non poſſit. In hoc caſu

 decer-

decernitur, quod collatio beneficij non eſt diſferenda, quia expectatio conſilij poſſet eſſe præiudicialis vacanti beneficio.

30. Itaque ſtatuto, & conſuetudine poteſt acquiri ius & facultas conferendi beneficium. Hæc vero conſuetudo debet eſſe quadragenaria, & legitimè præſcripta, vt his dicunt Archid. & Io. And. Et ſi ad hoc requiritur conſilium Epiſcopi, regulariter collatio erit nulla, ſi fiat huiuſmodi conſilio non adhibito.

31. In duobus tamen caſibus hoc conſiliũ Epiſcopi non eſt neceſſarium. Primus eſt caſus mortis Epiſcopi, ſiue naturaliter ſit mortuus ſiue depoſitus, & in quocumque caſu ſedes Epiſcopalis vacet ſiue per translationem ad alium Epiſcopatum, ſiue per renunciationem. Quia cum tunc nullus adſit Epiſcopus, non poteſt accipi conſilium Epiſcopi.

32. Et inde eſt, quod Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in præſtatione conſilij, quando præſtatio conſilij competit Epiſcopo ex iure ſpeciali. Propterea enim in textu non decernitur, quod Epiſcopo mortuo petatur conſilium à Capitulo, ſed dicitur non adeſſe neceſſitatem petendi hoc conſilium, quod ab Epiſcopo mortuo peti non poteſt. Io. And. Anchar. *not.* 7. Dom. *num.* 6. Franc. *num.* 1.

33. Secundus caſus eſt, ſi Epiſcopus ſit in remotis, ità quod eius præſentia in breui haberi. Ex hoc vero colligi videtur, quod præſtatio conſilii requirit præſentiam, & quod obligatus ad petendum conſilium non tenetur illud petere ab abſente per litteras, vel per nuncium, ſed ſolum ſi Epiſcopus reſideat in propria Eccleſia, vt hic dicunt Archid. Io. And. & Franc. *num.* 2. Nam in hoc caſu non obligatur collator petere conſilium ab abſente, niſi in breui eius præſentia haberi poſſit. Et ſic etiam habetur, quod vbi requiritur præſentia, abſentia longa æquiparatur morti. Dom. *num.* 3. *&* 4. Franc *num.* 1.

34. Colligitur quoque quod præſtatio cõſilij non poteſt alteri committi, aut ſubdelegari. Nam Epiſcopus ſine cuius conſilio non poteſt conferri beneficium abſente, non dicitur, quod conſilium peti debeat ab eius Vicario, vel viceſeius gerente, ſed quod tunc ſi abſentia eſt longa ceſſet neceſſitas petendi conſilium. Quando enim ſtatuitur vt aliquid non fiat ſine conſilio alicuius videtur electa illius perſonæ induſtria. Archid. Io. And. ſed *cap. hic in fine*, vult quod niſi in conſuetudine aut ſtatuto contineatur, quod conſilium non poſſit committi id fieri poſſit, & allegat ad hoc *cap. fin. de off. Ordin. & allegatur etiam Clem.* 1. §. *verum de Hæret.* Hoc etiam tenet Dom. ſi requiſitio conſilij ſit perpetua, & poteſtas conſiliandi ſit tributa dignitate, quia tunc non ità cenſetur electa induſtria perſonæ, quia non ſemper Epiſcopi ſunt induſtriæ eiuſdem. Secus vero ſi requiſitio conſilij pro certo actu, ad certum tempus & non perpetuo. Et ità ſentit Franc. *num.* 2. ſed opinio Archid. verò eſt, & nedum requiſitio conſilij ab aliquo per ſe concernit induſtriam perſonæ. Sed vlterius neceſſitas requirendi conſilium eſt onus graue impoſitum illi, qui ad conſilium requirendum neceſſitatur, quod onus non debet extendi. Et præterea neceſſitas requirendi conſilium Epiſcopi in collatione & caſu noſtri textus cum ſit impoſita à lege, aut conſuetudine eſt perpetua, & reſpicit dignitatem Epiſcopi, & tamen non per hoc obligatur collator ad recipiendum conſilium Vicarij Epiſcopalis in longa abſentia Epiſcopi, ſed obligatur ad expectandam præſentiam Epiſcopi, ſi in breui ſit futura, aliter abſoluitur ab obligatione. Nec obſtat *cap. fin.* citatum, quia, vt notat Imola ibi eſt ſermo de poteſtate abſoluendi, quæ eſt iuriſdictionis, ſic de adhibendo conſilio; quod eſt quid facti. Et præterea in hoc caſu lex abſoluit collatorem à neceſſitate accipiendi conſilium, ſi non eſt præſens perſona Epiſcopi, ſed vel Epiſcopus ſit mortuus, vel abſit. *In d. autem* §. *vnum* Clem. 1. *de hæred.* nihil omnino habetur, quod ad rem faciat. Quando tamen ipſe à quo requirendum eſt cõſilium eſſet ille, qui hoc inferioribus ſtatuiſſet, poſſet ſuam legem moderari, & explicare, & concilium committere, ſed vbi ſtatutum eſt impoſitum à ſuperiore, vel eſt talis conſuetudo, aut ſtatutum quæ Epiſcopus non poſſet mutare, & non obligat niſi ad petendum conſilium ab Epiſcopo, ſi Epiſcopus non reſideat in ſua Eccleſia, ſed longo tempore abſit ceſſat neceſſitas requirendi conſilium ab eo.

36. Quia tamen ratio textus eximentis Collatorem à neceſſitate petendi cõſilium Epiſcopi abſentis eſt, ne mora ſit periculoſa beneficio vacanti, colligitur quod textus deciſio verificetur vbi beneficium vacat, & debet dari in titulum perpetuum, ſed ſi mora non eſſet perniacioſa, expectandum eſſet conſilium Epiſcopi. Ita ex Io. And. Dom. *num.* 2. Franc *num.* 3. ſed valde rarum erit, quod agendum ſit aliquid circa prouiſionem beneficiorum, & quod non immineat graue periculum ex mora, lex vero reſpicit quæ vt in pluribus eueniunt. Et ideo dicendum eſt onus requirendi conſilium non obligare quando conſiliarius per longum tempus abeſt.

37. Bene verum eſt, quod hic textus non habet locum niſi quando conſilium requiri debet ex ſtatuto, aut conſuetudine, non vero quando id eſt neceſſarium ex forma mandati. Nam in hoc caſu conſiliario mortuo, vel abſente, commiſſarius nihil agere poteſt, ſed debet referre negotium mandanti, & eius iuſſum expectare. Anchar *not.* 8. Dom. *nu.* 1. *&* 6. Franc. *num.* 2. Io. And. Lap. *in fin.* poſt Gloſſ. *in cap. ſi pro ſe, aſſenſus cap. de reſcript. in hoc lib.* Quamuis ſi in forma mandati non eſſet expreſſa perſona conſiliarij, ſed dignitas, tunc commiſſarius poſſet expectare ſucceſſorem, vt poſt Io. de Lig. aduertunt Dom. & Franc. Ratio autem differentiæ eſt, quia poteſtas data ab homine mandante eſt iuris ſtrictioris, quam data à lege, ſtatuto, vel conſuetudine, quia periculo vacationis, ſeu etiam alijs facilius poteſt prouideri in mandato dato ab homine, quam in obligatione impoſita à ſtatuto, vel conſuetudine. Et præterea hæc eſt lex, vt non liceat vel in minimo excedere fines mandati.

38. Pariter vel locum habet text. in caſu in quo eſſet neceſſarium nedum conſilium, ſed con-

Digitized by Google

conſenſus Epiſcopi, & ſic nec procedit quando non requiritur conſilium, ſed ſolus Epiſcopi conſenſus. Tunc enim vel expectandus eſt ſucceſſor, vel conſenſus inquirendus ab abſente, vel eius expectanda præſentia, vt dicit Gloſſ. *in v. Conſilio*, Franc. *num.* 3. poſt Gloſſ. *in d. cap. ſi pro te*. ſtrictius enim lex obligat vbi vult conſenſum, dando ius ei, qui conſentire habet, vt nihil fiat eo inuito, quam vbi ſolum requirit conſilium, quod cenſetur requiri ad melius, non quia iudicetur ſimpliciter neceſſarium.

39. Tandem nec regula textus verificatur, vbi conſilij requiſitio eſt conditio ſub qua ſit agendum, Nam in hoc caſu conſilij requiſitio eſt neceſſaria, poteſtas enim conferendi, vel aliud agendi ſub conditione requirendi conſilium, inutilis eſt conditione non impleta, quia non niſi ſub conditione eſt conceſſa. Et ita voluit Gloſſ. *in d. cap. ſi pro te*, & ibi Dom. & hic Franc. *n.* 3.

40. Cum vero circa hanc materiam Bart. *in l.* 1. § *ſi plures de exercitoria actione quatuor tractet quæſt.* Prima ſcilicet, An quando aliquid debet fieri de conſilio alterius, ſit neceſſe illius conſilium petere, & ſi non petatur actus ſit nullus. Secunda an tunc quis teneatur ſequi conſilium. Tertia, An ſi quis habet dare conſilium, vel conſenſum non poſſit, vel nolit dare, tunc valeat actus factus conſilio, vel aſſenſu non habito. Quarta an ſit neceſſarium ſequi conſilium iniquum, Quas quæſtiones etiam hic tractat Anchar. *not.* 8. multaque ad eas ſpectantia habent hic Dom. & Franc. & alij. Sicut & cæteri DD. *cap. ex parte* 12. *de conſtit.* & *cap. Cum in veteri* 52. *de elect.* Quia materia eſt valde vtilis, placuit ſequentibus concluſionibus quæſtiones præfatas reſoluere.

41. Sit igitur concluſio prima, vbi in lege, vel mandato præcipitur aliquid fieri cum conſilio alicuius, vel prohibetur fieri ſine conſilio, neceſſe eſt conſilium requirere. Hæc concluſio eſt ex terminis manifeſta, quia legi præcipienti obediendum eſt, & mandata reſeruari debent. Et hoc eſt aduertendum, quod conſilium huiuſmodi debet pari ante actus expeditionem Sylu. *v. conſilium num.* 7 Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* Gloſſ. 46. *n.* 38. & Gloſſ. 48. *num.* 12. Rebuff. *in tract. nomin. q.* 8. *num.* 14. Panorm. Barboſ. *cap. Cum in veteri* 52. *num.* 7. *de elect.* & ibi Barboſ. *num.* 2. Fermoſ. *num* 2.

42. Et non ſufficit conſilium à tempore debito petere, ſed neceſſe eſt expectare reſponſum tempore congruo. Panorm. *d. cap Cum in veteri n.* 7. Barb. *n.* 7. Fermoſ. *n.* 3. Gonzal. *d.* Gloſſ. 46. *num.* 40. Neque enim, vel capitulum, vel alius conſiliarius Iudicijs, aut alterius debet præcipitare conſilium, ſed prudenter de re deliberare, & Sylu. & alij DD. citati dicunt.

42. Sit concluſio ſecunda vbi in expectatione conſilij immineat graue periculum, ceſſat neceſſitas petendi conſilium. In caſu noſtri textus, hæc concluſio ſit manifeſta. Verum quod hoc ſit ſpeciale in eodem caſu collationis beneficij, ex Io. de Lig voluit Dom. *nu.* Sed conſiderandum eſt non eſſe veriſimile, quod iniungens requiſitionem conſilij ſine dubio ad vtilitatem, velit iuſſionem ſuam exequi cum grauis damni periculo. Et in his non eſt opus extenſione legis huius textus de caſu ad caſum non expreſſum, ſed eſt legis reſtrictio, vt ad caſum non expreſſum ſe non extendat, fundata in lege interpretatione, quæ omnes caſus ſimiles comprehendit. Et ideo vniuerſaliter quod lex, imponens petitionem conſilij non comprehendat caſum, in quo expectatio conſilij ingerit periculum grauis damni docuerunt Bart. *in l.* 1. §. *ſi plures verſ. quæro* 2. Panorm. *cap. ex parte* 12. *de conſtit. num.* 4 & ibid latè Felin. *num.* 1. Tiraquell. *in l. Connub. num.* 16. Mieres de Maior. *p.* 1. *cap.* 50. *num.* 6. quos ſequitur Fermoſ. *cap. Cum in veteri, de elect. num.* 8. Sanchez *l.* 1. *de matrim. diſp.* 46. *num.* 26. Sylueſ. *v. conſilium num.* 5. Nam quod ratione inſtantis periculi multa poſsint expediri, quæ alias non poſſent, habet ex *cap. Venerabilibus*, §. *ſanè inf. de ſent. excom.* vt per Iaſon. & alios, quos refert Addit. ad Panorm. *loco citato*.

43. Ideo ſit concluſio tertia quod lex obligans ad petendum alicuius conſenſum, non obligat vbi conſiliarius ſit abſens, eiuſque præſentia in breui haberi non poteſt. Ratio eſt, qua ad id aſſerendum mouentur hic Archid. & Ioan. And. quia ſcilicet in ſimili lege cenſetur electa induſtria illius perſonæ ad cuius conſilium petendum lex obligat. Et hoc idem apud Felin. tenuit Ludou. *ſingular. incipien.* Ex Longeua, & Federic. de *ſen. conſ.* 264. Et idem tenuit Sanchez *l.* 1. *de matrim. diſp.* 36. *num.* 26. Neque hoc eſt limitandum vt in caſibus, ad quos ſe extendit mandatum Vicarij, vt ab eo ſit petendum conſilium, quia licet hæc doctrina applicetur, vbi requiritur conſenſus Epiſcopi, vel alterius habentis Vicarium, non applicatur ad conſilium, vt cognoſcit idem Felin Et ratio eſt, quia imo vt probatum eſt *num* 34. Conſilium non poteſt committi, & ita vt nec in hac facultate præbendi conſilium requirendi ab Epiſcopo ſuccedat Capitulum ſede vacante, vt ex hoc textu conſtat. Nec ſit neceſſitas petendi conſilium per Epiſtolas. Ideo in materia collationis, ſi tempus debito Epiſcopus non ſit præſens, Capitulum non tenetur ab eo petere conſilium, vt patet ex hoc textu.

44. Concluſio quarta eſt, legem obligantem ad petendum conſilium non obligare in illis caſibus in quibus eſt manifeſtum prorſus quid ſit agendum, nec eſt opus inquiſitione, & conſultatione. Et propterea vbi ſit petendum conſilium ſapientis, non eſt neceſſe petere conſilium, vbi caſus in iure eſt manifeſtus. Fermoſ. *d. cap. Cum in veteri nu.* 7. *poſt* Angelum *in l.* hac conſultiſſima C. *Qui teſtamen. fac. poſſ.*

45. Concluſio quinta eſt Lex vel mandatum obligans ad petendum alicuius conſilium regulariter non obligat, ad ſequendum conſilium acceptum, ſed ſolum ad illud petendum. *cap. Cum olim, de arbitr. cap. Cum in veteri* 52. *de elect.* vbi Panorm. *num.* 11. Fermoſ. *num.* 4. Fagnan. Sylueſ. *v. conſilium num.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* Gloſſ. 46. *num.* 32. & 36. Menoch. *de præſumpt. præſ.* 34. *num.* 23. Bertach. *de Epiſ. par.* 1. *lib.* 3. *num.* 87. & 88. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 24. Bart. *l.* 1. §. *ſi plures ff. de exercit.* Et hic Franc. *n.* 5. Anchar. *not.* 8. *q.* 1. Dom. *n.* 9.

*n.*9. Et hoc ſiue in lege dicatur aliquid fieri debere de conſilio, ſiue dicatur cum conſilio. Panorm. *d.cap. Cum in veteri n.*2. Sylueſ.*d.n.*4.*ſup. hic num.* Anchar.*not.*Dom. *num.*9. Franc.*num.*5.

46. Sexta concluſio. Lex aut mandatum obligans ad petendum conſilium obligat ad illud ſequendum in ſequentibus caſibus. Primus eſt, ſi id in lege, vel mandato fuit expreſſum. Hæc vero dicitur eſſe in iure expreſſum, ſi dicatur quod aliquid fiat ſecundum conſilium, vel iuxta conſilium alicuius. Lap *num.* Anchar. *not.* Dom.*num.*6. Franc. *num.*4. Panorm. *d. cap. Cum in veteri num.*2. Syl. *v. conſilium num.*4. Secundus eſt, quando is, à quo petendum eſt conſilium non deputatur merè; vt conſultor, ſed vt collega officij, vt coniudex, vel vt particeps in officio, ita quod nullus in ſolidum poteſt agere. Anchar. hic *not.*3. Dom. *n.*9. Sylu. *d.n.*4. Et talis fuit coadiutor, qui iuſſus fuit dari Epiſc. ſuſpecto de dilapidatione bonorum Eccleſiæ. *cap. Venerabili* 37. *de off. de leg.* Vt enim notat Gloſſ. ibi in conſilio ad nihilum ferè fuiſſet datus coadiutor, ſi Epiſcopus ſpreto illius conſilio potuiſſet res Eccleſiæ adminiſtrare. Vnde deducitur tertius caſus, ſcilicet tum neceſſarium eſſe ſequi conſilium, quando ex ſubiecta materia colligitur mentem imponentis obligationem ad petendum conſilium eſſe, vt conſilium nedum petatur, ſed quod ſecundum illud operandum ſit. Dom.*num.*9. Franc.*num.*3. Io. And. *in reg. Nullus, inf. de reg. iur.* & in his terminis procedit *cap. ad aures, de ætat. & qual.* Syl. *d. num.*4. *in fin.* Quartus caſus eſt, ſi ex aliquo alio iure ſit neceſſarius conſenſus eius, à quo petendum eſt conſilium. Vt quando alias conſiliarius habet ius in re. Vt ſi mandatur prouideri alicui de beneficio adhibito conſilio patroni. Io. And *cap. Dilectus de off legat.* Dom *n.*9. Franc.*n.*5. Sylu. *d.n.*4. Quintus caſus eſt, ſi conſilium ſit petendum ab eo à cuius poteſtate principaliter pendet actum fieri, vel non fieri. Dom. *d.n.*9. Franc *n.*5. Sylu. *d.n.*4. Sextus caſus eſt quando conſilium petendum eſt ab eo, de cuius poteſtatis præiudicio agitur, ſi fiat actus. Vt in *cap. ſi quis, de foro compet.* vbi Clericus interdicitur prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, ſine conſilio ſui Epiſcopi. Ibi enim conſilium accipitur pro conſenſu, quia aliter prorogatio cederet in Epiſcopi præiudicium. Hoſtien. ibi *in princ.* Io. And.*n.*3. Butr.*n.*3. & 4. Fagnan. *n.*5. Ad quod facit quod notat Gloſſ. & DD. *in cap. ſi pro debilitate, de off. deleg.* ſeptimũ caſum ponunt Anchar. *not.* 8. *verſ. circa ſecundum.* Dom.*n.*9. & Franc. *num.*5. ſi conſilium peti debeat ab eo, qui non habet intellectum, & non eſt capax præbendi conſilium, vt in *l. Impuberibus. ff. de ſuſp. tut.* Hoc vero intelligi debet, quando non habenti intellectum, vt ſe dirigere valeat imponitur vt non agat ſine conſilio. In hoc enim caſu ſubiecta materia obſtabat, vt obligatio ſe extendat ad conſilium ſequendum, aliter obligatio ad conſilium ferè inutilis eſſet Sylu. *d.n.*4. ſed ſi alias habenti intellectum, imponatur onus accipiendi conſilium ab eo, qui non habet intellectum, vel non eſt capax, vt det conſilium, vel vt ſe intromittat in negotio, tunc potius dicendum eſt, quod obligatio ad petendum conſilium non tenet, & valet actus factus ſine conſilio. Felin. *d. cap. Ex parte, de conſtit. num.*8. *limit.*3. Octauus caſus eſt, quando conſilium eſt petendum ab aliquo non præciſe, vt à conſiliario ſed vt à præbente auctoritatem actui. Nonum caſum ponit hic Archidiaconus ſi lex negatiuè loquitur, & prohibet ne aliquid fiat ſine conſilio. Sed merito hunc caſum reijciunt Ioan. And. Dom. *num.*9. Franc. *num.*4. diſtinguuntur enim conſilium, & conſenſus.

47. Septima concluſio. Quando ex lege, vel mandato imponitur alicui obligatio ad agendum cum conſilio, ſi conſilium non petatur, actus factus non requiſito conſilio non ſemper eſt nullus. Eſt autem ipſo iure nullus primo, ſi requiſitio conſilij ſit conditio ſine qua non actus non ſubſiſtat. Secundo ſi in diſpoſitione ſit decretum irritans actum, ſi non requiratur conſilium, Tertio in commiſſione delegata, in qua ſine dubio ſeruari debet forma mandati, quia nec delegato datur iuriſdictio, aut facultas niſi ſeruata forma mandatis, & poſitis in eum expreſſis. Quarto, ſi quotieſcumque ab initio datur poteſtas etiam ordinaria, ſub obligatione petendi conſilium. Felin. *d. cap ex parte num.*1. *verſ. ſecunda limitatio.* Et ibi Panorm.*num.*5. Syluеſ.*verſ. conſilium n.*5. Quinto, ſi conſiliario, aut alteri datur poteſtas, vt ipſe vel prouideat de beneficio, vel operetur & perficiat actum commiſſum, ſi Ordinarius ipſe non adhibito conſilio, ſeu non ſeruatis ſibi iniunctis operetur. Et hic eſt caſus *cap. Cum in veteri, de elect.* & ſimilis caſus habetur in *cap. ſi Capitulo ſup. de præben in hoc lib.* Ex quo enim ſuperior transfert auctoritatem in conſiliarium, vel vniuerſaliter in executoria in caſu contumaciæ Ordinariorũ, aut mandatariorum, cenſetur eis adempta poteſtas in caſu contumaciæ, ſeu inobedientiæ, vt dictum eſt *d. cap. ſi Capitulo*, & docent Panorm. *d. cap. Cum in veteri.* Felin. *cap. Ex parte, de conſtit. nu.*4. *Card in Clem* 1. *de iure patron.* ſexto, in omni eo caſu in quo conſilium includit conſiliarij conſenſum, & ſic vtrumque iniungitur ſcilicet, vt actus non fiat ſine conſilio, & conſenſu alicuius.

48. Cæterum actus. Tunc enim etiam ſi periculum eſſet in mora, vel conſentire debens eſſet mortuus, vel abſens, actus factus ſine conſilio & conſenſu eſſet nullus. Franc. *num.* 6. 34. & 42. non vitiatur ex eo, quod fiat ſine conſilio in omni illo caſu, in quo lex requirens conſilium non obligat. Et ita ex hac parte actus non eſt nullus, quia factus ſine conſilio ex quo non potuit expectari conſilium propter periculum damni grauis imminentis, vel quia conſiliarius abſens in breui non erat reuerſurus, vel nollet dare conſilium, iuxta tradita *ſup. n.*33.

49. Quod multo magis procedit ſi conſiliarius deputatus ſit mortuus. Quod procedit nedum ſi ſit deputata perſona ſingularis, & indiuidua, ſed etiam ſi in genere ſi ſit deputata perſonæ, vel perſonæ talis qualitatis, & non reperiatur. Et quamuis in hac parte Io. And. hic diſtinguat, & admittat hoc dictum, quando conſilium eſt requirendum

ex

Digitized by Google

ex ſtatuto, vel conſuetudine; ſecus vero, ſi ex forma mandati, & ex homine. Tamen Panorm. *d. cap. ex parte 12. deuoniſſet num.* 4. id verum eſſe vniuerſaliter cenſet, quia mandatum hominis debet intelligi ſecundum iura, quæ in hoc caſu non obligant ad impoſſibile, vt patet ex hoc cap. Sed certe vbi ex forma mandati tenetur delegatus accipere conſilium, mortuo conſiliario vel expirat mandatum, ſi conſiliarius fuit in perſona propria nominatus, vel expectandus an ſucceſſor, ſi fuit nominata dignitas. Dominic. Syl *ver. conſilium numer.* 5. Secundo ſi ordinario habenti iam prius iuriſdictionem, & poteſtatem ad agendum præcipitur, vt agat aliquid de conſilio alterius, Niſi ponatur decretum irritans factum ſine conſilio, mandatum ſuperioris cenſetur datum ad excitandum Ordinarium, non vero ad impediendum, vel diminuendum eius poteſtatem, aut iuriſdictionem, & talis ordinarius cenſetur agere ex iure ſuo, & poteſtate, quam habebat. Vnde tunc licet poſſit puniri, ob inobedientiam, actus tamen factus non requiſito conſilio eſt validus. Facit *l.* 5. *§. Papinianus, de aminiſ. tut.* vbi facta à tutore habentur tanquam validi, etiam ſi ſint facti contra mentem teſtatoris, qui voluit cum adhibere conſilium matris, & ita hoc docent. Gloſſ. *in d. Clem.* 1. *v. inhibentes, de iur. patr. & in d. cap. ex parte, de Conſtit.* Innoc. Panorm. *num.* 5. Felin. *num.* 5. *verſ. ſecunda limitatio, & in dicta Clem.* 1. idem Panormitanus, Imola, & Card. *q.* 3. Anchar. *in cap. ſtatutum, §. fin. verſ. aduerte ſup. de reſcrip. in hoc lib. & in Clem.* 1. *de ſequeſt. poſſeſſ.* Dom. poſt Imol. *in cap.* 1. *§. pen. de off. ordinar. in hoc lib.* Dom. *in cap. fin. num.* 11. *de ſupplend. neglig.* Prælat. *in hoc lib.* Sylu. *d. num.* 4. & licet Anchar. *hic not.* 8. *verſ.* & circa primum videat hoc limitare, vt licet valeat quando mandatum de petendo conſilio eſt temporale, & ab homine, ſecus vero ſi ſit perpetuum, & à lege. Tamen non eſt recedendum à data diſtinctione, vt ſcilicet ſi conſultor ſit datus alicui in principio, & ſimul cum poteſtate agendi conceſſa, in quo caſu, niſi aliunde aliud appareat poteſtas cenſetur data cum limitatione, & obligatione ad conſilium petendum, & ſi id non fiat, actus tanquam factus à non habente poteſtatem, & nullus. Sed ſi lex habenti iam poteſtatẽ præcipiat, vt aliquid fiat de conſilio, vel per conſilium, vel adiungitur merus conſultor, ſine decreto irritante actus habitus ſine conſilio non erit nullus.

50. Tertio non eſt nullus actus factus non requiſito conſilio illius, qui de iure eſt inhabilis ad præſtandum conſilium. Ita poſt Bart. *in d. §. ſi plures*, & Bal. *in rub. de exercit.* Felin. *d. cap. ex parte num* 8. *verſ.* Tertia limitatio, & dat exemplum in executore, cui commiſſum fuit, vt teſtamentum exequatur de conſilio Guardiani alicuius Ord. Min. qui ad hoc non eſt capax per Clem. *Exiui § Verum, d. verb. ſignif. ſed* Bald. & Felin. *errant, toto Cælo.* Quia imo *in d. § Verum* Fratres minores declarantur habiles ad dandum conſilium, licet non poſſint eſſe executores teſtamentorũ. Poterit dari exemplum in Fatuo, ideo ſi in diſpoſitione &, quod petatur cõſilium à Titio quẽ etiam diſponenter conſtat eſſe fatuum, talis cõditio cenſebitur non adiecta.

51. Hinc pro Regularibus aduertendum, Nam vbi ex eorum legibus ſuperiores debent conſilium à PP. deputatis antequam aliquid agant. Si Patres à Conſilijs habent votum deciſiuum, vt in Ordine Prædic. ex Capit. Generali Rom. 1625. Ord. 1 actũ à Priori ſine conſilio, erit nullũ, quia non tantum conſiliũ, ſed conſenſus Patrum eſt neceſſarius ad actum; quod vero fit ſine conſenſu eius, qui habet ius conſentiendi, eſt nullum. Sed vbi votum Patrum à Conſilijs eſt mere conſultiuum, tunc in illis, quæ fiũt à Prælato auctoritate ordinaria ſibi à lege, vel conſuetudine competente, factum ſine conſilio erit validum, niſi à lege expreſſe fuerit irritatũ, quamuis puniendus erit Prælatus agens ſine conſilio, propter eius inobedientiam. Vbi vero Prælatus erit delegatus ſeruare debebit formã mandati, aliter actus erit nullus niſi in caſu in quo ex impoſſibilitate poſſit excuſari.

52. Octaua cõcluſio. Ex vi diſpoſitionis obligantis aliquem ad non agendum ſine conſilio alicuius non obligatur nominatus in conſultorem ad præbendum conſilium. Nam talis diſpoſitio obligat per ſe illum cui conuenit agere, non vero conſultorem. Et hoc nedum eſt verum, quando diſponens, & obligans ad conſiliũ petendum eſt ſenior non habens iuriſdictionem in conſultorem nominatum, & ex conſequenti non valens illum obligare, ſed etiam ſi diſpoſitio ſit à lege, vel à ſuperiore, quidquid in contrarium dicat Anchar. *not.* 8. *ver. circa tertium.* Nam cum obligatus ad conſilium non teneatur niſi conſilium petere non vti conſilium ſequi, iam petitio conſilij eſt ſeparabilis à conſilio, & non eſt vndè obligetur conſultor ad præbendum conſilium, quod non eſt neceſſarium, ex quo ſufficit ſi conſilium ſit petitum.

Sed vbi diſpoſitio obligat ad conſenſum alterius habendum, conſiderandum eſt, æquum non eſſe, vt liber obligetur ad indiſcretionem alterius, & ideo hæc obligatio ſi ſit à lege, quæ ex æquitate diſponit non ſic obligat vnum, vt non obliget alium ad æquitatem ſeruandam, & vt non neget conſenſum, niſi ſeruato arbitrio boni viri, quod arbitrium ſi alius non obſeruet, & ſine ratione conſenſum neget poterit, & debebit ad hoc compelli à Iudice. Et in hoc ſenſu verum eſt, quod docet Anchar. *citatus.* Et hoc idem eſt verum ſi obligatio ſit ab homine ſuperiore, & iuxta æquitatem legis præcipiente. Sed, & abſolute, qui etiam ab homine deputatus eſt ad præbendum conſenſum ſi acceptauit nominationem, tenebitur ad conſenſum, vel diſſenſum rationabilem, & ad alterum poterit cogi. Tunc enim tenebitur ex quaſi contractu, & veluti ex officio ex quo munus conſentiendi acceptauit. Si autem hoc munus acceptare nolit, non poterit cogi, nec ad acceptandam nominationem, nec ad cõſenſum, vel diſſenſum, ſi aliunde ad id non teneatur; quia nominatio non fuit facta ab eo qui poſſet illum obligare, & ipſe nõ tenetur inuitus alienis negotijs ſe ingerere.

53. Nona concluſio. Conſilium iniquum non debet ſequi, quia conſilium importat, quod ſit iuſtum, *l. Titium, & Meuium, ff. de adminiſ. tut.* & qui illud ſequitur non excuſatur, vnde nec Iudex excuſatur ſi ex iniquo conſilio fert ſen-

Digitized by Google

ſententiam iniuſtam; nec electores, ſi ex iniquo conſilio eligant indignum, licet Iudex, & electores conſilio agere tenerentur, Panorm. *cap. cum in veteri num.13. de elect.* Sylueſ. *v. conſilium n.8.* Quid vero facere debeat ille cui tribuitur à cõſultore deputato iniquum cõſilium, dicas, quod ſi non tenetur ſequi conſilium, ſed ſolum illud petere agere debet conſilio ſpreto. Sed ſi tenetur nedum petere, ſed ſequi conſultoris deputati conſilium ſi periculum eſt in mora, poteſt agere conſilio ſpreto. Nam iuxta ſuperius dicta in hoc caſu non tenetur ad conſilium, & ideo Panorm. *vbi ſup.* & Syl. *d. num.8.* dicunt, quod tunc etiam de rigore iuris iudex poteſt ferre ſententiam iniquo conſilio contrariam. Sed ſi non eſt periculum in mora, agat apud iudicem competentem, vt conſilium reducat ad arbitrium boni viri. Quamuis ſi cõſilium ſit euidenter iniquum, nec ſit neceſſitas adeundi iudicem, ſed ſpreto conſilio poterit agens vti iure ſuo, & ſine conſilio agere. Anchar. *not.8. verſ. circa quartum*. Qui tamẽ addit, quod in caſu in quo ex diſpoſitione hominis, conſilium, & cõſilij executio eſſet adeo neceſſaria, vt id omiſſo corrueret actus, tunc etiam ſi conſilium eſſet manifeſte iniquum, adiri deberet prætor, vt iniquum conſilium reduceret ad arbitrium boni viri, ne actus nulliter fiat. Imo ſi is qui agere debet iuxta conſilium alicuius ſit procurator. Nec procurator poteſt iniquum conſilium ſequi, & ſi inde ſequatur Domino nocumentum, ſibi imputet, ſi procurator non poteſt ad vlteriora procedere, qui tam indiſcrete procuratorem inſtituit. *l. cum mandato 13. §. ſi autem, ff. de min.* & ſic vbi negotium non patitur moram & aliás ex hominis diſpoſitione actus non poteſt fieri, niſi iuxta conſilium, ſi conſilium erit, vel manifeſte, vel dubiè iniquum ceſſandum erit ab opere, & ſibi imputet diſponens, ſi indiſcrete diſpoſuit. Cæterum vbi à ſtatuto, vel conſuetudine requiritur conſilium, conditio iſta cenſeri debet, vt impoſſibilis, & non poſita in omni illo caſu, in quo negotium non patitur moram, & interim non poteſt adiri iudex, qui iniquum conſilium ad arbitrium boni viri reducat.

54. Decima concluſio licet conſilium & conſenſus diſtinguuntur, tamen quia conſilium per ſe includit conſenſum dantis conſilium, & è contra, ideo ſi actus debet fieri de conſilio, & conſenſu Titij, ſufficit ſi ille conſentit quia conſentiendo conſulit. Oltrad. *conſ.43.* ſicut ſufficit ſi ille conſulat, quia conſulendo conſenſit. Non ſufficeret tamen conſilium, ſi eſſet neceſſarium mandatum. Sicut non ſufficeret ſola præſentia, aut ſola ſcientia eius, cuius conſenſus requiritur. Sufficeret tamen conſenſus datus per factum, quia plus eſt conſentire facto, quam verbo. Ita Franc. *num. 6.* Qui addit, quod vbi requiritur licentia non ſufficit conſenſus tacitus ſecundum Archid. & Io. And. *ſup. in cap. ſtatutum, de elect. in hoc lib.* ſufficit tamen conſenſus expreſſus. Verum dicitur ſufficere præſumptam licentiam, niſi omnino requiratur expreſſa, conſenſus autem tacitus eſt licentia præſumpta.

55. Ex his vero nonnullæ difficultates ſolui poſſunt. Prima eſt, an ſi beneficij collatione ſpectante communiter ad Epiſcopum, & capitulum, Capitulum ob abſentiam Epiſcopi contulit beneficiũ Titio, & poſtea mortuo Epiſcopo cõtulit illud Sempronio; quænam ex his collationibus valeat. Lap. *num.1.* exiſtimat primam collationem valere, & ſecundam non valere etiã ſi prima non valuiſſet; Prælatum tamen ſucceſſorem poſſe illam impugnare. Rota etiam in vna Placentina Canonicatus, 26. Febr. 1596. coram Orano apud Garz. *p.5. cap.4 num.43.* voluit validam fuiſſe collationem Canonicatus factã à Capitulo Epiſcopo abſẽte in Curia, & in proximo non reuerſuro. Sed merito contrarium ſentiunt Dom. *num.10.* Franc. *num.8.* Garz. *d. cap.4. num.50.* Nam dicta opinio confundit tertium caſum huius textus cum primo.

56. In §. *enim* vbi vero, ſermo eſt, quando collatio dependet à conſilio alterius, non vero quando dependet nedum à conſilio, ſed etiam à conſenſu illius, vt notat Gloſſ. *in v. à conſilio*, & ibi Dom. *num.8. in fin.* Franc. *num.6. in fin.* & ideo vbi requiritur nedum conſilium, ſed conſenſus, abſentia nõ æquiparatur morti, ſed eſto, qui habet conſentire ſit abſens actus factus abſente non conſentiente eſt nullus, vt dictum eſt *num.47.* & probat late Felin. *cap. ex parte de conſuet. nu.1.* Quod multo magis procedit, ſi nedũ requiritur conſenſus alterius ad conferendũ, ſed poteſtas conferendi cõmuniter ſpectat ad aliũ, & ſic in primo caſu huius textus, in quo collatio cõmuniter ſpectat ad Epiſcopũ, & Capitulũ.

57. Quod magis confirmatur, quia cum textus 3. caſu, §. *vbi vero* diſtinguat inter mortem, & abſentiam, habet hæc duo pro diſtincta. Et quamuis in eo tertio caſu in quo collatio ſolum pendet à conſilio alterius, Papa voluerit, quod abſentia æquiparetur morti; in primo tamen caſu, in quo collatio communiter pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum, ſolum ſit mentio mortis, & ſuſpenſionis, ex hoc ſatis demonſtrans abſentiã Epiſcopi in eo caſu non transferre in ſolum Capitulum poteſtatem cõferendi. Et hoc amplius probatur. Quia cum collatori impedito, vel ignorante vacantiam non currat tempus, *cap. Quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.* In Epiſcopo abſente non præſumitur ſcientia, *cap.1. de poſtulat. Prælat.* Ex quo vero hoc non obſtante Papa voluit, quod in caſu mortis, vel ſuſpenſionis Epiſcopi, Capitulum poſſet conferre, in alijs caſibus, vt in caſu abſentiæ reliquit rem ex iure communi diffiniendam, Et cum textus iſte in hoc exorbitet à iure communi, & illud corrigat, non debet extendi vltra caſus in eo expreſſos. Vbi igitur collatio pertinet communiter ad Epiſcopum, & Capitulum abſentia longa non æquiparatur morti, & ideo in caſu præſenti collatio prima facta abſente Epiſcopo fuit nulla. Fuit vero valida ſecunda facta Epiſcopo mortuo ex quo prima fuit ipſo iure nulla, *cap. Auditis, & cap. Conſiderauimus ſup. de elect.*

58. Ex hoc poſt Bartol. Brix. colligit Franc. *n.9.* quod ſi Papa mandaſſet Epiſcopo, & Capitulo, vt inueſtirent inueſtitura iuris aliquem, ſi Capitulum abſente Epiſcopo illum inueſtiret, nulla eſſet inueſtitura non valeret. Si vero Epiſcopus eſſet præſens, non poſſet niſi, ex iuſta cauſa contradicere Capitulo.

59 Quid

59. Quid vero dicendum, ſi Papa committeret electoribus vt eligerent de conſilio aliquorum, & ipſi vellent eligere vnum ex deputatis ad præbendum conſilium? Nunquid tenerentur conſilium illius petere? Negauit Gloſſ. *cap. Cum in veteri, de elect.ſed* ex Hoſtien & Panorm. reſpondet Sylu. *v. concilium num.* 10. Conſilium peti debere, nec per hoc conſiliarius cogitur conſentire ſuæ electioni, quia imò poteſt conſulere, vt electores eum non eligant. Imo ſi mandatum eſſet de conſilio, & conceſſu accipiendo; ſi mandatum reſpiceret plures taliter quod præter illum plures eſſent conſiliarij deberet peti conſilium, & conſenſus, & ipſe licet non poſſet conſentire, adhuc eſſet eligibilis, ſi maior pars conſentiret, quia in hoc ſufficeret conſenſus maioris partis. Si tamen Papa mandaret vt acciperetur conſilium, & conſenſus ſolius Titij, ille eſſet ineligibilis, quia non poſſet ſuam electionem conſulere, aut illi tunc, conſentire.

60. Et ex his deducit idem Sylu. in fine, quod ſi adſit ſtatutum vt mulier non alienet niſi de conſenſu agnatorum, ſi de conſenſu vnius ex illis duobus alteri alienat, valet alienatio, quia vterque conſentit. Et ſi ſit ſtatutum, vt filius non litiget niſi de conſenſu patris, filius litem proſequi poteſt, quam illi Pater infert, vel cum illo litigat.

SVMMARIVM.

1 *Tria ſunt neceſſaria ad alienandum res Eccleſiæ.*
2 *De his remiſſiuè.*

Tit. IX.

De alienatione rerum Eccleſiæ.

Cap. Dudum I.

1 CVM Eccleſia N. vacante Epiſcopus Dulmen. eius Decimas conceſſiſſet Archidiacono Dulmonen. non præmiſſo tractatu ſolemni, & neceſſario, & ſine neceſſitate, & euidenti vtilitate, Innoc. IV. hanc conceſſionem caſſauit, & Decimas Eccleſiæ reſtituit. Habeur igitur regula continens tria requiri ad valorem alienationis bonorum Eccleſiæ vacantis, ſcilicet primo, vt Eccleſiæ vacanti deputetur defenſor, ſecundò vt alienationem præcedat tractatus ſolemnis, tertiò vt adſit neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas.

2. De his verò latè tractaui *tom.* 1. *de ſtat. q.* 185. *art.* 7. nimirum quæ neceſſitas det cauſam iuſtam ad alienandum res Eccleſiæ *inſpect.* 3. *à num.* 460. Et quæ vtilitas ad hoc ſufficiat, *inſpect.* 4. *à num.* 474. Et quæ ſolemnitates ad hoc ſint neceſſariæ ex iure antiquo *inſpect.* 5. *à num.*541. Et quæ ſit neceſſaria ex iure Paulinæ, *inſpect.* 6. *à num* 576.

SVMMARIVM.

1 *Non poſſunt iura Eccleſiæ alienari, vel laicis ſubijci, & earum patronatus concedi. Et irritum eſt ſi id fiat ſine licentia, & tam Prælati, quam laici puniuntur, ſi contrafecerint.*
2 *De his remiſſiuè.*

Cap. Hoc conſultiſſimo II.

PRohibet Greg. X. ne Prælati Eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia, & iura illarum laicis ſubmittant, ſeu ſubijciant, aut ſupponant abſque ſui Capituli conſenſu, & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali, ſi illa non alienent in caſibus à iure conceſſis, ſed conſtituant, & recognoſcant, ſeu profiteantur ſe illa bona ſe tenere ab illis tanquam ſuperioribus, vel ab ipſis ea auocent, prout vulgariter dicitur auouer, vel ipſos conſtituant patronos, vel Aduocatos Eccleſiarum, ſeu bonorum ipſarum perpetuo aut ad tempus non modicum. Irritat vero huiuſmodi contractus etiam iuratus ſi fiat ſine præfato conſenſu, & licentia. Prælatos vero contrafacientes ab officio, & adminiſtratione, Clericos vero non denunciantes à perceptione beneficiorum ad triennium ſuſpendit. Laicos vero qui ad præfata Prælatos compulerunt, niſi poſt competentem monitionem, bona præfata in libertate Eccleſiæ remiſerint, & quicumq; in futurum Prælatos vt ſupra compulerint, cuiuſcumque ſint conditionis excommunicat. Inſuper ſi contingat de licentia ſedis Apoſtolicæ aliquem ex præfatis contractibus iniri, prohibet ne laici aliquid ſibi vſurpent præter id, quod ex vi contractus eis permittitur, & ſi aliquid vſurpauerint, ſi legitimè moniti non deſtiterint, & vſurpata non reſtituerint, ſint ipſo facto excommunicati.

2. Quod iura incorporalia Eccleſiæ non poſſint alienari ſine licentia ſedis Apoſtolicæ certum eſt, & de his abundè dixi *tom.* 1. *de ſtat. q.* 185. *artic.* 7. *inſpect.* 2. *per totum à num.* 307. vbi de is, quæ alienari non poſſunt ſine ſolemnitate, & licentia ſedis Apoſtolicæ. Qui etiam contractus veniunt ſub nomine alienationis dictum eſt ibi *inſpect. prima per totum à num.* 136. Et quod prohibitum ſit ſubijcere bona Eccleſiæ protectioni, defenſionique alicuius *ibid. nn.*301.

SVMMARIVM.

1 *Non obſtantibus expectatiuis poſſunt ſeruata forma iuris commutari beneficia.*
2 *Permutatio beneficiorũ facta authoritate priuata ſimoniaca eſt.*
- *Hæc ſimonia eſt iuris poſitiui* 2.
3 *Licet permutare beneficia authoritate legitimi Superioris.*
4 *Quare & qualiter authoritas Superioris purget vitium ſimoniæ in beneficialibus.*
5 *Poteſt haberi tractatus etiam deliberatus de habenda permutatione.*
6 *Permutationes huiuſmodi eſſe proprie permutationes quidam dicunt.*
7 *Hoc negatur, ſunt enim propriè mutuæ perſonarum tranſlationes factæ permutantibus conſentientibus.*
8 *Permutantes non ſibi inuicem tradunt beneficia, ſed conſentiunt, & petunt ea conferri.*

Digitized by Google

9 *Tres conuentiones poſſunt inueniri in permutantibus beneficia.*

10 *Conſenſus mutuus in permutationem, aut in petitionem illius non datur ex pacto.*

11 *Nullum pactum eſt neceſſarium ad licitam permutationem, ideo neque eſt licitum.*

12 *Non licet p ciſci de ſtando concordiæ iam initæ inter permutantes.*

13 *Reſignationes factæ cum pacto vt beneficia reſignata dentur alteri ſunt ſimoniacæ.*

14 *Reſignationes cauſa permutationis conditionatæ.*

15 *Hæc conditio non inducit pactum, cum ſit conditio expectantis ex gratia, & legalis.*

16 *Si permutatio facta coram Ordinario ſit irrita, permutantes non redeunt ad beneficia priora ſine noua collatione.*

17 *Secus in permutationibus factis coram Papa, quia in illis non abdicatur ius à reſignantibus, niſi perfecta permutatione.*

18 *Permutationes beneficiorum ſunt ſimoniacæ ſi in illis interueniat pactum.*

19 *Sub nomine Diœceſis quando veniant Ciuitas, & Cathedralis.*

20 *Etiam ſi expectatiuæ ſint datæ, motu proprio non impediunt per mutationes.*

21 *Etiam ſi expectantes expectu reſeruationis legatorum aut receptionis Capitulorum.*

22 *Et quæcunque ſint beneficia expectata. Nomen beneficia hic ſumitur largè.*

23 *Dum tamen ſint in proximo vacatura: etiam tum clauſula quæ duxerit accepianda.*

24 *In ſolis tamen expectantibus habentibus ius ex ſola expectatiua procedit regula textus non in alijs caſibus.*

Et de expectantibus titulum beneficij non vero ſolam proprietatem 24.

25 *Beneficia Papæ reſeruata ſolum coram illo poſſunt permutari.*

26 *Conſuetudo obtandi non impedit permutationem.*

27 *Beneficia vnita an poſſint permutari.*

28 *Permutatio debet fieri ſine fraude.*

Authoritas Superioris tollit ſuſpicionem fraudis.

29 *Permutatio debet fieri ſeruata forma iuris.*

Non debet eſſe coacta 29.

Beneficiatus ex iuſta cauſa poteſt cogi ad permutationem 29.

Beneficia liberè in manibus Epiſcopi poſſunt reſignare beneficia 29.

30 *Permutatio non poteſt fieri ex pacto.*

31 *Debet fieri ex iuſta cauſa. Quæ in dubio non præſumitur.*

32 *Nec poteſt fieri niſi ex auctoritate ſuperioris, ſub quo nomine veniunt legati, Epiſcopi, & habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem inſtituendi, & deſtituendi,*

33 *Ex eo quod quis poſſit conferre beneficia in aliena Diœceſi ex conſuetudine, vel iure ſpeciali non ſequitur quod poſſit auctorizare permutationem.*

34 *Hoc non poteſt Vicarius Capituli. Poteſt tamen ſi ei ſit conceſſum recipere reſignationes cauſa permutationis.*

35 *Capitulum ſede vacante quando poſſit permutationes admittere.*

36 *Si beneficia ſint in pluribus Diœceſibus requiritur auctoritas vtriuſque Epiſcop.*

Debet fieri mutio beneficiorum obtentorum 36.

37 *Et qualitatum beneficij.*

38 *Neceſſaria eſt ad permutationem auctoritas Superioris. Qui ſuperior eſt etiam Epiſcopus, & Prælatus habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

Requiritur conſenſus habentium interreſſe 38. Et tunc Epiſcopus confert etiam beneficia electiua, & iuris patronatus 38.

39 *Quamuis collatio ſpectet ad inferiorem Epiſcopus eſt, qui autorizat permutationem, niſi hoc ex aliquo iure competat inferiori.*

Sub poteſtate inſtituendi non continetur poteſtas deſtituendi 39.

40 *Qualis conſenſus ſit neceſſarius.*

41 *An deficiente præfato conſenſu præſentatio ſit nulla.*

42 *Beneficia propria ſolum poſſunt permutari.*

43 *Non poteſt permutare beneficium, qui in illo non habet verum ius.*

44 *Nec permutari poteſt verum beneficium cum ficto.*

45 *Nec permutari poteſt beneficium vacans.*

46 *Nec permutari poſſunt beneficia litigioſa.*

47 *Qui habet ius in re in beneficio poteſt illud permutare licet non ſit adeptus eius poſſeſſionem.*

48 *Omne ius beneficiale ſiue ſit in re, ſiue ad rem poteſt permutari, ſed textus loquitur de permutatione beneficiorum.*

49 *Canonicus Eccleſia numerata poteſt permutare cum Canonicato Eccleſia non numerata.*

Vniuerſaliter quilibet Titulus poteſt permutari tum alio 49.

50 *Vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, vna poteſt permutari tum alia, ſed non ſine licentia Superioris.*

51 *Quid vbi ex ſtatuto iurato reductus eſt numerus Canonicorum? An poſſit fieri permutatio de numero exceſſiuo.*

52 *Omnia beneficia ſiue habeantur in titulum, ſiue non habeantur poſſunt permutari ſeruata iuris forma.*

53 *Qualiter poſſit beneficium permutari cum penſione, vel inæqualitas beneficiorum compenſari.*

54 *An in his poni poſſit clauſula non aliter nec alio modo.*

55 *Qualiter plura beneficia cum vno poſſint permutari.*

56 *Non eſt præfixum tempus Superiori ad perficiendam permutationem.*

57 *Permutatio facta non ſeruata forma iuris quando ſit ſimoniaca.*

Tit. X.

De rerum permutatione.

Cap. Licet vn.

1 DE permutatione beneficiorum datur hęc regula. Non obſtante, quod in aliqua Diœceſi ſint plures expectantes beneficia primo vacatura. Qui habent in ea beneficia ad collationem Epiſcopi ſpectantia poſſunt ea reſignãtes in manibus Epiſcopi inuicem ſine fraude per-

permutare, quæ alias minime reſignaſſent.

2. Permurationem vero beneficiorum eſſe de iure illecitam, ſi fiat ſine auctoritate ſuperiorum conſtar ex *cap. fin. de pactis, & cap. Quæſitum eod. tit.* Eſt enim ſimoniacum id facere *cap. præterea 2. de Tranſlat. & cap. Tua nos de ſimonia* D.T. 2.2 *q.160. art.1. ad primum*. Quamuis communis ſententia velit, hanc non eſſe ſimoniam de iure diuino, ſi non permutetur ſpirituale pro remporali, ſed ſolum de iure poſitiuo, vt per DD. *in d.cap. Tua nos, & cap. fin. de ſimon. Et in cap. Quæſitum, eod. tit.* Syiu. *verſ. permutatio 2. q.4.* Ang. *v. ſimonia 3. n.4.* Palud. 4. *d.25. q.5.* Victor. *relect. de ſim. num.17.* Couar. *l.1. var. cap.5 num.4.* Suarez *de ſim. l.4. cap. 31. à num.2.* Fagnan. *cap. ex parte, num.14. de off. deleg.* Et alij DD. communiter.

3. Et nihilominus etiam certum eſt licere permutare beneficia ex auctoritate legitimi ſuperioris *d.cap. Quæſitum*, & ex hoc rexru. Vitium vero ſimoniæ purgari ex eo, quod Papæ auctoritas intercedat, dixerunt Io. Mon. in *rubr. & ibi* Prob. *num. 6.* Archid. *in princ.* Io. And. *num.2.* Dom. *n.4.* Franc. *n.1.* Hoſt. & Boic. *in r. 1. Ne Præl. vic. ſuas.* Caſſad. *dec.2. de ſimon.* Fagnan. *d.cap. Ex parte n.14.*

4. Sed vnde, & quare ſuperioris auctoritas purget virium ſimoniæ eſt diligentius inquirendum. Poteſt enim hoc intelligi, quia cum huiuſmodi pacta beneficialia in quibus ſpirituale cum ſpirituali commutatur non dicitur ſimonia de iure diuino, ſed ſolum de iure poſitiuo, ceſſat hæc ratio ſimoniæ ex interpoſita ſuperioris auctoritate potentis, vel abrogare, vel diſpenſare in iure poſitiuo. Et hunc ſenſum, qui vere eſt falſus, acceperunt aliqui DD. infra cirandi. Alio modo quia in permutatione quæ fit auctoritate ſuperioris ſeruata tamen iuris forma, tollitur omne pactum, & ſic non fit contra ius improbans iſta pacta vti ſimoniaca. Et hic ſenſus eſt verus. Et pro nunc probatur, quia abrogatio, aut diſpenſatio in iure, cum ſit odioſiſſima non debet admitti, niſi ſit expreſſa, & iura iuribus concordanda ſunt *cap. Cum non expediat ſup. de elect.* in hoc lib.

5. Admittendum vero eſt primo permutationem hancincipere poſſe à Clericis permutauribus, qui inter ſe poſſunt habere tractatum de permutatione habenda, & de condirionibus illius. Sed tamen non poſſunt permutationem deliberare, ſeu conſenſum deliberatum præſtare. Archid *n.2.* Dom. *n.1.* Franc. *n.2.* Innoc. & Panorm *cap. Quæſitum, eod. tit. circa fin. Et in c. Cum vniuerſorum.* Gloſſ. *in cap. Cum vniuerſorum. ſup. eod. tit.* D. Anton. *2. part. tit.1. cap.5.* Sylueſ. *verſ. permutatio ſecundo q.5.* Suarez *de ſim. lib.4. cap.32. num.7.* Laym. *l.4. tr.10. cap.8. num.50.* Bonac. *diſp.1 de ſim. q.4. §.12 num. 5.* Gibalin. *de ſim. q.4. conſ.12. num.1.* & alij DD. communiter. Quod non intelligitur, quia non poſſint deliberare permutationem conditionatam conditione conſenſus ſuperioris legitimi, quia imo, vt citati DD. tradunt, hoc eſt oportunum, vt ſuperiori conſtet de eorum conſenſu in permutationem. Quapropter poſſunt conſentire, & dtliberare pttmutationem conditionatam conditione conſenſus ſuperioris.

6. Sed numquid hęc tractatus deliberatio eſt propriè permutatio? Suarez *d.cap.32. num. 4* ait. certum eſſe permutationem beneficiorum propriè ſumptam, & vt diſtinguitur a translatione perſonarum eſſe iure conceſſam, ex eo quod ſit permiſſa permutatio, vt eſt contractus inter duos initus, & ex conſenſu illorum, tenditque proximè ad eorum commodum, & datur vnum in recompenſationem alterius. Et ſic ipſe vult, quod permutationes beneficiorum, quæ fiunt ſeruata iuris forma authoritate ſuperioris ſint propriè permutationes. Et hoc idem ſentit Gibel. *de ſimon. q.4. conſ 8. n.1.*

7. Sed hæc iuri conſona minime ſunt. Dicitur igitur quod permutationes beneficiorum, quæ fiunt ſeruata forma iuris authoritate ſuperioris non ſunt propriè permurationes, ſed ſolum materialiter, propriè vero ſunt mutuæ translationes perſonarum de vno ad aliud beneficium, quæ dicuntur permutationes, quia non fiunt, niſi beneficiatis libere conſentientibus, vel etiam petentibus. Hoc patet ex *cap. Quæſitum 5. ſupra eod. tit.* Vbi poſtquam dixit omnem permutationem, & omne pactum in beneficialibus eſſe ſimoniaca, ſubdit. *ſi autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit de vno loco ad aliud transferre perſonas, vt quæ vni loco minus vtiles, alibi ſe valeant vtilius exercere.* Nec dicatur cum Gibal. Vrbanum III. in illo textu improbare permutationes, quæ fiunt autoritate priuata, quia imo improbat permutationes omnes propriè ſumptas, admittens eas, quæ fiunt authoritate ſuperioris, eaſque declarans propriè eſſe translationes perſonarum, non permutationes beneficiorum. In eodem ſenſu D.T. 2.2. *q.100. a.1. ad quintum* improbatis his permutationibus priuata authoritate factis, ſubdit. *Poteſt tamen Prælatus ex officio ſuo permutationes huiuſmodi facere pro cauſa ciuili, vel neceſſaria.* Sic propriè vocans huiuſmodi permutationes factas à Prælato ex officio ſuo, non vero factas à partibus, quod non eſt niſi dicere huiuſmodi permutationes eſſe mutuas translationes perſonarum de beneficio vnius ad beneficium alterius, quod non fit ſine materiali permutatione vnius beneficij cum alio.

8. Sed hoc ex præſenti Decretali probatur aduertendo, quod permutatio enim non habet efficax initium ex quocumque conſenſu permutantium, ſed ex traditione, vt notat Io. Mon. *n. 1.* Et ſic permutatio vt eſt contractus eſt traditio vnius in compenſationem alterius. At vero permutantes beneficia autoritate ſuperioris nihil tradunt, ſed ſolus ſuperior eſt, qui beneficium quod erat vnius tradit alteri, & ita quod (vt in hoc textu dicitur) per prius eſt, quod quilibet permutantium reſignauerit beneficium in manus ſuperioris. Et ſuperior poſtea eſt, qui reſignata beneficia confert. Itaque conuentio, quæ inter permutantes huiuſmodi interuenit, non eſt de dando vno beneficio in recompenſatioem alterius, quia ipſi ſine ſimonia valide beneficia huiuſmodi inuicem dare non poſſunt, ſed conuentio de alio eſſe non poteſt, niſi de conſentiendo, vt ſuperior det, vel etiam de petendo, vt admiſſa reſignatione

Y 2 bene-

Digitized by Google

beneficiorum det beneficium vnius alteri, non ex pacto inito, ſed ex illius arbitrio. Et ſuperior conferendo beneficia non confert illa ex vi alicuius pacti, nec vt permutet formaliter, ſed ex cauſa iuxta ſibi bene viſa. Solum igitur hic interuenit permutatio materialiter ſumpta, minimè vero interuenit, vt eſt contractus permutantium, ſiue vt eſt traditio vnius in compenſationem alterius ex pacto inter permutantes inito. Non enim vnus alteri ſuũ tradit beneficium, ſed ambo illa tradunt ſuperiori ea in manibus illius reſignando, qui poſtea ex arbitrio boni viri illa confert.

9. Sed & vlterius conſiderandum, quod mutus conſenſus præſtitus à ſic materialiter permutantibus, poteſt & debet dari ſine pacto. Triplex enim conuentio poteſt hic interuenire, prima eſt de conſenſu permutationis, ſeu potius translationis ſi fiat à ſuperiore; ſecunda eſt de petitione porrigenda ſuperiori, vt velit permutare, ſeu potius transferre petentes de vno ad aliud beneficium; tertia eſt de mutua obligatione non recedendi vel à conſenſu dato, vel à mutua petitione porrigenda eidem ſuperiori, vt ſupra.

10. Primæ duæ conuentiones poſſunt fieri, abſque pacto, imo & connaturaliter non poſſunt fieri per modum pacti oneroſi, ac permutationis. Fierent enim per modum pacti ex vtraque parte oneroſi, & tanquam permutationis, ſi interuenirет contractus do, vt des, & ſic vnus daret conſenſum ſuum, aut petitionem, vt alius ſuum conſenſum, aut petitionem redderet, vt pretium ſeu recompenſationem conſenſus dati, aut datæ petitionis. Sed tales non intendunt hoc, quia finis illorum non eſt commutatio vnius conſenſus cum alio, aut vnius petitionis cum alia, ſed quilibet vult conſenſum, aut petitionem alterius vt medium neceſſarium ad permutationem, ſeu potius translationem à ſuperiore obtinendam, hoc vero nedum non eſt permutare, ſed nec & contrahere contractu oneroſo, & dare, vt des, ſed eſt medium ad finem ab vtroque intentum, ſeu ad gratiam ab vtroque deſideratam obtinendam neceſſarium requirere, & vtrumque dare id, quod ad eum finem conducit, & quod vterque dare debet, non vt dati ab altero pretium, ſiue recompenſatio, ſed vt neceſſarium medium ad obtinendam permutationem, ſeu potius translationem, non ab ipſis, ſed à ſuperiore ex gratia dandum. Iſtæ, igitur conuentiones non ſunt contractus, aut quaſi contractus, ſed mutuæ liberæ donationes, neceſſariæ tamen ad finem ab vtroque intentо obtinendum. Quod magis explicatur.

11. Nam hic duplex conſenſus conſiderari debet, ſcilicet conſenſus, ſeu voluntas habendi beneficium alterius, & conſenſus dimittendi proprium beneficium, ex eo quia vnus beneficiũ alterius conſequi non poteſt niſi dimittat ſuum, & ſic diſtinguitur conſenſus in translationem ad beneficium alterius, & conſenſus in reſignationem proprij beneficij. Si vero huiuſmodi conſenſus fierent per modum permutationis, fieret id, quod non eſt neceſſarium, ſed ſuperfluum huiuſmodi enim permutatio nõ eſt neceſſaria ad finem obtinendum, ſed ſufficit conſenſus amicabiliter ab vtroque independenter à quacunque conſenſuum permutatione datus. Et tamen ſi daretur hæc permutatio minime neceſſaria, eſſet verè ſimoniaca, quia vnus amaret conſenſum ſpiritualem alterius. Nec ſic permutantes iuuaret, quod permutatio beneficiorum de licentia ſuperioris eſt permiſſa; quia primo falſum eſt, quod permittatur, vel minima permutatio propriè dicta facta ab ipſis Clericis beneficiatis, ſed permittitur permutatio facta ab ipſo ſuperiore, quæ nec eſt contractus oneroſus, nec continet pactum, nec eſt permutatio, niſi materialiter, ſed propriè eſt translatio, & non eſt niſi actio ſuperioris proueniens, abſque omni imaginabili pacto ex puro ſuperioris arbitrio. Vnde ſi Epiſcopus ex pacto aliquo permutaret, ſimoniam committere à Sacris Canonibus prohibitam, vt indubitabiliter conſtat ex Conſt. Quanta Eccleſiæ Dei 58. Pij Quinti §. *Caueant autem* ſed præterea non excuſarentur, quia licet ad hoc, vt Epiſcopus permutationes faciat ſit neceſſarius (modo infra explicando) conſenſus permutantium non eſt tamen neceſſarius, vt emptus ab illis, ſeu vt proprie permutatus, & ex pacto, vtrinque datus, ſed vt omninò ſine pacto liberè datus. Ideo in hoc textu requiritur libera permutatio, tanquam facta ſine pacto, & contractu, vt Archid. explicat *num.* 2. Sylueſ. *v. permutatio 2. num.* 4. & 5. & eſt de mente Panorm. *cap quæſitum, eod. tit. num.* 10. Quod multo magis tenent Hoſtien. & Io. And. ab eo relati, qui nec volunt, quod permutantes poſſint inter ſe de permutatione tractare, quamuis hoc non admittatur, vt dictum eſt *num.* 5.

12. Tertia vero conuentio ſi ſit noua, & ſuperaddita non poteſt non eſſe ſimoniaca. In quantum enim libera promiſſio acceptata obligat, iam ex mutuo conſenſu dato de reſignãdo proprio beneficio, & alterius beneficio acceptando, intrat obligatio quam parit donatio, ſeu promiſſio acceptata, ſine neceſſitate alterius conuentionis. Sed ſi noua addatur ex nouo pacto ex vtraque parte oneroſo, iam non poteſt negari ſimonia. Nec obſtant, quæ in contrarium habeat Suarez *d. cap.* 31. *num.* 8. & Giball. de ſimonia *quæſt.* 14. *conſ.* 12. *num.* 4. & Bonac. *diſp.* 1. *q.* 4. §. 12. Dum enim dicitur, quod hæc non eſt permutatio beneficiorum, niſi iuxta iuris conceſſionem, hoc negatur præſupponit enim quod iura permittant permutationes beneficiales inter partes, & pacta inter ipſa inita, quod omnino alienum eſt à ſenſu canonum, qui volunt ſolum quod permutationes fiant à ſuperioribus ipſis, noua collatione beneficia libere, & ſine pacto reſignata ab ipſis beneficiatis, vt patet ex citata conſtitutione Pij Quinti. Itaque iura permittunt vt à ſuperiore fiant permutationes nullo prorſus præcedente pacto. Et dum dicitur ſecundo, quod huiuſmodi pactio conſiſtit in promiſſione mutua circa perſeuerantiam, quæ bona eſt. Dicitur quod perſeuerantia iſta, ſeu concordia mala eſt ſi fuerit ex pacto, & ſine pacto fuit inita, nec bona eſt, nec mala, ſed eſt res indifferens; & quatenus ſit bona eſt tamen res ſpiri-

tua-

tualis & beneficialis; iura vero omnia pacta de his beneficialibus volunt eſſe ſimoniaca, vt ex citatis textibus conſtat.

13. Hæc vero magis explicantur ponderando, quod ex vi huius textus permutantes debēt reſignare beneficia in manibus ſuperioris ibi *ipſa reſignent*. Et dictio *libere*, quæ vritur textus omne pactum excludit. Non enim fit libere, quod fit, ex neceſſirate iuſtitiæ. Propterea, quod reſignationes factæ in manibus Ordinatij cum pacto expreſſo, vel tacito, vt beneficium alteri couferatur ſit ſimouiaca habetur *ex cap. cum pridem, & cap. fin. de pact. cap. ex parte el. 1. de off. Ord. cap. Tua nos, de ſimon. cap. Dilecto de Præben.* & ibi Gloſſ. 1. Io. And. *num.* 25. Panorm. *num.* 3. Fagnan. *num.* 6. & *in cap. ex parte de off. deleg.* Innoc. & Hoſtien. *in ver. omnino.* Io. And. *num.* 8. Panorm. *num.* 8. & habetur modo expreſſum in d. bulla 58. Pij V.

14. Nec obſtat ſi dicatur, quod huiuſmodi reſignatio, quæ fit in permutationibus eſt conditionata, fit enim ſub conditione, vt detur reſignanti beneficium alterius permutantis, quod eo eſt euidentius, quod ſi permutatio non ſubſiſtar, ſaltem ſi id non eſt ex fraude, aut culpa permutantium, ipſi poſſunt redire ad beneficia permutata, vt tenenr hic Franc. *num.* 1. Feder. *de permut. q.* 8. Boniſ. *in Clem.* 1. *de eod. tit. num.* 96. & *ap.* Garz. *part.* 11. *cap.* 4. *num.* 6. Papaz. Roſin. Duaren. Mandoſ. Zauallos, & Frechilla Flamin. *l.* 1. *q.* 14. *num.* 12.

15. Nam multipliciter reſponderur, Primo enim dicitur hanc conditionem non inducere pactum aliquod vel minimum. Tum primo quia non eſt conditio contrahentis cum ſuperiore, & ex æqualitare iuſtitiæ cum eo agentis, ſicut fit in contractibus, ſed eſt condirio ſupplicantis & expectantis ex gratia, & arbitrio, non vero ex neceſſitate iuſtitiæ, quia ſi hoc fieret, ſimoniacum eſſet. Secundo hæc conditio non eſt contrahenris, ſed eſt conditio legalis, ſeu à lege impoſita ipſi ſuperiori, vt alteri, quam permutanti non conferat beneficium. Clem. *vn. eod. tit.* Nullum ergo hic intrat pactum, ſed reſignatio libere debet fieri in manibus ſuperioris, licet ſuperior à lege neceſſitetur ſi vult exaudire ſupplicantes recipiendo reſignationes, vt etiam exaudiat illos conferendo illis beneficia cauſa permutationis reſignata. Et ideo bene Sylu. *v. permutatio* 2. ex *Card. in Clem. vn. eod. tit.* dixit quod in petitione data ſuperiori exprimi poteſt, quod reſignatio ſit cauſa permutationis, quia vbi abſit pactum & ſimonia hæc expreſſio eſt de eo, quod à iure permittitur, vt in hoc textu, & *cap. ſignificaſti de elect.* & *cap. cum vniuerſorum, eod. tit.* & *Clem. vn. eod. tit.*

16. Sed ſecundo etiam negatur, quod quando permutatio fit coram Ordinario, ſi permutatio alias ſit irrita, permutantes etiam innocentes, poſſint redire ad beneficia reſignata ſine noua collatione. Nam per reſignationem factam beneficia proprie & ſimpliciter vacarunt Dom. *num.* 11. Franc. *nu.* 4. Prob. *nu.* 10. Et ideo non poſſunt reſignantes redire ad illa niſi ex noua collatione, quia ſola collatio dat titulum beneficij vacantis, Gloſſ. *in cap. penul. de rer. permut.* Dom. hic *num.* 11. Probus late id probans à *num.* 41. Felin. *in cap. Cum venerabilis num* 11. *de except.* & *cap. Cum ex officij in fin. de præſcript.* Selua *de benef. q.* 24. Rota *dec.* 7. & 9. *in antiq.* & 1. & 4. *in nou. eod. tit.* & *dec.* 1. *de fil. presbyt. in nou.* Auſter. Capell. Tol. Bellam. Petr. de Perus, Gamb. Corraſ. Rebuff. Delfin. Maſcard. quos refert, & ſequitur Garz. *p.* 11. *cap.* 4. *num.* 5. Et ſic beneficia huiuſmodi in hoc caſu conferri debent per Papam, ſi ſunt reſeruata, alias per Ordinarium, vt noat Franc. *num.* 11.

17. Quando vero permutationes fiunt coram Papa, ſi permutationes non habet effectū poſſunt permutantes redire ad ſua beneficia, ſine noua collatione, Rota *dec.* 4. *alias* 293. & *de rer. permut. alias* 67. *in antiq.* & *in cauſa Salmantinæ penſionis* 8. *Iunij* 1587. coram Bubalo, & *in Barchinonem Paroch.* 10. *Decemb.* 1601. coram Sacrato. Sed huius ratio eſt, quia in permutatione facta coram Papa ius non abdicatur à reſignanre, niſi permutatio habeat effectum. Rota *d. dec.* 4. *eod. tit.* & *dec.* 2. *de rerum.* Prob. *cap.* 2. *de præb. in hoc lib.* Flam. *l.* 1. *q.* 3. *num.* 49. & 95. Garz. *d. c.* 4. *num.* 9.

18. Cum ergo permutationes huiuſmodi vere non fiant, niſi quia ſuperior ipſe transfert perſonam de loco ad locum, non vero quia vnus beneficiatus tradat ſuum beneficium alteri, quia imo illud tradit, & reſignat in manibus ſuperioris, & totum hoc fieri optime poteſt nullo prorſus intercedente pacto, ſiue inter permutantes ad inuicem, ſiue inter permutantes, & ſuperiorem auctoritate ſua dantem vim permutationi: Alias vero iure citatis locis omnino in beneficialibus abominentur pacta, ex eo quod in hoc textu, vel alibi approbetur permutatio beneficiorum, debet id intelligi de permutatione alias ſacris canonibus nō contraria, & tunc pactum excludente, vt iura in ſe ſint concordia, *cap. Cum expediat ſup. de electione in hoc lib.* Et vt permutationes huiuſmodi non ſint propriè permutationes & contractus, ſed translationes mutuæ factæ à ſuperiore rranslatis cōſentientibus.

19. Sic igitur explicata natura permutationis legitimè accedamus ad expoſitionem regulæ textus. Conſideratur vero primo, quod licet loquatur de Diœceſi, & in reſcriptis ad lites ſub nomine Diœceſis non veniat Ciuitas, aut Cathedralis, *cap. Rodulphus de reſcript.* cum ſint odioſa, & idem literis beneficialibus, quia ſunt ambirioſæ, *cap. Quamuis el.* 1. *ſup. de præben. in hoc lib.* Et in priuilegijs, quia illa ſunt reſtringenda, quando ſunt in præiudicium tertij, *cap. ſuper eo de off. deleg.*, & *cap. Quid per nouale, de verb. ſignif.* 1. tamen quando nomen Diœceſis profertur à lege in materia non ambitioſa, aut odioſa, & ſic in legibus de beneficijs in communi, & non ad fauorem certæ perſonæ diſponentibus, ſub nomine Diœceſis comprehenditur nedum Ciuitas, ſed etiam Eccleſiæ Carhedralis, & ſic (quidquid in contrarium Io. Mon. *num.* 2.) fit in hoc tex. Gloſſ. Io. And. *n.* 4. Anchar. Dom. *num.* 2. & 3. Franc. *num.* 8. Barb. *n.* 9. Gonz. *ad reg.* Prob. *n.* 2. *Cancell.* Gloſſ. 43. *num.* 195. & Gloſſ. 51. *num.* 74. Garz. *par.* 1. *nu.* 76.

Regu-

Digitized by Google

20. Regula autem comprehendens omnes expectantes,& ſiue illi habeant Canonicatus,ſiue non habeant, & ſiue ſint plures,ſiue vnus ſolus expectet, eadem eſt enim de omnibus ratio Franc. *n.* 1. Et hoc etiam ſi literæ expectatiuarum ſint datæ motu proprio.Prob. *n.* 1. & ſiue expectantes ſint plures,ſiue ſit vnus, vt poſt Archid. & Io.And.notat Franc.*n.* 1.

21. Imo quamuis in textu ſolum exprimãtur expectãtes authoritate Apoſtolica, idem dicendum fuiſſet de expectantibus authoritate reſeruationis legatorum, aut receptionis Capitulorum.Gloſſ.*in v. authoritate*, Nam tales reſeruationes cum ſint odioſæ,debent limitari, ſicut & literæ beneficiales, ne impediant æquitatem huius textus.Franc. *num.*5.Feder. *de permut. q.* 1.

22. Quoniam etiam textus diſpoſitio legẽ ferẽs de beneficijs in cõmuni,& nõ ad fauorem certæ perſonæ fauorem continet, non odiũ ideo nomen in beneficio in ſua lata ſignificatione accipi debet, vt comprehendat omnia tam minora,quã maiora,tã nõ curata, quã curata tã præbendas,quam dignitates,& tã ſecularia,quam regularia.Omnia enim hæc beneficia cõpræhendit nomen beneficij late ſumpti.Gloſſ. *in v.beneficia* Dom.*n.*14. Frãc.*n.*6.Gloſſ.*in Clem.* Auditor.*de reſcript.*Sylua *de benef.p.*1.*q.*3. Garz. *p.*1.*cap.*6.*num.*37. Barbuſa *hic num.* 10. & apud eum Rebuff.Medic.& Sabag.

23. Eſt tamen ſermo de beneficijs in proximo vacaturis,& ſic de expectãtibus beneficia in proximo vacatura, quia in generali reſeruatione facta ad fauorem expectantium, quam Pontifex declarat ex æquitate non extendi ad beneficia vacantia per viam permutationis,ne per indirectum auferatur alicui libertas diſponendi de rebus ſuis modo licito. Barb. *num.*3. Quod Gloſſ *v.in proximo* extendit etiam ad expectantes beneficia, cum clauſula, quæ duxerint acceptanda. Fallit tamen hoc in expectantibus certum beneficium authoritate Apoſtolica;nam alias eius gratia redderetur inanis Franc. *nu.*6.

24. Sed vt regula textus habeat locum requiritur, vt expectantes non habeant ius niſi ex reſeruatione generali facta ad eorum fauorem. Nam cum beneficia in proximo vacatura multis alijs de cauſis poſſint alicui deberi,quam ex præfata generali reſeruatione, nimirum quia vel ſunt ſpecialiter à Papa reſeruata, vt *in cap. Pro illorum, de præben.* vel quia in eis aliqui habent optionem,vt *cap fin de conſuet.ſup.in hoc lib.* Vel quia alijs ſunt vnienda,aut vnita,vt *cap.conſultationibus de donat.& Clem.ſi vna de reb. Eccl. non aliam*. Vel quia expectatur fructus ipſorum vacantium,vt *cap. ſi propter ſup.de reſcript. in hoc lib.*Vel quia per obitum, vel receſſum inſtitutorum reſtrictus eſt numerus in Eccleſia propter diminutionem facultatum. In iſtis caſibus ſi beneficia permutentur cenſebuntur vacare, & habebunt locum dictæ ordinationes, neque æquitas conſiderata in hoc textu locum habebit in illis caſibus, ſed in illis ſtãdum erit rigori iuris, nec beneficia valida poterunt in illis caſibus permutari.Anchar.*not.*4.Franc.*num.*4.qui etiam addit text. hunc intelligendum de expectantibus beneficia, vt titulo, non vt in proprietates, quia beneficia, quæ expectantur ſunt vnita, vel annexa, ſed hæc epxlicatione indigent.

25. Itaque primo,ſi beneficia alias ſint reſeruata Papæ taliter, quod Epiſcopus non poteſt permutationem expedire, ſed eorum permutationi ſolus Papa authoritatem interponit, non poterunt niſi coram Papa permutari. DD. ſupra citati, & Rota *dec.*1. *de permut. in nouiſ.* Federic.*quæſt.*1.*art.*1. Bonifac. *in Clementin.* 1. *de rerum permutat. à num.* 66. Felin. *cap. In noſtra, de reſcript. num.*12. Sylueſ.*verſ.permutatio* 2. *num.*13. *verſ. prima.* Mandoſ. *reg.* 1. Cancell. *q.* 13.Garz.*de Benef. p.*11.*num.*82. & apud eum Bellam. Petr.de Perus. Corraſ. Gimmon. Granutius,& Rota *in Ilerden.*coram D.Io. Paulo,de anno 1595. Put. *deciſio* 262. *l.*2. Azor. *l.*7.*c.*19. *quæſt.*10: Mant. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 25. *tit.* 9. *num.* 12. Etenim de Beneficijs Papæ reſeruatis nullus inferior ſe poteſt intromittere *cap.*2.*de præb.ſup.in hoc lib.* Addit vero Syl. *d. nu.* 13.*v.ſecunda*,ex Feder.quod in hoc caſu licet nõ valeat, permutatio valet tamen reſignatio facta cauſa permutationis,ſed permutatio perfici debet per Papã.Quamuis ſi reſeruatio non ſit permutantibus nota,ſed probabiliter ignorata,ſit in optione illorum an velint ad ſua beneficia redire, vel potius Papam proprijs ſumptibus, & laboribus adire.

26. De conſuetudine optandi vero,an poſſit impedire permutationem, ſuper *cap. fin. de conſuet. in hoc lib.q.vn.a.*1. *n.*84. dixi non impedire,eo,quia ante actualem vacationem beneficij ius optandi ſit nimis remotum, & vagum, & non conſiderandum.Nam imo Gonz. *ad reg.* 8. Cancell.*Gloſſ.*34.*n.*126.*&* 127. exiſtimat, quod habens ius optandi habens quidẽ ius ad rem ad beneficium, tunc tamen cum beneficium vacat alias ſecus,& citat Puteum *dec.*235.*n.fin.l.*2. niſi ius vagũ,& valde remotũ. Cũ vero per permutationem beneficium non vacet niſi cõditionaliter,& ita quod ex Cl.1. *de rer.permut.*beneficiũ ſic vacans nõ poteſt cõcedi niſi illi ad cuius fauorem fuit reſignatum, ſcilicet permutanti iam optans ad illud, tanquam reſeruatum permutãti non habet ius, & ideo non poteſt impedire permutationem. Quod quidem nedum eſt verum,ſi permutatio fiat authoritate Papæ,quia tunc beneficium vacat in Curia, & eſt reſeruatum,vt per DD.quos ſequitur Gõzal. *d.Gloſſ.*34. *num.* 35. Sed etiam ratione dicta ſi permutatio fiat coram Ordinatio.Et ideo, quod optio permutationis effectum non impediat tradiderunt Feder.*q.*28.Card.*in* Clem.*de rerũ permut. q.*16.*&* Bonif.*n.*60.Rota *dec.*1.*de rer.permut.in addit.n.*7. Flamin.*de reſeg. l.*2. *q.*20. *num.*2. Garz.*de benef. part.*11.*c.*4.*num.*3.& apud iſtos Bellam.Corraſ. Gamb. Petrus de Peruſ. Gom. Delph. Azor. & alij. Si tamen nedum adeſſet conſuetudo optandi, ſed vlterius. vt non liceret reſignare beneficia ad fauorem certæ perſonæ,vel illa permutare, tunc ius optandi impediret permutationem.

27. Beneficia vero vnita, aut vnienda, quando poſſint, aut non poſſint permutari hic Franc. *num.* 24. Garz. *de benef. part.* 11. *à nu.*26.Itaque ex hoc textu hoc ſolum habetur, quod ius expectatiuæ generalis primi beneficij vacaturi non impedit permutationem cum

hoc

hoc tamen, quod permutatio fiat ſeruata iuris forma. Ex iure autem plures conditiones requiruntur ad iuſtam beneficiorum permutationem prima eſt, quod permutatio nō fiat in fraudem expectantis, ibi *ſine fraude*, & permutatio dolo facta eſt nulla Prob.*n.7.* fieret vero in fraudem, ſi beneficium, quod ſperatur in proximo vacaturo permutetur, vt præcludatur via expectanti *cap.2.de renūc.ſup.in hoc lib.* Gloſſ.*v.in fraude*. Fraudis vero præſumptio ceſſat ex authoritate ſuperioris interpoſita, ex qua nō niſi ex honeſta cauſa factam eſſe permutationem præſumi debet. Franc *num.*12.Rota *dec.8.num.4. de Procur. in antiq.* Menoch.*lib.preſ.*78. *num.*4. Et licet in contrarium vrgere poſſint coniecturæ. Franc. *d. num.*12. Panorm. *cap. Quia veriſimile de præſumpt.* & ib Felin. *num.*1. Bellam. *tract. de permut.*2.*p.q.* 2.Flam.*de reſign.l.*12.*q.*15.& Mant.& alij plures apud Garz.*par.*2.*cap.*4. *num.*101. tamen, vt ipſe notat, quia huiuſmodi fraus præſūpta reſpicit expectantes, quibus poteſt præiudicari p r permutationem, & ideo vbi non ſunt expectantes, hæc fraus non debet præſumi, quia modo nulli ſunt expectantes, ex Conc.Trid.*ſeſſ.*24. *num.*19. ideo ceſſant coniecturæ fraudis huiuſmodi in permutatione. Si etiam permutatue beneficium pingue cum tenui, quod ex hoc ſolo non poſſit præſumi fraus, niſi adſint aliæ coniecturæ, docent Io.Mon. *num.*5.& 6. Io.And. *n.*6. & 7.Anchar. *not.*3.Dom.*num.*22.Franc. *n.*12.

29\. Secundo de iuris forma eſt, vt beneficia libere reſignentur, vt hic dicitur in textu. Et ideo permutatio coacta non valet. Non negatur pec hoc, quod Prælatus ex iuſta cauſa ſcilicet id petente Eccleſiæ neceſſitate, aut ineptitudine manifeſta beneficiati, non poſſit compellere beneficiatū ad reſignandū ſeruatis de iure ſeruandis, *cap.Epiſcopus* 7.*q.*1.Anchar.*not.*5.Franc. *n.*3. Innoc. & Hoſt.*in c.Niſi cum pridem.§.propter mādatum de renunc.* Feder.*de permut.q.*15.& 25. Panorm.*in cap.Quæſitum ſup eod.tit.* Sed ſi ſit indebite coactus reſignans, vel à Superiore, vel ab alio reſignatio non valet, Franc.*num.*3. Paul.*in cl.*1.*eod.tit.*Anchar.*not.*5. Alias vero libera reſignatio fieri poteſt in manibus Epiſcopi. Barb. *num.*6.Flam.*de reſig. l.*7.*q.*14. Gonzal. *Gloſſ.*14. *num.*32.& *ſequen.*

30\. Quod vero dictio libere excludat etiā omne pactum, dictum eſt ſuper *d num.6.* Et hæc eſt tertia conditio.

31\. Quarta conditio eſt, vt permutatio non fiat ſine iuſta cauſa *cap. Quæſitum ſup.eod.tit.* Et ad hoc quidem non ſufficiet nuda, & pura vtilitas perſonalis beneficiati. Erit tamen cauſa ſufficiens, ſi vtilitas perſonalis redundet in publicam vtilitatem D.T.22. *q.*100.*a.*11. ad quintum vult, quod ſufficiat cauſa ciuilis, vel neceſſaria. Et ita non ſufficit, quod permutatio non ſit contra vtilitatem Eccleſiæ, ſed poſitiue vtilitas Eccleſiæ requiritur, *cap. Quidam, de renunciat.* Atque propterea in dubio hæc cauſa iuſta non præſumitur. Nam cum permutatio beneficiorum ſit prohibita, & ſolum conceſſa ex iuſta cauſa, & lic Superiores non poſſint permutationes admittere ſine iuſta cauſa, hæc probanda eſt in dubio, nec ſtatur aſſertioni ſuperioris inferioris, & habentis iudicem ſuperiorem, cui rationem ſuæ adminiſtrationis reddere debeat. Ideo licet in Summo Pontifice hæc iuſta cauſa præſumi debeat, Ordinario tamen nō creditur, niſi illam probet, ſi permutatio non fuit facta cū cauſæ cognitione, iuxta ea, quæ de diſpenſatione dicuntur. Sed de cauſa neceſſaria ad cedendum Epiſcopatui, & beneficijs, aut ad illa permutanda late dixi *tom de ſtatut .q.*185.*art.*4. per totum. Videantur etiam *conſt.*42.& 58. Pij V.

32\. Requiritur quinto authoritas Superioris, *cap. Quæſitum, & cap. penultimo ſuper eodem tit.* Et ita vt permutatio facta ſine Superioris authoritate eſſet ſimoniaca, & ideo ipſo iure nulla, prout dixi *tract.de elect.cap.*7.*q.*13. per totum. Superior autem hic intelligitur nedum Pōtifex, ſed etiam Legatus, & Ordinarius, imo, & quilibet alius Prælatus, qui habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium, ſeu quaſi Diœceſim ſibi propriam, vnde poteſt conferre beneficia, & beneficiatus inſtituere, & etiam inuitos deſtituere Franc. *n.*8.& 9.Panorm *capi quæſitum n.4. eod.tit.* Garz. *de beneſ.p.*11.*cap.*4.*n.*70.Azor.*l.*7.*cap.*29.*q.*4. Palaus *tr.*13. *diſp.*6.*p.*3. §.3.*num.*2.& plures alijs, quos refert Barb. *alleg.* 64.*num.*4.

33\. Subdit vero Garz.*n.*71.quod ſi Epiſcopus habeat collationem, ſeu ius conferendi beneficium in aliena Diœceſi, ex conſuetudine, vel ex iure ſpeciali non poteſt illius reſignationem admittere etiam ex cauſa permutationis, & citat Rotam *dec.6.de rerum permut. in nou.* Et quidem Rota id habet *dec.6 de renūc.*ſeu alias 398. Et loquendo de conſuetudine id eſt verum per rationem Rotæ, ſcilicet ſi Epiſcopus ſolum præſcripſit collationem, quia tantum præſcriptum quantum poſſeſſum, & non plus.*cap.cum in tua, de decim.cap.fin.de off. Archid.cap. Auditis, de præſcript.* Et ita hoc etiam verum erit de alio iure ſpeciali, ſi per illud ius non ſit conceſſum Epiſcopo niſi conferre beneficium, & in hoc text. loquitur etiam Panorm. *cap. Ex iniuncto nu. 6.in fin.de hæret.* Vbi ait reſignationem, ſeu permutationem non ſpectare, niſi ad eum, qui poteſt inſtituere, & deſtituere, non vero ad eum, qui ex iure ſpeciali poteſt conferre. Sed ſi conſuetudine, aut iure ſpeciali competeret Epiſcopo in alia Diœceſi nedum conferre, ſed etiam deſtituere, poſſet etiam reſignationem beneficij etiam cauſa permutationis recipere.

34\. Vicarius vero Epiſcopi, niſi id ſibi ſit ſpecialiter cōceſſum huiuſmodi permutationes non poteſt admittere. Bellam. *de permut.l* 1.*q.*3. Azor. *p.*2.*l.*7. *cap.*29.*q.*4. Garz. *de beneſ.par.*11. *cap.*4.*num.*74. Barb. *all.*34. *num.*66. Nec ſufficit Vicario, ſi habeat poteſtatem conferendi beneficia, quia non per hoc poteſt permutationes admittere, cum hæc diuerſa ſint. Garz.*d.n.*74. Sed quod neque ſi Vicarius poſſit recipere reſignationes cauſa permutationis ex hoc poſſit beneficia permutata conferre dixerunt Rebuff. *in praxi beneſ.* tit. *de Vic.num.*104. & Barb. *d.all.* 34.*num.*68. Sed oppoſitum voluit Palaus.*d par.* 3.§.3.*num.*4. quia collatio beneficiorum eſt connexa reſignationi factæ cauſa permutationis. Nam beneficia reſignata ex cauſa permutationis non poſſunt alijs conferri, niſi illis pro quibus reſignata ſunt. *Clem.*1. *de rer.perm.* Videatur

tur

Digitized by Google

tur dicta *ſup. in hoc lib. tit. de Vic. cap.*

35. Capitulum vero ſede vacante, non poteſt ſe intromittere in beneficijs ſpectantibus ad ſolius Epiſcopi collationem, præſentationem, ſeu electionem, non poteſt permutationes admittere, ſi vel ambo, vel vnum beneficium ſpectat ad ſolius Epiſcopi collationem. Sed ſi ad collationem, aut præſentationem, ſeu electionem ſpectant vtriuſque tunc ſede vacante id poterit Capitulum, *cap. vn. Ne ſede vac. ſup. in hoc tit.* Gloſſ. *in c. v. conferantur, de rer. permut.* & ibi Card. *num.* 17. Rota *dec.* 6. *de rer. permut. nu.* 2. *in nou.* Felin. *in cap. Cum olim de maior. & obed.* Prob. hic *in rubr. num.* 4. Put. *dec.* 329. *l.* 2. & alij plures, quos ſequitur Garz. *d. cap.* 4 *num* 75. Palaus. *d. p.* 3. §. 3. *num.* 5. Et addit Garz. ex Quaranta, *vt capitulum ſede vacante*, q 4. & Azor. *p.* 2. *l.* 7. *cap.* 20. *q.* 4. Capitulum idem poſſe ſi beneficia ſpectant ad collationem tertij. Si tamen Epiſcopus viuens admiſiſſet reſignationes beneficiorum cauſa permutationis, & deceſſiſſet collatione eorumdem non perfecta, eam perficere poſſet Capitulum. Nam iam Epiſcopus ad hoc præbuit conſenſum, & perfectio permutationis eſt neceſſaria. Clem. 1. *de rerum permut.* Milis *in repert. v. Capitulum ſede vacante.* Garz *d. cap* 4. *num.* 81. Palaus. *d. par.* 3. §. 3. *n.* 5.

36. Vbi vero beneficia permutanda eſſent in diuerſis Diœceſibus, vtriuſque Epiſcopi conſenſus eſſet neceſſarius, & vterque pro ſua parte auctoritatem interponeret. Gloſſ. Ioan. Mon. *n.* 4. Io. And. *n.* 5. Archid. *n.* 1. Dom. *n.* 19. Franc. *n.* 11. Azor. *p.* 2 *l.* 7. *cap.* 19. *q.* 8. Barb. *all.* 69. *nu.* 20. Palaus. *d. p* 3. Neque tamen erit neceſſe, vt vterque Epiſcopus ſimul in eodem loco ſit, vt recipiatur eodem tempore vtriuſque beneficijs reſignatio citati DD. docent. Erit tamen neceſſe, quod Epiſcopus, qui primo recipit ſui ſubditi reſignationem, recipiat conditionatè pro tempore, quo ab alio Epiſcopo acceptata fuerit reſignatio alterius; aliter ſi alius reſignare nollet neceſſaria eſſet noua collatio facta priori, vt non amitteret beneficium, ſi eius reſignatio abſolutè acceptata fuiſſet. Sed vt ait Sylu. *v. permutatio* 2. *n.* 13. *verſ. ſeptima*, tutius erit, ſi vnus Epiſcopus alteri totum negotium committat.

37. Et vbi permutatio fit coram Pontifice, licet Dom. *n.* 15. & Franc. *n.* 13. poſt Feder *q.* 18. *& conſ.* 70. dixerint non eſſe neceſſarium quod permutantes mentionem faciant de alijs beneficijs obtentis, quod & tenuerunt alij, tamen quia in permutatione fit collatio noui tituli. Et licet admiſſa reſignatione cauſa permutationis, collatio ſit neceſſaria, tamen admiſſio reſignationis eſt libera, & voluntaria, ideo praxis curiæ habet, vt permutantes mentionem faciant aliorum beneficiorum, quæ obtinent. Rota *dec.* 5. *de reſcrip. &* 12. *de præb. &* 15. *de rerum permut. in antiq.* Bellam. 3. *p. q.* 2. *num.* 10. Rebuff. *tit. de permut. num.* 34. *&* 35. Azor. *p.* 2. *l.* 7. *c.* 29. *q.* 27. Palaus. *tr.* 13. *d.* 6 *p* 3. §. 4. *num.* 38. Garz. *d cap.* 4. *num.* 89 Vbi *num.* 98. quod conſuetudo, & praxis videtur eſſe, vt eadem mentio fieri debeat in prouiſione de parochia facta à Papa ei, qui in concurſu fuit electus ab Epiſcopo. In permutatione tamen facta coram ordinario non eſſe neceſſe mentionem facere de obtentis, ſicut nec in alia prouiſione ab eodem facta. Rota *dec.* 15. *de rer. permut. in ant.* Menoch. *de arbit. l.* 2. *caſu* 201. *num.* 150. Garz. *d. cap.* 4. *n.* 99.

38. De alijs etiam qualitatibus beneficij, *Cap. voluit* neceſſe eſſe illas exprimere; quod negauit Feder. *q.* 23. ſed cum permutatio non poſſit fieri ſine cauſæ cognitione, & ſic ſine cognitione perſonæ, & qualitatum beneficij, hanc cognitionem ſufficere dicunt Dom. *nu.* 25. Franc. *n.* 13. Anchar. *quæſt. fin. num.* 3. ſed certe qualitates, quæ de iure ſunt manifeſtandæ, manifeſtari debent, ſufficiet tamen ſi innoteſcant ex cauſæ cognitione. Sexto, quando beneficium aliquod ex permutandis ſit vel iuris patronatus, vel electiuum, vel in eius collatione aliquis haberet aliquod intereſſe, non ſufficit Superioris auctoritas, ſed requiritur conſenſus intereſſe habentium, quamuis permutationem expedire ſpectabit ad Epiſcopum. Gloſſ. *in v. collationem*, Anchar. *not.* 5. Dom. *n.* 16. Franc. *num.* 6 & 7. Gloſſ. *in Clem.* 1. *eod. tit.* & ibi Card *n.* 12. Bonif. *n.* 33. 47. & 48. Panorm. *cap. quæſitum num.* 9. *eod. tit.* Prob. *in hac rubr. num.* 6. *&* 7. Et communiter DD. Et hoc mirabile hic interuenit, quod Eccleſiæ cui de iure non prouidetur niſi per electionem, aut præſentationem, & inſtitutionem, hoc modo prouidetur, per collationem, licet hoc non fiat niſi de conſenſu electorum, aut patronorum. Franc. *n.* 9.

39. Et quando collatio ſpectat ad inferiores Prælatos Epiſcopo ſubditos, quia ipſi non poſſunt autorizare permutationem, tunc licet permutatio non poſſit fieri ab Epiſcopo ſine illorum conſenſu, Epiſcopus tamen eſt, qui permutationem perficit eique auctoritatem interponit. Franc *n* 8. Io. And. *n.* 5. Dom. *n.* 18. Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 4. *n.* 72. Anchar. *not.* 5. Prob. *in rub. n.* 7. Aliud enim eſt poſſe conferre beneficia, ſeu inſtituere, aliud eſt deſtituere, & ſub poteſtate inſtituendi, non venit poteſtas deſtituendi. Rota *dec.* 5. *de renunc. in antiq.* Flam. *l.* 7. *q.* 14. *n.* 16. Et ideo Prælatus inferior Epiſcopo poſſit conferre ex hoc non poteſt reſignationes admittere, vel auctorizare permutationem Hoſt. *in ſum tit. de rerum permut. verſ. ſed numquid.* Feder. *de permut. q.* 22. Sylu. *v. permutatio* 2. Et ideo in hoc caſu Epiſcopus eſt, qui conſentiente inferiore collatore permutationem perficit. Niſi inferior habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ſic facultatem inſtituendi, & deſtituendi. Vel niſi inferior Prælatus ex conſuetudine, vel iure ſpeciali habeat facultatem inſtituendi, & deſtituendi. Vt poſt Innoc. *in cap. Quod in dubijs, de renunc. num.* 3. & Panorm. ibid. *num.* 6. tradit Flam. *d. p.* 14. *num.* 19. *&* 22. Vbi quod hæc eſt communis opinio.

40. Qualis vero debeat eſſe conſenſus præſtandus ab habentibus in hoc intereſſe, an ſcilicet requiratur, & ſufficiat conſenſus maioris partis DD. diſtinguunt. Nam ſi permutatio fiat fauore permutantium, requiri conſenſum omnium habentium intereſſe, & ſic in beneficio electiuo requiri conſenſum omnium eligentiũ, ſed ſi permutatio fiat ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum ſufficit conſenſus maioris partis. Ita Dom. *n.* 15. poſt Io. And. & alios. Sed ego non

video

video cur dicatur ſufficere illum conſenſum, qui ſufficeret ad prouiſionem ordinariam. Et ſic ſi in beneficio electiuo ad valorem electionis eſſet neceſſarius conſenſus maioris partis ſuper medietate, vel etiam duarum ex tribus partibus talis etiam conſenſus eſſet neceſſarius in permutatione. Sed ſi conſentire conuenit pluribus, vt ſingulis, vt cum ad patronos, vt ſingulos conuenit conſentire, tunc ſufficit conſenſus maioris partis reſpectu aliarum partium, vt *cap. 3. ſup. de iurepat.* Franc. *n. 6.* Nam alias quod ad electionem ſufficiat conſenſus maioris partis ſuper mediate conſtat ex notat. in *cap. Quia propter delect.* Et quod in his quæ fiunt collegialiter ſufficiat conſenſus maioris partis. ex *not. cap. 1.* de his quæ fiunt *à num. 1.*

41. An vero in his caſibus, in quibus eſt neceſſarius conſenſus, vel electorum, vel collectorum, vel patronorum, præſentatio ſit ipſo iure nulla, ſi ſine huiuſmodi conſenſu ſit facta certum eſt eam eſſe nullam, ſi fiat poſitiuè diſſentientibus illis, quorum conſenſus eſt neceſſarius; Et hæc nullitas eſt ipſo iure. Nam ex quo Epiſcopus acceptauit reſignationem beneficij illius, qui permutare volebat, v.g. cum cum beneficio iuriſpatronatus, beneficium illud vere vacauit. Sed quia diſſentiente patrono Epiſcopus non poteſt conferre beneficium iuriſpatronatus. *Cap. decernimus. 17. q. 1.* remanet patrono locus ad præſentandum. Lap. *c. 7. & in cap. Nemo de elect. in hoc lib.* Lap. *num. 1.* Butr. *n. 10.* Anchar. *ad fin.* Dom. *n. 10.* Lambert. *de iurepatr. p. 1. l. 2. q. 6. a. 6.* Garz. *par. 11. cap. 3. n. 23.* & 24. & alij, quos ſequitur Rota in Gerunden. Beneficij 21. Febr. 1628. coram Pirouano, & *iterum in eadem cauſa 16. Iunij* 1628., quas per extenſum refert Amaydenus de ſtylo Datariæ. *l. 1. cap. 15. §. 15. num.* 130. Quod tamen limitatur, vt non procedat primo, in permutationibus, quæ fiunt ab Epiſcopo ex neceſſitate, aut vtilitate Eccleſiæ; has enim Epiſcopus etiam innitis, prædictis facere poteſt. Secundo in Papa, qui poteſt ex dominio beneficiorum, quod habet permutationes facere quibuslibet inuitis. Tertio in Legato à latere reſpectu beneficiorũ, qui ſunt iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, in caſibus tamen, in quibus alias poteſt permutationes facere. Dom. *n. 27.* Franc. *n. 7.* Rota *dec. 4. de rerum permut. in nou.* Addit vero Rota adhuc ſupradicta intelligenda eſſe ſi qui contradicunt id faciunt ex cauſa rationabili. Sed cum electio, & collatio, & præſentationes liberæ ſint, niſi ſimus in caſu in quo ſuperior permutare poſſit beneficia huiuſmodi etiam inuitis electoribus, collatoribus, & patronis, non tenebuntur electores, collatores aut patroni reddere cauſam aliã ſui diſſenſus, niſi quia vti voluit iure ſuo, & hæc erit cauſa rationabilis, quia id iuſtitia petit, vt quilibet iure ſuo vti poſſit. Sed ſi deeſt conſenſus eorum, quorum intereſt, quia non fuerunt vocati, permutatio ſic facta non eſt ipſo iure nulla, ſed tamen ad inſtantiam contemptorum eſt irritanda. Qui tamen etiam poſt factum poſſunt conſentire, & permutationem ratificare, vt per *not. in cap. Quod ſicut de elect.* & *cap. Cum in Eccleſijs ſup. de præben. in hoc lib.* Anchar. *not. 5. verſ. Circa hoc*, Dom. *n. 27.* Franc. *num. 7.* Prob. *n. 5.* Rota *d. dec. 5. de rerum permut.* Syluest. *v. permutatio*. Rota in *Gerunden. permut. 5. Iulij* 1593. coram Licta, quam refert, & ſequit Garz. *p. 11. c. 3. v. 19.* Eadem Rota *in d. Gerunden. beneficij coram Piruano*. Vbi late tractat & definit hunc articulum. Eſt vero hic conſiderandum ex Rota citata *d. dec. 5. de rerum permut.* quod per ſe non eſt neceſſarius conſenſus electorum, vel aliorum prædictorum ad hoc, vt Epiſcopus recipiat reſignationes, quia electores, & alij non habent ius, vt electus ſine ipſis non renunciet beneficio, ſed ſolum habent ius vt beneficium alteri non conferatur, ſine eorum conſenſu, & ideo habent ius, vt non recipiantur reſignationes cauſa permutationis, quia reſignationibus ſic acceptatis collatio ſubſequens eſt neceſſitatis per *Cl. vn. de rerum permut.*

42. Septima conditio eſt, vt beneficia permutata ſint propria permutantium, vt in text. ibi, ſua beneficia. Dom. *n. 5.* Franc. *n. 2.* & 15. Bonif. *in Clem. 1. eod. tit. num. 76.* Nouar. *conſ. 43. n. 3. de ſimon.* Bellam. *2. p. q. 1.* Garz. plures referens *d. cap 34 n. 16.*

43. Ex quo ſequitur non valere permutationem, ſi alter permutantium non habet verum ius in beneficio, quod permutat; non eſt enim ſuum beneficium Io. And. *num. 2.* Dom. *num. 6.* Franc. *num. 17.* Bellam. *p. 1. q. 9. & 10.* Azor. *d. cap. 29. q. 19.* Garz. *d. cap. 4. numer. 19.* Et ideo in hoc caſu nulla eſt collatio beneficij ſic collati titulo permutationis licet alias Epiſcopus poſſet illud conferre, qui Epiſcopus illud non contulit, niſi ex cauſa permutationis, quæ non ſubſiſtit. Sylu. *v. permutatio 2. nu. 13.* verſ. ſexta.

44. An vero poſſit permutari beneficium verum cum ficto, Rebuff. in praxi *tit. de permut. num. 14. & 15.* cenſuit poſſe. Verum hæc quidem poterit eſſe donatio, vel reſignatio, ſed numquam erit permutatio, quæ eſt certæ rei in alteram mutua præſtatio *l. 1. ff. de rer. permut.* Item beneficium fictum non eſt, igitur mutari non poteſt in aliud beneficium. Suarez. *d. l. 4. cap. 30. num. 19.* Garz. *d. cap. 4. num. 18.* Palauſtr. 13. *d. 6. p. 3. §. 2. num. 13.*

45. Sequitur etiam non poſſe permutari beneficium pro tertio ſimilemque permutationem non valere. Anchar. *not. 2.* Dom. *num. 5.* Franc. *num. 3.* Feder. *q. 40 ad fin.* Suarez. *d. l. 4. cap. 35 nu. 18.* Et pariter permutatio inter duos eſſe debet, non triangularis, vel quadrangularis. Achil. *dec. 296.* Caputaqu. *dec. 325. l. 2.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. Gloſſ. 14. *num. 38.* Garz. *num. 22.*

46. Inde eſt, quod neque beneficia litigioſa permutari poſſunt, cum non ſint ſine contradictione propria, & durante lite conferri non poſſint *cap. 1. & 2. vt lite pendente, ſup. in hoc lib.* Azor. *p. 2. lib. 7. cap. 29. q. 5.* Flam. *de reſign. l. 2. quaſt. 5. à num. 1.* Barb. *alleg. 69. num. 17.* Palaus *d. p. 3. §. 3. num. 6.*

47. Quia verò beneficiatus, qui acceptauit beneficium ſibi legitimè collatum habet in illo ius in re, licet nondum conſecutus fuerit illius permutationem, ideò poteſt illud permutare. Franc. *num. 16.* Garz. *d. cap. 4. num. 11.* Barb. *alleg. 69. num. 17.* Palaus *d. §. 2. num. 7.*

48. Sed cum in hac parte multæ agitentur quæſtiones, vt videatur quæ beneficia permutari poſſint vel non poſſint, conſiderari debet, quod ad permutationem requiritur quod ius vnius ſit transferibile in aliud. Ideo dum dicunt plures quod ius ad rem, non eſt permutabile, vel in aliud ius ad rem, vel in ius iure. Negant enim Io. And. *num.* 2. Anchar. *num.* 3. Dom, *num.* 7. Franc. *num.* 15. Flam. *lib.* 2. *q.* 21. ſed oppoſitum ſenſit Fed. *q.* 13. Leſſ. *l.* 2. *de iuſt. cap.* 34. *num.* 99. Suarez. *l.* 4. *de Simon. cap.* 31. *num.* 19. Garz. *l.* 11. *cap.* 4. *num.* 17. Sed verum eſt expectatiuas non poſſe permutari, ſed hoc eſt, quia ſunt iura perſonalia, quæ in alium transferri non poſſunt ſine auctoritate Papæ. Quodcumque ergo ius ſpirituale poteſt in aliud permutari ſiue ſit ius in re, ſiue ad rem authoritate tamen illius, qui poſſit concedere vt ius vnius tranſeat in alium. Nec obſtat id, quod DD. primæ ſententiæ dicunt, quia ſcilicet in textu dicitur quod poſſint permutari beneficia ſua, beneficium vero ad quod aliquis habet ius ad rem non eſt ſuum; Nam ſi non eſt ſuum beneficium eſt ſua expectatio illius, ſeu ius ad illud, quod ſufficit vt huiuſmodi iura ſint permutabilia. In caſu tamen huius textus, & ad effectum vt expectatiuæ non impediant permutationem, benè dicitur cum prima ſententia textum non loqui niſi de beneficijs iam proprijs; Expectatio enim beneficij, vel ius ad beneficium non eſt proprie beneficium. Quatenus verò hoc ius conſequatur ad beneficium, vel ſit ei annexum, poterit ius ad rem permutari permutato beneficio cui eſt annexum.

49. Vbi vero in Eccleſia aliqua non eſt certus numerus Canonicorum & præbendarum, fruſtra fieret permutatio vnius cum alio intra eandem Eccleſiam, cum inter illos nulla ſit differentia. Domin. *num.* 24. & ex Imola Franc. *num.* 19. qui etiam dicunt quod ſi in Eccleſia eſt numerus Canonicorum non præbendarum, poterunt permutari Canonicatus, ſed non præbendæ. Sed ſi Canonicus Eccleſiæ numeratæ, velit permutare cum Canonico Eccleſiæ non numeratæ, id fieri non poſſe voluit Imola, ſed poſſe vult Dom. Qui vniuerſaliter admittit poſſe fieri permutationem de Eccleſia numerata, ad non numeratam, & de Eccleſia non numerata ad non numeratam. Licet his non omnino conſentiat Franc. ſed non poteſt eſſe difficultas conſiderando in his non poſſe interuenire pactum, & permutationem propriè, vt ſupra probatum eſt, & ſufficere ſi auctoritate ſuperioris perſona de vno loco ad alium tranſire poſſit. Et ſic quilibet titulus beneficialis, cum quolibet poteſt permutari. Solum videndum erit an ad hoc ſufficiat authoritas Diœceſani, vel requiratur autoritas Papæ, aut alterius ſuperioris.

50. Ità etiam vbi præbendæ ſint diſtinctæ poſſunt adinuicem permutari, ſed tamen cum authoritate ſuperioris (Quidquid in contrarium dixerit in aliquibus Innoc. *d. cap. Quæſitum*) Nam ius præbendale eſt ius ſpirituale, & ſpiritualem titulum claudit; huiuſmodi vero tituli non poſſunt permutari ſine ſuperioris authoritate, vt de præbendis dicitur *d. cap. Quæſitum*. Et quatenus permutarentur ſolum prædia temporalia præbendarum, & non haberet locum ſimonia, intrat prohibitio alienandi res Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico; & ſic ex omni parte neceſſaria eſt ſuperioris authoritas. Vt in *d. cap. Quæſitum* tradunt Hoſtien. Butr. & Panorm. *in fin.* Et hic Dom. *num.* 24. Franc. *num.* 20.

51. Ideo ſi in aliqua Collegiata ſit reſtrictus numerus Canonicorum ex ſtatuto, & Canonici iurauerunt non recipere aliquem, nec conſentire in receptione donec numerus reductus ſit ad determinatum, an poſſit fieri permutatio de numero exceſſiuo, diſputant DD. & vis quæſtionis eſt an receptio facta à Capitulo contra ſtatutum iuratum valeat. Sed in puncto noſtræ quæſtionis non eſt difficultas, non enim poteſt fieri hæc permutatio niſi de authoritate ſuperioris, qui vel illam non permittet fieri contra iuramentum, vel auferet ſtatutum, & ſic iuramentum non obligabit, & in omni caſu quidquid ſit, an hæc permutatio fieri non poſſit ex aliqua alia cauſa ſpeciali: non eſt prohibita quia ſimoniaca, ſi ſine pacto ſit authoritate ſuperioris interueniente, & ſeruata iuris forma.

52. Sic igitur ſine limitatione omnia beneficia quæ habentur in titulum, ſiue perpetuum, ſiue temporale, vt ſunt beneficia manualia, & ſiue beneficia ſint ſimplicia, ſiue curata, & inuicem ſimplicia cum curatis, & è contra, & commendatum cum commendato, ſeu habitum in titulo, cum commendato, & dignitates, & Prælaturę, & Epiſcopatus permutari poſſunt ſine ſimonia, ſi huiuſmodi permutationes fiant ſeruata iuris forma, quamuis ad eas autorizandas non ſemper ſufficiat authoritas Ordinarij, ſed ſit neceſſaria authoritas Papæ, ſed & hoc eſt verum etiam ſi aliquod officium non habeatur in titulum. Quamuis enim Io. And. *num* 3. Anchar. *not.* 3. Franc. *num.* 14. dicunt non poſſe permutari beneficia quæ habentur in titulum, cum illis, quæ non habentur in titulum, & ideò non poſſe permutari beneficia cum præſtimonijs, quæ non habentur in titulum, ſeu cum hoſpitalibus. Nihilominus vt ex Feder. conſiderat Sylu. *v.* permutatio *num* 13. *ver.* Decima an officia huiuſmodi vere ſint ſpiritualia, & ità vt non poſſint vendi ſine ſimonia. Nam ſi ſpiritualia ſunt, poſſunt inuicem permutari ſeruata iuris forma. Panorm. *d. cap. Quæſitum*, & ex illo Sylu. *num.* 11. ſecundum quam, vt dictum eſt, nullo præcedente pacto vnum reſignatur in manu ſuperioris, vt ex eius gratia aliud recipiatur. Verum eſt quod in hoc textu non eſt ſermo niſi de beneficijs ad quæ dantur expectatiuæ, quia hæc eſt textus concluſio, quod expectatiuæ non impediunt ſuorum beneficiorum permutationem.

53. Sed vbi quod permutatur cum beneficio eſt temporale Suarez. & alij, qui in beneficiis admittunt fieri permutationes propriè, & ex pacto inito inter permutantes, conſequenter negant fieri poſſe permutationes beneficiorum, cum aliquo temporali, etiam authoritate ſuperioris, & bene loquuntur in hoc, quia dare ſpirituale pro temporali ex pacto eſt ſimonia

de

de iure diuino, quæ licita fieri non poteſt ex auctoritate alienius ſuperioris, & ſic conſequẽter negant, quod poſſit permutari beneficium cum penſione merè laicali. Sed non omnino excludendum eſſe pactum etiam in ſpiritualibus probauimus, & ideò permutationes proprias non habere locum in beneficialibus. Vbi vero remouentur omnino pacta, tollitur ſimonia, & ſic remanet ſola permutatio materialiter dicta. Et hoc modo poteſt in manu legitimi ſuperioris reſignari beneficium petendo penſionem vel ſuper eodem beneficio, vel aliunde ſibi concedi, nõ tamen in pretium beneficij. Quod & Suarez, & alij admittunt. Sic eodem modo poteſt inæqualitas beneficiorum in temporalibus cõpenſari, vt ſine pacto, totum fiat ex arbitrio ſuperioris. Et bene ex Panorm. aduertit Sylu. *v. permutatio 2. num.6.* quod nec autoritate ſuperioris poteſt inæqualitas beneficiorum compenſari per temporale, ſi temporale detur ex pacto pro inæqualitate conſiſtente in exceſſu ſpirituali, quia hæc eſt ſimonia de iure diuino. Sed temporale poteſt ſuperior compenſare per temporale, vt etiam explicat Mandos. *tract. de ſignat. gratiæ, verb. permutationes.*

54. Exiſtimat autem Suarez. *l. 4. de ſim. cap. 33. num. 10.* cui conſentit Gibal. *de ſim. q. 14. coniect. num. 2.* quod in hoc caſu renunciatio nõ eſt facienda cum clauſula, *Non aliter nec alio modo*. Sed cum certum ſit non poſſe inter permutantes iniri pactum, vt pro beneficio detur penſio. Quod verum eſt nedum de penſione mere temporali, ſed etiam ſi penſio ſit erecta in titulum beneficij, vel ſi ius ad penſionem ſit ſpirituale. Sicut nec poteſt iniri pactum cum ſuperiore reſignando beneficium cum pacto, vt pro beneficio det penſionem. Nihilominus ſuperior ipſe clauſulam illam pro ſuo arbitrio ponere poteſt, ſicut enim in Clem. *vn. de rer. permut.* ſtatutum fuit, vt beneficium reſignatum cauſa permutationis non detur alteri, quam compermutanti. Ità Papa recipiens reſignationem beneficij eius, qui ſupplicauit pro obtinenda penſione non ex pacto, ſed vt ſuæ indigentiæ ſit conſultum, poteſt ex ſe ordinare, vt reſignatio beneficij non habeat vim aliter, & alio modo, niſi reſignanti detur penſio, quæ non datur in pretium, ſed in ſuſtentamentum.

55. An vero habens plura beneficia poſſit permutare cum habente vnum tantum; quantum ſit ad fugiendam ſimoniam, ſi permutatio fiat ſeruata iuris forma nihil intereſt an vnũ vel plura beneficia permutentur. Sed permutantes conſiderare debent plura beneficia non poſſe retineri ſine diſpenſatione, ſi ſint curata, vel ſufficientia, & ideo attendi debet, ne neceſſitas diſpenſationis impediat, vel ſi permutatio fiat ſine diſpenſatione, permutantes incidunt in pœnas canonum, & beneficia amittunt. Io. And. *num. 3.* Anchar. *not. 3.* Dom. *num.* 8 Franc. *num. 18.* Sylu. *v. permutatio 2. num. 13.*

56. Aduertendum eſt etiam, quod cum in hac permutatione interueniant duo, ſcilicet reſignatio beneficiorum, & eorumdem collatio, non eſt neceſſe, quod hæc duo ſimul fiant, ſed poſtquam Epiſcopus acceptauit reſignationes beneficiorum factas à permutare volentibus, poteſt expectare ad illud tempus vt permutationem perficiat conferendo beneficia. Non eſſe vero Epiſcopo præfixum tempus ad conferendum hæc beneficia, ſed tamen eum poſſe cõpelli à ſuperiore, ſi ſit negligens, notat Franc. *num. 10.*

57. Sed nunquid ſi permutatio beneficiorum non fiat ſeruata forma iuris, erit ſimoniaca? Gibal. *de ſim. quæſt. 14. conſ. 13.* exiſtimat permutationem beneficiorum factam ſine iuſta cauſa eſſe nullam, & hanc eamdem permutationem nullam ex defectu diſpenſationis, ſeu approbationis Epiſcopi eſſe ſimoniacam. Sed iuxta ſuperius, probata ſemper eſt ſimoniaca permutatio proprie dicta, & in qua interuenit pactum, vel inter permutantes inter ſe, vel inter permutantes & Epiſcopum. Sed ſi, vt eſt de forma iuris, abſit omne pactum, permutatio non erit ſimoniaca, quia eſſentia ſimoniæ eſt, vt detur ex pacto ſpirituale, vel pro temporali, vel etiam pro ſpirituali beneficio, iuxta dicta ſuper in princip. Et ideo licet permutatio facta ab Epiſcopo ſine iuſta cauſa ſit nulla, tanquam facta non ſeruata forma iuris, *cap. Quæſitum, ſ. eod. tit.* non eſt tamen ſimoniaca, cum ſpirituale non fuerit venditum, vel emptum, ſeu ex pacto non fuerit datum.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ſine licentia Superioris petita, & obtenta non poſſunt eſſe executores teſtamentorũ.*
2 *Alia remiſſiuè.*

Cap. Religioſus II.

1. AGitur in hoc capit. de executoribus teſtamentorum. In eius vero prima parte decernitur Religioſos non poſſe eſſe teſtamentorum executores, niſi petita, & obtenta licentia ſuperioris.

2 Materiam huius cap. late explicaui *to. 2. de ſtat. q. 186. a. 2. inſpect. 2. d. num. 93.* nec opus eſt ibi dicta repetere.

SVMMARIVM.

1 *Vbi ſunt dati plures executores vno impedito alius exequitur.*
2 *Quid ſit executor, & qualiter diſtinguatur à commiſſario.*
3 *Executores teſtamentarij legitimi, & datiui.*
4 *Aliæ diſtinctiones executorum.*
5 *Executores pluribus nominibus appellantur, ſed non verba teſtatoris ſed officium ſibi commiſſum attendi debet, vt cognoſcatur qualitas illorum.*
6 *Officium executoris eſt pium ex obiecto.*
Clericus & Laicus, ſimul poſſunt eſſe executores. 6
7 *Plures dari poſſunt executores.*
8 *Tenentur iurare, ſed non fidem dare, niſi ſint mixti.*
9 *Tenetur executor ad eam deſcriptionem, quæ eſt neceſſaria, vt reddat rationem.*
10 *Vnus executorum non poteſt agere ſine alio.*
11 *Secus ſi plures ſunt dati in ſolidum.*

Digitized by Google

12 *Executor non poteſt ſubdelegare.*

13 *Intereſt Reſpublicæ defunctorum voluntates impleri. Et ideo ad hunc effectum iura faciunt quantum poſſunt.*

14 *Officium executoris non tranſit ad hæredem.*

15 *Nec ad ſucceſſorem.*

16 *Quæ ſunt nudi miniſterij non tranſeunt in ſucceſſorem.*

17 *Hoc fallit in executore vltimæ voluntatis.*

Etiam per circumlocutiones eligitur induſtria perſonæ. 17.

Vno executore ſuperſtite alijs mortuis non ſuccedit Epiſcopus.

18 *Altero executore exiſtente in remotis, alius exequitur, ſed ſi ſolus ſit vicinus vocatus, & terminus præfigitur.*

19 *Vno executorum nolente exequi, id facit alter.*

20 *Et quidem liberè. Sed debet conſtare de alterius impedimento.*

21 *Impedimentum vnius executoris non retardat alium.*

Infirmus continuo, qui non poteſt cenſetur impeditus. 21.

22 *In quocumque numer ſint executores impedimentum vnius non retardat.*

23 *Id verum etiam de commiſſarijs, & electoribus.*

24 *Vbi ſunt plures executores votum maioris partis, etiam ſeparatim datum, & alijs non vocatis prævalet, niſi commiſſio ſit facta vniuerſitati, aut aliud imponatur in teſtamento.*

25 *Quid faciendum in paritate votorum, & an attendi debeat qualitas votantium.*

26 *Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi inter executores & ordine, vt vno mortuo alius ſuccedat.* 27.

§. *Sane.*

1. IN hac ſecunda parte textus datur regula ſeruanda, vbi à teſtatore ſunt deputati plures executores ſui teſtamenti, & dicitur, quod deputatis pluribus executoribus ſimpliciter, ſi vnus illorum mortuus fuerit, vel in remotis maneat, aut officium executoris exequi nolit, alius poterit libere executionem iniūctam adimplere, niſi aliud teſtator expreſſerit. Io.And. *n.*4. Anchar. *not.*3. Franc. *n.*2. *&* 3. Dom. *n.*19. Cald. *conſ.*45. *n.*1. *conſ.*94. *n.*3. Specul. *tit. de inſtrumen. edit.* §.15. Nunc vero *n.*47. *&* 52. Feder. *conſ.*77. Bald. *conſ.*297. Panorm. *conſ.* 65. *col.*3. & alij plures, quos refert Garz. *diſcep.*5 22. *n.*2. *&* Barb. *hic num* 14.

2. Eſt autem executor genus quoddam ad merum executorem, & commiſſarium, qui ſic diffinitur, executor eſt ille, qui eſt legitime nominatus, ſeu iure conſtitutus primo & principaliter ad exequendam voluntatem teſtatoris, vel ad eius extremæ voluntatis ordinationem, & diſpoſitionem. In hoc vere diſtinguuntur executor, & commiſſarius, quod ille primo & principalites nominatus eſt ad exequendam vltimam voluntatem teſtatoris; ſed iſte datur ad teſtandam, ſeu ad ordinandam, & diſponendam vltimam voluntatem illum conſtituentis in commiſſarium.

3. *Executorum vero proprie dictorum alij* dicuntur teſtamentarij, qui à teſtatore conſtituti ſunt ad exequendam ſuam voluntatem. Alij ſunt legitimi à lege dati in ſubſidio, vt ſūt Epiſcopi, de quibus infra erit latior ſermo. Alij ſunt datiui, nimirum dati à Iudice, Conſule, Senatu, vel Principe ad exequendum alicuius vltimam voluntatem.

4. Sed & teſtamentarij executores multiplicis generis ſunt. Nam alij ſunt honorarij, dati pro honore familiæ, alij notitiæ cauſa ad inſtructionem hæredis, alij ad executionem voluntatis teſtatoris. Item alij ſunt vniuerſales, quando ſcilicet nullus eſt hæres vel inteſtatus, vel veniens ab inteſtato, ſed teſtator iuſſit nominato executore ſua bona diſtribui in pauperes. Et huiuſmodi commiſſarij etiam dicuntur, & vim hæredis ſuſtinent. Sed alij ſunt particulares, quando datur hæres, & dantur executores ad exequenda legata in teſtamento ordinata. Aliter etiam diſtinguuntur, nam alij ſunt meri executores, alij mixti. Meri ſunt, qui ex diſpoſitione teſtatoris, vel nullum commodum percipiunt, vel illud tantum, quod eis datur pro opere executoris. Mixti autem ex duplici cauſa dicuntur. Vel, ſcilicet, quia ſimul ſunt hæredes, aut legatarij, quia eis aliquod legatum fuit, præter id, quod datur eis ex cauſa operis executionis, vel tale fuit legatum, quod etiam legatum fuiſſent, ſi non eſſent executores. Vel dicuntur mixti, quia non committitur eis nuda executio, ſed ſimul datur facultas eligendi, ſeu declarandi perſonam, cui ſit diſtribuendum legatum. De his videantur Speculator *tit. de inſtrum. edit.* §.13. Nunc vero, Iacob. à Canib. *de execut. particula* 1. Spinus *de teſtam.* Gloſſ. 28. Capra *de execut. mem.*4. Franciſcus Carp. *de exec. l.*1. *cap.*1. Balthaſar. Thomaſ. *de execut. tit.*6.

5. Notandum vero ex Specul. *tit. de inſtrum. edit.* §.13. Nunc vero executores teſtamentorum non dici executores ſimpliciter, ſed executores vltimæ voluntatis, & dicuntur executores, id eſt perfectores, & conſummatores. Interdum etiam appellantur commiſſarij, executores fideicommiſſarij, diuiſores, diſtributores, & gradiatores. Vnde aduertendum, quod quocumque nomine teſtator ſuos vocet executores, ſi illis committit ſolam executionem, tales erunt executores; ſi vero committit etiam electionem diſtributionem, teſtationem & diſpoſitionem, erunt commiſſarij, cum leges ſint impoſitæ rebus non verbis, *l.* 2. *C. communia de legat. cap. fin. de off. delegat.* & ibi Gloſſ. Carp. *l.*1. *cap.*1. *n.*52.

6. An vero officium executoris dici debeat pium diſputat Franciſc. *l.*1. *cap.*2. & vbi ei cōmittitur opus profanum, & non pium vult, quod nec pium ſit opus executoris *num.*14. Sed non tantum ex opere iniunctio officium executoris dici debet pium, ſed ex obiecto proprio, quod eſt executio voluntatis defuncti, eſt opus miſericordiæ, & pietatis, vt aſſeritur in *leg.* 6. *Hiſpanis lib.* 7. *tit.* 10. partita ſexta Defuncti enim pluſquam pauperes ſunt, vt miſerabilibus perſonis æquiparantur, *l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl.* Panorm. *cap. ſi hæredes num.*7. *ſup. eod. tit.* Vnde pium eſt eorum exequi voluntatem, vt infra latius probatur.

Poſ.

Digitized by Google

7. Poſſunt vero dari executores Religioſi, vt in prima parte textus, ſed & Clerici, & laici, etiam ſimul poſſunt eſſe executores, *cap.* Io. *de teſtam.* vbi Io. And. *num.* 4. Fag. *num.* 4. quod ſi detur ſtatutum laicorum prohibens Clericos eſſe executores nullum eſt, & in nulla conſideratione habendum erit. Otthob. *deciſ.* 216. *num.* 14.

8. Neque enim eſt neceſſe vt vnus ſolus deputetur executor, ſed plures ſimul dari poſſunt, & ex textu apparet, de quo per Specular. *dicto* §. *Nunc vero*.

9. Quamuis vero executor teneatur præbere iuramentum, vt hic notat Archid. *cir. fin. arg. l. ſi quis pro redemptione C. de donat.* Speculator tamen *d.* §. 13. *num.* 20. vult ſufficere, ſi iuret poſt executionem. Sed Lucas de Penna in *l. Per hanc diuinam l. de erog. milit. annona, poſt princ.* vult melius eſſe, quod iuret in pincipio. Sed verè quantum ſit ex vi *d. l.* ſi quis pro redemptione, non eſt neceſſe iurare ante executionem tamen non tenetur ſatis dare, Io. And. hic. Niſi poſt teſtamentum cœperit eſſe non ſoluendo, Dom. *num.* 13. Franc. *num.* 1. Bart. in *l. Diuus ff. cui pluſquam per l. fal* Specul. *tit. de inſtrum. edit.* §. 13. Nunc vero Iacob. à Canib. *de execut. particula* 2. §. *repetitis à numer.* 13. Gratian. *diſcept. for.* 826. *numer.* 78. Gaſpar. Baetius, Gomez, Lopes, quos ſequitur Carp. *l.* 3. *c.* 12. *num.* 1. & 2. ſi tamen executor nō ſit merus, ſed mixtus, quia ſic legatarius eum teneri ſatiſdare per *l. ſi ſibi legatum* 19. *ff. de leg.* 3. *ex* Capra *de execut. numb.* 5. *num.* 33. & 34. *tenet* Thomaſ. *de exec. tit.* 10. *cap.* 4. *num.* 25.

10. An vero executor teneatur facere inuentarium controuertunt valde DD. hoc eſt certum quod taliter debet omnia deſcribere, vt ipſe congruam rationem reddere poſſit ſuæ executionis. Videantur DD. in *l. Nulli C. de Epiſ. & Cler.* & quos ad vtramque partem referunt Carp. *lib.* 3. *cap.* 10. & Thomaſ. *tit.* 10. *cap.* 3.

11. Suppoſito igitur quod teſtator plures deputauerit executores ſuæ vltimæ voluntatis, vt habetur ex hoc tex. vnus ſine alio exequi non poteſt. Io. And. *verſ. ſi ſunt plures* Anch. *not.* 3. Dom. *n.* 10. Franc. *nu.* 10. Vbi ex Archid. docet, quod omnes ſimul debent agere in iudicio, vel Procuratorem inſtituere, qui nomine omnium agat. Iacob. à Canibus de *exec. partic.* 2. §. *repetitis num.* 26. & cæteri communiter, quorum plures refert Carp. *lib.* 3 *cap.* 2. *num.* 5. Et ideo omnes huiuſmodi executores ſimul cōcurrere debent, & vno ſolo citato proceſſus eſt nullus. Carp. *d. cap.* 22. *numer.* 8. Thomaſ. plures referens *tit.* 11. *cap.* 1. ſi vero teſtator aliud non exprimit, cenſetur eos deputaſſe ſimpliciter, & ſic quod per ſe vnus non poſſit aliquid exequi ſine alio, vel aliis. Specul. *d.* §. *Nunc verò* 12. Niſi executio ſit rei certæ determinatæ à teſtatore, vt ſi teſtator veræ perſonæ certum quid legauit, nam tunc vnus executorum ſine alio exequi poteſt, imò alio contradicente, quia non refert per quem fiat mera executio tacti commiſſi. Io. And. *col.* 3. Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 5.

12. Sed ſi executores dati ſint in ſolidum, quilibet ſine alio poteſt exequi; excipit tamen Franc. *num.* 5. dummodo tamen in incertis eo prudenti arbitrio indigentibus alter nō contradicat; quia in hoc caſu data diſcordia numerus maior executorum præualeret, ſed difficile eſt intelligere, quod vbi executores ſunt dati in ſolidum, vel cum clauſula vt vnus poſſit ſine alio, ille qui præuenit poſſit impediri ab alio, vel ab aliis. Nam tunc voluntas & ordinatio teſtatoris ſeruari debet, abſque maioris partis conſideratione, *arg. cap.* Rainaldus *in princip. vbi* Gloſſ. *v. compromiſſi, eod. tit. cap. vno, & cap. Prudentiam* 1. *reſponſo de off. delegati* §. *Non diſtinguemus*. Specul. *d.* § 13. *Nunc vero. num.* 9. Carp. *d. cap.* 2. *num.* 36.

13. Qui vero executoris ſuſcepit officium illud per ſe ipſum debet exequi; Et quamuis executionem certam reſpectu perſonæ, rei, & loci poſſit alteri committere, quia vt dictum eſt non refert per quem mera executio fiat, in incertis tamen & arbitrium boni viri requirentibus, non poteſt alteri committere executionē, ſeu arbitrium exequendi, *l. Nulli C. de Epiſ. & Cler.* quia perſonæ induſtria cenſetur electa vt poſt Archid. & Io. Andr. docens Anchar. quæſt. 3. *num.* 8. Dom. *num.* 10. Franc. *num.* 6. Barb. *num.* 15. Oldr. *conſ.* 95. Bern. reg. 269. Bald. *in d. l Nulli num.* 4. Caſtren. *num.* 3. Tiraquell. *de priuil. cauſæ pia n.* 31. *in princ.* Lucas de Penna, Gomez. Arias, Antonius Gomez. & alij, quos ſequitur Carp. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 7. Farin. *conſ.* 3. *num.* 23. ſic enim etiam quod eſt commiſſum conſcientiæ alicuius, ab eo non poteſt alteri committi, aut delegari, vt per DD. quos retuli *cap. ſtatutum num.* 303. & 304. An vero teſtator poſſit & quando concedere facultatem executori ſubdelegādi latè tractat Franc. Carp. *l.* 1. *cap.* 19. *à num.* 9.

14. Quamuis vero ex his ſequi videatur, quod quando deputati ſunt plures executores teſtamētales vnus ſine altero non poſſit exequi, & ità quod nec vnus alteri poſſit committere vices ſuas, ſed omnes ſimul concurrere debeant, Nihilominus in hoc textu decernitur, quod in tribus caſibus vnus ſine alio poſſit voluntatem teſtatoris exequi Iura enim quantum poſſunt prouident, ne executio voluntatis defunctorum impediatur, aut differatur. Ad quod facit, *cap. Nos quidem, & cap. ſi hæredes, ſup. eod. tit.* Nam intereſt reipublicæ defunctorum impleri voluntates, *vt in l. Vel negare ff. quem ad teſt. aper.*

15 Primus caſus eſt caſus mortis alterius ex executoribus. Neque enim dici poteſt, quod in caſu mortis hæres ſuccedat executori, ſed etiā dato, quod vnus ſolus fuerit datus executor in teſtamento, adhuc munus executoris non tranſit eo mortuo in hæredem. Quando enim ſunt plures executores, ex huius *tex. deciſ.* officium executoris accreſcit alteri. Onus tamen burſale, vel aliud ſimile bene tranſit in hæredem, *vt in l. A filio, & l. alimenta ff. de alimentis* Anchar. *q.* 7. *num.* 9. ſicut & non mera commiſſaria tranſit in hæredem, vt ſi executor non erat merus, ſed erat legatarius. Sed mera commiſſaria, ſeu merum officium executoris, quod eſt perſonale, & in quo conſtituendo electa eſt induſtria

ſtria

ſtriã perſonæ, & amicitia, non tranſit in hæredem. Franc. num 6. Anch. q. 7. numer. 9. Sylu. v. Teſtamentum 2. q. 4.

16. Ita executoris officium mortuo executore non tranſit in ſucceſſorem, niſi executio commiſſa fuerit ei ſub nomine dignitatis non expreſſo eius nomine proprio. Et in hoc caſu etiam ſi is qui eligitur executor non ſit extraneus, ſed propinquus teſtatoris, præſumitur eum fuiſſe electum ratione amicitiæ, & affectionis, ideoque fuiſſe electam induſtriam perſonæ. Gloſſ. *in v. mortuo*, Anchar. *q.7.n.9.* Sylu. *v. teſt. 2. q. 4.*

17. Ex quo vniuerſaliter, quod nudum miniſterium alteri collatum etiam ſub nomine dignitatis, non tranſit in ſucceſſorem, quando apparet, quod fuit electa induſtria perſonæ, vel eſt præſumptio, quod commiſſio facta fuerit potius intuitu perſonæ, quam dignitatis. Neq; enim expreſſio proprij nominis facta à parte operatur, vt videatur electa induſtria perſonæ, ſed etiã expreſſio per circumlocutionem, vt ex Lapo notant Dom. *num.* 16. Franc *num.* 9. At vero è contra, quod nedum commiſſiones iuriſdictionales factæ ſub nomine dignitatis tranſeant in ſucceſſorem. Sed etiam commiſſiones nudi miniſterij, ſine iuriſdictione, vt hic habet Gloſſ *in v. mortuo*, & Io. And. *in cap. fin. de off. deleg.* Sed ex Bart. *in l. qui liberis, §. fin. ff. de vulg. & pupill.* hoc limitatur ad caſum huius textus, vt ſcilicet fauore vltimæ voluntatis, tranſeat nudum miniſterium executoris in ſucceſſorem in dignitate. Secus vero in alijs commiſſionibus, vt in commiſſione procuratoris, aut alia, quia non tranſiret in ſucceſſorem *l. mandato diſtrahendorum, ff. mandati.* Franc. *n.* 8. Imo in caſu noſtri textus vel nec Epiſcopus ſuccedit in locum executoris defuncti alio executore ſuperſtite. Licet enim Epiſcopus, vti vidimus ſuppleat executorũ negligentiam *c. Tua nobis, c. Io. cap. Nos quidem ſuper eod. tit.* tamẽ quando aliquis ex executoribus ſupereſt, qui poſſit, & velit exequi voluntatem teſtatoris Epiſcopus non ſe intromittit licet alij executores, vel ſint mortui, vel non poſſint exequi, vel etiam id facere nolint, ſed inter executores habet locum ius accreſcẽdi, vt hic in text. & à Io. And. Franc. *not. 6. num.* 4.

18. Secundus caſus eſt, quando alter executorum ſit in remotis. Quando vero hoc contingat, arbitrarium eſſe iudicare putat Dom. *nu.* 14. his vero in remotis cenſendus eſt eſſe, qui eſt in loco ex quo commode exequi non poteſt teſtatoris voluntatem. Sed ſi breui eſſet reuerſurus, & executio patiatur moram ſine graui incõmodo, & diſpendio voluntatis teſtatoris, executor, qui abeſt expectari debet, alias qui eſt præſens exequitur ſine abſente. Et ſic hic eſt caſus in quo mors, & abſentia æquiparantur, Dom. *n.* 2. Franc. *n.* 2. ſi tamen executor, qui eſt in proximo vocatus in termino præfixo non veniat, alter proſequitur ſolus executionem. Speculator *d. § 13. Nunc vero num.* 49. Iacobus à Can. *part. 2. § repetitis num.* 29. Tunc vero terminus ei præfigi debebit iudicis arbitrio Carp. *l. 3. c. 2. num.* 11.

19. Tertius caſus eſt, ſi alter executor nolit executoris officium exercere. Quod verificatur nedum ſi nolit officium executoris acceptare, ſed etiam ſi poſt illius acceptationem nolit illud proſequi, ſed officio cedat. Quamuis enim executor, qui ſuſcepit officium executoris vel incæpit gerere officium executoris poſſit cogi ad illud proſequendum. Tamen ſi non cogitur, alter executorum proſequitur executionem Anchar. *not.* 3. Dom. *n.* 3. Franc. *n.* 2.

20. Et quidem libere id facere poteſt non expectata reuerſione abſentis longa, vel voluntate illius, qui officio ceſſit, vel quod Epiſcopus alium in locum mortui, aut abſentis, aut nolentis ſubroget. Ex quo deducitur; quod non eſt neceſſaria requiſitio nolentis, aut abſentis, vel eius conſenſus Dom. *num.* 3. & 7. Franc. *not.* 5. *n.* 4. Debet tamen conſtare, quod alter nolit, quod non conſtabit niſi conſtet eum ceſſiſſe officio executoris, vel requiſitus nolit conuenire.

21. Impeditus vero cenſendus eſt continuo infirmus, ſeu qui non poteſt ſequi, vt propterea alter ſanus ſolus exequi poſſit, ſecundum Dom. *num.* 6. Iacobum à Can. *partic.* 255. *repetitis num.* 29. & Carp. *l. 3. cap. 2. num.* 14. In conſulendo tamen dirigendo, & arbitrando poteſt eſſe, quod infirmus non ſit impeditus, ſicut in conſtituendo procuratorem, & ideo alter non poterit ea ſolus expedire, ad quæ infirmus non eſt impeditus.

22. Quamuis vero textus videatur loqui de duobus executoribus tamen eius regula verificatur in quacumque multitudine executorũ. Nam, & textus in principio vtitur dictione *pluribus*, & eadem ratio diſpoſitionis militat in quacumque multitudine executorum, cum mens eius ſit, quod impedimentum vnius executoris non retardet executionem vltimæ voluntatis. Dom. *num. 19. & 20.* Franc. *num.* 5. poſt Calder. *conſ.* 45. Carp. *d. l. 3. cap. 2. num.* 15. in his ergo caſibus ſeruanda eſt regula textus, vt vno executorum impedito, vel nolente executio tranſeat ad alium, vel ad alios Rota *dec. 131. num. 4 parte 5. recent.* & ita quod etiam in caſu negligentiæ, non poſſit ſuperior aduocare ad ſe executionẽ, ſed ad alium, vel alios conſortes tranſit, vt dicit Rota ibidem *num.* 5. Et dico ad conſortes, quia nec tranſit executio ad ſubſtitutos à teſtatore in caſu, quod primi nominati deficiant, vel negligant, ſed ad conſortem, vel conſortes primo nominatos, itaut nec per Iudicem attribui poſſit ſubſtitutio, vel ſubſtitutiones, vt ponderat *Rota deciſ. 213. num. 3. part.* 5.

23. Quamuis etiam executores diſtinguuntur à commiſſarijs, ſeu electoribus, aut declaratoribus, vt dictum eſt enim tamen omnes iſti generaliter ſub nomine executorum comprehenduntur, & ad omnes regula textus ſe extendit, & ideo vno moriente, abſente, aut impedito, aut nolente, alter voluntatem teſtatoris ſibi demandatam exequitur. Addit. ad Dom. *d. num. 19. l.* 4. Franc. Aret. *conſ. 94. num.* 3.

24. Quamuis quoque vbi ſunt plures executores alijs impeditis, vt ſupra, aut officium executoris ſuſcipere, aut exercere nolentibus, vnus ſolus poſſit exequi quod iuſſit teſtator. Pluribus tamen non impeditis, & officium exercentibus, maior pars præualebit, nec minor pars agere poterit. Anchar. *q. 4. num.* 8. Penna

Digitized by Google

na dec. 1067. *num.* 3. *&* 4. Et hoc etiam ſi non omnes executores, ſeu commiſſarij vocati fuerint, & etiam ſi non cõgregati fuerint ſimul. Actus enim executionis explicandus eſt per ſingulos, vt ſingulos, nec aliorum præiudicium verſatur, cum cæteri executores, vel maior pars eorum votum ſuum explicare valeat intra terminum iuris, vel à teſtatore præfixum. Et ideo ſicut in patronis, ſic in executoribus maior pars ſeparatim poteſt exequi, & valet quod facit, vt docet idem poſt Anchar. & Lambert. *l.* 2. 2. *part.* 2. *quæſt. principal. a.* 8. *nu.* 11. *tradit* Carp. *d. cap.* 2. *num.* 23. Quamuis ſi commiſſio teſtamentaria data ſit vniuerſitati, aut collegio, tunc Capitulum collegialiter conuenire debeat, Carp. *num.* 26. & tunc votum maioris partis ſuprà medietatem præualeat. Et ſupradicta vera ſunt etiam ſi in teſtamento fuerit clauſula, quod firmitatem accipiat factum per omnes executores, ſeu commiſſarios, ita vt etiam tunc ſufficiat votum & factum maioris partis. Barboſ. *axiom.* 196. *num.* 18. Niſi in teſtamento ſit clauſula, vt omnes executores ſimul, & non vnus ſine alio agere valeat, vt habetur ex text. ibi *niſi teſtator aliud expreſſerit*. Franc. *num.* 7. Vel niſi aliunde de mente teſtatoris præſumatur eſſe, vt vnus ſine alio non operetur. Carp. *d. cap.* 2. *num.* 23.

26. In paritate autem votorum id fiet, quod placebit Epiſcopo, vel Iudici ſolum vero ex æquitate quadam Epiſcopus, aut Iudex attendet votantium qualitates, vt ſcilicet Epiſcopus potius voto Clerici, quam laici, viri, quam mulieris ſubſcribat. Carp. *d. cap.* 2. 31. *&* 32. Quod etiam cæteris paribus Epiſcopus adhærere debeat voluntati conſanguineorum, & coniuncto dixit Bald. *in l. Imperator* 61. *ff. de pactis, &* Lara *de anniuerſarijs l.* 2. *cap.* 3. *nu.* 27. ſed hoc quoque non importat niſi decentiam. Cæterum Epiſcopus, ſeu Iudex mentem teſtatoris inſpicere, & coniecturare tenetur, & eligere id, quod ad breuiorem, & meliorem expeditionem conducit. Imò quod ex rationabili cauſa Epiſcopus poſſit votum minoris partis approbare, & iubere vt executioni detur, dixit ſpeculator, *d.* §. 13. Nunc verò, *num.* 50. *in fin.* quem ſequitur Carp. *d. c.* 2. *num.* 34.

27. Supradicta tamen intelligi debent cum limitatione, quam textus ponit in fine, ſcilicet *niſi teſtator aliud expreſſerit*. Poteſt enim teſtator prohibere ius accreſcendi inter executores, & vt executori mortuo, aut nolenti, aut negligenti alius ſuccedat. Cæterum de iure communi, in multis caſibus executoris officium devoluitur ad Epiſcopum. Et quia materia hæc eſt practicabilis, diligentius eſt examinanda.

SVMMARIVM.

28 *Si teſtator executores inſtituit, & ſubſtituit excluditur Epiſcopus.*
29 *Si teſtator nullum dedit executorem hæredis eſt exequi voluntatem illius num.* 30.
31 *Vbi voluntas teſtatoris non poteſt impleri modo à teſtatore relicto, Epiſcopus diſponit.*
32 *Nullo dato executore legati pro redemptione captiuorum eius executor eſt Epiſcopus.*
33 *Diſcrimen inter* l. Nulli, de Epiſ. & Cler. & Auth. de Eccl. tit.
34 *Item legati pro alimentis pauperum executor eſt Epiſcopus.*
35 *In alijs legatis pijs hærede exequi volente non ſe intromittit Epiſcopus.*
36 *Epiſcopo competit prouidentia, vt legata piæ dantur executioni, eique Executores rationem reddere debent.*
37 *Officium executoris eſt voluntarium.*
38 *Etiam ad pias cauſas.*
39 *Niſi adſit eius neceſſitas.*
40 *Recuſans eſſe executorem priuatur legato ſibi facto.*
In dubio legatum præſupponitur factum executori ratione laboris. 40.
41 *Executor recuſans priuatur legato etiam ex alia cauſa ſibi relicto.*
42 *Ad hoc requiritur monitio.*
43 *Impoſſibilitas, & cauſa rationabilis excuſat.*
Quod amittit vnus executorum accreſcit alijs. 43.
44 *Qui acceptauit officium executoris, ſi renuat exequi cogi poteſt.*
Septem caſus in quibus executor cenſetur acceptaſſe. 44.
45 *Quando inſtitutio fuit conditionata adhuc ſi executor acceptauit, poteſt in aliquo caſu cogi.*
46 *Executor non poteſt cogi ad exequendum inualide diſpoſita.*
Nec antequam res diſtribuenda ſibi ſit tradita. 46.
An rupto teſtamento executoris nominatio ſit valida. 46.
47 *Omnibus nominatis executoribus recuſantibus officium executoris, ſuccedit Epiſcopus.*
48 *Et in caſu, in quo forma data à teſtatore non poteſt ſeruari.*
49 *Et idem eſt in caſu negligentiæ executoris.*
50 *In his caſibus eſt neceſſaria monitio.*
51 *Omnibus executoribus mortuis ſuccedit Epiſcopus.*
52 *Poſt annum ex negligentia officium executoris tranſit in Epiſcopum.*
53 *Etiam ſi annus ſit præfixus ab Epiſcopo.*
54 *In cauſis pijs poſt ſex menſes fit deuolutio ad Epiſcopum.*
55 *Et alijs pœnis ſubditur.*
56 *Et peccat mortaliter.*
Et tenetur ad reſtitutionem. 56.
57 *Pœnæ præfatæ non incurruntur ipſo iure.*
58 *Plura requiruntur ad hoc, vt ex negligentia deuoluatur executio.*
Primo enim non habet locum ſi legatum ſit à lege repræſentato. 58.
59 *Secundo requiritur aditio hæreditatis.*
In legatis pijs annus incipit ab intimatione teſtamenti. 59.
60 *Tertio requiritur ſcientia, à qua annus iſte incipit.*
61 *Quando ſcientia præſumitur.*
Si teſtator velit aliquid eſſe factum intra certum tempus, id ſeruandum. 61.
62 *Etiam tempus deſignatum ab Epiſcopo currit à die ſcientiæ.*
63 *Quarto requiritur monitio.*
Non eſt neceſſaria monitio perſonalis. 63.

64 *Suffi-*

64 *Sufficit vna ſi expectetur tempus legale, ſed bina requiritur, ſi illud tempus reſtringitur.*

65 *Etiam tempus ſtatutum ab Epiſcopo incipit à die ſcientiæ. Sed tunc non eſt neceſſaria alia monitio.*

66 *Executor non poteſt priuari officio niſi eo citato.*

67 *In tempore aſſignato à teſtatore non requiritur monitio.*

68 *Quinto requiritur quod executio non ſit impedita.*

Sufficit intra annum incipere opera longius tempus exigentia. 68.

69 *Sexto in conditionatis tempus incipit à die impletæ conditionis.*

70 *Epiſcopus poteſt prorogare tempus legale.*

71 *Deuolutio non habet locum ſi teſtator in caſu negligentiæ alium ſubſtituit.*

Tempus legale incipit à termino, quem præfixit teſtator. 71.

72 *Quid vbi teſtator poſuit tempus executionis in arbitrio executoris.*

73 *Etiam electio, & declaratio ex negligentia deuoluitur in Epiſcopum.*

74 *Etiam diſpoſitio per exonerationem conſcientiæ.*

An teſtator reſtitutionem incertorum poſſit committere. 74.

75 *Incerta ex lege naturali reſtitui debere pauperibus quidam dicunt.*

76 *Incertorum adminiſtratio pertinet ad Superiorem.*

77 *Incerta non eſt neceſſe erogari ſolum pauperibus. Nomine pauperum qui veniant.*

78 *Incertorum adminiſtratio de iure ſpectat ad ſummum Pontificem.*

79 *Bona incerta reſtituenda eſſe pauperibus eſt de iure poſitiuo.*

Et loca pia veniunt ſub nomine pauperum. 79.

80 *Intell.* cap.Cum tu, de vſuris, & cap.Nemo. 14. q.5.

81 *Reſtitutio incertorum ex publica præſumptione intentionis dominorum fieri debet.*

82 *De iure communi regulariter ad reſtituendum incerta non eſt neceſſaria auctoritas Epiſcopi.*

83 *Intellectus* cap.Cum tu, *de Iudæis.*

In iure communi hæc reſtitutio non eſt commiſſa Epiſcopis. 83.

84 *Teſtator poteſt nominare executorem pro reſtitutione incertorum.*

85 *Vbi de male ablatis non conſtat niſi ex confeſſione teſtatoris, inſtitutio ſpectat ad executorem, vel hæredem.*

86 *Quid vbi in iudicio conſtat de male ablatis.*

87 *In dubio ſufficit adhibere conſilium proborum virorum.*

88 *Epiſcopus tenetur approbare reſtitutionem legitime factam.*

89 *Qui non eſt in culpa, poteſt reſtituere non obſtante reſeruatione Epiſcopi.*

90 *Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare abſolutionem eorum qui tenentur reſtituere incerta.*

91 *Poteſt Epiſcopus reſtringere iuriſdictionem Confeſſarii, & præcipere vt eo inconſulto non abſoluat obligatos ad incerta.*

92 *Non poteſt ſibi reſeruare executionem reſtitutioris incertorum.*

93 *Quid ſi Epiſcopus reſeruat ſibi executionem ſub pœna excom.*

94 *Non ceſſat reſeruatio etiam ſi pœnitens reſtituit.*

95 *Et caſu negligentiæ reſtitutio incertorum deuoluitur ad Epiſcopum.* 95.

Quæſt. vnica.

De deuolutione officij executoris ad Epiſcopum.

28. HOC autem primo ſupponendum eſt, quod ſtante inſtitutione, vel ſubſtitutione executoris facta à teſtatore Epiſcopus excluditur, *l. Nulli C. de Epiſ. & Cler.* Auth. *de Eccleſ. tit. §. ſi quis autem. Cap. Nos quidẽ,* 3. *cap. ſi hæredes,* 6. *cap. Tua nobis,* 17. *cap. Io.* 19. *ſuper eod. tit.* Franc. *num.* 7. Panorm. *in d. cap. ſi hæredes nu.* 6. Couar. *in d. cap. Nos quidem numer.* 5. Sylu. *v. teſtamentum* 2. *nu.* 8. Molina *tr.* 2. *de iuſt. diſp.* 251. *numer.* 4. Franc. Carp. *de execut. l.* 1. *cap.* 22. Capra *de exec. tr.* 7. *num.* 13. Balthaſar. Thomaſins *de exec. tit.* 14. *cap.* 1. *num.* 65.

29. Hoc vero ſuppoſito vel teſtator nullum executorem dedit, Vel ſi dedit, vel ille acceptare recuſat, vel exequi negligie.

30. In primo ergo caſu, in quo teſtator nullum dedit executorem, dicitur hæredis eſſe exequi voluntatem teſtatoris. Cum enim hæres in hæreditate ſuccedat loco teſtatoris & ſub obligatione ab eo impoſita, conſequens eſt, vt tanquam debitor, & tanquam perſona teſtatori immediata, voluntatem teſtatoris teneatur exequi. Vnde ſi hæres volet id perficere, Epiſcopus non habet vnde ſe intromittat, niſi materia id petat, vel niſi in caſibus infra explicandis, Couar. *d. cap. Nos quidem num.* 8. De fundatione Monaſterij à teſtatore ordinata nullo datur executore habetur textus expreſſus. *Cap. Nos quidem eod. tit.* Solum enim ſi hæres nolit Monaſterium ædificare committitur Epiſcopo, vt executionem promoueat. Franc. *cap. de exec. l.* 1. *c.* 22. *num.* 9. vbi quod in hoc ſenſu intelligendi ſint Panorm. *d. c. Nos quidem n.* 4. Couar. *num.* 8. *& alij.*

31. Quamuis gratia materiæ, ſi Monaſterium non poſſit ædificari in loco, aut in forma à teſtatore ordinata, tunc hæredis volentis, aut executoris, & Epiſcopi arbitrio alibi, ſeu aliter conſtruendum erit, *vt ex eod. cap. Nos quidem. Et C. Legatum. ff. de vſu fructu, leg. Pariter in fundatione Oratorij, vel Hoſpitalis in* Authen. de Eccl. *tit. §. ſi quis ædificationem & §. ſi autem.* In his tamen ſi cum executio, inſpectum tamen ſuperintendens Epiſcopo competit. Franc. Carp. *d. cap.* 22. *num.* 13.

32. In duobus tamen caſibus vbi à teſtatore non ſit datus executor, ad Epiſcopum executio pertinet. Vt in legato relicto pro redemptione captiuorum, ſi teſtator executorem, vel commiſſarium non aſſignauit, executio ad Epiſcopum pertinet excluſo teſtatoris hærede. Authen. *de Eccleſ. tit. §. ſi quis autem. L. Nulli. C. de Epiſ. & Cler.* Panorm. *d. cap. Nos quidem n.* 4. Couar. *num.* 9. Molina *diſp.* 247. *num.* 3. Mantica *de coniect. vlt. vol. l.* 3. *tit.* 1. *num.* 23. Carpiſus *de*

exec.

Digitized by Google

xec. l.1.cap.22. num 15. Cum enim in hoc opere pietatis opus ſit celeritate, fide, & induſtria ſingulari, viſum eſt oportunum non relinquere hoc negligentium hæredum diſcretioni, ſed illud fidei & zelo Epiſcopi committere. Exiſtimat vero Barb. *in d. l.* Nulli quod ſit pium legatum, quod ſit pro excarcerandis carceratis, & allegat Crauet. Sermient. 35. & Ægid. Sed certe liberare aliquem à carcere indifferens opus eſt, quod etiam poteſt eſſe malum. Vbi autem carceratus iuſte poſſit liberari, & auxilio ad id indigeat, pium erit auxilium præbere. Sed hic caſus non comprehenditur ſub legibus diſponentibus de legato facto pro redemptione captiuorum, quia diuerſus eſt, nec proprie iuſte officio Iudicis carceratus, ſi liberetur, non dicitur redimi eius captiuitas.

33. Cum vero Leo Imperator *in d. l. Nulli* voluerit quod Epiſcopus conſecutis pecunijs deputatis pro redemptione ſtatim geſtis interuenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo eas recepit ad rectorem prouinciæ publicaret. Et quod poſt vnius anni ſpatium numerum., & data pro eis prætia manifeſtarent, & vt ſine vllo diſpendio gratis huiuſmodi acta conficerent. Sed in Authen. *de Eccleſ.tit.* nihil horum continetur.

34. Item ſecundo in legato alimentorum facto pro pauperibus, ſi à teſtatore nullus datus fuerit executor, ad Epiſcopum, hæredibus excluſis ſpectat executio. Ita ex d. Authent. *de Eccl. tit. ſi quis autem*, & ibi, *aut alimentis pauperum*, & ibi, *& non nominatim teſtatur dixerit* Panorm. *d. cap. Nos n.*4. *eod. tit.* Molina *dict. diſp.* 247. *num* 4. Carp. *d. cap.*22.*num.*17. Quod eadem ratione fuit diſpoſitum, vt ſcilicet indigentiæ pauperum, quæ celeritatem ſubiectionis poſtulat, per Epiſcopum prouidere.

35. Hoc vero ad omnes alias cauſas pias videtur extendiſſe Bartol. *in d. §. ſi autem. n.* 2. *&* 3. ſed illum explicat Carp. *d.cap.* 22.*n.*20. & exceptis duobus caſibus præmiſſis redemptionis captiuorum, & ſubuentionis pauperum, in quibus lex expreſſe executionem committit Epiſcopo, ſi alteri non fuit commiſſa à teſtatore, in alijs hærede exequi nolente, non ſe intromittet Epiſcopus in executione. Et ita etiam intelligendos eſſe Panorm. *in cap.*3.*de teſtam.* & Mant. *de coniect. vlt. volunt. l.*3.*tit.*1.*n* 23. ait idem Carp. poſt Molinam *diſp.*247. *n.*4.

36. Vniuerſaliter tamen reſpectu cauſarum piarum Epiſcopo competit inſpectio, ſuperintendentia, & prouidentia, inuigilare enim debet Epiſcopus, vt piæ voluntates defunctorum impleantur, & quidem eo modo, & forma quibus teſtator voluit, & vtilitas, & decor Eccleſiæ requirit. Concil. Trident. *ſeſſ.*22. *cap.* 8. *&* 9. Sed præterea in caſu negligentiæ hæredum, vel executorum poſſunt illos compellere, & imo in caſibus in iure expreſſis ad eos executio deuoluitur. Eiſdemque executores rationem reddere tenentur.

37. Hic vero diſtinguendum eſt primo inter renuentes acceptare officium executoris, & inter illud negligenter obeuntes. Nam officium executoris non eſt neceſſarium, ſed voluntarium ideo non poteſt quis cogi ad illud acceptandum, etiam ad pias cauſas. *Cap. Ioannes ſup. eod. tit.* Anchar. *not.*4. Dom. *num.*3. Franc. *nu.*2. Panorm. *in cap. Io. de teſtam* & ibi Couar. *n.*3. Faguan. *in cap. Tua nobis eod.tit.num.*9. Craſſ. *de execut. vlt. volunt. q.*3. Quod præcipuè eſt verum de illo, cui pro officio executoris nihil fuit relictum à teſtatore *l.*3. *§. Tamen etſi. ff. de arbit. & lib. ſi quis ſepulcrum. §. Funus. ff. de relig. & ſump. fun.* quia hoc officium eſt priuatum, & ideo voluntarium. Capra *de exec. mem.* 4.*num.*17. Thomas *d.tit.*7.*num.*14.

39. Et licet Tiraquell. *de priuil. piæ cauſæ, priuil.*87. exiſtimet executorem piarum cauſarum poſſe compelli ad acceptandum officium ex *l.*1. *C. qui pro ſua iuriſdictione*. Quod prius dixerat Bart. *in l.*2. *de legat.*2. Nihilominus dicitur *l.* illam loqui de officio publico, quod neceſſarium eſt *l. fin §. iudicandi ff. de muneribus & honoribus*. Sed officium executoris eſt priuatum auctoritate, & vtilitate, & ideo nullus illud acceptare adſtringitur *l.*2.*§. quæritur ff. de curat. bonis dando*, Couar. *d.cap. Io: num.*3. Molina *diſp.*248. *num.*4. & conſtat. ex *d. cap. Io:* & ex hoc textu. Carp. *l.*1.*cap.*17. *n.*10.

39. Si tamen alius non eſſet, & ſic vrgeret neceſſitas executoris, qui piam cauſam ad effectum perduceret, poſſet nominatus executor cogi à Iudice, ſi eſſet laicus, vel ab Epiſcopo ſi eſſet Clericus, vt officium acceptaret, & proſequeretur, *ex l. ſed hæc, ff. de procurat.* ibi. *de neceſſitatem habebit facere, quod Iudex iuſſerit, & ex l.*2. *§. quæritur. ff. de curatore*, ibi. *Voluntarius itaque quærendus eſt, niſi ex magna neceſſitate*. Et ita tenent Sarmentus *in l.*1. *ff. de legat.* 2. *à n.*12. Carp. *l.*3. *cap.*17. *num.*14. ſed hoc credo extendi debere ad omnem executorem, quia ex iuſta cauſa ratio vult, vt non deſit, qui voluntatem teſtatoris impleat.

40. Qui tamen nominatus à teſtatore executor officium voluerit acceptare amittet legatum ſibi in teſtamento factum, vt ex Authen. *de hæred.* & Falcid. *§. ſi quis autem*, & Auth. *de Eccl. tit. §. ſi autem l. ſi quis ſepulcrum. §. funus. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. Poſt legatum. §. amittere. ff. de ſuis, quæ vt indignis*, & ex Card. *in Clem. eod. tit. q.*4. probat Couar. *d.cap. Io: num.*3. Et idem ex Capra, Anna, Bartolo, & Capell. Tolos. Tradit Thomas, *tit.*7. *cap.*1.*num.*4. Vbi *nu.* 5. quod ſi executor legatum acceptauit, ad hue non poſſe cogi acceptare officium executoris, ſi legato cedere vellet. Item quod executor recuſans officium amittat legatum, ex Molina Iureconſul. & Molina Theol. & Gutierez, probat Carp. *l.* 1. *cap.*18.*num.*13. Quia in dubio legatum executori præſumitur relictum ratione laboris. Carp. ibid. *num.*12.

41. Limitatur tamen hoc, vt ſi nominatus executor ſit filius, vxor, aut coniunctus teſtatoris, legatum illi factum præſumatur factum non pro labore, ſed ex amore, & ideo ſi huiuſmodi recuſet executionem non ſit priuandus legato. Couar. *d.cap. Io: num.*3. Spinus *de teſtam.* Gloſſ. 29. *num.* 26. Baeza, Gutierez, quos refert Carpius *d cap.*18. *n.* 14. Qui tamen monet hoc accipiendum eſſe, ſi euidenter conſtet teſtatorem reliquiſſe legatum ex mente, vt illi competat, etiam ſi officium recuſet *l. ſed hæc*

nimirum ff. de excuſat. tut. & l. 1. § Quamuis, ff. vbi pupillus educari debeat. Sarmen. *in l. 1. ff. de leg. 2. num.* 10. Et *num.* 15. addit hoc eſſe verum vniuerſaliter de omni executore, vbi conſtet teſtatorem voluiſſe eum priuari legato, etiam ſi executorem eſſe recuſet. Itaque igitur licet ſolo iure naturæ ſpectato, recuſans exequi voluntatem teſtatoris, ſolum ſit priuatus, eo quod pro labore executionis ſibi à teſtatore relictum ſit. Et ſic locum habere poſſet dicta limitatio ex eo, quod conſtaret legatum non fuiſſe datum pro labore, ſed alia ex cauſa independenter ab officio executoris impoſito. Tamen bene inſpexit Authent. *de hæred.* & Falcid. §. *ſi quis autem*. & Auth. *Hoc amplius C. de fidei commiſſ.* dicendum eſt limitationem non procedere, ſed recuſantem eſſe omni emolumento ſibi ex teſtamento proueniente, etiam ſi alias teſtator id relicturus fuiſſet, vt poſt Iacobum de Belloviſio, Bartolum, Alexandrum, Iaſonem, & alios tenet Carp. *num* 17. & 47. Niſi teſtator expreſſerit, & ſine difficultate manifeſte diſpoluerit executorem non eſſe priuandum hæreditate, vel legato ſibi relicto, etiam ſi officium executoris recuſauerit.

42. An vero ad hoc, vt executor huiuſmodi legata amittat, neceſſaria ſit monitio, cum diſtinctione reſpondetur. Nam ſi executor iam adiuit legatum, & eſt in eius poſſeſſione, proculdubio ſine citatione priuari non poteſt. Nam poſſet reddere cauſam rationabilem recuſationis. *l. de vno quoque 47. ff. de re iud. cap. 1. de cauſa poſſeſſ. cap. inter quatuor, de maior. & obed.* Sed ſi executor nec eſt in poſſeſſione bonorum legatorum, nec acceptauit officium, eſt adhuc neceſſaria citatio nec ſufficit, quod quomodocumque de recuſatione eius conſtet; Quia poteſt eſſe, quod habeat cauſam recuſandi talem, vt non poſſit priuari legato.

43. Si enim Fr. Ord. Minorum, ſi recuſaret Executorem eſſe, non perderet legatum, quia non poteſt eſſe executor. Bald. in *l. 1. de legat.* 2. Thomas. *d. tit. 7. num.* 13. Et idem dicitur de omni legitime impedito, qui ſi recuſet exequi priuabitur quidem illo, quod præciſe ei relictum eſt pro labore, non tamen alijs ſibi relictis; Et tunc hoc relictum pro labore accreſcet alijs executoribus. Thomas. *d. tit. 7. nu.* 4. ex Capra *mem* 4. *num.* 12.

44. Si vero executor acceptauit officium executoris ſi renuat illud proſequi, poteſt ad id compelli. Anchar. *not.* 2. Dom. *num.* 13. Franc. *num.* 2. Couar. *in d. cap. Io. num.* 3. *eod. tit.* Capra *de execut. memb.* 4. *n.* 14. Craſſ. *de execut. q.* 3. *num.* 3. Fagnan. *cap. Tua nobis num.* 9. *eod. tit.* Thomaſ. *d. tit. 7. num.* 2. Imo ſtatim poteſt Epiſcopus cogere executores legatorum piorum, vt ea impleant. Panorm. *d. cap. ſi hæredes num.* 4. & 5. Couar. *n.* 4. Barboſ. *in d. l. Nulli num.* 27. Molina *tract. 2. diſp.* 253. *num.* 11. Cum enim executor in conſcientia teneantur quam citius poſſunt implere voluntatem teſtatoris. Poteſt Epiſcopus eos compellere, vt ſuæ ſatisfaciunt conſcientiæ. Et ſiue poſt aditam hæreditatem, ſiue ante vbi aditio non eſt neceſſaria, exequi executores cogetur, etiam ſi ſolum tacite executoris acceptauerit. Capra *d. memb.* 4. *nu.* 26. Thomas. *d. tit. 7. num.* 17. Et etiam ſi ſit laicus cogi poterit ab Epiſcopo Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* Cuch. Sbroz. Riu. quos ſequitur Barb. *de cap. Nos quidem. n.* 8. *eod. tit.*

45. Cenſebitur vero acceptaſſe executoris officium. Primo ſi viuenti teſtatori id promiſit, quamuis viuente teſtatore poſſet procurare, vt alius ſubrogaretur. Capra *d. memb.* 4. *nu.* 22. 23. & 24. Quamuis etiam vbi promiſſione non obſtante poſſet pœnitere, cogi non poſſet. Cenſetur 2. acceptaſſe ſi ſit coniunctus, & præſens, & tacens electus fuit. Quamuis enim in non coniuncto ſola præſentia, & taciturnitas non inferat acceptationem vt per innumeros DD. quos refert, & ſequitur Carp. *l. 1. c.* 17. *num.* 23. adiuncta tamen coniunctione præſumitur acceptatio Panorm. *in d. cap. Ioannes, & alij, vbi* Couar. *num.* 4. & apud eum Bald. Iaſon, Marcus Antonius, & Lanfrancus. Molina *diſcept.* 248. *num.* 3. Carpius latè hoc probans *l. 1. c. 17. num.* 27. Craſſus *de exec. quæſt. 3. n.* 6. Thomaſ. *d. tit. 7. num. 7. &* 25. Item tertiò taciturnitas cum pia cauſa coniuncta conſenſum inducit, quia etiam quando agitur fauore Reipublicæ tacens præſumitur conſentire *l. 2. ff. ad Municipalem*. Carp. *l. 1. c. 17. num.* 31. & plures alij ab eo citati. Item quartò, cenſetur acceptaſſe, quando cum præſentia, & taciturnitate coniungerëtur aliquis actus ex quo præſumi poſſet acceptatio, *l. ſi filius famil. ff. ad* Maced. Clem. *de Proceſſ.* Couar. *d. num.* 4. Thomaſ. *de tit. 7. num.* 8. Et quintò, ſi teſtamentum accepit, legit, & tacuit, Couar. *d. numer.* 4. Thom. *nu.* 9. Socin. *conſ.* 63. *in* 4. *vol.* Gabriel. *tit. de præſump. in 2. numer.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 21. *num. 1. & præſum.* 65. *numer.* 1. Carp. *d. cap.* 17. *num.* 33. *Qui tamen num.* 37. bene monet, hoc intelligendum in caſu, in quo legens & faciens commode contradicere poteſt. Item ſextò, ſi legatum aut emolumentum à teſtatore relictum ſcienter admiſit, & multo magis ſi relictum petijt, *l. Poſt legatum* §. *Amittere ff. de ijs, quibus vt indignis l. 4. filio 15. ff. de alimen. & cib. legat. §. quæſitum, el.* 1. In hoc tamen caſu ignorantia impoſiti oneris excuſat; Carp. *d. c.* 2. *num.* 43. Capra *mem.* 4. *num.* 15. Thomaſ. *d. tit. 7. num.* 6. Item ſeptimò, quando in teſtamento ſibi adſcripſit, vel adſcribi conſenſit, Bart. *in l. 1. num. 7. ff. de legat.* 2. Thom. *nu.* 27. Item octauò, ſi executioni ſe immiſcuit, & executionem gerere cœpit. Anchar. *hic nu.* 4. Bald. *in l. Nulli num.* 3. *C. de Epiſ. & Cler.*

46. Si tamen executoris officium conditionaliter fuit impoſitum, non impleta conditione non poteſt executor compelli, ſed ſi conditio ex eius voluntate ſit ponenda, & ipſe acceptauit, quidquid in contrarium dixerint Bart. *in l. 1. de legat. 2. num.* 7. & alij poſt illum, ex vi illius acceptationis iam ex parte ſua conditionem poſuit, & quaſi contraxit cum teſtatore, & ideo tenetur, & poteſt cogi. Carp. *d. cap. 2. nu.* 40.

47. Non poteſt vero cogi niſi ad exequendum ea, quæ per teſtatorem legitime, & validè fuerunt diſpoſita. Et nec antequam res diſtribuenda ſibi fuerit tradita. *l. ſi quis pro redempt. C. de donat.* niſi per eum ſteterit, quod

res

res diſtribuenda non peruenerit, vel dolum, aut culpam exigendo commiſerit, Capra. *d. memb.4.num* 32. Thomas. *d.tit.7. num.*12. An vero rupto teſtamento nihilominus inſtitutio executoris ſit valida quæſtio eſt altiorem requirens indaginem. Validam vero eſſe non obſtante quod inſtrumentum rumpatur titulo exhæredationis, aut præteritionis docet Carp.*d.cap.* 17. *n.*27.

47. In hoc ergo caſu non acceptationis officij executoris, ſi d. teſtator vel vnum tantum executorem dedit, vel ſi plures, non aliquis tantum, ſed omnes recuſant, & teſtator exequi non ſubſtituit officium executoris in cauſis pijs deuoluitur ad Epiſcopum *cap. Nos quidem, cap. ſi hæredes, cap. Tua nobis, cap.Iuanes ſup. eod. tit.* Authen. *de Eccl.tit.*40.§. *ſi autem.* Concil Trid. *ſeſſ.*25. *cap.* 8. Innoc. *in cap. Tua nobis in v. compellas*, & ibi Hoſt. *num.* 7. Fagnan.*n.*1. Benedictus Ægidius, Iacobus à Cauibus, Auiles, Gomez, Arias, Didacus de Cuſtillo, Matien. Matta, Gutierez, Bouadilla, quos ſequitur Franciſcus Carpius *de exec. l.* 1. *cap.*22.*n.*22. Alex. Simon de Pret. quos ſequitur Thomas. *de exec. tit.*7.*n.*20.

48. Idem vero erit dicendum in caſibus, in quibus teſtator conſtituit executores plures ſub certa forma quæ non poſſit obſeruari. Vt ſi conſtituit tres executores ſub hac forma, vt ſaltem duo ſimul in ſolidum exequantur. Si enim duo mortui fuerint, vel impediti, non erimus in caſu præſentis textus, vt qui eſt ſuperſtes exequatur, quia de forma eſt, quod duo ſint exequentes. Nec obſtat illa dictio in ſolidum, quia hic non ponitur diſiunctim, & plures complectitur per modum vnius. Et ideo in hoc caſu duobus mortuis licet vno ſuperſtite executio tranſit in Epiſcopum Anchar. *q.*5. Dom. *nu.*17. Francus *nu.* 8.

49. Eſt autem eadem ratio de caſu negligentiæ, quando ſcilicet executor acceptato officio, negligit illud proſequi. Tunc enim compellendus erit ab Epiſcopo, & ſi renuat, officiũ ad Epiſcopum tranſit, vt DD. *n.* citati tradunt.

50. Eſt tamen in his caſibus neceſſaria monitio, vt *d.cap.* Tua nobis, ibi, *monitione præmiſſa compellas*, & Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *de reform.* ibi. Ab ordinario moniti. Et certe cum huiuſmodi executores, officium acceptatum recuſantes compellendi ſint ad hoc vt diligenter munus illud obeant, non eſt dubium quod antequam ex hac cauſa officium tranſeat in Epiſcopum, executores debent moneri, ſed de hoc ſermo erit infra.

51. Secundus caſus deuolutionis executionis in Epiſcopum eſt caſus mortis omnium executorũ, ſeu commiſſariorum, quos teſtator elegerat. In hoc caſu fuit inter antiquos diuerſio vt videre eſt apud Speculatorem *tit.de inſtrumen. edit.* §. 13. Nunc vero *n.*47. & 48. ſed dicendum eſt in hoc caſu executionem diuolui ad legitimum executorem, & ſic in cauſis pijs ad Epiſcopum. Non enim deuoluitur ad hæredem, quia teſtator ex quo elegit executores, tertiæ perſonæ elegit induſtriam, & alium ab hærede voluit executorem, non poteſt ergo per hæredem fieri executio ex *cap.fin. de off.delegati.* Vnde ſicut ex negligentia vel voluntate executoris, ad Epiſcopum deuoluitur executio multo magis hoc fieri debet in caſu mortis omniũ executorum, cum paria ſint nolle, & non poſſe *l. fin. C. de contrahenda ſtip. cap. ſciſcitaris, de reſcript.* Et ita voluit Specul. *d. nu.* 4. *propè medium*. Quem ſequitur Franc. Carp. *d. cap.* 22. *num.* 25.

52. Tertius caſus eſt ſi executor infra annum à iure ſibi præfixum executor teſtatoris voluntatem non fuerit executus. Nam eo elapſo tam de iure Ciuili quam de iure Canonico officium executoris tranſit in Epiſcopum Auth. Hoc amplius *C. de fideicom. l. nulli C. de Epiſc. & Cler. cap. nos quidem, & cap. ſi hæredes ſuper eod. tit.Panorm. in d.cap. ſi hæredes num.*6.Couar. *d. cap. Nos quidem nu.* 5. *& ibi* Barboſa *num.* 4. Sylu. *v.teſtamentum* 2. *num.*8. Gutierez. *l. p.præticarum q.* 44. *n.*4.*& l.*4. *q.* 29. *n.* 4. *&* 27.Imol. in Clem. 1. *num.*12. *eodem tit.* Iacobus à Canibè *de execut. vlt. vol. part.* 1. *num.* 24. *& part.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 16 Padilla, Fuſcus, Molina, Matinzin. Cened. & alij quos ſequitur Cuſpius *d. cap.* 22. *numer.* 26. Baldus *conſ.* 96. *in fin. &* 420. *l.*2. Caſt.*conſ.*97. *num.*2. *l.*1.Papien. Aug. Capr. Rincin. Petrus de Peruſ. Vaſquez. Cruſſ. & alij quos ſequitur Balthaſar Thomas *de exec.tit.* 14. *cap* 1. *num.* 1. Capra *mem.*7. *n.*2. Et tamen quando diſpoſitum per teſtatorem eſt tale vt de mente eius non patiatur moram, ſed ſtatim debeat fieri non expectatur tranſcurſus Gratian. *diſcep.* 37.*n.*11.

53. Extenditur vero hoc etiam vbi annus eſt præfixus ex conſtitutione Epiſcopali vel hæredi, vel executori. Nam finito anno ad Epiſcopum deuoluitur executio Lap. *alleg.* 87. *num.* 3. Anchar.*conſ.*45. *num.*1. Rom. *conſ.* 228. *n.* 10.*& ibi* Mand. *in add.L.C.* Iacobus à Canib. *part.*3. *num.*11. Thomas *d. tit.* 14.*cap.*1. *num.* 6. Excuſandus tamen eſſet forenſis ſeu ciuis nouellus conſtitutionem ignorans. Iacob. à Canib. *d.p.*3.*n.*12.*&* 13. Thomas *d.c.*1.*n.*7.

54. In relicti. vero ad pias cauſas datur breuius tempus, ſcilicet, ſex menſium, ab inſinuatione teſtamenti numerandum, quo elapſo executio, ſiue ab hæred.bus, ſiue à legatarijs, ſiue ab executionibus, tranſit in Epiſcopos Auth.*de Eccl.tit.*§. *ſi legatum ſpecul.* §. 13. Non verò, *num.* 82. Iaſon. in *l.ff.de vn. Pap.num.*21. *de re iud.* Iacobus à Canib.*part.*2. *q.* 43. Guerez. Matien. Gutier. Coned. Gennen. Leo, Azcued. Marta, Molina, Diana, quos ſequitur Barboſ. *all.*82. *num.*17.Capra *num.* 6. 7. *num.*29.Thom. *d.tit. ex cap.*1. *num.* 23. Couar. *cap. Nos quidem num.* 6. *& cap. ſi hæredes num.* 5. *eod. tit. & ibid.* Panorm.& alij.

55. Nedum vero executio perditur ex negligentia. Sed ſi hæres infra ſex menſes non ſoluit legata pia, in pœnam cogitur reddere legatum cum omni emolumento, quod ex eo potuit percipi à die mortis teſtatoris. Authen.*de Eccl. tit.*§. *ſi autem,ver. ſi autem* Io. *legatum.* à Panorm *cap. ſi hæredes*, & ibi Couar *num.* 4. Barbat. *num.* 8. Capra *mem.* 7. *num.* 38. Thomas *d. tit.*14. *cap.*1. *num.* 30. Imo ſi infra annum negligat ſoluere legatum factum Eccleſijs, ad duplũ poteſt conueniri §.*item. miſta.inſt. de act.* Couar. *d.cap.*

d. cap. ſi hæredes num. 5. Vbi quod hæres ſi præmiſſa bina monitione facta ab Epiſcopo vel eius Oeconomo legata pia exequi neglexerit etiam ante annum priuatur commodis ex teſtamento ei delatis. Auth. *de Eccl. tit.* §. *ſi autē, verſ. autem* qui hoc facere iuſſi ſunt. Imo hæres, vel executor ſemel monitus, non tradens executioni voluntatem defuncti perdit omne lucrum ex hæreditate ſibi competens, vel teſtamento. Auth. hoc amplius *C. de fidiecom.* Couar. *d. cap. ſi hæredes num.* 6. Et ſi legata ſunt pia, ſtatim poſt ſex menſes infra annum priuantur, cum negligentes ſuut. Anth. licet *C. de Epiſc. & Cler.* Thomas *d. tit.* 14. *cap.* 1. *num.* 30. Filius tamen non amitteret legitimam. Bald. *in d.* Auth. Hoc amplius *num.* 7. Barbat. *in d. cap. ſi hæredes num.* 10. Sylu. *v. teſtam.* 2. *q.* 10. Couar. *c. ſi hæredes num.* 9. Sitier. Gugliel. Tiraquell. Serad. & Surd. quos ſequitur. Thomas *d. tit.* 14. *cap.* 1. *num.* 80 quidquid in contrarium de legatis pijs dixerit Barboſa *cap. ſi hæredes n.* 12.

56. In foro autem conſcientiæ Executor, qui per tempus conſiderabile differt executionem ſibi commiſſam peccat mortaliter. D. Anton. *p.* 3. *tit.* 10. *cap.* 3. §. 11. Nauar. *cap.* 25. *nu.* 65. Petr. Nauar. *de reſtit. l.* 2. *cap.* 4. *nu.* 132. *&* 133. Et tenetur ad reſtitutionem fructuum, & augmenti, & damnotum, vt de hærede decernitur in Auth. *de Eccleſ. tit.* §. *ſi autem hæreſ.* Carp. *l.* 4. *cap.* 4. *nu.* 12.

57. Hanc vero emolumentorum quæ prouenjunt ex teſtamento amiſſionem incurri ipſo iure etiam de iure Canonico ex *d. cap. ſi hæredes*, tenet Barboſa ibi *n.* 4. *&* 5. allegans Bart. Abb. Padill. & Greg. Lopez. Quod voluerunt etiam Salycet. Angel. & Iaſon, apud Couar. *eod. cap. ſi hæredes, num.* 8. Sed non debemus faciles eſſe ad interponēdas pœnas vt incurrendas ipſo iure niſi id clare ſit expreſſum. Et ideo dicendum eſt, ad prædictam pœnam incurrendam requiri iudicis ſententiam, vt probat Couar. *d. nu.* 8. poteſt Tiraquell.

58. Plura tamen prærequiruntur ad hoc vt deuolutio præfata, & pœnæ in foro externo locum habeant. Primum eſt, quod onus à teſtatore hæredi, vel executori impoſitum non ſit à lege repræſentatum, ideſt, habitum pro impleto. Auth. hoc amplius. *C. de fideicom.* ibi, *lege non repræſentatum*.

59. Secundum quod vbi eſt neceſſarium adita fuerit hæreditas. Ante enim aditam hæreditatem non eſt locus executioni. Gloſſ. *in l. Qui filio*. §. 1. *ff. de hæred. inſtit.* Alex. *in l.* 3. *col.* 1. *de leg.* 1. Panorm. *in cap. Nos quidam* [*nu.* 11. & ibi Couar. *nu.* 3. & apud eum Bart. [Iaſon. & Angel. & ideo executor poteſt compellere hæredem ad adeundam hęreditatem. Specul. *tit. de teſtam. edit.* §. 13. Nunc vero Couar. [*d. nu.* 3. Thomas. *d. tit.* 14. *cap.* 1. *n.* 51. Franc. Carpius *l.* 3. *cap* 1. *num.* 9. Vnde lite pendente ſuper hæreditate non currit hic annus, niſi adſit elauſula codicillatis, Thomas. *d. nu.* 51. In cauſis autem pijs, in quibus non requiritur aditio hæreditatis, carum reſpectu currit tempus etiam ante aditam hæreditatem. Couar. *latè cap.* Rainaldus. §. 3. *nu.* 11. *eod. tit.* Bald. *in l. Nulli num.* 9. vbi etiam ante inuentarium *C. de Epiſ. & Cler.* Ideo in legatis pijs, quæ intra ſex menſes ſolui debent, tempus ſex menſium incipit ab inſinuatione teſtamenti. Authent. *de Eccleſ. tit.* §. *ſi autem hæreſ.* Specul. *d.* §. 13. *Nunc vero. num.* 82. Capra *memb.* 7. *nu.* 29. Couar. *d. cap. Nos quidem nu.* 6. *& cap. ſi hæredes n.* 5. *eod. tit.* Franc. Carpius Sylueſ. *v. teſtam.* 2. Thomas *d tit.* 14. *c.* 1. *nu.* 23.

60. Tertium requiſitum eſt ſcientia, & ſic ſolum à die aditionis hæreditatis, & ſcientiæ currit annus datus ad exequendum. Panorm. *in d. cap. Nos quidem nu.* 11. *per text. in l. Statu liberos.* §. *ſi quis hæredi. ff. de ſtat. lib.* & ibi Couar. *num.* 3. Capra *mem.* 7. *nu.* 5. Carp. *l.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. Tomaſ. *d. tit.* 14. *c.* 11 *num.* 17. Neque enim, (vt bene aduertit Couar. *num.* 4.) ex Panorm. & Imola hic annus, ſeu tempus ſex menſium datum hæredibus, & executoribus datum fuit in eorum purum fauorem, ſed in terminum negligentiæ, ſeu ad conuincendam negligentiam. Et ideo, (quid quid in contrarium dixerint Specul. *d.* §. 13. *Nunc vero nu.* 39. Bald. *in l. ſi quis ignota* §. *ſi conditioni, ad Sillania*. Craſ. & Vaſq. Apud Thomas. *num.* 16.) ignoranti hoc tempus non currit; Lap. Soll. 87. Caſt. *conſ.* 97. *nu.* 2. *l.* 1. Capra *d. mem.* 7. *nu.* 8. niſi aliud ſit de conſuetudine, vel niſi ignorantia ſit affectata, aut doloſa Thomaſſ. *d. tit.* 14. *n* 19. *&* 20.

61. Præſumi vero ſcientiam in executoribus datis in nuncupatiuo teſtamento ex Nol. *conſ.* 66. *num.* 25. *lib.* 4. addit idem Thomas. *nu.* 41. Sed vnde hoc colligatur non apparet. Nam teſtamentum nuncupatiuum bene poteſt fieri abſente, & ignorante executore. *Num. etiam* 43. addit, quod quando teſtator impeſonaliter loquitur, vt puta dicendo, ſi non ſit facta diſpoſitio, tunc tempus currit ignoranti ſecundum Bald. c 71. *l.* 3. Sed aduertendum, quod aliud eſt loqui de tempore executori; deputato à lege, & de deputato à teſtatore de tempore deputato à lege procedunt ſupradicta, ſed ſi loquamur de tempore deputato à teſtatore, verba eius ponderari debent, & nihilominus niſi ex verbis teſtamenti colligatur, mentem eius eſſe, quod executio ſit facta intra certum, expreſſum, & determinatum tempus, & ſi non ſit tunc facta executio deuoluatur tempus non curret ignoranti, etiam ſi dicat ſe velle vt ab executore ſuo al quid ſit factum intra annum, v l aliud tempus, quia commiſſio ſit homini vtenti ratione, & libere miniſtranti, quod homo facere non poteſt, niſi ſciat id ſibi commiſſum. Quantum vero ad vitandam negligentiam, & culpam, & pœnam, indubitatum eſt ignorantiam probabilem excuſare. *Cap. Vt animarum. ſup. de conſtit. in hoc lib.* vbi latè de hoc dictum fuit.

62. Ideo quæ dicta ſunt de anno, aut ſemeſtri aſſignato à lege verificantur etiam de tempore aſſignato ab Epiſcopo, vt ſcilicet hoc tempus incipiat à die aditæ hæreditatis, & à die ſcientiæ. Couar. *d. cap. Nos quidem nu.* 3.

63. Quarto requiritur monitio iudicis, ſeu Epiſcopi, aut eius Æconomi, & ita quod annus huiuſmodi, ſeu ſemeſtre, non incipiat niſi à die citationis, ſeu monitionis. Panorm. *d. cap. Nos quidem num.* 11. *& cap. ſi hæredes num.* 8. Couar. *cap. ſi hæredes. nu.* 7. *eod. tit.* Thom. plures referens *d. tit.* 14. *nu.* 39. *&* 81. Menoch. de Arbitr.

caſu

Digitized by Google

caſu 498. *à nu.* 58. Barboſ. *in d. cap. Tuas quidem nu.* 2. *&* 3. & apud eum Tiraquell. Craſſ. Spin. Matienz Periera, Cauall. & Surd. Gratian. *diſcept.* 73. *nu.* 11. Ita quod ad conſtituendum executorem in mora, & priuandum illum officio, aut emolumento vtrumque ſit neceſſarium, ſcilicet ſcientia, & monitio, ad hoc vt lapſo tempore priuandus veniat. Gomez, Matienz Spino, Azeuedo, Fernandez, quos ſequitur Caſpius *l.* 3. *cap.* 1. *num.* 11.

64. Huiuſmodi vero citationem non eſſe neceſſe vt fiat perſonaliter à Iudice, ſed ſufficere, vt fiat ex decreto Iudicis, probat Couar. *d. cap. ſi hæredes num.* 7. Vnicam vero ſufficere ſi expectetur tempus à lege ſtatutum ad priuandum executorem officio, & emolumentis, duas vero requiri ſi Epiſcopus volens reſtringere legale tempus, & infra illud velit ob negligentiam executoris executionem ſibi aſſumere tradunt Panorm. *d. cap. Nos quidem num.* 11. *& d. cap. ſi hæredes nu.* 7. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia DD. quos refert Fagnan. *cap. Tua nobis*, qui duplicem requirunt monitionem. Hoc enim verificatur quando Epiſcopus ante completum tempus legale vult priuare executorem officio. Cæterum vbi expectetur legale tempus vnius anni, vel ſex menſium in legatis pijs, ſufficit vna monitio, à qua incipit illud tempus; & hoc verificatur in omnibus diſpoſitionibus etiam ad pias cauſas ſic enim *d. cap.* Nos *quidam*, *eod. tit. in ſing.* dicitur *commonens*, *& d. cap. Tua nobis*, *eod. tit.* dicitur *monitione præmiſſa*, *& in* Anth. *hoc amplius*, *monuimus*, vbi Bart. Salic. & DD. Menoch. de Arbitr. *caſu* 493. *nu.* 53. Barb. *all.* 82. *num.* 25.

65. Aliquãdo tamen Epiſcopi edunt ſtatuta, vt huiuſmodi annus incipiat à die mortis ipſius teſtatoris; ſed nihilominus huiuſmodi ſtatuta intelligenda eſſe concurrente aditione hæreditatis, & ſcientia, monet Panorm. *d. cap. Nos quidem n.* 11. & Conar. *n.* 3. Nec ſcientia præſumetur, vt ex Bald. *conſ.* 171. *l.* 3. & Calt. *conſ.* 97. *n.* 1. 42. *l.* 1. *refer.* Thom. *d. tit.* 14. *c.* 1. *n.* 44. Tum quia nec ſcientia iuris præſumi poterit in forenſi, aut ciue nouello, Tum quia ſcientia conditi teſtamenti, & legatorum in eo contentorum eſt quid facti, quod non præſumitur. In caſu tamen ſtatuti Epiſcopi non eſt neceſſaria alia monitio. Thomas. *d. n.* 44. Nam lex ipſa ſpecialis monet quid ſit agendũ, iura autem, quæ ſtatuerunt legale tempus vnius anni, aut ſex menſium tranſtulerunt executionem in Epiſcopos non niſi præmiſſa monitione.

66. In omni tamen caſu, in quo priuari debebit executor officio conſtare debebit de negligentia illius, nec poterit priuari niſi eo citato, & audito, & eius negligentia probata. Priuabitur vero conſtito de eius negligentia. Barb. *in d. cap. Nos quidem*, *n.* 7.

67. Vbi vero tempus præfigitur executioni à teſtatore, non eſt neceſſaria monitio ad conſtituendum hæredem, vel executorem in mora, quia teſtamentum ipſum illos admonet. Vnde tunc tempus ſtatutum in teſtamento incipit iuxta quod in teſtamento eſt expreſſum, ſed tamen ſemper requiritur vel aditio hæreditatis, & ſcientia vel in legatis pijs inſinuatio teſtamenti, & ſcientia niſi aliud ſit expreſſum in teſtamento, & tempus ſit poſitum in conditione, vt ſi in illo res non fuerit facta legatum non valeat, etiam ſi ignoranter fuerit omiſſa.

68. Quinto requiritur, quod executio non ſit impedita. Non enim eſt negligens, qui non exequitur, quia non poteſt. Et impedito non currit tempus. *cap. Quia diuerſitatem*, *de conceſ. præbend. Et colleg. ex d. cap. Nos quidem*, *eod. tit.* In quo teſt. perpendit negligentiam executoris. Couar. *d. c. Nos quidem*. *n.* 3 *&* 4. Et ideo Panorm. 16. *n.* 9. aduertit vniuerſaliter, & indiſtinctè tempus datum à lege executoribus intelligi ad incipiendum, non ad perficiendum. Nam operum alia ſunt quæ ſtatim, vel breui tempore expediri poſſunt, & hęc intra tempus legale perfici debent. Sed alia ſunt quæ intra annum perfici non poſſunt, vt eſt conſtructio Monaſterij. Et reſpectu horum operum ſufficit quod hæres, vel executor intra legale tempus incœperit opus, & quod poſtea illud proſequatur. Panorm. vbi *ſup.* Couar. *d. n.* 3. *&* 6. Bald. *in l. Id quod pauperibus*. *n.* 11. *C. de Epiſ. & Cler.* Capra *d. num.* 7. *a.* 9. Seraphin. *dec.* 1048. *n.* 4. Grat. *diſcep.* 797. *n.* 20. *&* 21. *&* 656. *n.* 8. Quod tamen intelligi debet, vt infra tempus legale faciat diligenter, quod in illo fieri poteſt. Et inſuper addendum eſt, quod ſi impedimentum ſit perpetuum, tunc ſumus in caſu præſentis textus. Et ſi vnus eſt impeditus alius exequitur. Et idem dicitur ſi impedimentum ſit diuturnum. Sed vbi vnus ſolus eſt executor, ſi impedimentum ſit perpetuum, aut diuturnum, locum habebit deuolutio ad Epiſcopum. Barboſ. *in cap. Nos quidem. n.* 3. *eod. tit. n.* 3. Quia impedimentum non debet retardare pias cauſas *l. Si quando C. de teſtam.* Grat. *diſcep.* 73. *n.* 13. Et ſic dicas, quod in illis caſibus in quibus ſi eſſent plures executores, vnus ſine alio poſſet exequi, ſi ſit vnus taliter impeditus exequetur Epiſcopus.

69. Sexto requiritur, quod diſpoſita in teſtamento ſint diſpoſita abſolutè, & non ſub conditionatè. Nam in conditionatis annus, ſeu legale tempus non incipit, niſi à conditione impleta. Et ſic in conditione vel in diem, vel in euentum executori non currit tempus niſi die, vel conditione adueniente. *l. Quidam teſtamento.* § *Si ſcriptus*, *de legat.* 1. Bald. *in l. Id quod pauperibus n.* 12. *C. de Epiſ. & Cler.* Capra. *d. mem.* 7. *n.* 11. Aretin. Corn. Papien. Simon de Pret. Imola. Iacob. à Canibus, quos ſequitur Thomas. *d. tit.* 14 *cap.* 7. *n.* 63.

70. Octauo non habebit locum deuolutio, ſi Epiſcopus tempus legale prorogauerit. Etenim tempus legale, etiam eo finito, prorogari poteſt à Iudice, vel Epiſcopo, licet in plures annos protrahatur. Specul. *tit. de inſtrum. edit.* §. 13. *Nunc vero. n.* 82. Couar. *d. cap. Nos quidem. n.* 6. Lopez. Matien. Zeuall. quos referant & ſequuntur. Carpius *l.* 3. *c.* 1. *n.* 14. & Barb. *alleg.* 82. *nu.* 28. Capra. *dic. mem.* 7. *n.* 12. Huius vero prorogationis cauſa poteſt eſſe executoris abſentia, vel infirmitas. Thomas. *d. tit.* 14. *c.* 1. *n.* 64.

71. Tandem dicas deuolutionem ex cap.

negli-

negligentię executotis non habere locum, quãdo teſtator, iñ hoc caſu alium ſubſtituit executorem. In hoc enim caſu Epiſcopus manet excluſus. Bald. *in l. ſi fundum §. Stichum, de leg. 1. d. cap. Nos quidem, n. 2. & 9. cap. Tua nobis n. 6. eodem tit.* Vel ſi teſtator executionem fieri iuſſiſſet poſt mortem filij aut vxoris, aut poſt determinatum tempus tunc legale tempus inciperet poſt tempus à teſtatore determinatum, nec ante executio deuolui poſſet.

72. Vt hoc dicendum eſſet in caſu, in quo teſtator poſuiſſet executionem in arbitrio executoris. Tunc enim executio penderet & maneret in ſuſpenſo vſque ad mortem commiſſarij, per Bald. Pariſium, & Simonem de Pretis. Et expiraret ſi laberetur tẽpus à teſtatore præfixum, per Burtat. & Spino, quos refert, & ſequitur Thomas. *d. tit. 14. n. 76.* Sed videndum eſſet, ſi aliud colligi deberet eſſe de mente teſtatoris. Et ſi executor deputatus arbitrium boni viri excederet in legatis pijs, Epiſcopi eſſet rem ad arbitrium boni viri deducere.

73. Quartus caſus eſt ex extenſione tertij iam explicati, vt quæ in eo dicta ſunt, verificentur etiam in nominato à teſtatore ad eligendum, vel declarandum, vt ſcilicet nedum executio, ſed etiam v. g. electio pauperum; quibus diſtribuenda ſint bona teſtatoris, aut facultas declarandi eiuſdem teſtatoris mentem, ex negligentia deuoluatur in Epiſcopum, ſicuti deuoluitur executio. Hoc negauit Bart. *in l. Cum quidam 24. n. 10. de legat. 2.* Eo quia alius ſit actus eligendi, ſeu declarandi, & alius exequendi; Nam elector declarat arbitrium proprium, non vero exequitur. Et pro eadem ſententia ſteterunt Roman. Bald. Panormit. Caſt. Simon de Pretis, & Anchar. apud Carpium *de execut. l. 1. cap. 22. n. 28.* & Thomas. *d. tit. 14. cap. 1. n. 46 & 75.* Verum negari non poteſt, quod electio huiuſmodi, ſeu declaratio non ſit pars quædam, ſeu neceſſarium medium à teſtatore ordinatum pro ſuæ voluntatis executione totali, & propterea dici debet quod non ſpectent ad executionem, & executorem voluntatis teſtatoris, & quæ omnino fieri debeant intra tempus executioni præfixum. Quamobrem communis ſententia, & quidem vera, tenet quod ſicut executio, ita electio, & declaratio, elapſo legali tempore negligẽtia eiusqui eligere, aut declarare debuit tranſeant in Epiſcopum, *per l. Oratio ff. de ſponſal. ita d. Nos quidem.* docuerunt Card. Zuald. & Barbat. *n. 41.* quos ſequitur ibi Couar. *n. 7.* & apud eum Angel. Corn. Iaſon, & Anchar. Bald. *in l. Cum quidam in 2. ff. de leg. 2.* Sylueſt. *v. teſtam. 2. n. 2.* Franciſc. Carp. *d. cap. 22. n. 32.*

74 Quintus caſus quoque extenſionem quandam continet. Quia nimirum ex negligentia executoris elapſo legali tempore executio tranſit in Epiſcopum, etiam dum teſtator diſpoſuit pro exoneratione conſcientiæ ſuæ & mandauit aliqua diſtribui ex cauſa reſtitutionis. Caſus iſte controuertitur ratione eius, quod ſupponit, ſcilicet, quod reſtitutio incertorum committi poſſit executori. Hoc enim fieri non poſſe, ſed executionem huius reſtitutionis ſpectare ad Epiſcopum, de eaque non poſſe alium executorem ſe intromittere voluerunt Gloſſ. *in cap. 2. inſ. de pœnit.* & Hoſtienſ. *ſup. cap. Cum ſit. 16. de Iudæis.* Feder. *conſ. 24.* Paul. *Clem. 2 §. Huiuſmodi. v. à Iudice de ſepulturis.* Sed Archid. *hic in v. libere, ex hoc teſt.* vult, quod teſtator poſſit dare executorem pro reſtitutione incertorum. Nam teſtator per ſe ipſum potuiſſet hanc reſtitutionem facere; *cap. Cum tu, de vſur & cap. penul 14. q. 5.* poteſt igitur & illam facere per executorem. Solum in ſubſidium poteſt Epiſcopus, ſe intromittere in hoc negotio, ſi non ſit datus executor, vel ſi executor ſit negligens. Io. And. *n. 4.* vtramque opinionem dicit habere æquitatem, & antefactam ſeruandam eſſe opinionem Hoſtien. vt ceſſet omnis fraus; & quia æqua eſt conſtitutio Epiſcopi reſeruantis ſibi abſolutionem, & diſtributionem incertorum. Sed poſt factam reſtitutionem procedet opinio Archid. Nam qui tenebatur reſtituere, ſi reſtituit, non eſt cauſa, quare non ſit liberatus. Lapus vero aliter concordat has opiniones, & ait; quod opinio Archid. valet in illicite acquiſitis, in quibus transfertur dominium, non competit repetitio, vt in acquiſitis ex meretricio, ſed opinio Hoſtien. procedit in illicite acquiſitis; in quibus non transfertur dominium, vel competit repetitio, vt in acquiſitis ex furto.

75. Sed ad quæſtionis ſolutionem habendam præmittenda eſt alia quæſtio, an ſcilicet male & iniuſte ablata cum dominus eſt incertus reſtituenda ſint pauperibus ex iure naturali; aut diuino, vel potius ex ſolo iure poſitiuo. Nam eſſe de iure naturali, & diuino probat Card. de Lugo. *diſp. 6. de iuſ. ſect. 12. n. 144. primo ex cap. Cum tamen, de vſuris,* vbi Alex. 3. definit, quod vſurarius omnino debet pauperibus reſtituere, quia non poteſt dimitti peccatum, niſi reſtituatur malè ablatum; cum ergo ſtatuitur illa reſtitutio tanquam pœna, ſed declaratur eius neceſſitas orta ex præcepto naturali reſtitutionis. Item 2. Hieron. *in cap. Nemo 14. q. 5.* cum condit ius, ſed oſtendit, quid debeat facere Raptor ex ordinatione naturæ. Tertio nam licet textus *in d. cap. Cum tu* loquatur de vſurario, & propter quandam ſimilitudinem poſſit extendi ad quemlibet iniuſtum detentorem, in nullo tamen textu continetur; quod ſit præceptum incerta ex contractu reſtitui debere pauperibus, & tamen hoc eſſe neceſſe omnes ferè fatentur; hæc igitur obligatio ex lege naturæ oritur. Quarto quia res, de qua loquimur, adhuc manet ſub dominio antiqui domini, ergo debitor debet de illa diſponere iuxta voluntatem ſaltem præſumptam domini, vel eius, cui debetur; voluntas autem præſumpta rationabilis eſt, vt ſi ei tradi non poteſt, ſaltem expendatur in eius obſequium meliori modo, quo fieri poſſit; ergo iuxta eius voluntatem expendi debet in vſus pios, ex quibus redũdat aliqua vtilitas in dominũ ipſius. Vero hæc ſententia à Card. de Lugo *n. 144.* & à Claui Regia *l. 10. tr. 5. cap. 2. n. 10.* tribuitur D. T. *2. 2. q. 62. ar. 5. ad 3. & 4. d. 15. q. 1. ar. 5. q. vlt. ad 2* & Caiet. *v. reſtitutis, cap. 4.* & Syl. *v. reſtitutio 8. q. 2.* Qui id non dicunt, ſed ſolum

lum

lium aſſerunt reſtitutionem faciendam pauperibus.

76. Dicitur igitur quod in omni eo caſu in quo habens aliena non acquiꝛit illorum dominium, de iure naturæ facienda eſt reſtitutio, vt conſtat, quia non licet alienum retinere. Sed horum incertorum adminiſtratio de iure naturali pertinet ad caput Reipublicæ, & ideo ſpectat ad ſummum Pontificem; vnde ſolum ex iure poſitiuo eſt, quod huiuſmodi incerta ſint vel danda pauperibus, vel eroganda in pios vſus, vel in reipublicæ commodum, iuxta ſuperioris voluntatem, & diſpoſitionem.

77. Huiuſmodi vero incerta neceſſario nō eſſe danda pauperibus docuit D. T. *opuſ. 21.* ad Ducisſam Brabantiæ, ibi, *Vnde ſi inueniuntur certæ perſonæ, à quibus extorſerunt vſuras, debet eis reſtitui, alioquin debet in pios vſus ſecundum conſilium Diœceſani Epiſcopi, & aliorum proborum, vel etiam in communem vtilitatem terræ, ſi neceſſitas immineat, vel expoſcat communis vtilitas erogari. Nec eſſet illicitum ſi à Iudæis exigerentur talia de nouo, ſeruata conſuetudine prædeceſſorum veſtrorum, hac intentione, vt in præfatos vſus expenderentur*, Nedum igitur pauperibus, ſed in quoſcumque vſus pios, imò & in temporalem Reipublicæ vtilitatem huiuſmodi incerta expendi poſſunt. Ideo, quod in materia incertorum ſub nomine pauperum veniant Eccleſiæ Xenodochia, & monaſteria ornamentis, luminaribus, ædificijs, & alijs indigentia, aut alia opera pia dixit Nauar. *in manual. cap. 17. n. 93.* Nam & redditus Eccleſiaſtici æque ac magis pauperibus debentur, & tamen ſufficit illa expendere in vtilitatem Eccleſiæ, & vſus pios, vt probaui *tom. 1. de ſtat. q. 185. a. 7. à num.* 80. Imò addit Nauar, nomine pauperum intelligi nedum mendicantes, ſed etiam egentes ijs, quæ ſunt eis ad ſtatus decentiam neceſſaria. Videantur dicto loco citato *num.* 85.

78. Quod vero eorumdem bonorum adminiſtratio de iure naturæ ſpectet ad caput Reipublicæ, & ideò ſpectet primario ad ſummum Pontificem ex eo probatur, quod is, qui de præſenti eſt dominus rei, ſiue is ſit à quo res fuit habita, vel ablata, ſiue eius hæres omnino ignotus cum non poſſit rem propriam adminiſtrare, ne res maneat ſine adminiſtratore legitimo, de iure huiuſmodi adminiſtratio tranſit in adminiſtratorem vniuerſitatis. Et quantum ad hanc partem perinde eſt, ac ſi res nullius eſſet particularis. Nam in idem coincidunt adminiſtratorem non eſſe, & illum adminiſtrare non poſſe. Succedit ergo loco proprij adminiſtratoris vniuerſalis adminiſtrator. Et hoc eſt de mente proprij domini, qui vbi non poteſt per ſe ipſum, nec per alium à ſe electum adminiſtrare, ſuæ intentionis rationabiliter non poteſt eſſe, vt rerum ſuarum adminiſtratio, vel in incertum ad quemcumq; ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum perueniat, vel per eum, qui per iniuriam rem accepit res diſpenſetur, ſed totum fiat publici, & vniuerſalis adminiſtratoris auctoritate, & prouidentia Et ità partem hanc docent Sotus *lib. 4. de iuſt. q. 7. art. 1. ad 3.* Bannes. 22. *q. 62. art. 5. dub. 7.* Turrian. *de iuſt. diſp. 40. dub. 2.* Clauiſ. regia *l. 10. tract. 5. cap. 2. num. 1.* Quod à poſteriori ex eo probatur, quod alicubi Principes bona huiuſmodi incerta reſtitutioni obnoxia certis quibuſdam perſonis aſſignarunt. Pontifices etiam in huiuſmodi bonis compoſitiones admittunt. Ad illos igitur ſpectat eorum adminiſtratio.

79. Hinc deducitur bona iſta incerta reſtituenda non ex iure naturæ deberi pauperibus, ſed ex iure poſitiuo, vt præter DD. citatos docent Couar. *in regula peccatum par. 3. §. 1. nu. 3.* Azor. *l. 4. cap. 26. q. 1.* Medio. *C. de reſt. q. 3. cauſa* 11. Petr. Nauar. *de reſtit. l. 4. c. 2. d. 7.* Salon. 22. *q. 62. art. 5. contr. 6.* Bonac. *de reſtit. diſput. 1. quæſt. 3. par. 4. num. 9.* Imò neque ex iure ſcripto habetur huiuſmodi bona vniuerſaliter deberi pauperibus, ſed in caſibus ſingulatibus, conſuetudine vero obtentum fuit vt regulariter in pauperes erogentur, vel in vſus pios. Quæ conſuetudo innixa pietati, & fundata in illo Chriſti *Luc. 11. Quod ſupereſt, date eleemoſynam*, anteceſſit diſpoſitiones iuris communis, erat enim tempore S. Aug. *Ex cuius ſerm. 35. de verb. Dom. ſumptus fuit canon. Qui habetis* 14. *q.* 5. Et ideò etiam loca pia, & pij vſus ſub nomine pauperum veniunt. Habetur ex ſupra relatis verbis D. T. *Qui etiam 22. q. 62. art. 5. ad 3.* non requirit ad hoc niſi eleemoſynam. Et eſt expreſſa ſententia S. Hier. ſeu auctoris *cap. Nemo* 14. *q.* 5. ibi, *Eccleſiæ vel pauperibus tribuat.* Et idem docent Iobus *l. 4. de iuſt. q. 4. art. 7. ad 3.* Clauis regia *d. cap. 2. num.* 12. Couar. *in reg. peccatum p. 3. §. 1. num. 2. in fin.* Nomine non veniunt niſi neceſſitatem patientes. Sed hæc bona incerta non debentur determinate ſolis pauperibus.

80. Ad argumentum in oppoſitum reſpondetur textum *in cap. tamen de vſuris*, Cum tu 5. de vſuris non fauere illi opinioni. Ibi enim decernitur lis de reſtituendo ſimpliciter, quia quidam vſuras illas tantum eſſe reſtituendas, quæ fuerunt acceptæ poſt eiuſdem Alex. 3. *interdictum*. Sed ipſe decernit omnes eſſe reſtituendas, & hoc probat ex illo Aug. *Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur male ablatum.* Non ergo hoc affertur ad probandam reſtitutionem fieri debere pauperibus, ſi creditores ſint incerti, ſed ad hoc vt probetur neceſſitas reſtitutionis vſurarum. Quamuis poſtea conſuetudine Eccleſiæ attenta reſtitutio in hoc caſu pauperibus fieri decernatur. Et in hoc ſenſu loquitur Hieron. *cap. Nemo* 14. *q.* 5.

81. Ad tertium dicitur minime conuenire, quod in huiuſmodi reſtitutionibus regula ſumatur ex præſumptione priuata particularium perſonarum, & maxime illarum, quæ ex delicto tenentur reſtituere, quia hæc eſſet maxime fallax tum ex parte præſumentis, tum ex parte rei præſumptæ. Sed ex præſumptione publica, & ex eo, quod melius in genere, regulariter, & vniuerſaliter non poteſt melius, & ſecurius, adminiſtrari res creditoris incerti, quam ſi id fiat ex publica authoritate ab adminiſtratore boni publici. Igitur determinatio perſonæ cui hæc bona diſtribui debeant non eſt, nec poteſt eſſe de iure naturali, ſed de iure poſitiuo indicta à Summo Pontifice omnium piarum voluntatum ſupremo executore, & adminiſtratore.

His

82. His ſic probatis ad principale quæſitũ dicitur, quod ſtante vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine, ſecundum quam huiuſmodi bona incerta ſeu incertis creditoribus debita reſtituẽda ſunt pauperibus, & ſtantibus Sacris Canonibus, qui licet in caſibus particularibus, tamen regulariter dicunt hanc reſtitutionem pauperibus fieri debere, *cap. Nemo* 4. *& cap Non ſané* 15. 14. *quæſt.* 5. *cap. Cum tu.* 16. *de Iudæis*, *cap. ſicut dignum* 6. §. *eos inſuper*, *de homic. cap. Cum tu*, 5. *de vſuris*. Dicitur quod regulariter loquendo, & de iure communi ad reſtituendum incerta huiuſmodi non eſt neceſſaria authoritas, vel conſilium Epiſcopi, aut alterius Prælati. Et ità ſentiunt Archid. *hic in v. libere* Dom. Franc. *num.* 11. Sylueſt. *v. reſtitutio* 8. *quæſt.* 5. & apud eum Io.Mon. Io. de Lig. Io. Cald. Zenz. & Paulus, Panorm. *cap. cum tu*, *de Iudæis*, Sotus *l.* 4. *de iuſt. q.* 7. *art.* 1. *ad* 3. Tabien. *verſ. reſtitutio num.* 19. *v. decimo octauo* Medin. *C. de reſtit. q.* 3. *cauſa* 10. Nauar. in Manual. *cap.* 17. *numer.* 92. Petr. Nauar. *l.* 4. *cap.* 2. *poſt dub.* 7. *num.* 52. Scot. *in* 4. *d.* 15. *q.* 2. *art.* 4. *verſ. De quarto* Richar. *qu.* 4. *art.* 5. Bannel. 22. *q.* 62. *art.* 5. *dub.* 7. & ibi Aragon. *in reſpon. ad tertium principale*, Salon. *contr.* 7. Ricard. *in* 4. *d.* 5. *q.* 4. *ad quartum* Gabriel. Angelus, Valent. Rodriq. Toletus, Ludouicus Lopez. quos ſequitur Clauis Regia *l.* 10. *tract.* 5. *cap.* 22. *numer.* 16. Turrian. *de iuſt. diſp.* 40. *dub.* 2. *num.* 12. Et ratio eſt, quia in ſacris Canonibus ſolum continetur, quod huiuſmodi reſtitutio fiat pauperibus.

83. Tantũ autem in *c. Cum ſit, de Iudæis*, hæc reſtitutio cõmittitur Epiſcopo, ſed ex eo *c. probetur intentum*. Nam cum ille qui iniuſte extorſerat, & reſtituere debebat eſſet Iudæus non ſubiectus ſpirituali iuriſdictioni Eccleſiæ, non potuit illi committi reſtitutio eorum, quæ in officio à Chriſtianis extorſerat, & non poterat ſperari, quod ille reſtitueret, & tamen nec fuit in hoc Epiſcopo commiſſa executio reſtitutionis, vel reſtitutio ipſa, ſed vt reſtitutio huiuſmodi fieret ſecundum eius prouidentiam. Nam & in hoc Epiſcopus vti deberet opera ſuperioris temporalis Epiſcopi, qui Iudæum ſibi ſubiectum compellere poſſet. Nullibi igitur in toto iure communi reſtitutio incertorum, quæ à fidelibus fieri debeat commiſſa fuit Epiſcopo, ſed ſolum decretum fuit, vt fiat pauperibus, vt adnotauit Panorm. loco citato.

84. Hinc apparet teſtatorem poſſe conſtituere executorem etiam eorum, quæ relinquit pro exoneratione conſcientiæ ſuæ, quæ reſtituenda ſunt Eccleſiæ, vel pauperibus ex incertitudine creditorum. Neque Epiſcopus in hoc poteſt ſe intromittere, niſi ſicut in alijs legatis pijs ſuperintendẽdo ne executor ſit in exequendo negligens, vel infidelis, & prout opus erit exigendo ab illo rationem adminiſtrationis ſuæ Archid. *hic in v. liberè*. Dom. *n.* 8. Fr. *n.* 11. & alij infra citandi. Ideo Rota *dec.* 144. coram Buratto ſuſtinuit executorẽ datum pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, cui teſtator iuſſerat danda eſſe ſcuta 4000. Et non ſolum executore agente (qui erat Religioſus) damnauit hæredem in ſorte principali, ſed etiam ad fructus & intereſſe iuxta mentem expreſſam teſtatoris, quia dicta ſcuta 4000. non ſoluerat in tempore ab eodem teſtatore præfixo, ſcilicet poſt primum annum gratis datum. Vbi Ferentill. *in add. n.* 13. notat, quod cum legatum certæ quantitatis cum onere, vt donec illa quantitas ſoluatur, certum quid pro fructibus præberi debeat, ſit vſurarium: hoc fallit quando non eſt in poteſtate legatarij exigere ſortem principalem, quia teſtator id prohibuit, vt d. Rota firmauit, *n.* 9. & iterum dixit coram Canalerio *dec.* 591. *n.* 2. & docuit Grat. *diſcept.* 848. *n.* 9.

85. Pro huius vero explicatione diſtinguunt Canoniſtæ. Nam de male ablatis, vel conſtat ex ſola confeſſione teſtatoris. Et in hoc caſu ad executorem, vel hæredem ſpectat exequi teſtatoris voluntatem, non autem ad Epiſcopum. Tunc enim Epiſcopus non poteſt intentionem ſuam fundare ſuper bonis relictis tanquam ſuper male ablatis, quia hæc confeſſio teſtatoris ex quo non fuit recepta à parte, nec iurata habet ſolum vim cuiuſdam legati ad pias cauſas, vt in ſimili notatur, & probatur *in l.* 4. *C. de facta cauſa adiecta*, *& l. Cum quis* §. *Codicillis de legat.* 3. Ita Panorm. *in d. cap. Cum ſit. de Iudæis n.* 6. & ibi Anan. & Felin. Alex. de Neuo *in addit.* ad Panorm. *in d. cap. Cum tit. n.* 6. Medina *de reſtit. q.* 3. *cauſa* 10. Molina *de iuſt. tr.* 2. *diſp.* 247. *n.* 5. Couard. *cap. Nos quidem. de teſtam. n.* 8. Franciſ. Carp. *lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 56. In hoc enim caſu vera eſt ſententia Archidiac. quod amplius ab eiſdem DD. probatur *ex cap. Sicut dignum.* §. *Eos inſuper*. Vbi Alexand. 3. non approbat reſtitutionem factam pauperibus, ab eis qui iniuſte res Archiepiſ. Cantuar. abſtulerant, & ſuorum quia ipſas potuerunt reſtituere eis, quorum fuerunt. Vnde per argumentum à contrario ſenſu colligitur valuiſſe reſtitutionem ab ipſis ſine Epiſcopi authoritate factam, ſi creditoribus non potuiſſet fieri reſtitutio.

86. Alter vero caſus eſt, quando de malè ablatis conſtat vel in iudicio, vel aliunde, quam ex teſtatoris confeſſione. Et in hoc caſu reſtitutionem debere fieri ab executore teſtatoris, conſulto tamen Epiſcopo, & hoc pacto intelligendam eſſe ſententiam Hoſtien. dicunt Panorm. Felin. Couar. Molin. Carpius & apud eum Palacios Rubios. Et in hoc ſenſu poſſet aliquis dicere intelligendum eſſe D. T. qui in 4. *d.* 15. *q.* 1. *a.* 5. *q. vlt. ad vl.* dixit bonorum incertorum reſtitutionem fieri debere de conſilio Epiſcopi. Addit vero Carp. ex Molina, quod in hoc caſu Epiſcopus poteſt rationem exigere, & curare, vt legatum executioni mandetur, & in eo caſu in quo executores eſſent ſuſpecti, præcipere, vt in ipſius Epiſcopi præſentia ſeu ſuorum miniſtrorum reſtitutio, ſeu diſtributio fiat. Sed hæc ab Epiſcopo fieri poſſunt etiam in primo caſu; ſpectant enim ad illam ſuperintendentiam, quam Epiſcopus habet ex officio, ad hoc, vt curet exequi pias teſtatorum voluntates, Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *c.* 9. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 8. Sed non per hoc Epiſcopo conceſſum eſt, vt ipſe ſit executor piarum voluntatum, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt habetur expreſſè in eodem Conc. *cap.* 8. &

con-

87. Quamobrem loquendo de iure communi, nec in caſu in quo in iudicio, vel alibi conſtet de male ablatis à teſtatore, poteſt Epiſcopus eſſe executor, ſi à teſtatore alius eſt nominatus, quia hic caſus non eſt in iure expreſſus. Sicut nec eſt expreſſum, quod ſit neceſſarium conſilium Epiſcopi. Et ideo quod in hoc caſu executor teneatur exequi de conſilio Epiſcopi verificari poterit vbi adſit conſilij neceſſitas, & res non ſit clara, & tunc aderit debitũ decentiæ cuiuſdam non neceſſitas præciſa, quia ſufficiet probos viros, & prudentes conſulere. Et in hoc caſu ſe ipſum explicauit D.T. qui vbi *in ſent. loco citato*, dixit huiuſmodi incerta reſtituenda eſſe pauperibus de conſilio Epiſcopi, opuſ. poſtea 29. ad Duciſſam Brabantiæ addidit reſtitutionem hanc fieri debere de conſilio Epiſcopi, vel proborum virorum. Quod intelligi etiam debet, vbi ſit conſilij neceſſitas, quæ locum non habet in rebus claris.

88. Cæterum communiter aſſeruit DD. citati, quod vbi etiam in ſupradicto ſecundo caſu ſine conſilio, & interuentu Epiſcopi reſtitutio, ſeu diſtributio per hæredem, & executorem facta fuit legitime, & de hoc conſtat Epiſcopo in foro exteriori, Epiſcopus tenetur illam probare. Dom. *num.* 8. Franc. *num.* 11. Alexand. de Neuo in addit ad Panorm. *d. cap. cum ſit.* 5. *verſ. ſecundo limita* Couar. *d. num.* 9. Molina *d. num.* 5. Carp. *d. cap.* 22. *num.* 60.

89. Sed quoniam multi ex Epiſcopis reſeruant ſibi reſtitutiones incertorum, quid faciendum erit in hoc caſu? Et quam efficaciam habet huiuſmodi reſeruatio? Hoc primo eſt certum, quod vbi, qui incerta reſtituere debet non eſt in culpa, vt quia tenetur reſtituere ex contractu, & non fuit in mora, vel quia ab alio res fuit eo ignorante ablata, & ipſe ſtatim ac ſciuit rem eſſe alienam non fuit in mora, cum in hoc caſu non ſit culpa, nec poteſt eſſe reſeruatio, ideo huiuſmodi incertorum debitor non obſtante reſeruatione poteſt reſtituere per ſeipſum, & pauperibus incerta iſta diſtribuere. Molina *diſp.* 247. *nu.* 4. Nauar. *cap.* 17. *n.* 93. Lopez *p. p. cap.* 127. Rebellus, & Zechius, quos ſequitur Bonac. *diſp.* 1. *de reſt. quæſt.* 3. *p.* 4. *numer.* 19.

90. Certum verò eſt ſecundo quod vbi quis ad incerta tenetur ex delicto Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare abſolutionem ab hoc peccato. Anchar. *q.* 1. Dom. *num.* 8. Franc. *nu.* 12. Gloſſ. *in cap.* 2. *infra* de pœnitentia, & in *d. Cap. Cum ſit*. Panormitanus, & Couaruuias, & alij Syluez *verſ. reſtitutio* 8. *quæſt.* 5. Nauar. *in Manual. cap.* 17. *num.* 92. & cæteri omnes.

91. Sed quantum ad reſtitutionem faciendam, hoc etiam certum eſſe debet, quod reſeruatio iuſta eſt, & valet, ſi fiat in ordine ad confeſſarium, prohibendo illi ne huiuſmodi delinquentes abſoluat, aut incerta diſtribuat in conſulto ipſo Epiſcopo Nauar. *d. num* 92. qui optime aduertit ex hoc conciliare poſſe DD. opiniones.

92. Sed reſpectu pœnitentium, quod Epiſcopus non poſſit ſibi reſeruare executionem reſtitutionis ſeu diſtributionem reſtituendorũ, voluerunt Paul. *in Clem.* 2. §. *huiuſmodi de ſepult.* Angel. quem refert Franc. *num.* 12. Nauar. *d. num.* 92. Bene vero ait Syluesſ. *v. renunciatio* 8. *quæſt.* 5. quod in his reſeruatio Epiſcopi intelligi debet, quantum ad illa quæ ſubſunt eius diſpoſitioni: & quod ſi ſpecificet in alijs hoc de iure non poteſt facere, vt voluit etiam Io: Calder. Et ſic non poteſt prohibere parti, vt ſi velit per ſe reſtituere, & ſuam conſcientiam exonerare, id non faciat.

93. Suddit vero Sylueſ. *d. quæſt.* 6. quod ſi Epiſcopus ſub pœna excommunicationis reſeruet ſibi executionem in caſibus præfatis in quibus non poteſt, excommunicatio exemptos non ligat, & reſpectu illorum eſt nulla reſpectu vero non exemptorum eſt iniuſta, & ſic ligat.

94. Sed in hoc caſu in quo quis ex delicto tenetur reſtituere incerta ſi ante confeſſionem ipſe legitimè reſtituit, poteſt ne abſolui à ſimplici confeſſario non habente facultatem ad reſeruata? Negat Bonac. *d. diſp.* 1. *quæſt.* 3, *p.* 4. *num.* 20. Et citat Sylu. *vbi ſupra q.* 5. & Nauar. *cap.* 17. *num.* 92. & fundatur tum quia iſte pœnitens habet caſum reſeruatum, & quia Mediolani, vbi eſt ſimilis reſeruatio conſuetudo eſt, vt tales non abſoluantur, niſi ab habente facultatem ad reſeruata ſed Sylu. & Nauar. nihil habent de hac difficultate locis allegatis. Hoc quidem docet Nauar. *num.* 93. Quod Confeſſarius in eo caſu in quo ob iuſtas cauſas pœnitentem debitorem rerum certarum non ſtatim reſtituentem poteſt ad certum tempus abſoluere, à fortiori debitorem incertarum abſoluere poterit. Sed quantum ad punctum noſtræ difficultatis conſiderari debet, quod debitor incertarum rerum qui ſoluit, non eſt amplius debitor, & prorſus ceſſat finis reſeruationis, ſi de legitima reſtitutione conſtet, & de qua pœnitenti in foro conſcientiæ credi debet. Et propterea apud eumd Bonac. Rebell. *de oblig. iuſt. l.* 2. *q.* 12. *ſect.* 3. *n.* 25. & Henriq. *l.* 3. *de pœnit. cap.* 14. *num.* 5. voluerunt in hoc caſu ceſſare reſtitutionẽ. Mihi tamen difficultatem facit, quod Epiſcopus poteſt nolle confidere peritiæ confeſſarij, & poteſt ſibi reſeruare iudicium an reſtitutio facta ſit legitime facta, & ideo videtur, quod non ceſſet reſeruatio.

95. Ex his igitur concluditur non eſſe diſcrimen inter legatum factum à teſtatore pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, ſeu etiam pro incertorum reſtitutione, & alia legata pia in hoc, quod eſt executionem eius ad Epiſcopum deuolui, & ſic dicitur, quod ſi teſtator executorem dedit, ad ipſum pertinet executio legati non ad Epiſcopum, niſi in caſu negligentiæ, & alijs ſupra explicatis.

96. Sextus caſus etiam reſpicit extentionem controuerſam, an ſcilicet deuolutio executionis vltimæ voluntatis teſtatoris ſe extendat ne dum ad diſpoſita ex cauſa pia, ſed in vniuerſum ad omnia ſiue pia, ſiue non pia. Nam affirmatiua pars probatur primo ex *cap. ſi hæredes ſup. eod. tit.* ibi, *ſi hæredes iuſſa teſtatoris non impleuerint*, Hæc enim verba abſoluta, & indefinita, ad pias diſpoſitiones non ſunt reſtricta. Secundo nam

cuiuſ-

cuius libet voluntatis executio ad Epiſcopum ſpectat. *Cap. Ioannes, cap. Iudicante, ſup. e. d. tit. Cap. Syluester. 12. q. 1. Cap. Epiſcopus d. 88. Cap. Vltima voluntas 13. q. 2. & cap. Prodeſt. 23 quæſt. 5.* Tertio nam defunctus, cum ſit omni auxilio deſtitutus eſt miſerabilis perſona, at vero defendere orphanos, viduas, & miſerabiles perſonas ſpectat ad Epiſcopum *cap. 1. & 2. diſt. 87.* Quarto quia ex *d. cap.* vltima voluntas habetur quod omnis vltima voluntas ſit cauſa pia. Et ita hanc ſententiam tenent Gloſſ. *in d. cap. ſi hæredes.* Et ibi Panorm. *num. 7.* Item Panorm. 11. *relect. cap. cum eſſes num. 32. & 33. eod. tit.* Io: Andr. *in cap. tua nobis num. 4. eod. tit, & in v. pijs voluntatibus* Fagnan. *num. 2* Hoſtien. *in cap.* Io: *num. 7.* & ibi Fagnan. *num. 4* Butr. *num. 17.* Couar. *in d. cap. ſi hæredes num. 3* & abud eum Card. & Barbacia, & Alex. Molina *diſp. 250. num. 5. & apud* Carpium *l. p. cap. 22 n. 41.* Martinez. & Gutierez.

97. Sed contrarium probant alij, quia in cauſis profanis laici coram iudicibus ſuis, & non coram Eccleſiaſticis conueniri debent *cap. ſi clericus laicum, de forma compet.* Actor enim ſequi debet forum rei *cap. cum ſit generale, eod. tit. l. iuriſdictionem C. eod. tit.* Secundo quia omnia ferè iura, quæ in ſubſidium indulgent Epiſcopis executionem vltimæ voluntatis, ſpecificè loquuntur in cauſis pijs. *Cap. tua nobis 17 & cap. nos quidem 3. cap.* Io: *eod. tit.* Conc. Trid. *ſeſſ. 7. de reform. cap. 15. & ſeſſ. 22. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 4.* Et ex iure Cæſareo *l. nulli C. de Epiſ. & Cler. &* Authent. *de Eccl. tit. §. ſi quis autem.* Tertio quia in authentica hoc amplius *C. de fideicommiſſis* non exquens teſtatoris iudicium intra annum excluditur, ac relictum cum onere exequendi deſertur vocatis, nec ius exequendi Epiſcopo tribuitur.

98. Nec obſtant allegata pro prima ſententia. Non primum, quia verba illa *iuſſa teſtatoris*, exponi debent ex alijs iuribus, in quibus expreſſe facultas exequendi tribuitur Epiſcopo in cauſis pijs. Iura enim ex iuribus reſtringuntur, & ampliantur *l. Ei ideo, l. ſed poſteriores ff. de legibus.* Eo magis quod dictio *iuſſa* in illo textu explicari debet per aliam dictionem *vota*, per quam cauſa pia denotatur, vt ex *tit. de voto, & voti redempt. & d. l. nulli C. de Epiſ. & Cler.* vbi loquens de cauſa pia, inquit, *vota adimpleat teſtatoris*: Et ex Ambroſ. Calepino *v. votum* manifeſtius apparet. Non obſtat ſecundum, quia imo conſtat quod executio cuiuslibet voluntatis non ſpectat ad Epiſcopũ, nec oppoſitum probatur ex iuribus citatis, quia *in d. cap.* Io. *& cap. Iudicante, & cap. Syluſ.* manifeſte eſt ſermo de cauſis pijs *Cap. vero Epiſcopus, & cap. vltima voluntas, & cap. Poteſt,* non faciunt ad rem, neque ex illis affirmans ſententia præſumitur. Non tertium, nam executio vltimę voluntatis non reſpicit immediatè fauorem defuncti teſtatoris, ſed vtile priuatum hæredis, & legatarij; quod ſi hoc vtile ſit pium tunc voluntas pia dicitur, & eius executio ſpectat ad Epiſcopum modo explicato, ſed ſi intereſſe, & vtile ſit profanum, cauſa profana eſt, & talis, quæ non caret defenſore, & quatenus careret; quin aliquid eſſet legatum viduis, vel pupillis, tunc intraret facultas Epiſcopi, vt has cauſas defenderet. Non quartum quia ex *d. cap. vltima voluntas* non colligitur, quod omnis voluntas ſit pia, ſed D. Gregor. ſolum inquit, quod voluntas vltima omnino adimpleri debet, quod eſt veriſſimum. Et ideo hanc negatiuam ſententiam teneat Anchar. *in d. cap. ſi hæredes num. 6.* Matienz. & Bonadilla; quos ſequitur Franciſ. Carpius *lib. p. de execut. c. 22. n. 42. & ſeq.*

99. Sed prima ſententia eſt de iure verior: *In cap. enim ſi hæredes* indiſtinita illa, *ſi hæredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint* non poteſt ex mente illius textus reſtringi ad iuſſa pia. Alia enim iura ſpecificantia pias cauſas vnum affirmant, ſed aliud non negant, ideo nec ſunt contraria vniuerſali diſpoſitioni illius textus ſi hæredes, reſtrictio vero iurium ſine neceſſitate admitti non debet. Sed quod ille textus non admittat reſtrictionem, patet ex ſubſequentibus verbis. *Ab Epiſcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta eſt canonice interdicatur, cum fructibus, & cæteris emolumentis.* Hæc vero pœna, & reſpicit vniuerſaliter totam hæreditatem, & non debetur hæredi ex eo ſolo, quod non impleat voluntates pias teſtatoris, ſed abſolute ſi quælibet voluntas teſtatoris non impletur, vt ex Authen. *hoc amplius C. de fideicom. & ex l. Nulli C. de Epiſc. & Cler.* ſupra eſt probatũ. Nec verbũ *vota*, ſignificat ſolam voluntatem piam, ſed quodlibet deſiderium. Quamuis non poſſit negari, quod vltima voluntas teſtatoris iam defuncti quandam pietatem non contineat, ob quam votum dici poſſit.

100. In *cap. etiam inſinuante 4. eod. tit.* præcipitur impleri nedum legatum ſcutellæ argenteæ factum pro monaſterio, ſed etiam, diſpoſitio pretij conchæ argenteæ pro filijs facta, quæ erat profana; igitur ex iure Eccleſiaſtico etiam profanæ teſtatorum voluntates impleri debent.

101. Sed & in *cap. Io:* non tantum pia, ſed profana cauſa Epiſcopo committitur. Nam ibi teſtator duo diſpoſuerat, primum quod executores implerent legata facta locis pijs; ſecundum, quod ipſi ſoluerent teſtatoris debita, & creditoribus ſatisfacerent. Hoc ſecundum de ſe non erat pium, ſed indifferens ad pium, & non pium. Nam non erat pium ſoluere creditoribus non pijs, & tamen Pontifex ibi decernit, quod Epiſcopus poteſt executores cogere ad hoc vt in prædictis impleant teſtatoris voluntatem.

102. Sed neque negari poteſt, quod teſtatoris, ſeu diſponentis cauſa mortis non ſit pia cũ eius efficacia pendeat ex Immortalitate animæ, quia ſi penitus periret defunctus, eo moriente periret omne ius illius, & non magis poſſet de ſuis rebus diſponere, quam bos, vel aſinus; Quia vero non moritur homo, ſed eius anima, ex qua eſt capax dominij manet, imo homo ipſe eſt reſurrecturus, ideo manente anima manet, & durat voluntas eius, & ex hoc hæres perſonam defuncti repræſentare poteſt. Cũ igitur immortalitas animæ, & hominis reſurectio fide certa ſit, non niſi ad religionem pertinet, quod maneat teſtantis voluntas, eaque ſit implenda,

plenda; & cum & defunctorum ſepultura ſit quid religioſum, multo magis religioſum eſt, & ex fide credendum, quod maneat teſtatoris voluntas, & non pereat, ſed firma ſubſiſtat, impleríque debeat. Et ideo verè ſic eſt, quod implementum vltimæ voluntatis eſt pium, & religioſum.

103. Præterea, vt dictum eſt ſupra executor cuiuſcumque vltimæ voluntatis peccat mortaliter, ſi notabiliter negligit eam implere. Palat. Rodriq. Spinus, Padill. Cuorillo, quos ſequitur Barb. *alleg.* 82. *n.* 16. Ratione vero peccati laicus fit de iuriſdictione Eccleſiaſtici Præſulis. Grat. Diſcep. 154. *nu.* 25. Suarez *de cenſ. diſp.* 4. *ſect.* 5. *num.* 10. Ratione igitur peccati executio cuiuſcumque legati eſt de foro Eccleſiaſtico, & in caſibus à iure expreſſis ſpectat ad Epiſcopum.

104. Quæ vero adducta ſunt pro ſecunda ſententia non probant. Non quidem primum, quia cum veriſſimum ſit, quod actor ſequitur forum rei, de Eccleſiæ foro eſt, quiſquis voluntatem defuncti debet adimplere. Non ſecundum, quia ſufficit, quod aliqua iura decernant executionem vltimæ voluntatis ſpectare ad Epiſcopum, hoc non negantibus alijs iuribus, imo implicitè hoc etiam affirmantibus, cum religioſum ſit, & piam voluntatem defuncti adimplere. Non tertium, quia non intereſt an iura Ciuilia dederint hoc Epiſcopis, ſed ſufficit ſi illam habeant ex iure Canonico. Cui nihilominus ceſſura ſunt iura Ciuilia, quæ piarum voluntatum vltimarum executionem modo explicato concedunt.

105. Concluditur propterea, quod vbi legatum non eſt pium, ſed profanum illius executio eſt mixti fori. Sed hoc eſſe verum etiam de legatis pijs ex *l. hereditas ff. de petit. hered. &* ex *l. Nulli C. de Epiſ. & Cler.* & ex Auth. *de Eccleſias tit. §. Cum autem, & §. ſi quis ædificationem, & §. ſi vero ſemel*, docuit Specul. *d. §.* 13. Nunc vero *nu.* 80. quem ſequuntur communiter DD. *in cap. Relatum el* 1. *eod. tit. Et in cap. ſi. heredes, eod. tit.* Panorm. Barbat. quos ſequitur Couar. *nu.* 1. Baldus Angel. Aret. Belluga, Gomez, Fernand. & alij, quos ſequitur Carp. *l.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. Vnde in his locus præuentioni. Barboſa plures referens *d. all.* 82. *num.* 17. Aduertendum tamen, & diſtinguendum inter cauſas profanas etiam pias, & inter cauſas mere ſpirituales. Nā in iſtis iudex laicus ſe non poteſt immiſcere. *cap. Decernimus, de Iudic.* Vbi Dec. *nu.* 7. Carp. *d. l.* 21. *num.* 4.

106. Deuolutio autem iſta executionis vltimarum voluntatum explicata, ſeu ſuperintendentia Epiſcopi, & prouidentia circa huiuſmodi vltimas voluntates adimplendas adeo competit Epiſcopis, vt nec ab eo auferri poſſit per eumdem teſtatorem, qui nec abſolute, nec poteſt hanc prouidentiam Epiſcopi impedire, Auth. *de Eccl. tit.* ibi *licet præcipue à teſtatoribus, & donatoribus interdictum ſit. Cap. Tua nobis.* 17. *ſup. eod tit*, ibi. *licet enim à teſtatoribus id contigerit interdici.* Et ibi Gloſſ. *in v. interdici* Panorm. *nu.* 5. Hoſt. *nu.* 8. Pactr. *nu.* 6. Anchar. *num.* 4. Fagnan, *n* 3. & 12. Sylu. *v. teſtamentum* 2. *nu.* 8. Couar. *d. cap. Tua nobis nu.* 6. Ripa *in cap. Cum* M. Ferrarienſis, *nu.* 81. *de conſt.* Priſino *de teſtam.* Gloſſ. 4. *à nu.* 48. Matienz. Diaz, Gutierez, Humando, Acuedo, Girunda, Bobadilla, quos ſequitur Carp. *l.* 2. *de exec. cap.* 22. *nu.* 64 Thomaſ. *de exec. tit.* 14. & alij communiter.

107. Quod eſſe verum etiam in caſu in quo teſtator diſpoſuerit, vt ſi Epiſcopus prohibitioni ſuæ renuerit obedire, bona ſua in aliam cauſam expendantur. Hoc enim tanquam irrationabiliter diſpoſitum reijciendum eſt, vt ex Rota, Felin. & Rocho de Curte probat Couar. *d. cap. Tua nobis in fin.* & poſt Matienz. Paulum Pariſium, Tuſcum, & Menchada, tradit Carp. *d. cap.* 22. *nu* 67.

108. Ratio autem horum eſt, quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem legis, vel Canonis immutare. *c. Requiſiuiſti, ſup. eod. tit. l. nemo poteſt ff. de leg.* 2. Et nec irrationabili voluntati defuncti ſtari debet. *l. ſi pecuniæ. ff. vt in poſſeſſ. leg. l.* 2. *ff. Vbi pupil. educ. debet. & l. Cerdonem ff. de oper. liber.*

109. Inde eſt, quod neque hoc poſſet præualere conſuetudo, quia eſſet irrationabilis, niſi ſi ad alium executorem legitimum Epiſcopo ſimilem ex cauſa rationabili fieret huiuſmodi deuolutio.

110. Prædictis vero non obſtant, quæ habet Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 9. & *ſ.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* vbi vult leges poſitas in fundatione Capellarum, & Hoſpitalium ſeruari, Quia vt ex eodem Concilio deducitur, hoc non procedit in caſu negligentiæ eorum ad quos cura, ſeu ordinatio, ſeu executio ex fundatione competebat, prout in ſimili reſoluit Garz. *de benef. p. p. cap.* 2. *n.* 98. quod probatur ex Rota *in Salmantina Oratorij*, 13. Martij 1559. *coram* Quiroga, relata ab eod. Garz. *n.* 170. & docet Carp. *d. cap.* 22. *n.* 68. Quamuis igitur teſtator in fundatione alicuius operis pij poſſit ordinare, vt Epiſcopus non ſe intromittat in illius cura, & adminiſtratione, & viſitatione, vnde etiam aduertit Fagnan. *d. cap. Tua nobis n.* 3. quod Concilium executionem teſtamentorum non concedit Epiſcopo niſi in caſibus in iure expreſſis. Non tamen poteſt Epiſcopum excludere à prouidentia, & vt in caſu negligentiæ non poſſit compellere executores, & prout eſt de iure ſuccedere in executione. Garz. *d. cap.* 2. *n.* 93. Carp. *d. cap.* 22. *n.* 73. Sicut ſi fundet capellaniam collatiuam in titulum beneficij non poteſt eum excludere ab eius prouiſione & collatione. Garz. *d. cap.* 2. *n.* 97. Carp. *de cap.* 22. *n.* 71. & plures alij apud iſtos.

111. Et inde eſt, quod licet teſtator poſſit ordinare, vt in caſu negligētiæ vnius executoris ſuccedat alius. Panorm. *d. cap. Tua nobis*, Sylueſt. *v. teſtam.* 2. *n.* 8. Si tamen teſtator ordinaret, quod ſi Epiſcopus velit tunc ſuſcipere executionem, alius ſuccederet, irrationabilis eſſet hæc ordinatio & non admittenda, in contemptum Epiſcopi facta, & eius ſolam excluſionem.

112. Sed cui Epiſcopo competit prouidētia & iuriſdictio circa executionem vltimarum voluntatum? Monet hanc quæſtionem Anchar. *notab.* 4. ſed eam non reſoluit, ſed remittit ad

dicta ab ipſo *in cap.* Ioannes *eod. tit.* Ibi vero Panor. habet, hoc pertinere ad illum, qui habet iuriſdictionem in loco. Sed quiſnam eſt hic locus? Nunquid locus teſtatoris, aut executoris? vel locus originis, vel locus domicilij? Siue locus teſtatoris, aut executoris, vel locus in quo ſunt bona diſtribuenda? Certe *in Auth. de Eccl. tit.* §. ſi quis autem, vbi executio legati pro redimendis captiuis, & pro alimentis pauperum committitur Epiſcopo, expreſſe nominatur Epiſcopus domicilij, ibi. *Santiſſimum Epiſcopum ciuitatis, in qua Epiſcopus habuit domicilium*: & idem habetur *in l. ſi ad declinandam 49. C. de Epiſ. & Cler. ſed in l. Nulli 28. C. de Epiſ. & Cl.* de eodem legato pro redimendis captiuis decernitur, quod vbi teſtator nullum dedit executorem, executio ſpectet ad Epiſcopum loci originis ipſius teſtatoris, ibi *Reuerendiſſimus Epiſcopus illius ciuitatis ex qua teſtator oritur, habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratia fuerit derelictum &c.* Propterea Ancharanus ſequutus Gloſs. *in in d. l. Nulli* dicit ſe *in d. cap. Io:* tenuiſſe, quod vterq; Epiſcopus originis, & domicilij conuenire debet, & hoc *per l. Iuriſperitos 30. § Cum oriundus ff. de except tut. & cur.*

113. Sed ibi non de executione, ſed conſtitutione tutoris, aut curatoris ad adminiſtranda patrimonia exiſtentia in diuerſis prouincijs eſt ſermo, & vt habet ibi Gotifredus l. B. tunc talis debet ab vtriuſque prouinciæ Iudice dari, & ita ex illo textu hoc ſolum deduci poſſet, quod vbi ſit conſtituendus executor teſtamenti ad diuerſa patrimonia in diuerſis diœceſibus exiſtentia, ab Epiſcopis illarum diœceſum dari deberet. Sed vbi à teſtatore datus eſt executor, vel teſtatore nullum dante executorem, executio pertinet ad Epiſcopum, vel ad hæredem; quiſnam Epiſcopus prouidentiam habebit, vt impleatur voluntas teſtatoris?

114 Sed hic non eſt ſermo de executore datiuo, ſed de executore legitimo, ſeu de eo qui executorem teſtamentarium compellere poſſit, & ad quem ſpectet totius executionis prouidentia, & hoc non ex hominis conſtitutione, ſed ex lege, ideo caſus longe eſt diuerſus, & ad diuerſa non fit illatio. Io: Andreas vero, *in d. cap.* Ioannes, vt refert idem Anchar inquit quod Epiſcopus ipſius executoris debet eum compellere. Et non eſt dubium, quod immediatus compulſor executoris erit eius Epiſcopus, ſed tamen ſi teſtator, & teſtatoris patrimonium ſit in aliena Diœceſi, prouidentia legitima executionis teſtamenti non poterit pertinere ad illum Epiſcopum, quia hæc ex legibus citatis pertinet ad Epiſcopum teſtatoris, vnde tunc Epiſcopus executoris non poterit cōpellere executorem ſibi ſubditum, niſi ad inſtantiam Epiſcopi loci in quo teſtator vel habuit domiciliū, vel fuit oriundus.

115. Dicitur igitur quod prouidentia executionis vltimæ voluntatis teſtatoris pertinet ad Epiſcopum loci domicilij, ſcilicet in quo moritur teſtator, ſiue hic ſit ſimul locus originis & domicilij, ſiue ſit locus domicilij tantum. DD. *in d. l. Nulli*. Et hoc nedum *ex d. Auth. de Eccl. tit.* habetur, *ſed ex d. l. Nulli* §. 4. *ibi vir venerendiſſimus Epiſcopus ciuitatis eius, in qua idem teſtator defunctus eſt, eiuſdem habeat legati ſeu ſidei commiſſi petitionem; defuncti propoſitum modis omnibus impleturus.* Vnde quod Imperator prius dixerat de ciuitate, ex qua teſtator oritur, intelligi debet ex ſuppoſitione, quod ibi teſtator habuerit domicilium, & ibi mortuus fuerit, & ſic quod illa ciuitas fuerit locus originis, & domicilij, vt quia in principio loquebatur de vero non Barbaro, ſed patriota, expreſſit locum originis ad excludendum locum, in quo forſan accidentaliter mortuus fuit, & poſtea de Barbaro ignotæ patriæ, & domicilij, quod illius teſtamenti executor ſit Epiſcopus loci in quo accidentaliter moritur, itaque ergo vir noti domicilij ſi teſtatur, etiam ſi alibi moriatur, eius vltimæ voluntatis adimplendæ prouidētia ſpectat ad Epiſcopum loci, in quo vltimo ipſe habuit domicilium, vt dicitur *in Auth. de Eccl. tit.* ſed in teſtatore ignoti domicilij, hæc prouidentia ſpectat ad Epiſcopum ciuitatis, vel vici in quo moritur. Ratio autem horum eſt, quia teſtator proximè erat ſubditus Epiſcopi domicilij, eius igitur vt ſui ſubditi eſt curare adimplementum illius vltimæ voluntatis. Vbi autem locus domicilij eſt ignotus, vel locus originis, ſuccedit Epiſcopus loci, in quo moritur, & tunc aduena ad hunc effectum cenſetur ibi habere domicilium Speculator tamen *tit. de inſtrum. edit.* §. 13. Nunc vero *n.* 81. *hoc* limitat, vt non procedat ſi bona teſtatoris ſint in loco illius originis. Et idem dicendum eſſet ſi ibi ſit maior pars bonorum. Sed in his caſibus verum erit, quod dixit Io: Andr: vt prouidentia iſta ſpectet ad Epiſcopum ex illis duobus cui ſubditur executor, vel hæres, ad quem pertinet exequi voluntatem teſtatoris. In illis autem caſibus legatorum pro redemptione captiuorum, & pro alimentis pauperum, in quibus nullo dato executore à teſtatore executio pertinet ad Epiſcopum domicilij *per Auth. de Eccl. tit.* §. *ſi quis autem*.

116. Hic vero nomine Epiſcopi veniunt etiam Prælati inferiores habentes territorium exemptum, & in eo iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *vt in d. cap.* Io: *eod. tit. tradunt* Panor. Anchar. Burbatia Fagnan. *n.* 7. Couar. *n.* 1. Matienz. & Flores de Mena, quos ſequitur Carp. *d. cap.* 22. *n.* 75. inferens idem dicendum in terminis Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 5. & 6. 8. & 9.

117. Præfata etiam competunt Capitulo ſede vacante, vt tradunt præfati DD. hæc enim ſpectant ad iuriſdictionem Epiſcopalem, in qua Capitulum ſuccedit.

118. In caſu etiam negligentiæ Epiſcopi executio piarum voluntatum deuoluitur ad Metropolitanum. Auth. *de Eccl. tit.* §. *ſi quis autem*. Metropolitanus enim ſupplet negligentiam Suffraganeorum, quo caſu ad eum deuoluitur Epiſcopum iuriſdictio Felin. *cap. Paſtoralis n.* 6. *de off. ordin. Spino. de teſtam.* Gloſſ. 28. *nu.* 42. Carp. *d. cap.* 22. *n.* 77.

119. In legatis autem factis pro pauperibus, quos eligere debeat executor latè oſtendit Balthaſar Thomaſius *de exec. tit.* 12. *cap.* 25. & 26. Vide etiam quos refert Barb. *in l. Nulli. num.* 17.

120. An vero valeat legatum factum ſine expreſ-

Digitized by Google

expreſſione rei legatæ, & cum relatione ad mentem teſtatoris executori in ſecreto reuelatam.; & an huiuſmodi executor ſecretam mentem reuelare teneatur; & an tali ſponte reuelanti ſit credendum: Et ſi noluerit reuelare ſit priuandus executione; & tunc quomodo exequendum latè tractat Fagnan. *d.cap.Tua nobis*, *à num.32.*

121. Hoc tamen notandum ex Rota *dec. 265.num.1.part.5. recent.* Quod vbi executor non poteſt ſecundum formam à teſtatore diſpoſitam exequi eius voluntatem, ipſe debet, ſecundum id, quod ſcit, vel præſumit, & ſpeculatur voluiſſe teſtatorem, & ſecundum legum, & canonum ſanctiones eiuſdem teſtatoris voluntatem ad effectum perducere. Et quod ad ipſum executorem ſpectat, ſupplere, declarare, atque interpretari mentem teſtatoris, & voluntatem exequi, & eius declaratio eſt omnino attendenda Bald.*conſ.259. l.4. & conſ. 468.num.3. verſ. ſuper quo etiam. lib.1.* Alciat. *conſil.329. num.2. & 3.* Simon de Pret. *de interpret. vlt. vol. l.1. ſolut.7.* per totam. Mantic. *de coniect.vlt.vol. l.3.tit.1.num.20.* debent autem ſemper attendi verba teſtatoris, quia tota poteſtas Executoris pendet à teſtamento, & ab eo regulari debet. Penna *dec.1067.nu.2.* Ex *d. etiam cap.Tua nobis, eod.tit.* habetur quod Epiſcopus ex officio poteſt, imo & debet inquirere an piæ defunctorum voluntates dentur executioni. Quod Barb.ibi *n.4.* extendit, vt hoc etiam facere poſſit ad priuatam vtilitatem; quod non credo, quia priuatæ, vtilitatis intuitu non mouetur Iudex niſi excitatus. Nam eius eſt cura communis boni per ſe, priuatas vero vtilitates quærere eſt priuatorum.

122. Bene verum eſt, quod cum Epiſcopi ſit, curare vt voluntas teſtatoris impleatur. & ad hoc poſſit compellere hæredes, aut executores, Conc.Trid.*ſeſſ.22.cap.8.* Quod extenditur vt etiam ſi iſti ſint officiales S. Inquiſitionis nihilominus Epiſcopus poteſt eos ad implenda legata pia compellere, ſicut & alios exemptos, quia in hoc Epiſcopus eſt d legatus Sedis Apoſtolicæ, vt tanquam declaratum à S.Cong. ex Franc. Leone in *theſauro iuris Eccleſ. p.2.cap.vlt.* tradit Barb. *in d.l.Nulli, n. 22. & alleg.82.num.13.* Ideo coram Epiſcopo contra hæredes, aut poſſeſſores bonorum teſtatoris, & è contra legatarij, contra executores agere poſſunt. Anchar. *q.10.n.14.* Poſſunt quidem executores voluntatis teſtatoris in cauſis pijs agere contra hæredes, aut poſſidentes bona teſtatoris, vt in *d.l.Nulli, & l. ſi quis ad declinandum. C.de Epiſ. & Cl* Barb. ad *d.l.Nulli, num.12.* an apud eum Feraq. Velaſ. Cardoſ. & Capra, Anton. Gomez, *var. cap. 12. num. 12.* Grat.*diſcept. form.329 num. primo* Surd.*de alim. tit.8.priuil.32.* Rota coram Buratto *dec.14.n.5.* Panorm.*in cap.Io.num.5.* Quod eſt verum etiam in legato alimentorum. *l.Alio de alim.legat.* Anchar. *d. q.10.* Et licet in legatis profanis executor, cum ſit purus miniſter non poſſit agere. *l. Lucius §. Mauius. ff. ad Trebell.l. ſi quis Titio. ff. de legat.2.* Nihilominus forte, vt ait Anchar. datur ſibi officium Iudicis, & addit Grat. *d. diſcept.329.n.25.* quod executor piarum voluntatum agit etiam nomine proprio.

123. Sed etiam contra executorem agit Legatarius, quando executor acceptauit officium. Et quidem ſi executor ab hærede ſit conſecutus rem, ſeu pecuniam quam debet in cauſam piam diſpenſare, legatarius agit contra illum, *vt l. ſi à pluribus de legat. 2.* Sed etiam ſi rem non ſit conſecutus, quia tamen ei competit actio pro re conſequenda, ideo contra eum datur actio, vt notat Anchar. *d.q. 10.* qui in hoc ſenſu intelligit Gloſſ.*in d.l.Nulli, & l. ſi ad declinandum.* In alijs vero legatis in in quibus executori non datur actio, nec datur legatario actio contra illum, non enim haberi poteſt loco hæredis. Grat. *d.diſp.329. n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibetur pactum de electione ſepulturæ in propria Eccleſia.*
2 *Explicatio textus, remiſſiuè.*
3 *Sub nomine Clerici in odioſis non veniunt Religioſi neque è contra.*
Conſtitutio iſta non comprehendit laicos 3.
4 *Præceptum ſub interminatione maledictionis æternæ non inducit excommunicationem.*
5 *Præceptum ſub indignatione Apoſtolorum, continet primam ordinariam.*
Maiorem obligationem continet promiſſio iurata, quam ſub fide 5.
6 *Quomodo Papa liberare poſſit ab obligatione iuramenti.*
7 *Quomodo ſit verum, quod non facit contra iuramentum, qui id facit iuſſu ſuperioris.*
8 *Quando præcipitur aliquid fieri in gratiam tertij intelligitur, ſi id petatur.*
9 *Interdicta Eccleſia quando ſit interdictum cæmeterium.*

Tit. XII.

De Sepulturis.

Cap. Animarum I.

1. IN hac decretali Bonifacius 8. prohibet pactum à Clericis, vel Religioſis initum de eligenda ſepultura in eorum Eccleſijs. Et non obſtante pacto de ſepultura eligenda, vel electa, non mutanda ſepeliendus eſt quis vbi alias erat ſepeliendus de iure: & alias ſepultus cum omnibus ſepulturæ obuenientibus reſtituendus eſt; alias pœna contenta incurritur.

2. Decretalem hanc latè explicaui *tom.2. de ſtatibus, q.187.a.4.inſpect.4.cap.9.n.417.& ſequent.*

3. Notandum vero primo, ibi, *Religioſis*. ſub nomine Religioſorum non venire Clericos ſeculares, nec è contra. Dom. *num.1.* Franc. *num 1.* Quod intelligitur in odioſis, in fauorabilibus enim iuxta ſubiectam materiam, ſub nomine Clericorum religioſi veniunt. Cum vero textus non nominet laicos bene infert Franc.*n.1.* quod prohibitio & pœna iſta in illis non habet locum.

Nolan-

4. Notandum ſecundo ibi *ſub interminatione*, quod præceprum datum in virtute ſanctæ obedientiæ ſub interminatione maledictionis, æternæ, Obligat quidem ſub mortali, ſed non inducet excommunicationem, vt in *cap. 2. ſup. de maior. & obed.* Io. And. & Franc. *num. 2.* Paulus in *Clem. 1. de ætat. & qual.* forma vero illa loquendi, alioquin indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli incurrant, importat pœnam arbitrariam. Franc. *n. 2.* Bald. *l. 1. C. de ſum. Trin. in princ.*

5. Notandum 3. ibi. *vel fide interpoſita* quod Gloſſ. *in v. permittendum*, inquit, quod non facit Deus differentiam inter promiſſionem iuratam, & interpoſita fide factam. Et Franc. *num. 5.* non facit differentiam inter iſta, iuro per ſancta Dei Euangelia, & promitto ſub fide mea, vnde veniens contra præſtationem fidei poteſt priuari beneficio. *Cap. Querelam ſup. de iure iuran.* Barboſa etiam *num. 4.* inquit, quod quantum ad obſeruantiam, idem operatur promitto ſub fide, quod iuramentum, per Surd. *dec. 225. num. 1. & de alim. tit. 9. q. 24.* Dom. quoque *n. 2.* vult quod quantum ad obligationem inducendam idem operetur iuramentum, quod promiſſio ſub fide. Sed quod diuerſa ſint promittere ſub iuramento, & promittere ſub fide habetur ex textu, in quo hæc vt diuerſa ponuntur, quamuis in caſu præſenti velit ea æquiparari. Cæterum abſolute longe maiorem obligationem inducit iuramentum, quam promiſſio ſub fide. Nam promiſſio ſub fide non inducit obligationem ex virtute fidelitatis, vel etiam iuſtitiæ ſi ſit acceptata, & contineat vim pacti ferentis obligationem iuſtitiæ. Sed iuramentum promiſſorium continet obligationem promiſſionis, & addit obligationem maxime ex virtute religionis.

6. Notandum 4. ibi. *Nec apud ſic electus Eccleſias.* Quod iuſta ſubnitente cauſa poreſt Papa ſtatuere, vt quis non obligetur iuramento, vt *Bap. Vbi periculum, ſup. de elect. in hoc lib. & cap. ſecundum, ſup. de alien. rer. Ecc. in eod. lib.* & norat Franc. *n. 3.* Sed hoc verificatur, quia tollitur materia iuramenti. Sicut in præſenti textu irritatur promiſſio, qua ablata deficit materia iuramenti promiſſorij, & ideo ceſſat eius obligatio.

7. Sed ex his etiam explicandum eſt, quod habet *d. §. ſtatuentes num. 2.* Franc. *num. 4.* quia, ſcilicet, non dicitur venire contra iuramentum, qui facit contra de mandato ſuperioris, ad quod allegat Specul. *tit. de danat. §. 1. in fin.* Io. And. *cap. Cum parati de appell.* & Archid. *cap. auctoritatem 15. q. 4.* Nam & hoc non eſt verum, niſi in caſibus in quibus iuramentum non obligat, quia vel ablata ſit materia iuramenti, vel quia materia ſit mala. Sic in caſu eius, qui iurauit non exire à Domo, & dicitur non eſſe peccaturus ſi exeat citatus, de mandato iudicis, hoc eſt, quia in hoc caſu iuramentum non obligat, quia promiſſio non exeundi è domo, ſi Iudex iuſte præcipiat egredi, non eſt promiſſio rationabilis, & quæ poſſit eſſe materia iuramenti.

8. Norandum quinto, ibi, *ſi petantur*, quod, vbi lex mandat aliquid fieri in commodum alicuius, licet verba ſint præciſa, & neceſſitatiua, intelligitur, ſi illud petatur. Ita Barb. *num. 5.* Tiraquell. *de retract. lig. §. 1.* Gloſſ. 10. *num. 109.* Surd. *dec. 57. num. 2.*

9. Notandum 6. ibi, *Nec non & cœmeteria*, Quod interdicta Eccleſia non eſt interdictum cæmeterium, niſi id exprimatur, vt hoc factum fuit, vel niſi cæmeterium, ſit contiguum Eccleſiæ, vt *cap. 1. inf. de conſec. Eccl. Et cap. ſi Ciuitas inf. de ſent. excom.* vt hic notat Dom. *§. ſi vero num. 2.* & Franc. *num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Cui Eccleſiæ debeatur quarta.*
2 *Huius explicatio, remiſſiuè.*
3 *In loco minus religioſo poſſit eligi ſepultura.*

Cap. Cumquis 2.

1 IN duas partes diuiditur hæc decretalis, in quarum prima decernitur quartam parochialem non deberi Eccleſiæ dimiſſæ, ſed illi in qua qui eligit ſepulturam audit diuina officia, & ſi in diuerſis Parochijs habet domicilium, illæ inter ſe portionem diuident.

2. Quæ vero facere poſſunt ad explicationem iſtius partis dixi *tom. 2. de ſtat. quæſt. 187. art. 4. inſpect. 5. à nu. 483. præcipue vero n. 543. & ſequentibus.*

§. Si quis.

3 IN loco etiam minus Religioſo poteſt eligi ſepultura. Hoc eſt quod in hoc §. decernitur. De hoc vero multa, & neceſſaria dixi *tom. 2. de ſtat. quæſt. 187. art. 4. inſpect. 3. cap. 1. à nu. 34. & cap. 3. nu. 134. & 135. & inſpect. 4. cap. 1. num. 259.*

SVMMARIMV.

1 *Defunctus in loco domicilij ſepeliri debet, ſi commodè poſſit, etiam ſi alibi mortuus.*
Translatio perſonæ non aufert ius ſepulturæ. 1.
2 *Explicatio textus, remiſſiuè.*
3 *Vidua in ſepulchro vltimi mariti ſepeliri debet.*
4 *Quæ ſit Parochialis in qua defunctus debet ſepeliri, remiſſiuè.*

Cap. Is, qui 3.

1 IN duas quoque partes diſtinguitur hæc Decretalis. Primò autem decernitur, quod qui decedit extra locum domicilij, non vbi moritur. ſed vel in Parochiali, vel potius in ſepultura maiorum in loco domicilij ſepeliri debet, ſi commode ad illum transferri poteſt. Et ſic translatio perſonæ ad alium locum facto ad tempus, non aufert Eccleſiæ ius ſepulturæ.

2. Pariter autem, quæ neceſſaria eſſent ad huius partis declarationem poſita ſunt à me, *tom. 2. de ſtat. q. 187. art. 4. præcipue inſpect. 4. cap. 3. à num. 311.*

§. *Mu-*

§. *Mulier*.

3 STatuitur vbi ſit ſepelienda vidua, quæ plures viros habuit, & dicitur, quod cũ vltimo viro ſepeliri debet.

4. Quæ ſit Parochialis in qua ſepeliri debeat, qui non elegit ſepulturam, dixi *tom. 2. de ſtat. qu. 187. art. 4. inſpect. 4. cap. 3. à num. 311.* & in ſpecie vbi ſepelienda ſit vxor, ibi *num. 340.* & quomodo vxor poſſit ſibi eligere ſepulturam oſtenſum ait, ibi *inſpect. 4 cap. 1. num. 263.*

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio impuberi eligit ſepulturam vbi eſt conſuetudo.*
Filius pubes eligit ſibi ſepulturam, ſed ſine Patris licentia non poteſt relinquere pro anima ſua niſi caſtrenſia, aut quaſi Caſtrenſia 1.
2 *Explicatio textus, remiſsiuè.*
3 *Filius etiam inuito Patre teſtatur de bonis Caſtrenſibus, & quaſi.*
4 *Quæ ſint bona Caſtrenſia.*
5 *Peculium quaſi Caſtrenſe eſt quod acquiritur ex officio publico.*
Non requiritur, quod ſit officium nobile 4. 5.
6 *Dictio alijs extenditur etiam ad diſsimilia* 5.
7 *Peculium quaſi caſtrenſe eſt ex ſalario publico.*
8 *Salaria quæ dantur ex publico ſunt peculium quaſi Caſtrenſe.*
9 *Peculium acquiſitum ex officio publico eſt quaſi Caſtrenſe. Et quid officium publicum.*
10 *Peculium Iudicis, & Aceſſoris eſt quaſi Caſtrenſe, non verò Arbitri.*
11 *Quando ſalarium Aduocati ſit peculium quaſi Caſtrenſe.*
12 *Et Procuratoris.*
13 *Et Notarij.*
14 *Et Doctoris.*
15 *Artium Mechanicarum,*
Et Architecti 15.
Et Docentis æquitare 15.
16 *Diſtinctio Mechanici & liberalis non eſt neceſſario attendenda.*
Et agentium in rebus ex officio publico 16.
17 *Nam tutorum, & Curatorum.*
18 *Donata à Rege & à Regina ſpectant ad peculium Caſtrenſe* 18. *& ſalaria eorum qui ſeruiunt in Regis palatio.*
19 *Et donata intuitu publici officij.*
20 *In Clericis etiam illa quæ eſſent aduentitia; ſunt quaſi Caſtrenſia.*
21 *Quæ ſint aduentitia.*
22 *Non ſit quaſi Caſtrenſe, quod donatur ab extraneo ſub illa conditione.*
23 *Filius de aduentitijs poteſt teſtari ad pias cauſas.*

Cap. Licet 4.

1. DVo dicta habentur in hac decretali, quorum primum reſpicit filios impuberes, & dicitur Patrem poſſe pro filio impuberi eligere ſepulturam, vbi illius ſit conſuetudo. Secundo dicitur, quod filius familias pubes licet poſſit ſibi eligere ſepulturam, niſi tamen habeat peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe non poteſt aliquid relinquere, ſeu legare pro anima ſua ſine patris conſenſu.

2. Hæc vero dicta habentur explicata *tom. 2. de ſtat. q. 187. 4. 4. inſpect. 4. cap. 1.* vbi de illis, qui poſſunt ſibi eligere ſepulturam, & de Patre eligente ſepulturam pro impubere filio, *ib. n. 276. & 277.* Et de filio pubere ſibi eligente ſepulturam, ibid. *n. 264.*

3. Cum vero dicatur hic, quod filius familias pubes exiſtens ſub poteſtate patris poteſt licet ſit minor per vltimam voluntatem diſponere de bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus, ſed aduertendum quod nedum ad pias cauſas, ſed etiam ad alias poteſt filius familias de huiuſmodi bonis etiam inuito patre teſtari *l. fin. C. qui teſtamenta, &c.* Lapus Ancharan. *not. 7.* Franc. *n. 1. & in rubr. de teſtam. n. 46.* Syluest. *v. teſtamento 1. q. 4.* Bona vero caſtrenſia ſunt.

4. Quæcumq; filius acquirit ratione alicuius militaris officij, aut ſeruitij in terra, vel in mari, ſi ſit Dux, miles, &c. *l. caſtrenſe ff. de pecul. caſtrens* Archid. *hic in fin.* Sylu. *v. peculiam 1. n. 1.* Tabien. & Armill. *n.* Nauar. *1. cap 17. n. 141.* Sanchez *l. 2. Conſil. cap. 2. n. 2* & alij communiter. Vnde caſtrenſia bona ſunt acquiſita etiã à Nautis, remigibus, patronis, & alijs officialibus nauium aut triremium, quando tamen ex cauſa publica officia huiuſmodi obeunt non vero ex priuata. Et ex bello iuſto, non ex iniuſto, vt citati DD. aduertunt. Iterum igitur ſalaria proculdubio caſtrenſia ſunt, ſed quæ huiuſmodi militibus donantur, ſi ſint inſtrumẽta militiæ aut intuitu militiæ data ſicut cenſentur illa, quæ ſunt data illi, qui non eſt cognitus, niſi ex militia, ſeu ſunt data militi vt ex eorum prætio emat arma, ſeu militiæ inſtrumenta in dubio vero ea, quæ vel non ſunt inſtrumenta militiæ, vel ſunt indifferentia ad militiam, & ad alia, vt ſeruus, & ſimilia, non cenſebuntur caſtrenſia, niſi conſtet data intuitu militiæ vt ex Bart. aduertunt Syl. Tabien. Armill. & Sanchez citati.

5. Quaſi caſtrenſe peculium vero eſt illud quod acquiritur ex publico officio *l. Cum multa C. de bonis, quæ liberis &c. & l. Cum antiquis C. de inoff. teſt.* Duo autem, vel tria requiruntur ad huiuſmodi peculium, Primum ex parte cauſæ acquiſitionis illius, ſcilicet quod cauſa acquiſitions ſit officium publicum, ſecundum vero conditiones requiruntur plures, vt non ſit officium vile. Nam officium vile licet exerceatur ex commiſſione Principis, aut Reipublicæ, non cenſetur officium publicum, quia deeſt illi officij dignitas. Nam enim conditionem requirunt Franc. *n 1.* Sanchez *d. l. 2. cap 2. d. 3. n. 11.* & alij qui ratione vilitatis ſeruitij vel ſalarium Procuratorum, vel etiam Notariorum nolũt eſſe quaſi caſtrenſe. Sed certe *in d. l. Cum antiquis*, huius conditionis nulla fit mentio. Verba enim legis ſunt iſta. *De alijs autem perſonis* (ſcilicet de non militibus) *omnibus, quæ non per ſpeciale priuilegium, hoc acceperunt, ſi poſſint teſtari dubitatio fuerat: vt puta viris diſertiſſimis patronis, cauſarum virisque deuotiſſi-*

tiſſimis memorialibus & agentibus in rebus, nec non magiſtris ſtudiorum liberalium, archiatris quoque, & alijs omnibus omnino, qui ſalaria vel ſtipendia percipiunt publica. In his enim verbis nihil dicitur de dignitate officij. Et licet aliqua officia, quæ nunc recenſita ſunt, ſint nobilia, & dictio *alijs*, referat ſimilia. Tamen obſtat, quod hæc regula *alijs omnibus omnino qui ſalaria, ſeu ſtipendia percipiunt publica*, quæ verba debent vniuerſaliter omnino extendi ad quodcumque officium pro quo datur ſtipendium, ſeu ſalarium publicum, quodcumque ſit illud officium. Hæc enim eſt ſimilitudo quam in officijs intendit præfata lex, & hanc ſimilitudinem refert dicto alijs, non vero ſimilitudinem in nobilitate.

7. Et ideo hæc eſt altera conditio, quæ eſt neceſſaria, ſcilicet, quod id, quod datur ſit ſtipendium publicum. Quia vero nunc multis ex huiuſmodi officialibus non datur ſtipendium ex publico, & ita ſtipendia priuata ſucceſſerunt loco ſtipendij publici; ideo al.qui dicunt, quod ſufficiat ſi officium ſit tale cui debeatur ſtipendium publicum. Ita Io. And. *Add. ad* Specul. *tit. de Actore*, §. 1. *verſ. Item quod agit.* Syl. *v. peculium num.* 1. Sanchez *d. l.* 1. *conſ. cap.* 2 *dub.* 13. *n.* 1.

8. Diſtinguendo igitur certa ab incertis, dicitur certum eſſe, quod ſalarium Iudicum, Aſſeſſorum, Aduocatorum, Procuratorum, Notariorum, Medicorum, Doctorum legentium in ſcholis, Magiſtrorum docentium artes, Architectorum, & aliorum omnium, quod pro officio publico datur ex publico, á Principe, vel Republica eſt quaſi caſtrenſe. Hoc patet ex verbis legis ſupra citatis, & in hoc DD. conueniunt.

9. Certum quoque puto eſſe, quod peculium quaſi caſtrenſe ſit, quod etiam á priuatis datur tanquam vel ſalarium, vel ſtipendium, vel propina ex officio publico. Eſt autem officium publicum illud ad quod aliquis deputatur non ſola declaratione habilitatis ad illud. Sed deputatione & collatione iuriſdictionis, aut facultatis ad agendum fauore publico, & boni publici intuitu. Publicum enim officium eſt quod eſt ex iure publico, & ad publicum finem, vt dixi, de *elect. cap* 25. *q.* 10. *num.* 93. Et hic debet accipi quod nedum de facto ſit publicum, ſed ſit tale auctoritate, & vtilitate. Quod igitur datur intuitu huiuſmodi officij, licet detur á priuatis eſt quaſi caſtrenſe, quia ſic datum ſucceſſit in locum ſtipendij publici, vt ex Io. And. dicit Franc. *n.* 1.

10. Hinc deſcendendo ad particularia, licet quod datur Iudici & Aſſeſſori tanquam ſtipendium illi debitum ſit peculium quaſi caſtrenſe, quia datur pro officio publico. *l. Vetat. C. de Aſſeſſ* Anchar. *not.* 8. *num.* 4. Franc. *nu.* 1. Sylu. *v. peculium.* 1. *q.* 10. Tabien. *num.* 3. Armill. *num.* 3. Aug. *num*, 7. Sanchez *d. l. p. cap.* 2. *diſp.* 3. *num.* 4. Salarium tamen arbitrorum non eſt quaſi caſtrenſe, quia eorum officium eſt priuatum; á partibus enim deputantur non á publico. Armill. *d. num.* 3. Sanchez *d. dub.* 3. *num.* 3. Card. de Lugo *diſp.* 5. *de iuſt. ſect.* 2.

11. De Aduocato, quod ſalarium illius etiam á priuatis clientibus datum ſit quaſi caſtrenſe, dicunt Archid. *hic in fin.* Sylueſ. *v. peculium primo q.* 10. Sanchez *d. cap.* 3. *nu.* 5. & apud illum Angel. Gabriel. Viuian. Lopez, Montalb. Clauis Regia *l.* 9. *c.* 16. *n.* 16. Palaus *tract.* 31. *diſp. vn. p.* 7. §. 1. *num.* 5. Card. de Lugo *diſp.* 5. *ſect.* 2. *num.* 16. Sed cum hoc ſit indubitatum de Aduocatis Fiſci, aut Conſiſtorialibus, aut de Aduocatis pauperum, & ad ſummum, vt ex Bald. docet Franc. *num* 1. de Aduocatis in Matricula deſcriptis, & quibus auctoritate publica commiſſum eſt munus aduocandi, de alijs id non eſt certum. Nam lex Fori 4. *C. de Aduoc. diuerſ. iud.* loquitur de Aduocatis fori, & vniuerſaſarum cauſa uni. Et pariter de Aduocatis Fiſci loquitur *l. Aduocato* 2. *C. de Aduoc. diuerſorum Iudicum*. Quatenus tamen ſint Doctores, dici poteſt eos eſſe deputatos auctoritate publica ad docendum, & conſulendum tam verbo, quam ſcripto, & ſic dici poteſt eos exercere officium publicum, ex publica auctoritate. Cæterum ſi ſolum ex electione clientum, & eorum deputatione aduocant, non video qualiter dici poſſit eos agere ex officio publico: Nam tale officium quod non eſt ex iure publico, ſeu publica deputatione, eſt priuatum auctoritate, & vtilitate, cum clientis priuati vtilitatem reſpiciat.

12. Procuratoris vero officium non eſſe publicum, ideoque eius ſtipendium non eſſe quaſi caſtrenſe, quia ſit vile, dicunt hic Anchar. *not.* 8. *n.* 4. Franc. *n.* 1. Armill. *v. peculium.* & Tabien. *n.* 3. Sanchez *d. dub.* 3. *n.* 8. & apud eum Lopez. Sed neque vniuerſaliter officium procuratoris eſſe vile probatum eſt *ſup. in hoc lib. cap. licet.* 7. *n.* 13. *de Procur.* Et vt dictum eſt *n.* 5. nec neceſſe eſt vt officium ſit nobile, vt eius ſtipendium ſit quaſi caſtrenſe. Ideo de Procuratore dicendum eſt, quod dictum eſt de Aduocato, & pro indubitato habendum eſt, quod Procurator Fiſci, aut Pauperum inſtitutus auctoritate publica gerat publicum officium, & idem dicendum de Procuratore Patrono cauſarum in Curia Romana, vt etiam aduertit Card. de Lugo *d. ſect.* 2. *n.* 17. ſcilicet ſi ſit deſcriptus in matricula, & ſic auctoritate publica deputatus ad patrocinandum cauſas. Et ſi ſit Doctor in iure, ex hoc eſt auctoritate publica deputatus etiam ad patrocinium veritatis. Si vero ſit ſolum ſollicitator cauſarum non deputatus a publica auctoritate, eius ſalarium non erit peculium quaſi caſtrenſe. Cæterum *in d.* Authent. Presbyteros etiam agentes in rebus numerantur inter eos, qui habent priuilegium peculij quaſi caſtrenſis, & ideo non ſunt excludendi Procuratores, ſi ex iure publico ſint deputati ad hoc officium.

13. De Notario, quod eius ſalarium ſit quaſi caſtrenſe affirmant Anchar. *not.* 8. Franc. *n.* 1. Gloſſ. *in l. fin. ver. memorabilibus. C. de in offic. teſtam.* Nauar. *cap.* 17. *n.* 141. Palaus *d. p.* 7. §. 11. *num.* 2. Card. de Lugo *d. diſp.* 5. *n.* 16. Sed alij ſolum hoc admittunt de Notarijs Curiæ, qui ſtipendium ex publico debent habere. Sed hoc vt verum ſit ſolum de ſtipendio, quod illis datur ex publico limitant Bald. *in l. cum oportet n.* 16. *C. de bonis, quæ lib.* Specul. *tit. de*

Actore

Digitized by Google

Aſſere; *Verſ. nec intelligas*; Sanchez *d. dub.* 3. *n.* 11. Sed alij hoc extendunt ad ſtipendium receptum à priuatis. Syl. *v. peculium.* 1. *q.* 10. Tabien. *n.* 9. & Armill. *n.* 9. *&* 5. Sed quia Notariatus eſt ex ſui natura auctoritate publica; Notarius enim deputatur data ei auctoritate ad publicè ſcribendum. Et ideo placet prior ſententia, vt ſtipendium cuicumque Notario datum pro exercitio officij notariatus ſit publicum, & quaſi caſtrenſe.

14. Doctores vero docentes ſcientias tam ſpeculatiuas quam practicas, ſeu artes liberales, ſi id faciant in vniuerſitatibus publicis, ſeu ex deputatione & auctoritate Principis, aut legitimi ſuperioris, indubitate gerunt officium publicum, & eorum ſtipendium eſt quaſi caſtrenſe. Vniuerſaliter tamen hoc intelligunt Franc. *n.* 1. ex Bald. Nauar. *cap.* 17. *n.* 142. Syluеſt. *v. peculium q.* 1. Armill. & Tabien. *n.* 5. Aug. *n.* 4. Card. de Lugo, *d. diſp.* 5. *ſec.* 2. *n.* 16. Palaus *d. p.* 7. §. 1. *n.* 2. & merito, Nam in Doctoratu datur eis facultas docendi, & interpretandi leges, & ideo etiam facultas conſulendi verbo eo facto, & legendi, & docendi ſcientias. Qui tamen non ſunt doctorati, & non docent ex publica deputatione, ſed ex priuatorum electione, non exercent officium publicum.

15. De artificibus vero, vt lapicidis, carpentarijs, ſtatuarijs communiter dicitur, quod eorum ſtipendium non ſit peculium quaſi caſtrenſe, quia vel eorum officium ſit vile, vel quia per accidens ordinetur ad bonum publicum, atque ideo non niſi per accidens habent ſtipendium ex publico. Et nihilominus Sanchez *n.* 14. vult quod Architectus alicuius Domini, vel communitatis, quia videtur habere officium, liberale cenſeatur etiam habere officiũ publicum, & eius ſtipendium ſit peculium quaſi caſtrenſe. Quod de magiſtro deputato ad docendum iuuenes equitare, vel arma exercere docet Card de Lug. *n.* 18. poſt Molinam. Clauis Reg. *l.* 9. *c.* 16. *n.* 16.

16. Sed dicas diſtinctionem mechanici vel liberalis, vilis, vel nobilis non eſſe neceſſario attendendam, ſed inſpici debet publicitas officij, & ſtipendij. Artifices vero particulares mechanici non habent officium auctoritate, & vtilitate publicum. Et licet inſeruiant Principi, aut Reipublicæ, ſeruiunt ex priuato miniſterio, & vt ait Franc. *n.* 2. eorum ſalaria non differunt à mercantijs. Et nihilominus etiam quantum ad res temporales, & ædificia, & ſimilia. Quotieſcumque auctoritate publica datur alicui officium in ordine ad bonum publicum cum iuriſdictione, aut auctoritate agendi, & pro officio datur ſtipendium ex publico, illud eſt peculium quaſi caſtrenſe. Et ſic tale eſt ſtipendium Theſaurarij, aut Depoſitarij publici, Appaltatoris gabellarum, Collectoris ſpoliorum, aut Exactoris communium redditũum, imo & Cuſtodis generalis equorum & armentorum, aut gregum Principis, Ad hos enim & ſimiles ſe extendit *d. lex*, *Cum antiquis*, in qua in ſpecie nominantur agentes in rebus, & *vt ſup.* eis ponderatum. Sic vero & ſalaria eorum qui in palatio Principis manent illique inſeruiunt, inducant peculium quaſi caſtrenſe. Clauis regia *l.* 9. *c.* 16. *n.* 16.

17. Tutores vero, Curatores, & huiuſmodi officiũ habent auctoritate, & vtilitate priuatum, vt dixit Probus *ſup. in hoc lib. cap. Si duo, n.* 18. *de Procurat.* Et ideo eorum ſalarium non eſt peculium quaſi caſtrenſe, Franc. *n.* 2.

18. Ad peculium etiam quaſi caſtrenſe pertinent donata ab Imperatore, vel Imperatrice, & ſic à Rege, vel à Regina. *l. Cum multa, C. de bonis, quæ lib.* Et multo magis de bonis donatis à Pontifice. Quæ vera ſunt etiam ſi ſit donatum Patris contemplatione Sanchez. *nu.* 18.

19. Sed & ad peculium caſtrenſe pertinent donata illis, quorum ſtipendia diximus ſpectare ad peculium caſtrenſe, vt tradunt DD. ſupra citati. Quod tamen intelligi debet, iuxta ea quæ ſup. dicta ſunt de donatis militibus. Inde eſt, quod ad peculium caſtrenſe ſpectant libri donati Aduocato, vel quæcumque alia res donata vt emat libros. Bart. *in l. ſi mulier. ff. de caſtrenſ. pecul.* Syl. *q.* 10. Aug. *n.* 7. Tabien. *n.* 3. Clauis Regia. *l.* 9. *cap.* 16. *n.* 16. Addit etiã eſſe peculium quaſi caſtrenſe, quod datur filio familias, vt promoueatur ad Doctoratum. Et allegat *l.* 3. §. *ſecundum quæ. ff. de donat. inter vir & vx.* In quo ſermo eſt de donat. facta filio eunti ad militiam.

20. Quantum autem ad Clericos, ſi loquamur ante Clericatum bona per illum acquiſita non ſunt quaſi caſtrenſia, niſi ſint vt ſupra vel ex militia, vel ex publico officio acquiſita, nec aduentitia ex ſuſceptione Clericatus tranſeant in quaſi caſtrenſia. Verum poſt Clericatum acquiſita nedum à Sacerdotibus, aut Diaconis, ſed à quocumque Clerico ad minores ordinato, imo ſola clericali tonſura inſignito; & nedum ſi iuxta Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. præſcriptum actu inſeruiat alicui Eccleſiæ, & incedat cum tonſura & habitu prout neceſſe eſt, vt gaudeat priuilegio fori, ſed vniuerſaliter de omni Clerico non coniugato alijs eſt non priuato priuilegijs Clericatus; omnia inquam ab huiuſmodi Clerico acquiſita nedum ex beneficio, aut intuitu, & ratione Clericatus, ſed illa quæ in laico eſſent caſtrenſia, vel quaſi, vel aduentitia, non vero profectitia ſunt in eo quaſi caſtrenſia, vt probatur nedum ex *l. Sacroſanctæ,* 33. *C. de Epiſ. & Cler.* ibi *ea, quæcumque in eodem Clericatus gradu*, ſed vniuerſalius ex Auth. Presbyteros. 1. *C. eod. tit.* ibi, *res qualibet modo ad eorum dominium venientes*. Quæ leges per tacitam acceptationem approbatæ fuerunt ab Eccleſia. Et ad hoc facit *text. in cap. Quia nos, de teſtamentis*. Nam ratione dignitatis Clericatus conceſſum fuit hoc priuilegium. Et ſi limitandum hoc eſſet ad acquiſita ex Clericatu, nihil noui Clericis conceſſum fuiſſet. Quia acquiſita ex Clericatu tanquam acquiſita ex publico officio ex regula generali ſunt quaſi caſtrenſia. Et ita tenet hic Franc. *n.* 1. Videantur Specul. *tit. de inſtrum. edit.* §. *Porro, &* §. *Compendioſe*, & DD. *in d. l. ſacroſancta*, & Auth. Presbyteros, & alij, quos abundè cumulat, & ſequitur Sanchez *l.* 7. *in Decal. cap.* 13. *num.* 23. *& ſequẽt.* Card. de Lug. *diſp.* 5. *de iuſt. d n.* 20.

21. Aduentitia vero bona ſunt acquiſita per filium, quæ non ſunt caſtrenſia, aut quaſi, nec à parte, vel de eius bonis, vel ab extraneo in patris contemplationem principaliter, ſed aliunde acquiſita, vel ex ſucceſſione materna, vel propinquorum ex linea materna, vel donatione, vel induſtria, vel labore, vel artificio, vel euentu, vel fortuna Sylu. *v. peculium* 1. *q.* 3. Tabien. *num.* 13. Armill. *nu.* 1. *&* 13. Ang. *num.* 2. Nauar. *cap.* 17. *num.* 142. 143. *&* 144. Sanchez *l. p. conſ. cap.* 2. *dub.* 4. & alij omnes. In dubio autem an donatum filio ab extraneo, ſit largitum principaliter contemplatione patris, vel filij coniecturis eſt arbitrandum, & ſi ſit largitum ea conditione vt eo potiatur filius poſt mortem patris, cenſetur largitum filij contemplatione Sylu. *v. peculium* 1. *q.* 18. Tabien. & Armill. *num.* 14. Ang. *num.* 13. Nauar. *d. c.* 17. *num.* 162. Sanchez *d. dub.* 4 *num.* 2.

22. Ad nihil vero valet ſi extraneus donans dicat ſe donare ea intentione, vt donatum ſit quaſi caſtrenſe, ſemper enim aduentitium manet, licet in tali aduentitio pater vſum fructum non acquirat. Sylu. *q.* 4. 5. *&* 7. Tabien. & Arm. *num.* 4. Ang. *num.* 8. Molin. *trac.* 2. *diſp.* 8. Sanchez *d. dub.* 2. *num* 3.

23. Filius familias ergo pubes de huiuſmodi bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus poteſt teſtari etiam patre inuito. An vero de bonis aduentitijs teſtari poſſit, ad pias cauſas controuertunt DD. Sed ſi inſpiciatur textus huius cap. qui ſolum dicit & prohibet, quod non poteſt de illis iudicare per vltimam voluntatem ſine patris conſenſu dicendum eſt, eum poſſe; ſine fundamento enim verbum illud iudicare quod eſt generale reſtringitur ad donare cauſa mortis. Et ideo dicendum eſt filium puberem de conſenſu patris poſſe teſtari, vt hic probat Domin. reſpondens obiectionibus aliorum, Barbos. *num.* 6. & apud eum Tiraquel. Clar. Meneh Craſſ. Pereira, & Ricc. Couar. *in rubr. de teſtam. part.* 3. *num.* 23. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 138. Socc. *reg.* 200. *verſ. primo fallit.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ſi commode fieri poteſt in proprio monaſterio ſunt ſepeliendi.*
Hoc verum etiam de aduena, ſi in loco ſit monaſterium ſui Ordinis, 2.
3 *Alia remiſſiue,*

Cap. Religioſi V.

1. HOc continetur in textu iſto, quod ſcilicet Religioſi, niſi ſint multum remoti à proprijs monaſterijs, non poſſunt alibi eligere ſepulturam.

2. Late autem huius textus regula habetur à me explicata *tom.* 2. *de ſtat. q.* 187. *ar.* 4. *inſpect.* 3. *cap.* 3. *nu.* 212. *& ſequent.* Ibi *à n.* 234. oſtenſum eſt contra Barbos. hic Religioſum itinerantem ſeu decedentem extra monaſterium in loco vbi eſt monaſterium ſui Ordinis, licet illud non ſit illius proprium per aſſignationem, in eius Eccleſia ſepeliendum eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſint decimæ,*
Diſtinctio inter primitias, & decimas 1.
2 *Quot ſunt decimæ.*
3 *Decimæ quoad ſubſtantiam de iure diuino, quoad quotam de iure Eccleſiaſtico.*
4 *Suſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ eſt de iure diuino.*
5 *Sacrificium non eſſe de ire natura, quidam dixerunt.*
6 *Sacrificium & ſacerdotium ſunt de iure naturæ.*
Præceptum ſacrificij affirmatiuum obligat in aliquo tempore. 6.
Præceptum naturæ magis obligat ad ſacrificium, quam ad alias oblationes 6.
7 *De iure diuino nunc eſt quod in Eccleſia ſint Sacerdotes, & alij miniſtri diuini cultus, & quod iſti à fidelibus ſuſtenentur.*
8 *Præceptum ſuſtentationis Miniſtrorum Eccleſiæ eſt quid generale determinatum per Eccleſiam.*
9 *Lex naturalis non obligat ad decimas in ſpecie.*
10 *In lege naturæ non fuit præceptum decimarum.*
Decimas offerre fuit in vſu etiam apud Gentiles 10.
11 *Præceptum diuinum legis veteris de decimis nunc obligare quidam dicunt.*
12 *Præceptum de decimis datum in veteri lege nunc abrogatum.*
Canoniſtæ excuſati ab hæreſi 12.
13 *In lege veteri non fuit præceptum de decimis perſonalibus,*
14 *Chriſtus non dedit præceptum de decimis quantum ad quotam.*
15 *Præceptum decimarum in Eccleſia antiquiſſimum.*
16 *Multiplici de cauſa decimæ dicuntur eſſe de iure diuino.*
Iuſta inſtituta ſunt decimæ in noua lege, 17. & 18.

Queſt. vnica

De iure decimarum, Artic. primus

Vtrum decimę ſint in præcepto.

1 INterroganti autem primò, quid ſit decima. Ex Hoſtien. *in ſum. tit. de decimis* reſpondet Syl. *v. decima*, quod ſunt omnium bonorum mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo data, diuina conſtitutione debita. Sed in multis deficit hæc diffinitio, cum nec de omnibus mobilibus, ſed ſolum de fructibus, & non ſolum de licitè, ſed etiam de aliquibus illicitis, & non ſola conſtitutione diuina, ſed partim diuina, partim humana decimæ debeantur vt intra demonſtratur. Quæ etiam immediatè non offeruntur Deo, ſed Dei Miniſtris. Diſtinguuntur enim oblationes & primitiæ à decimis, vt ait D. *T.* 22. *qu.* 85. *art.* 3. ad tertium quod illæ immediate Deo offeruntur, licet cedunt poſtea in vtilitatem Miniſtrorum cultus diuini, ſed decimæ immediate huiuſmodi Miniſtris dantur, licet dentur propter Deum,

Pro nunc igitur in communi deſcribuntur decimæ, & dicitur illas eſſe decima pars prouentuum, ſeu fructuum, quorum Dominium acquiritur, ità vt iuſtè ab alio non poſſint repeti, quæ pars Miniſtris diuini cultus eſt partim, diuina partim humana conſtitutione aſſignata.

2. Diuiduntur verò communiter decimæ in prædiales, perſonales, & mixtas. Hoſtien. *in ſumma in princ.* Syluef. Tabien Armill. Ang. *v. Decimæ*, Nauar. *conſ.* 1. *de decimis*, & alij communiter. In rigore tamen diſtinctio bimembris eſt, vt aduertunt Suarez. *l.* 1. *de dec. cap.* 9. *num.* 4. & Barboſa *in tit. de decim. nu.* 9. *& de Paroc. cap.* 28. *num.* 9. *& colligitur ex cap. ad Apoſtolicæ eod. tit. & dixit* Turrecrem. *cap. Reuertimini* 16. *qu.* 1. *art.* 2. *num.* 4. Nam vt infra apparebit Decimæ non debentur niſi ex fructibus; vel ergo hi fructus ſunt fructus rerum, & ex his ſunt prædiales decimæ, quæ etiam magis propriè dici poſſunt reales, vel ſunt fructus perſonarum, ſcilicet actionum perſonalium & ex his ſunt decimæ perſonales. Mixtæ vero ad prædiales, ſeu reales pertinent, ſunt enim ex fructibus rerum. Quamuis quia res non fructificant ſine hominum induſtria; nam nec prædia fructum afferunt, niſi humano labore ſint culta; ideo ex hoc data ſit diſtinctio inter decimas, vt prædiales dicantur, vbi fructus ex rebus colliguntur cum minori induſtria, mixtæ vero vbi maior induſtria eſt neceſſaria, vt in nutriendis gregibus, & alijs ſimilibus.

3. His præmiſſis dubitatur, an decimæ debeantur de iure naturali an diuino? Reſpondetur breuiter certam eſſe in hoc puncto ſententiam Theologorum, nimirum decimas quantum ad ſubſtãtiam eſſe de iure naturali, & diuino, quantum autem ad quotam eſſe de iure humano poſitiuo. Hæc eſt communiſſima ſententia, quam ex Theolog. docuerunt *D. T.* 22. *q.* 87. *art.* 1. *& ibid.* Caiet. & Raphael. à Turre. Hugo de S. Vict. *l.* 1. *de Sacramen. part.* 11. *c.* 4. *&* 11. D. Anton. *par.* 2. *tit.* 4. *cap.* 3. §. 5. Turrecrem. *cap. Reuertimini* 16. *q.* 1. *art.* 4. Sotus lib. 9 *de iuſt. q.* 4. *art.* 1. Syluef. *v. Decimæ num.* 9. Tabien. *num.* 61. Armill. *num.* 5. Hoſt. *par.* 2. *lib* 6. *tit* 35. *rub. de dec.* Abul. *in cap.* 23. Mant. *quæſt.* 90. Henriq. *l.* 7. *cap.* 17. §. 1. *& l.* 14. *cap.* 1. §. *vlt. lit. T.* Azor. *prat.* 1. *l.* 7. *cap.* 23. *quæſt.* 4. Moneta *de dec. cap.* 1. *à num.* 11. Leſſ. *l.* 2. *cap.* 39. *deciſ.* 1. *num.* 5. Suarez *tom.* 1. *de rel. l.* 1. *de dec. cap.* 9. *num.* 5. Vilall. *tract.* 33. *diſ.* 1. *à num.* 4. Bonac. *in* 5. *præc. Eccl. parte* 1. Filliuc. *tract.* 27 *num.* 7. Paulaus *tract.* 10. *part.* 1. *numer.* 4 Fagundez. *in* 5. *præc. Eccl. l.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. Trullench. *l.* 3. *dub.* 1. *nu.* 7. Et ex Canoniſtis Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 1. *&* 3. Nauar. in Man. *cap.* 21. *num.* 25. *&* 31. *ità & de redit. Eccl. qu.* 1. Mont. 59. *num.* 1. Gutier. Canon. *l.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. *&* 7. Menoch. *illuſt. cap.* 89. *num.* 1. Ceual. *commun. q.* 437. Azeuet. *l.* 1. *num.* 4. *&* 5. *tit.* 5. *l.* 1. Recopil. Mar. Anton. Var. *l.* 1. *qu.* 77. *num.* 3. *fin.* Fontanell. *de pact. nupt. tit.* 1. *clauſ.* 4. Gloſſ. 19. *par.* 1. *numer.* 3. Franciſ. Caraſc. *ad leg. Reg.* §. 31. *num.* 3. *&* 4. Caſtil. *tom* 7. *de teſt. cap.* 10. *nu.* 8. *&* 9. Machado *l.* 2. *par.* 4. *tract.* 10. *dec.* 1. *nu.* 7. Fagnan. *cap. In aliquibus num.* 8. *eod. tit.* Duran. *dec.* 76. *n.* 20. 1. Barboſ. *cap. Parochianus eod. tit. nu.* 2. 3. *&* 4.

4. Nã de iure naturali, & diuino eſt, quod Miniſtri Eccleſiaſtici ſuſtententur, & ità decimæ ratione generis, ſeu inquantum ſunt ſuſtentamentum Miniſtrorum diuini cultus, ſunt de iure naturali, & diuino, quia ſunt media neceſſaria ad externum Dei cultum, qui cum non poſſit haberi niſi per Miniſtros, & iſti ſine ſuſtentamento viuere non poſſint, iam neceſſarium eſt ad diuinum cultum, vt Miniſtri Chriſti ſuſtententur; de iure ergo naturali & diuino eſt, quod Miniſtris Eccleſiaſticis detur congrua ſuſtentatio. Ad quod faciunt habet D. Paul. in *p. ad Cor. cap.* 9. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus?* Et illud. *Quis militat; ſuis ſtipendijs vnquam?* Et illud *Non alligabis os boui trituranti*. Et illud. *Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; Et qui altari deſeruit, de altari participat*.

5. Dubium tamen eſſe poteſt an hæc obligatio ſit ſolum ex ſuppoſitione, quod ſint inſtituti publici Miniſtri diuini cultus, vel potius quia abſolute de iure naturali ſit, quod dentur huiuſmodi Miniſtri, & ſic, quod etiam illis debeatur huiuſmodi congrua ſuſtentatio. Nam Suarez. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 1. *de diuino cultu cap.* 3. *num.* 3. exiſtimat, quod cultus externus per ſacrificium exhibitus Deo, non ſit in rigore præſcriptus lege naturæ, licet ſit adeo cõſentaneus illi, vt ſemper fuerit quaſi de iure gentium. Mouetur vero, quia licet externus cultus ſit de iure naturæ ſi ſumatur in genere, tamen cum Deus viſibiliter coli poſſit per orationes, & alias oblationes, non per ſacrificium propriè ſumptum, quod eſt oblatio facta Deo, cum aliqua materiæ conſecratione, & immutatione, ex lege naturæ non eſt determinatum quod huiuſmodi cultus tribuatur vno vel altero modo, ſed ſufficit quod Deus aliquo modo viſibiliter colatur.

6. Verum quod ſacrificium propriè ſumptum, ſit de lege naturæ probat *D. T.* 22. *q.* 85. *art.* 1. & ibi tradunt Caiet. & Raphael. à Turre. Neque enim oppoſitum probat ratio Suarez. Nam cum huiuſmodi præceptum colendi Deũ ſit affirmatiuum, non obligat pro ſemper, ſed pro aliquo tempore & occaſione, & circumſtantijs. Sicut igitur oratio indubitate eſt de iure naturæ, & tamen ſolum pro certa occaſione, & tempore hoc præceptum obligat, ità adhoc vt ſacrificium ſit de iure naturæ, non eſt neceſſe quod homines teneantur ſemper ſacrificare, ſed quod ad id teneantur in certis occaſionibus, & temporibus. Cum igitur ſacrificium de ſe ſit medium valde conſentaneum ad colendum Deum, non poteſt ſimul negari non potuiſſe dari occaſiones tales, in quibus lex naturæ obligaret vti hoc medio ad Dei cultum. Imò conſiderata litera D. T. *art.* 1. *citato & q.* 86. *art.* 1. colligitur legem naturæ magis obligaſſe ad ſacrificium, quam ad alias oblationes, quia, vt idem Suarez. fatetur, *d. cap.* 3. *num.* 8. Sacrificium fuit ſemper habitum vt actio magis ſacra, & publica quam ſimplex oblatio, & ideo regulariter in quacumque Republica ſemper fuerunt inſtituta iura, & præcepta ſpectantia ad ſacrificia & ad ritum ſacrificandi

Digitized by Google

Obligatio igitur legis naturæ maximè obligabat homines ad hunc cultum magis ſacrum publicum, qui per ſacrificium exhibetur, & ſic ex vere naturæ erat, & inſtitutio ſacrificij, & ſacerdotij ad ſacrificandum, & congrue, ſuſtentationis ſacerdotum, & etiam exhibitionis hoſtiarum, quæ ſacrificandæ eſſent.

7. Sed nos non debemus hic conſiderare purum ſtatum naturæ, & naturalis legis, ſed debemus inſpicere naturam ad finem ſuper naturalem æternæ beatitudinis obtinendam per fidem Chriſti mediatoris Dei & hominum, qui vt nos à peccato, & morte redimeret, & vitam æternam mereretur ſe ipſum in ſacrificium, & holocauſtum obtulit Patri tanquam ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Cum igitur Chriſtus in ſtatu Eccleſiæ præſentis inſtituerit ſacrificium altaris, & ſacramenta, & publicum Dei cultum ex fide ipſius Deo exhibendum, & ſimul inſtituerit ſacerdotes, & miniſtros huius cultus, qui miſſas celebrarent, ſacramenta conficerent, & miniſtrarent, & inter Deum, & populum mediatores eſſent; iam ex diuina lege, & Chriſti inſtitutione ſimul neceſſe eſt, vt huiuſmodi miniſtri à fidelibus ſuſtententur.

8. Verum congrua ſuſtentatio miniſtrorũ diuini cultus eſt quid generale, & valdè indeterminatum, quod per legem decimarum determinatur quantum ad multa, & præcipue ex parte materiæ, ex qua decimæ ſoluendæ ſunt, & ex parte quantitatis illius. Huiuſmodi vero determinatio non eſt ex iure diuino, aut naturali, ſed ex poſitiuo, & Eccleſiaſtico. Quamuis ab Eccleſia ſit hoc factum ad imitationem eius, quod in lege veteri fuerat à Deo per Moyſem ſtatutum. Cum enim, vt refert Hieron. *ſuper Ezechiel.* & habetur *ſuper cap. 1. eod. t i.* & aduertit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 11. ad quartum in veteri lege tres decimæ ſoluerentur ex diuino præcepto. Primo ſcilicet, quæ de terræ fructibus colligebantur, & dabantur in ſuſtentationem Leuitis; Exod. 22. & 2. Eſdræ 10. Leuitæ, vero decimam decimæ à ſe receptæ dabant ſummo Sacerdoti *Num.* 18. Secunda decima ſeparabatur, vt eam vnuſquiſque comederet dum iret Hieruſalem ad Deum adorandum, accerſitis in veſtibulo templi ſacerdotibus, & Leuitis. Deut. 12. & 14. Tertia vero colligebatur tertio quolibet anno pro peregrinis, & pauperibus. Hanc tertiam Eccleſia non impoſuit, quia non fuit id neceſſariũ, cum Chriſtus Lucæ 11. *inſſerit, vt fideles quod ſuper eſt darent pauperibus*; & Eccleſia etiam ad ſuſtentandos pauperes ordinauit decimam, quæ miniſtris Eccleſiæ tribuitur. Secundam etiam decimam non fuit opus imponere, cum abolitæ ſint in lege noua tot victimæ, & ſacrificia, in quibus decima illa conſumebatur. Quia vero ſuſtentamentum miniſtrorum diuini cultus nunc etiam eſt neceſſarium, voluit Eccleſia vt illis ad ſimilitudinem Leuitarum darentur decimæ. Et quia etiam deſumitur quanta pro Epiſcopo, & quando adeſt neceſſitas Papa ſuper beneficijs, & decimis imponit etiam decimas, quas dicunt papales.

9. Probatur autem aſſertio, quia ex triplici cauſa poſſumus imaginari decimas quantum ad quotam eſſe de iure diuino, vel quia ſint de iure naturali, vel quia præceptum diuinum de decimis datum Hebræis nunc quoque obliget, vel quia Chriſtus hoc præceptum tradiderit. Primum vero dici non poteſt licet enim ratio naturalis dictet miniſtris diuini cultus deberi ſuſtentationem congruam, non dictat tamen qualiter, & ex quibus determinate, & in qua quantitate, ſeu quod hæc quantitas debeat conſiſtere in decima parte omnium prouentuum, & fructuum tam rerum immobilium, quam mobilium, & actionum.

10. Inde eſt, quod in ſtatu naturæ ante legem Moyſi nullum fuit præceptum de decimis ſoluendis, vt docet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 87 *art. 1. ad* 3. Nam Abraam *Gen.* 14. non ex præcepto, ſed ex deuotione, & gratiarum actione pro victoria obtenta dedit decimas Melchiſedech. Sicut Iacob *Gen.* 2. ex voto libero & voluntariè vouit, dum dixit. *Cunctorum, quæ dederit mihi, decimas offeram tibi.* Et licet etiam in naturæ ſtatu eſſent ſacerdotes, tamen illis decimæ non dabantur, ſed primogeniti ſacerdotes erant, & illis duplex portio dabatur, vt ait D. Thom. Et vbi ad ſacrificia, & diuinum cultum, aliquod fuiſſet neceſſarium, vnus quiſque ſua ſponte illud ſubminiſtrabat. Cæterum vtrumque modum offerendi Deo decimas vel in gratiarum actionem, vt fecit Abraam, vel ex deuotione, & voto, vt fecit Iacob, fuiſſe etiam apud Gentiles vſitatum ex hiſtorijs colligunt Baron. *ad annum* 17. *num.* 74. Azor. *l.* 7. *cap.* 34. *q.* 2. Salmer. *tom.* 4. *in Euang. part.* 3. *tract.* 34. & videri poſſunt Plin. *l.* 19. *c.* 14. & Plutar. *in problemat. cap.* 16.

11. Sed neque eſt inuenire legem aliquam poſitiuam ante Chriſtum à Deo datam de ſoluendis decimis præter legem datam per Moyſem. Nihilominus videri poterit, quod nunc lex illa diuina decimarum vigeat & obliget, & ita videntur ſentire illi Canoniſtæ, qui volentes præceptum decimarum eſſe diuinum id probant ex Auctor. Sacræ Scrip. Exod. Leuit. Num. & Deut. *continentibus legem Dei datam tunc Iſraelitica genti.* Ita enim ſenſiſſe videntur Innoc. *in cap. ſignificauit de Parochis*; Panorm. *in rubr. de Decimis*, & clarè *cap. in aliquibus num.* 5. *eod. tit.* Gloſſ. *in cap.* 1. *in hoc tit.* quæ reprobatis aliorum ſententijs tenet ſententiam Innocentij. Archid. *in cap. decimæ c.* 19. *q.* 1. *& in cap. quicumque* vbi etiam Gloſſ. 16. *q.* 7 *& infra in cap.* 2. *in hoc tit.* Butr. *in cap. Parroch. de decimis.* And. Hiſp. *trat. de decimis* §. 2. Rebuff. *tract. de dec. q.* 1. *num.* 9. & 10. Hoc autem eſſe verum ſaltem de decimis prędialibus dixerunt Hoſtien. *in ſum. tit. de decim.* §. 7. *& cap. in aliquibus de decim.* Io. And. in regula *qui prior in mercurialibus.* Felin. *in cap. cauſam de præſcript.* Rota *deciſ.* 125. *num.* 1. & 2. *part.* 11. *recent.* coram Veroſpio, & in Cracouien. decimarum 27. *Martij* 1651. & 24. *Ianuarij* 1653. coram eodem, & alij, quos refert Moneta *cap.* 1. Hi enim DD. videntur voluiſſe quod ius diuinum, quod obligabat Hebræos ad ſoluendas decimas, nunc quoque duret, & obliget, & ex conſequenti quod hoc ius nec conſuetudine vinci poſſit.

Sed

12. Sed Canoniſtæ iſti valde confusè loquuntur ſi enim quis dixerit eos nil aliud voluiſſe niſi quod præceptum decimarum ſit naturale, & diuinum ſecundum ſubſtantiam, ſeu quantum ad ſuſtentationẽ, vt eos explicare conatur Barboſ. *cap. Parochianos num. 4. eod. tit.* difficile id poteſt admitti, quia toti ſe fundant in præcepto dato per Moyſem Iſraelitico populo, quod præceptum fuit de quota decimarum & præterea ex hoc multi negant decimarum præceptum poſſe conſuetudine abrogari, & & cenſent illud eſſe præceptum morale. Si autem exiſtiment præceptum de ſoluendis decimis etiam quantum ad quotam datum in lege veteri, nunc obligare hæretici cenſendi ſunt, cũ de fide ſit legem Moyſi euanuiſſe, nec amplius, obligare ita quod nec præcepta moralia nunc ſeruanda ſint, quatenus data per illam legem, ſed quatenus ſunt de lege naturali. Lex enim Moyſi data ad tempus præcedens Chriſtum Redemptorẽ eo aduenięte ceſſauit, vt aperte habetur ex Paulo ad Galat. *cap. 3. & 4. & ad Hebr. 7* & cum D. Thom. *p. 2. q. 104. a. 3. & 22. q. 87. a. 1*, docent Theologi omnes, & propterea nedum apud Suarez. *d. l. 1. cap. 10. num. 5.* Maior *in 3. d. 37. q. 36.* Iuris peritos aſſerentes decimas quoad quotam eſſe debitas iure diuino ſcripto in lege veteri dixit in hęreſim declinare, ſed etiam Belarm. *tom. 1. l. 1. de Clericis c. 25* Inter errores contra fidem numerat horum iuriſperitorum ſententiam ſed. licet iuriſperiti ad probandum decimas deberi iure diuino, vtantur præcepto legis veteris, tam ea vt ad notat Raphael a Turre 22. *quæſt. 87. art. 1. diſp. 5* non poſſunt damnari vt hæretici, quia poteſt eſſe, quod iudicauerint, ſicut vere multi ex illis hoc iudicarunt huiuſmodi præceptum eſſe morale, & ſic tanquam morale remanere. Vel quod crediderint legem illam continentem in hoc præceptum iudiciale fuiſſe per Chriſtum ſpecialiter confirmatam. Hac vero licet vere falſa ſint, apertam hæreſim tamen non cõtinent.

13. Præceptum igitur de decimis, quod in lege veteri fuit indiciale quantum ad quotam, vt cum D. Thom. 2. 2. *q. 87. nu. 1.* docent communiter DD. nunc non obligat. Quamuis etiã nec verum ſit quod dixerunt Innoc. & Panorm. & alij, ſcilicet, quod in lege veteri præceptum decimarũ comprehenderet etiam decimas perſonales, ſolas enim prædiales continebat, vt tradit D. T. 2. 2. *q. 87. a. 1.* Hoſt. *in ſum. tit. de decim. §. 7.* Sot. *l. 9 de iuſt. q. 4. n. 2.* Conar. *l. 1.* Var. *c. 17.* Suarez *l. 1. de diuino cultu c. 1 n. 6.* Raphael à Turre 23. *q. 87. a. 5. d. 1.* Palaus *tr. 10. d. vn. p. 1. n 3.* & cæteri Theologi. Et habetur Leuit. c. 27. ibi *Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus ſiue de pomis arborum Domini ſunt*, & ibi *Omnium decimarũ bouis, & ouis, & capræ, quæ ſub Paſtoris virga tranſeunt, quid quid decimam venerit ſanctificabitur Domino*, ſic etiam in Euangelio Phariſæus dixit. *Decimas do omnium, quæ poſſideo*, & non dixit *omnium quæ lucror*, quia de poſſeſſionibus, & prædijs decimas dabat, non vero de negotiatione aut lucro perſonali. In *cap. nu.* 10 Numer. *& c.* 12 Deuter. quæ Innoc. citat ad probandum tunc debitas fuiſſe etiam decimas perſonales, nihil prorſus habetur, quod ad rem faciat.

14. Si igitur decimæ eſſent de iure diuino quantum ad quotam, hoc deberet eſſe ex aliqua cauſa data à Chriſto Domino; hanc autem nullibi legimus datam. Nam & quod Lucæ 11. Chriſtus dixit. *Decimatis mentham, & rutam, & omne olus, dictum fuit Iudæis tunc, cum adhuc obligabat illos lex Moyſis.* Cæterum non eſt inuenire locum, in quo Chriſtus præceperit decimas ſolui, ſed hoc præceptum Eccleſiaſticum eſt, & poſitiuum.

15. Antiquiſſimum autem in Eccleſia fuit præceptum decimarum, cum illarum mentionem faciat Clemens Papa *l. 2. Conſt. cap. 25.* Cyprian. *epiſt. 34. & 66.* Orig. *hom. 11. in cap. 18.* Num. Chryſ. *hom. 4. ad Epheſ.* Hieronym. *epiſt. 2. ad Nepot.* Aug. *lib. 50. homil. in 48. & ſerm 2. 9. de temper.* Gelaſ. Papa *epiſ. 2. cap. 29.* & conſtat ex collectis per Gratianum *16. q. & 16. q. 7.*

16. Quamuis vero præceptum hoc ſit Eccleſiaſticum, nihilominus dicitur etiam diuinum, cum ſit tale quantum ad ſuſtantiam, ſeu quantum ad genus ſuſtentationis miniſtrorum Eccleſiæ. Secundo quia eſt tale ſecundum imitationem, quia datum ad imitationem præcepti à Deo per Moyſem dati Iudæis. Tertio quia eſt tale in radice ſua, quia pendet ex poteſtate diuina ſpirituali, & ſupernaturali data Eccleſiæ. Quarto, quia non eſt niſi determinatio iuris diuini ſupernaturalis, non enim importat niſi modum ſuſtentationis debitæ miniſtris Eccleſiæ ex diuino iure ſupernaturali. Et per hæc explicantur dicta ſanctorum, Auguſt. Greg. Ambroſ. & Hier. quæ adducunt Innoc. & Hoſtien. & pariter dicta Pontificum, aſſerentium Decimas deberi de iure diuino.

17. Iuſtè autem Eccleſia, & conuenienter legem decimarum etiam perſonalium dedit, & determinauit. Primo enim conueniens fuit quod fideles non minus grati eſſent erga Deum, & deuoti circa miniſtros diuini cultus, quam fuerint antiqui Iuſti Abraham, & Iacobus, & fideles in veteri lege, imo etiam falſorum Deorum adoratores.

18. Et quantum ad quotam quod inſtitutio Decimarum ſit iuſta colligitur ex eo quod iuxta antiquam inſtitutionem factam per Gelaſ. Papa *epiſt. 1. cap. 22.* & habetur in *Cap. Quatuor 12. q. 2.* Decimæ in quatuor partes diſtribuendæ erant, quarum vna Epiſcopo, alia Clero, alia fabricæ Eccleſiæ, & alia pauperibus attributa erat. Quod, & ſtatutum fuit in Concil. Mogunt. ſub Greg IV. *cap. 10.* & in Concil. Turon. ſub Leone III. *cap. 16.* & in Concil Mold. *cap. 65.* Sed præterea ad hoc facit, quod habet D. T. 2. 2. *qu. 87, ar. 1.* ibi. *Ita etiam determinatio decimæ partis ſoluendæ, eſt authoritate Eccleſiæ tempore nouæ legis inſtituta ſecundum quandam humanitatem, vt ſcilicet non minus populus nouæ legis miniſtris noui teſtamenti exhiberet: cum tamen populus veteris legis teſtamẽti exhibebat: cum tamen populus nouæ legis ad maiora obligetur, ſecundum illud Matth. 5. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: Et cum Miniſtri noui teſtamenti ſint maioris dignitatis, quam miniſtri veteris teſtamenti, vt probat Apoſ. ſecundæ ad Cor. 2.* ſicut etiam facit quod ha-

habet D.T. ibid. *ar.3. ad 1. Quod in veteri lege ſpaciales quadam decima, deputabantur ſubuentioni pauperum: ſed in noua lege decima dantur Clericis non ſolum propter ſui ſuſtentationem, ſed etiam, vt ex eis ſubueniatur pauperibus, & ideo non ſuperfluunt, ſed ad hoc neceſſaria ſunt poſſeſſiones eccleſiaſtica, & oblationes, & primitia ſimul cum decimis*. Sic igitur & maior dignitas miniſtrorum Eccleſiæ, & propagandæ fidei neceſſitas, & maior fidelium perfectio voluerunt, vt decima pars fructuum conuenienter in eorum vſum deputaretur.

ſVMMARIVM.

19 *Decimas deberi ex iuſtitia quidam ſentiunt.*

20 *Decima debentur ex virtute religionis, non vero ex virtute commutatiua.*

Decima non poſſunt dari vt pretium laboris. 20,

21 *Clerici ex animo grato & liberali teneatur miniſtrare diuina.*

22 *Rationes ex quibus decima debentur religioſa ſunt.*

23 *Lex taxans quod eſt reddendum non variat rationem debiti, & ideo lex taxans decimas non inducit, niſi obligationē ex virtute Religionis.*

24 *Donatio & lex donans ius, excludit ſimoniam.*

25 *Lex determinant ius naturale, aut diuinum non dat ius alterius ſpecies ab illo quod fert naturale ius aut diuinum.*

Lex decimarum non dat niſi ius religioſum. 25.

26 *Lex tribuens ius iuſtitia reſpicit principaliter priuatam vtilitatem perſonarum.*

Lex decimarum non reſpicit principaliter proximè priuatam vtilitatem Miniſtrorum Eccleſia. 26.

27 *Debitum virtutis Religionis eſt fortius, quam debitum ex iuſtitia.*

28 *Clerici ad decimas habent ius mediatum, quia fideles Deo debent illas ſoluere miniſtris diuini cultus.*

Artic. II.

An decimæ debeantur Clericis ex iuſtitia.

19. SVarez *lib.1. cap.36. ſupponit n. 1.* debitum decimarum non eſſe tantum ex virtute Religionis, ſed etiam ex virtute iuſtitiæ commutatiuæ, quia ex iuſtitia miniſtris, debetur ſubſidium, & ſuſtentamentum temporale, hoc vero ſubſidium taxauit Eccleſia per inſtitutionem decimarum. Hac vero taxatione ſuppoſita ſubſidium taxatum debetur ex iuſtitia commutatiua, ſicut pretium taxatum frumenti ex iuſtitia debetur; Et ita hoc idem ſentiunt Raphael à Turre 2.2.*q.*87. *a.*1. *diſp.* 6. Moneta *de decim. cap.*12. *num.*4. & apud eum Azor. *p.* 1. lib.7. *cap.* 34. *q.*8 Fagundez *precep.* 5. *lib.*1. *cap.* 1. *num.*13. Palaus. *tract.*10. *diſput.vn.p.*2 *nu* 10. Et apud eum Leſſius *cap.* 39. *d.*3. *n.* 8. Trullenc. *in Decal.l.*3.*c.*3.*dub.*1.*n.*8. Leand. *tract.*6.*d.*2.*q.*1.

20. Sed vt verum fatear hoc eſt errare in principio, vnde poſtea per conſequentiam neceſſariam multa inconuenientia, & concluſiones non veræ deducuntur. Dicitur propterea, quod ex virtute religionis non vero ex iuſtitia commutatiua decimæ debentur. Nam quod datur intuitu laboris, & operis taliter, quod nō datur, nec dari poteſt tanquam pretium, & vt æqualis compenſatio illius, pariter nec datur, nec dari poteſt ex iuſtitia commutatiua, cuius eſſentia eſt, vt ponat æqualitatem in datis & acceptis, ſeu inter creditorem, & debitorem, ſeu inter dantem, & recipientem D.T.2.2.*q.*58. *ar.* 10. & 11. & Caiet. ibid. Sotus *l.* 3. *de iuſt.q.* 1.*a.*1. & DD. omnes; ſed decimæ nec dantur, nec dari poſſunt vt pretium, & vt æqualis compenſatio ſpiritualis operi, quod præſtant miniſtri Eccleſiæ, quia ſi hoc fieret, eſſet ſimonia; Decimæ igitur non debentur ex iuſtitia commutatiua. Videri poſſunt, quæ de ſimonia ſcripſi *tract. de elect. cap.*7.*q.*1. & 2.

21. Secundo probatur, Nam laboranti, & operanti qui tenetur operari gratis, nec poteſt operari pro mercede, nec poteſt paciſci dando, vt ſibi detur; non poteſt decimæ competere proprie ſalarium, ſeu ſtipendium, ſeu merces reddita ex iuſtitia commutatiua, quia implicat, quod gratis danti, & non pro mercede, debeatur merces vel aliud ex iuſtitia commutatiua! At vero miniſtri Eccleſiæ, qui gratis acceperunt, gratis opera ſpiritualia tenentur populis præſtare iuxta illud Chriſti Domini Matth.10. *Gratis accepiſtis, gratis date*, Vnde huiuſmodi opera præſtare pro pretio vel pro decimis eſt ſimoniacum; decimæ igitur non debentur ex iuſtitia commutatiua.

22. Tertio nam decimæ debentur, vel vt proteſtationes ſupremi dominij quod Deus habet rerum omnium, *cap. Tua nobis, eod. tit.* Vel in ſuſtentamentum miniſtrorum Eccleſiæ iuxta illud Malachiæ 5. *Inferte decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea*. Et iuxta illud. *Dignus eſt operarius cibo ſuo*. Vel etiam vt miniſtri Eccleſiæ liberius, & expeditius vacent diuinis. Qua ratione Ezechias Paralip. 2. *cap.*13. decimas dari præcepit, Vel etiam in pauperum ſubuentionem, & Eccleſiarum manutentionem, *Cap. Vobis, cap. conceſſo, cap. Quatuor*. 16.*q.*1. Hæc vero omnia religionem concernunt, & oſtendunt, quod decimæ debentur vt medium ordinatum in Dei cultum ex virtute Religionis. Et debet diligenter aduerti, quod veriſſimum quidem eſt, quod dignus eſt operarius mercede ſua, vel cibo ſuo, ſed obligatio dandi mercedem vel cibum talis eſt, qualis eſt obligatio ad laborandum. Si enim labor ſit ex pacto, proculdubio ſicut qui laborat tenetur ex pacto & iuſtitia laborare, ita illi ex iuſtitia debetur merces. Sed ſi obligatio ad laborandum non eſt ex pacto, imo nec eſt, nec eſſe poteſt pro mercede, imo qui laborat quantum ſit ex ſe tenetur laborare gratis, ſed obligatio ad laborandum eſt ex virtute religionis, tunc merces & cibus non debetur propriè vt merces, vt & recompenſatio pro labore, nec ex iuſtitia, ſed debetur vt ſuſtentamentum laborantis, & vt medium ſine quo non eſt labor, & ideo ex eadem virtute religionis, ex qua eſt labor, Et ideo negantem decimas eſſe ſacrilegum

Digitized by Google

gum dixit Greg. 7. *cap. Decimas el* 1. 16.*q*.7. & Rota *dec*.448. *num*.8.*p*.9. *recent*.S.Raym.*in ſum. tit.de decim.* §.7. Sotus *l*.9. *de iuſt. q*.4. *num*.1. *v*. 5. *Aliud autem* Armill. *v.decima.n*.5.

23. Nec ratio allata in oppoſitum probat, quia taxatio rei ſoluendæ non variat rationem debiti, quod ſupponit. Taxatio autem pretij frumenti ſpectat ad iuſtitiam commutatiuam, quia ad illam ſpectat pretium taxatum; pretium enim frumenti debetur ex iuſtitia, ſed decimæ ex virtute religionis debentur, non vero ex iuſtitia commutatiua,& ideo lex Eccleſiæ taxans hocdebitum ad decimas aliam rationē debiti non imponit, quam ex virtute religionis.

24. Dices excludi ſimoniam, quia intelligitur quod Eccleſia Miniſtris Eccleſiæ donauerit decimas, & ius ad illas conceſſerit: ita quod pręter ius religioſum & commune, quod ex diuino præcepto conſurgit, Eccleſia Miniſtris ſuis contulerit ius priuatum, non quidem ſtatuendo, quod illis dentur decimæ, vt pretium laboris, ſed quia præcipiendo vt decimæ dentur, ſimul ex hoc dedit Miniſtris ius veræ iuſtitiæ ad decimas petendas. *Et ita ſentit* Moneta *d.c*.1.*n*.4.

25. Verum hoc ſine fundamento dicitur. Determinatio enim diuini iuris facta per ius poſitiuum non tribuit nouum ius alterius ſpeciei à diuino, quod determinat, ſed ſolum illud ius diuinum, & ad certam materiam, & circumſtantias temporis, & loci, perſonarum &c. determinat, quia hæc determinatio non fit niſi ex motiuo illius eiuſdem virtutis ex qua ſubſtantiria diuini præcepti procedit, vt in præceptis confeſſionis, communionis, ieiunij, & alijs ſimilibus eſt manifeſtum; Ex quo igitur Eccleſia præceptum diuinum ſuſtentationis Miniſtrorum diuini cultus, quod ex virtute religionis oritur, determinauit ad decimas, non induxit nouum ius alterius ſpeciei, ſed ius religioſum quod ex præcepto religionis,competit Miniſtris diuini cultus determinauit ad decimas, non eſt ergo vnde fingatur noua donatio diſtincta, & tribuens ius iuſtitiæ commutatiuæ, ſed manet ſolum ius religioſum, & commune ſpecificatum & determinatum ad quotam ſuſtentationis habendæ per ſolutionem decimarum.

26. Quod confirmatur. Nam lex tribuens ius iuſtitiæ commutatiuæ reſpicit principaliter vtile priuatum perſonarum, quibus tribuit ius illud. Nam iuſtitia commutatiua eſt virtus priuata reſpiciens principaliter proxime priuatam perſonarum vtilitatem, ordinat enim hominem circa ea, quæ ſpectant ad ſingulares perſonas ponens intra perſonas priuatas æqualitatem in ijs, in quibus vna perſona ordinatur ad aliam, vt cum D T. 22. *q*. 58. *ar*. 7. & 8. tradunt DD. omnes. Modo Eccleſia inſtituendo decimas non reſpexit principaliter proxime & immediate priuatam vtilitatem perſonarum, ſed commune bonum, quod requirit dari Miniſtros diuini cultus, & ex conſequenti eos ſuſtentari. Principaliter enim Eccleſia reſpexit diuinum religionis præceptum, & diuini cultus exigentiam, Vt *cap. Parochianos*; *ſup. eod. tit*. ibi, Cum decimæ non ab homine, ſed à Deo ſint inſtitutæ, tanquam debitum exigi poſſunt; & *cap. Tua nobis, eod. tit*. Decimæ, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcipit. Et eadem habentur *cap. cum non ſit, eod. tit.* & 16. *q*. 1. *cap. Decimas*, & *cap. Reuertemini*, & *cap. vlt.* & *cap. Maiores*, & *cap. Quicunque* 16. *q*. 7. & *cap. Quadrageſima, de conſec. diſt*. 5. & *cap. Nam ſit*. 16. *q*. 2.

27. Amplius cum debitum quod ex virtute religionis oritur, ſit altius, & fortius, & validius, quam ſit debitum iuſtitiæ commutatiuæ, D. T. 22.*q*. 80. *art. vn.* ſufficiatque ſuperabundanter ad hoc vt decimæ ſoluantur, & quatenus opus ſit, renuentes ſoluere decimas ad id compellantur, ſuperfluè & ſine ratione adderetur debitum iuſtitiæ commutatiuæ. Et per hoc intelligitur, quod habet D. T. *quod l*. 6. *art*. 10. Vbi videtur velle, quod decimæ ex iuſtitia debeantur. Hoc enim verum eſt, quia debentur ex Religione,quę eſt iuſtitia adDeum, & eminentius habet, quæ ſunt iuſtitiæ commutatiuæ. Non vero D. T. ibi, dicit, quod decimæ debeantur ex iuſtitia commutatiua.

28. Itaque Clerici licet non habeant proprium & immediatum ius ad decimas, ſed mediatum, hoc tamen eſt fortiſſimum, quia eſt debitum, quod fideles habent Deo, cui debent cultum, & ſuſtentationem Miniſtrorum, qui ab Eccleſia ad id deputantur. Et ideo ex hoc Clerici petere poſſunt decimas, & illas exigere. Et ſuperiores Eccleſiaſtici Deo debent, vt renuentes ſoluere decimas ad eas ſoluendas compellant.

SVMMARIVM.

29 *Eccleſiam habere dominium decimarum antequam illi ſint tradita aliqui affirmant.*
30 *Alij negant.*
31 *Debitum decimarum non eſt merè perſonale, ſed ſimul reale.*
32 *Res ipſa quia Dei ſunt, habent onus vt ad diuinum cultum deſeruiant.*
33 *Hoc onus eſt in rebus ex iuſtitia ad Deum.*
Eccleſia non habet dominium proprium decimarum antequam ſibi ſoluantur. 33.
34 *Eccleſia habet dominium iuriſdictionale vt compellat ad ſoluendas decimas.*
35 *Probatur ex ſcripturis.*
36 *Lex decimarum non fuit lata principaliter proximè in priuatam vtilitatem Leuitarum.*
37 *Probatur idem quod ſupra ex ſacris Canonibus.*
Decimæ aſſimilantur tributis, ſed præeminent illis. 37.
38 *Ex eo quod decimæ ſint Dei non infertur quod Eccleſia habeat illarum dominium antequam ſibi ſoluantur.*
39 *Decimæ dicuntur res alienæ, quia Dei ſunt.*
40 *Decimæ propriè non ſunt donatæ Clericis, licet ad eorum vtilitatem deputatæ.*
41 *Clerici non poſſunt petere decimas per actionem rei vindicationis.*
42 *Obiectiones aliquæ.*
43 *Eccleſia poteſt agere contra poſſidentem fructus non decimatos.*
44 *Eccleſiam non habere actionem immediatam contra eum, qui furatus fuit fructus non decimatos aliqui dicunt.*

Op-

45 *Oppoſitum eſt verum. Imo in hoc caſu Parochianus non tenetur ad decimas ſi non fuit negligens & in mora, vnde non fuit cauſa damni.*

46 *Parochianum teneri ad decimas, ſi ſegetes combuſtæ fuerunt, aliqui dicunt.*

47 *Decima non debentur, niſi de fructibus collectis.*

48 *Qui comburit ſegetes, vel impedit ne ager fructificet, non tenetur ad decimas.*

49 *Non poteſt cogi Dominus agri ad locandum agrum diligentiori cultori.*

Dominus agri poteſt cogi ad non locandum agrum illi, qui non vult ſoluere decimas. 49.

50 *Si Dominus vendat fructus non decimatos cum pacto vt emptor ſoluat decimas vterque ad illas tenetur.*

51 *Si Dominus agri abſolute vendat fructus non decimatos, tam ipſe, quam emptor tenetur ad decimas.*

52 *Id verum etiam ſi emptor emit bona fide; ſed in his caſibus vno ſoluente, alius non tenetur.*

53 *Iuſtitia virtutis Religionis dat ius & actionem in foro Eccleſiaſtico.*

Actio ex lege competit ei, cui debentur decima. 53.

54. *Qui non ſoluit decimas, vnum ſolum peccatum ſacrilegij committit.*

Papa non niſi ex iuſta, & publica vtilitate poteſt priuare ſuos ſubditos dominio rerũ ſuarũ. 54.

Artic. III.

An Eccleſia habeat dominium decimarum antequam illi ſint traditæ.

29. IN hac quæſtione affirmatiuã partem ſuſtinet Pan. *cap. Commiſſum n.* 4. *& cap. Tua nobis. n.* 11. referens pro eadem ſententia Innocentium, & de Andreã. Et Pan. ſequitur Trul. *l.* 3. *cap.* 3. *n.* 8. Leander. *t.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 2. *q.* 10. Quod tamen limitant & explicant Suarez *lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 8. Leſſ. *lib. p. cap.* 19. *dub.* 3. *num.* 15. Fagund. *pracep. Ecc.* 5. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. Palans *tract.* 10. *diſp. vn. p.* 2. *nu.* 3. dicentes Eccleſiam harum decimarum antequã illi traditæ ſint non habere dominium directum, & plenum, habere vero dominium vtile, & ſimile illi, quod habet vſufructuarius. Huius vero opinionis fundamenta infra adducentur.

30. Oppoſitum ſentiunt Gloſſ. *cap. moderamine* 16. *q.* 1. Gloſſ. *in d. cap. Tua nobis, verb. tributa, in fin.* Federicus de Senis latè hoc probans *conſ.* 74. Rebuff. *de Dec. q.* 3. *num.* 16. & 17. & *q.* 9. *num.* 8. Bonac. *de praecep. Eccl. diſp. vlt. q.* 5. *p.* 5. *in fin.* Moneta *de dec. cap.* 8. *num.* 35. Et hæc ſententia vera eſt.

31. Pro certo tamen primo habendum eſt, quod debitum decimarum non eſt merè perſonale, ſed eſt ſimul reale, ita quod & prædia, & fructus prædiorum habent reale onus, & debitum decimarum. *Cap. cum ſit ſup. eod. tit.* ibi. *Quoniam res cum onere ſuo tranſit, & cap. Paſtoralis,* ibi. *Fructus non poſſe alienari niſi cum onere decimarum.* D. T. 22. *q.* 87. *ar.* 2. *ad* 4. Sylu. *v. Dec. num.* 12. Panorm. vbi ſup. Suarez *d. cap.* 38. *num.* 10. Pal. *d. p.* 2. Barboſa *d. cap. Tua nobis, num.* 13. & apud eum Coſta *de portione rata quaſt.* 140. *num.* 11. Franc. March. Delphin. *dec.* 345. *num.* 5. & 6. Borell. *ſum. omn. deciſ. tit.* 19. *num.* 63.

32. Ratio autem eſt, quæ deſumitur ex *d. cap. Tua nobis,* 26. *de decim.* ibi *Decimæ, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcepit, ſuas eſſe decimas, & primitias aſſeuerans. & cap. omnes* 5. 16. *q.* 7. ibi, *Omnes decimæ terræ ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum Domini ſunt.* Ex quo enim Deus eſt omnium conditor ab omnibus colendus, ius habet, vt eius dominium per oblationem eorum, quæ in terra naſcuntur, recognoſcatur, & quod ex eiſdem alãtur, & ſuſtentẽtur miniſtri ſpecialiter ad eius cultum deputati; & ſic res ipſæ, & quæ in terra naſcuntur, quia principaliter Dei ſunt, ſimul habent in ſe hoc onus, vt ad Dei obſequium, & cultum expendi debeant. Hoc onus autem eſt paſſiua quædam deputatio rerum, vt ſint medium & materia ordinata in Dei ſeruitium, & cultum. Hoc autem onus eſt diuinum naturale, & diuinum ſupernaturale, & Eccleſiaſticum. Si vero explicetur hoc ius diuinum negatiue, importat obligationem pro ſemper; quia nunquam licet vti rebus & non in Dei honorem, & gloriam. Sed ſi explicetur affirmatiue, eſt valde indeterminatum, & obligat pro loco, & tempore, & circumſtantijs, quatenus importat obligationem religionis & medij ad publicum Dei cultum, & ſic ad ſuſtentationem miniſtrorum diuini cultus. Et ita pro hoc ſtatu Eccleſiæ eſt commiſſa determinatio iſtius oneris, & deputationis. Quod Eccleſia fecit per legem decimarum conſecrando decimam partem fructuum, ad Dei cultum. Vnde hoc onus immediate non eſt in prædijs, vel alijs rebus fructiferis, ſed in fructibus; quorum decima pars eſt in Dei cultum conſecrata. In rebus vero reperitur hoc onus, quatenus virtualiter continent fructus. Et propterea Eccleſia voluit, quod res fructiferæ tranſeant cum onere iſto, ita vt conſecratæ, cenſeantur Deo, vt illi fructificent pro decima parte.

33. Hoc præmiſſo dicitur, quod Eccleſia nullum proprium, & priuatum dominium decimarum habet antequam illi ſint traditæ. Hoc per neceſſariam conſequentiam ex probatis cõſequitum, debitum enim ſoluendi decimas cum ſit ex virtute religionis, & ſic iuſtitia quæ eſt fidelium ad Deum, non vero quæ ſit fidelium ad Eccleſiam non importat aliquod dominium proprium, & priuatum in Eccleſia, ſed ſolum quod Eccleſia ſit ſubjectum vtilitatis, cui ſcilicet decimæ ex iuſtitia ad Deum debitæ ſoluendæ ſint. Sicut cum quis vouit Deo, abſque alia humana promiſſione darę centum pauperibus Titio, Caio, & Sempronio tenetur quidem vouens dare illis centum, quæ vouit ſed non ex iuſtitia ad illos, ſed ex religioſa iuſtitia ad Deum.

34. Eſt tamen diſcrimen, quia licet Eccleſia non habeat dominium decimarum proprium, & priuatum, & ex iuſtitia ſibi propria, habet tamen dominium iuriſdictionale, & ſuperioritatis, per quod poteſt nedum determi-

nare

nare quotam ſuſtentationis debitam, ſed etiam compellere poſſidentes bona & fructus ad decimam ſoluendam, aliaque decernere prout ſibi videbitur melius conuenire ad Dei cultum.

35. Hoc vero probatur amplius 2. ex ſacra ſcriptura: Nam Exodi 22. dicitur. *Decimas tuas., & primitias tuas non tardabis reddere.* Decimæ igitur & primitiæ ſunt populi illas reddere debentis. Sic enim Deut. 14. dicitur, *Decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis.* Fructus igitur omnes erant poſſidentis, licet cum onere ſoluendi decimam ex illis. Quod clarius apparet ponderando, quod ex lege præcipiebantur dari nedum decimæ, ſed etiam primitiæ, & tamen nullus dixerit primitiarum dominium, antequam ſoluerentur, fuiſſe apud Leuitas.

36. Et ratio omnium eſt, quia lex decimarum, & primitiarum non fuit lata principaliter intuitu vtilitatis priuatæ Leuitarum, ſed intuitu Dei, & eius cultus, & ideo ex illa lege non fuit ortum dominium in Leuitis, vel aliqua obligatio priuatæ iuſtitiæ in populo ad ſoluendas decimas, & primitias, ſed orta fuit obligatio ex lege, ex virtute Religionis, & ex iuſtitia altiſſima ad Deum, vt decimæ, & primitiæ ſoluerentur. Sic cum vna decima tunc ſoluenda eſſet pro pauperibus, vt aduertit D. T. 2. 1. *q. 87. ar. 1. ad* 4. non per hoc pauperes habebant dominium decimæ nondum ſolutæ.

37. Probatur 3. ex Sacris Canonibus, & quidem ex *cap. Parochianos.* 14. *eod. tit.* ibi. *Cum decima non ab hominibus, ſed ab ipſo Domino ſint inſtitutæ, quaſi debitum exigi poſſunt.* Non igitur decimæ exigi poſſunt tanquam res propriæ, ſed tanquam res debitæ; hæc enim diuerſa ſunt. Et *cap. ex tranſmiſſa* 23. *eod. tit.* dicitur. *Quia fidelis homo de omnibus, quæ licite poteſt acquirere, decimas erogare tenetur.* Sic igitur fidelis homo ſibi acquirit, & acquiſita ſua facit, licet cum onere ſoluendi decimas. Item *cap. Decimæ*, 16. *q.* 1. *& d. cap. Tua nobis*, 26. Decimæ aſſimilantur tributis, quia dicitur eas ſolui in recognitionem ſupremi dominij ipſius Dei, ſicuti Principibus tributa ſoluuntur; at vero tributa non ſunt Principum antequam eis ſint ſoluta. Decimæ vero præferuntur tributis non quia ſint Eccleſiæ antequam ſoluantur, ſed quia ſunt debitæ Deo, & ſunt Dei, ideoq; ſunt maioris excellentiæ, & ſtrictioris obligationis.

38. Sed magis aſſertio comprobatur ſoluendo rationes contrariæ opinionis. Primo enim dum facit cum in eo quod *d. cap. Tua nobis*, *& cap. Omnes.* 16. *q.* 7. decimæ dicuntur eſſe Dei, quia ſcilicet ſunt ſub ſpeciali dominio Dei, quod ipſe Eccleſiæ conceſſit, vel ſaltē talem illarum adminiſtrationem, vt eodem iure agere poſſit. Dum, inquam, ſic arguunt, non intentum ſuum probant, ſed oppoſitum. Si enim decimæ dicuntur eſſe Dei ratione vniuerſalis dominij, quod habet omnium rerum; dici non poteſt, quod hoc dominium ſit conceſſum Eccleſiæ, quæ cum ſit creatura, illius eſt incapax. Et præterea Dei dominium, non excludit ab hominibus dominium proprium rerum, quas iuſto titulo poſſident: non igitur ex hoc dominio Dei inferri poteſt infidelibus priuatio proprij dominij prædiorum ſuorum, & fructuum omnium, quos ex prædijs colligunt. Si autem decimæ ſpecialiter dicantur eſſe Dei, quia in Dei cultum ſunt ordinatæ; iam non importatur, nec infertur in Eccleſia dominium proprium, & priuatum, ſed ſolum quod eodem, vel ſimili iure Eccleſia adminiſtrans ea, quæ ſunt religionis, & quotam decimarum determinate, & decimas petere, & ad eas obligare, & renuentes ſoluere poſſit compellere. Neque enim hic ordo rerū, & fructuū, in Dei cultū qui eſt ex fide & religione priuat fideles proprio rerum ſuarum dominio; ſed illud ſubordinat Pontifici, vt poſſit decimam, vel aliam quotam præcipere, & petere, & ad reddendam compellere. Non ergo ex hoc infertur maius dominium, quam illud quod fert religio, quæ non importat iuſtitiam priuatam & ad hominem, ſed publicam, & ad Deum, ad quam ſeruandam Eccleſia poteſt fideles compellere. Imo ex *d. cap. Tua nobis*, habetur, quod decimæ directe & immediate Deo debentur, & ex hoc debentur primo & principaliter Eccleſiæ, cuius adminiſtrationi diuinæ res ſunt traditæ; non ergo debentur alicui ex iuſtitia propria, ſed ex iuſtitia ad Deum, quam importat religio.

39. Minus obſtat, quod adducitur ex Aug. *ſerm.* 119. *de temp.* & habetur *cap. Decimæ* 66. 16. *q.* 1. ibi. *Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuaſit.* Nam S. Aug. ibi loquitur de decimis, vt ex eis ali debent pauperes; conſtat vero non per hoc pauperes habere dominium decimarum, antequam illis tribuantur. Decimæ ergo dicuntur res alienæ ab eo, qui illas ſoluere tenetur, quia Dei ſunt, & ad Dei cultum, & alimoniam pauperum deputatæ, vt idem Sanctus ibidem ſubiungit, & explicat.

40. Tertio autem fundatur dicta opinio in hoc, quod hoc ſit priuilegium Eccleſiæ, vt ſine traditione conſequatur dominium rei ſibi legatæ, aut donatæ, *cap.* 1. *de conſuetud. & l. vlt. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ergo multo magis ex voluntate Dei, & Eccleſiæ transfertur dominium in Clericos, quibus Decimæ donatæ ſunt, cum ſit efficacior voluntas Dei, & Eccleſiæ. Ad hoc tamen reſpondent ipſimet DD. primæ opinionis, vt Suarez. *d. cap.* 38. *num.* 8. aſſumptum in argumento verum eſſe quando res donata eſt certa, vel quando conſtat de donatione proprietatis, quod hic non conſtat. Sed dicitur quod argumentum, & tota illa opinio ſupponit falſum, nimirum quod præceptum decimarum reſpiciat principaliter priuatum vtile Clericorum, & ex conſequenti, quod Decimæ ſint illis à Deo donatæ. Ex virtute Religionis eſt debitum decimarum, & vtilitas Clericorum eſt volita, vt medium ad diuinum cultum, ideo decimæ principaliter Deo debentur, & Dei ſunt, vnde propriè Clericis nec ſunt legatæ, nec donatæ, nec ius decimarum competens Clericis eſt ius priuatum & proprium illorum, ſed ius commune, & religioſum, quod eſt ius Dei, nullum Clericis tribuens dominium decimarum antequam illis tradantur.

41. Quarto non eſt vnde fiat vis in verba

vindicent, quod habetur *capite. moderamine 16. quæſt. 1.* & ſic dicatur, quod ex eo textu Clerici habent ius, vt decimas petant per actionem rei vindicationis, quæ non datur niſi in rem propriam ab alio detentam. Nam Sanct. Greg. in illo textu non loquitur de vindicatione, vt eſt actio Ciuilis, & forenſis, ſolum enim vult quod Monachi presbyteri eadem ratione, qua presbyteri ſeculares poſſunt ſibi vindicare decimas, & ſic ſumit verbum vindicate prout idem eſt, quod vſurpari, & appropriare; quæ eſt propria, & germana illius ſignificatio. Ideo licet DD. illius primæ opinionis teneant, quod Clericus in iudicio petere poſſit decimas actione rei vindicationis, hoc negant DD. ſecundæ opinionis, bene docentes Clericos decimas non poſſe petere in iudicio niſi per actionem, quæ dicitur ex lege, vel ex Canone. Quod & docuit Speculator tanquam verius, ſit de decimis, vbi etiam ponit formam libelli ad huiuſmodi decimas in iudiciopetendas. Male autem, & ſine aliquo fundamento Leander *d. diſp. 2. qu. 11.* pro ſententia noſtræ contraria refert. D. T. 2 *2. qu. 87. a. 2* ad quarum quia ibi nec verbum habet de hac actione rei vindicationis; neque, ex ibi dictis hoc colligitur; quia D. T. non docet ibi niſi quę & nos docemus, in ſequẽtibus, ex quibus hæc rei vindicationis actio non deducitur.

42. Quinto autem, prima illa opinio maximam vim facit in multis, quæ Eccleſia poteſt facere, & minime facere poſſet, ſi non haberet dominium decimarum. Primum eſt, quod poteſt exigere decimas à quoqumque raptore & iniuſto detentore. Secundo poteſt agere contra incendiarium, qui ſegetes combuſſit. Tertio ſi Parochianus vendat fructus non decimatos Eccleſia poteſt agere contra emptorem, & ipſe etiam in conſcientia tenetur reſtituere Eccleſiæ decimas ſuas, ſeruato ſibi iure agendi contra venditorem, *cap. Paſtoralis. eod. tit.*

43. Reſpondetur vero, quod hæc quatenus vera ſunt, non ex eo vera ſunt, quod Eccleſia habeat Dominium proprium, & priuatum decimarum antequam ſibi ſint traditæ, ſed quia onus & debitum decimarum ex virtute religionis eſt onus reale, vt dictum eſt *num.* 31. & habetur ex *cap. Paſtoralis, & ex cap. cum ſit. eod. tit.* Et ideo eſt onus, quod ſequitur poſſeſſionem fructuum non decimatorum, & propterea Eccleſia contra poſſidentem decimas agere poteſt, non ex iure proprio, & priuata iuſtitia, ſed ex iure Dei, ſeu iuſtitia ad Deum. Sed ex aminemus ſingula in argumento aſſumpta.

44. Primus caſus eſt raptoris, ſeu furis, qui omnes fructus indecimatos raptus fuit. Et nihilominus, quod Eccleſia non habeat immediatam actionem contra raptorem, niſi Dominus eſſet negligens, & ex ea cauſa Eccleſia pateretur tenent Suarez. *d. cap. 36. nu. 11*; Palaus *tract. 10. diſp. vn. p. 2. nu. 5.* Qui etiam addunt quod fur tenetur quidem reſtituere, ſed debet reſtituere Domino, ſeu Parochiano etiam decimam, & non Eccleſiæ, quia fur non poteſt propria auctoritate alterius debita ex eiuſdem bonis ſoluere. Et cum Parochus propria auctoritate non poſſit decimas capere, vt probatur infra *artic.* 16. multo minus alius poteſt decimas rapere, vt det Parocho. Sed iſti DD. non loquuntur conſequenter. Nam cum ipſi fateantur, & ſit verum, quod onus decimarum eſt reale, & ex conſequenti, quod ſequitur quodammodo poſſeſſionem, iam ergo Eccleſia habet immediatam actionem contra furem poſſidentem fructus non decimatos, vt ex illis decimam habeat.

45. Imo vt optime docet D. T 22. *q.* 87. *à 2. ad* 4. Niſi Dominus à quo raptæ ſunt decimæ fuit in culpa, & ex negligentia ſua damnum accidit. Quia nimirum fuit iniuſtus, & iniuſta cauſa moralis damni Eccleſiæ, vt quia fuit in mora ſoluendi decimas tempore debito, ipſi ad decimas ſoluendas non tenetur, nec Eccleſia habet contra illum actionem, vt etiam voluit S. Raym. *tit. de decimis* §. 15. Tabien. *v. decima n. 9.* Fagund. *d. cap. 6. n. 9.* & hoc eſt verum (quidquid in contrarium dixerit Leander *d. diſp. 2. qu. 17.*) etiam ſi dominus in horreum condidit fructus, ſi hoc ſuppoſito, & conſiderata conſuetudine loci, Dominus non ſit in culpa. Non enim tenetur ratione iniuſtæ acceptionis, quia non fuit in culpa, nec ratione rei acceptæ, quia illa apud eum non eſt. Dicere vero, vt ait Palaua *d. p. 2. num.* 2. ſi quod teneatur ratione debiti contracti ex collatione fructuum eſt aſſignari cauſam non ſufficientem; quia Decimæ non debentur ratione collectionis, ſed ratione rei collectæ cuius decima Deo debetur & per Deum debetur Parocho. Ideo ſi collectis fructibus Parochianus non fuit in mora iniuſta, quia v. g. iuxta morem admonuit Parochum vt adeſſet decimationi, vel vt acciperet decimam, & ille neglexit, Parochianus non tenetur, ſi decimę fuerint furto ſublatę. Ad quas tamen tenetur fur, qui fructus indecimatos rapuit. Panorm. *in cap. cum non ſit, eod. tit.* Sylu. *v. decima num.* 12. Raphael de la Torre 2. 2. *q.* 87. *à* 2. *diſp.* 10. *nu.* 1. Fugundez *l. 1. cap. 6.* Leander. *tom. 3. tr. 6. diſp. 2. qu.* 13. ſatisfaceret vero fur ſi omnes fructus reſtitueret domino. Sed ſi reſtitueret domino ſolam partem fructuum, & alias Dominus non fuiſſet in culpa, non teneretur reſoluere integram decimam, ſed ſolum decimam illius partis, quæ ſibi fuiſſet reſtituta, ac ſi aliud non collegiſſet ex agro, quam illud, quod ſibi fuit reſtitutum.

46. Secundus caſus eſt, quod Eccleſia poteſt petere decimas ab eo qui iniuſtè ſegetes combuſſit, vel arbores habentes iam fructus ſuccendit. Innoc. Io. And. & Panorm. *in c* Commeſſum *eod. tit.* Couar. *in reg. peccatum p. 2. §. 8. nu. 12. in fin.* Quod extenditur, vt Eccleſia poſſit agere contra Parochianum ſuum ſi eius cauſa fructus pereunt, vt ſi ipſe ſuas ſegetes combuſſerit vel Secundo omiſſiue ſi omiſit impedire damnum, & reſiſtere hoſtibus, & non fecit, aut ſi agricola fuit in mora triturandi, vel recondendi fructus, vnde alluuione perierunt, vel 3. ſi Dominus voluit colere agrum ſuum, vel vineam, in horum vero comprobationem Suarez *d. c. 36. nu. 18. refert* D. T. 2. 2. *q.* 87. *a* 2. *ad* 4. Verum D. T. ibi loquitur in caſu in quo fructus iam collecti, & non decimati furto ablati fuerunt, & bene docet Parochianum non teneri in

eo

Digitized by Google

eo caſu ad decimas antequam recuperet fructus captos, niſi fuerit in culpa vt ſupra *n.* 45. explicatum fuit, ſed nos ſumus in caſu fructuum nondum collectorum, de quo non loquitur ibi D. T.

47. Dicendum propterea eſt, quod lex decimarum non obligat ad ſoluendas decimas niſi de fructibus collectis, *cap. cum homines, ſup. eod. tit. ibi fructibus collectis*, Aleaſ. 3. *p. qu.* 51. *num.* 5. *ad penult.* Rebuff. *quaſt.* 12. *nu.* 2. quos refert, ac ſequitur Suarez *d. cap.* 36. *n.* 20. Palaus *tract.* 10. *diſp. vn. p.* 2. *nu.* 9. & apud eum Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 39. *d.* 3. *n.* 15. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 45. Addit Couar. Ideo Parochiani non tenentur ſoluere decimas niſi ſtatim ac fructus ſint collecti, vt per DD. quos ſequitur Barboſa *d. cap.* cum homines. *n.* 3.

48. Et propterea caſus iſte ſecundus non debet admitti, ſicut nec admittitur, à Suarez, & Palao, & à Molina *tract.* 2. *de iuſt. diſp.* 4. & à Leſ. *l* 2. *c.* 39. *d.* 3. *nu.* 15. Et ſic nec qui iniuſte combuſſit ſegetes, aut ſuccidit arbores fructus ferentes, nec qui impediuit iniuſte aliquem ne venaretur, aut piſcaretur, aut ne venando, aut piſcando animalia comprehenderet, aut Parochianus, qui fuit negligens in cuſtodiendo ſegetes, & vineas à furibus & latronibus, vel incolendo agros, aut vineas, aut etiam ſegetes combuſſit tenetur ad decimas ſoluendas fructuum qui alias collecti fuiſſent, & de quibus collectis ſoluendæ fuiſſent decimæ. Suarez *cap.* 36. *n.* 20. Filliuc. *tract.* 27. *num.* 149. Trullench. *l* 3. *c.* 3. *dub.* 2. *n.* 8. & *d.* 10. *n.* 12. Bonac. *d. q.* 5. *p.* 3. *n.* 9. Palaus *p.* 2. *nu.* 9. Raphael de la Torre *d. q.* 87. *a.* 2. *diſp.* 10. *nu.* 12. & 14. Nam non tenetur ratione rei acceptæ, quia fructus non extant nec illos habet, nec ratione iniuſtæ acceptionis, quia nec ex præcepto decimarum tenetur fidelis ad fructus cuſtodiendos, vel ad agros colendos, ſed ſolum ad fructus collectos decimandos. Nec vim habet, quod adducit Leander *d. diſp.* 2. *q.* 14. quia ſcilicet huiuſmodi comburentes ſegetes, &c. inferunt damnum Eccleſiæ, quia ad abſtinendum ab illo damno non tenentur ex iuſtitia ad Eccleſiam, vt dictum eſt, & ſic illa combuſtio non eſt iniuſta acceptio, vnde non tenentur ratione iniuſtæ actionis, vel acceptionis, quidquid ſit an reſpectu aliorum actiones huiuſmodi ſint iniuſtę. Vnde hoc multo magis dicitur de eo, qui in bello iuſto ſegetes combuſſit, quia ſcilicet non tenetur ad ſoluendas Eccleſiæ decimas, etiam ſi illa combuſtio non fuit neceſſaria ad victoriam. Quidquid in contrarium in hoc vltimo caſu dixerint Suarez *cap.* 36. *num.* 17. & Leand. *d. diſp.* 2. *q.* 15. Qui Leander *quaſt.* 18. peſſime *citat.* D. T. 2. 2. *quaſt.* 87. *a.* 4. *ad* 4. vel alibi, pro ſententia ſua aſſerente Parochianos teneri ad decimas etiam de fructibus colligendis. Quod D. T. nunquam cogitauit. Et idem Leander licet *q.* 19. bene concludet, quod qui noluit ſeminare, aut vineam colere, non tenetur ad decimas; tamen minus conſequenter hoc dicitur ſi enim fideles tenentur ad decimas de fructibus nedum collectis, ſed etiam colligendis, & ſic prædia ſunt obligata Eccleſiæ etiam pro fructibus, qui ex illis colligi poſſent, non videtur quomodò ex hoc dici non debeat, quod Domini non teneantur colere agros, & vineas vt fructus producant, ex quibus decimæ colligantur. Et ſi hoc non eſt neceſſarium, ſicut vere non erit, pariter nec erit neceſſarium quod domini curam habeant, vt fructus orti, & nondum collecti, non pereant. Nec fuit opus, quod lex decimarum reſpiceret huiuſmodi, caſus raros & accidentales, & caſuales, ſed cum certum ſit homines ex propria neceſſitate terras colere, & communiter diligenter cuſtodire fructus ne pereant ante maturitatem ſatis prouiſum fuit neceſſitati, & ſuſtentationi miniſtrorum diuini cultus, præcipiendo decimas ex fructibus iam collectis.

49. Exiſtimant tamen Suarez, & Palaus quod Eccleſia habeat quoddam ius in fundum, ratione cuius poſſit compellere Dominum fundi, vt talibus colonis fundum locet, qui vtiliter, & fideliter rem gerant etiam reſpectu Eccleſię, & ex conſequenti poſſit compellere illos, vel etiam dominum, vt ſtrenue ſe gerant in cultura agrorum vſque ad fructum collectionem. Et ita quod ſi moniti non obediant, poſſet Eccleſia aſſumere curam agrorum, & ſe indẽnẽ ſeruare, vel ſi id ſe non ſit permiſſum, teneantur Domini agrorum in conſcientia reſarcire damnum Eccleſiæ fundantur vero in *cap. his aliquibus, ſup. eod. tit.* & in exemplo vſufructuarij cui legata fuit certa pars fructuum, qui habet ius procurandi vt prædia fideliter adminiſtrentur. Sed caſus *cap. in aliquibus eſt longe diuerſus.* Loquitur enim in caſu in quo domini prædiorum locabant prædia illis, qui prætendentes ſe exemptos à ſolutione decimarum negabant decimas de fructibus collectis ex prædijs ſibi locatis: In hoc enim caſu cum ex fructibus talium prædiorum iam collectis deberentur decimæ Eccleſiæ, non poterant Domini locare prædia illa niſi cum hoc onere, & ideo potuit, & poteſt Eccleſiæ impedire ne prædia locentur illis, qui decimas ex iam collectis fructibus nolunt ſoluere. Sed ex hoc non licet arguere ad fructus non collectos, vel ad hoc vt maior abundantia fructuum colligi poſſit; quia ex vi præcepti decimarum, vt probatum eſt, non tenentur domini agrorum ad colendos diligenter agros, ſed ſolum ad fructus collectos decimandos ſeu ad ſoluendas decimas de agris cultis, *cap. commiſſum* 4. *eod. tit.* ibi *vt decimas de agris cultis.* Nec exemplum vſufructuarij eſt ad rem, quia Eccleſia nec habet dominium vtile decimarum antequam ſint ſolutæ, & ſolum ex fructibus collectis decimæ debentur. Et dominus, qui habet prædia inculta, non mouetur ad ea colenda, nec in iure alicubi reperitur obligatio ad noualia facienda, ſed ſolum ad decimas ſoluendas de noualibus, ſi agri inculti ad culturam redigantur *cap. quoniam* 13. & *cap. ex parte* 27. *eod. tit.*

50. Tertius caſus eſt, quia ſi Parochianus vendat fructus non decimatos Eccleſia poteſt agere contra emptorem pro habenda decima. Et hoc eſt verum, & habetur ex *cap. Paſtoralis ſup. eod. tit.* & id docet D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 87 *art.* 2. *ad* 4. S. Raym. *in ſum. tit. de decimis* §. 14. Tabien. *v. decima num.* 8. Hoſtien. *in cap. Paſtoralis*

ralis eod. tit. vbi Io: Andr. *num.6.* Anchar. *nu.*8 Zabarell. *nu.* 20. Buir. *num.* 12. Pauorm. *num.* 4 Barboſa *cap. cum non ſit num.3. eod. tit.* Hoc autẽ tripliciter contingere poteſt, primo ſi Parochianus vendat fructus non decimatos cum onere ſoluendi decimam. Hoc enim licite fieri poteſt, vt habetur ex *d. cap. paſtoralis*, & ſupponitur *in cap. tua nobis*. Et in hoc caſu Eccleſia agere poteſt contra emptorem, & contra venditorem; contra illum quia retinet rem, quæ Dei eſt, & ex iuſtitia ad Deum debetur Eccleſiæ; contra illum quia ex prædijs onere reali obligatis recepit fructus ex quibus detrahenda eſt decima, quos ſine conſenſu Eccleſiæ alienare non potuit.

51. Secundo contingere poteſt, vt Parochianus vendat fructus non decimatos abſolute, & ſine onere ſoluendi decimam. Et in hoc caſu tam venditor, quam emptor eſt ſacrilegus, & in Deum iniurioſus, ſed non eſt propriè iniuſtus nec immediate Eccleſię iniurioſus vt vult Suarez. *d. c. 36. n. 12.* Sed mediate iniuriam facit Eccleſię, quatenus quod Deo debetur in vtilitatem Eccleſiæ non illi tribuitur. Ideo hic neque eſt propriè iniuria contra iuſtitiam commutatiuam, ſed eſt iniuria ſacrilega Dei iuſtitiæ contraria. Eccleſia tamen in hoc caſu agere poteſt multo magis nedum contra venditorem, ſed etiam contra emptorem, tum ratione rei retentæ, tum ratione irreligioſæ retentionis.

52. Tertius caſus eſt, ſi emptor bona fide facit fructus non decimatos credens eſſe decimatos. Et nihilominus etiam in hoc caſu vterq; in conſcientia tenetur ſoluere decimam, quamuis vno illam ſoluente alter non teneatur, vt docet D. Th. *d. art. 2. ad* 4. & S. Raym. *d. §* 14 Et Eccleſia immediatè poteſt agere contra emptorem ratione rei retentæ.

53. Nec obſtat ſi dicatur non dari in iudicio forenſi actionem, vbi non violatur iuſtitia. Iudices enim miniſtri ſunt iuſtitiæ. Raphael à Turre 2. 2. *q. 87. a. 1. dub.* 7. exiſtimat in hoc, & ſimilibus caſibus dari actionem ex priuilegio, & quia ius ſic diſpoſuit, vt in *d. cap. Paſtorales*. Sed (quidquid ſit de aſſumpto) dicitur quod præcipue in foro ſpirituali Eccleſiæ, quod reſpicit ſalutem animarum, & Dei cultum, datur actio ad omne id, ad quod virtus obligat, & pręcipue ad id ad quod obligat virtus Religionis, quæ eſt altiſſima iuſtitia ad Deum, & ideo Eccleſia habet iuriſdictionem, vt compellat ad ſoluendas decimas, & Clerici ad quorum vtilitatem decimæ ſunt ſoluendæ ex lege Diuina, & Canone habent actionem contra decimas non ſoluentes. Quod in præſenti caſu etiam eſt in iure expreſſum *d. c. Paſtoralis*. Et additur quod in omni foro datur actio, quę dicitur ex lege, & ex hac petuntur decimæ in iudicio.

54. Satis ergo ex his apparet Eccleſiam non habere dominium decimarum antequam ſibi ſint ſolutæ illaſque ei deberi ex virtute Religionis, & ex conſequenti eum, qui non ſoluit decimas, quas debet, vnum ſolum committere peccatum ſacrilegij. Quæ omnia ex hoc magis confirmantur, quod nec Imperator, nec Papa poteſt ab aliquo auferre dominium rei ſuæ, niſi ex cauſa, quæ bonum publicum reſpiciat, vt per DD. quos refert, & ſequitur Felin. *cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitution. num.*47 Quæ vero hic poteſt allegari cauſa iuſta, ex qua Papa dicatur motus fuiſſe ad vſum extraordinariæ huius poteſtatis, vt vellet fideles ſuos priuare dominio ſuorum fructuum, & illud tribuere Parochis, cum ſatis prouiſum ſit Eccleſiæ præcipiendo vt fideles decimas de proprijs fructibus ſoluant, & ſi inter tot miliones fidelium, ſint aliqui pauci inobedientes, danuo facultatem, vt à Iudicibus compellantur? Propterea nec Parochis data fuit facultas, vt propria authoritate decimas ab inobedientibus accipiant.

SVMMARIVM.

55 *Decimæ perſonales in lege veteri non erant in præcepto: Et quare.*
56 *Decimæ ſoluuntur de omni quod licite acquiritur.*
57 *De rebus quibuſcumque legato, hæreditate, aut donatione acquiſitis non ſoluitur decima perſonalis.*
Decimæ debentur de lucro actiuè acquiſito 57. 58
58 *Dictio generalis poſita poſt ſpecies aliquas expreſſas reſtringitur ad ſimiles.*
59 *De fructibus rei fructiferę, ſimul cum ea acquiſitis debentur decimæ prædiales.*
60 *De immobilibus datis in pretium laboris debetur decima perſonalis: & ſufficit ſi detur in pecunia.*
61 *De iniuſte acquiſitis quorũ non acquiritur dominium, aut competit repetitio non dantur decimæ.*
62 *De acquiſitis in bello iniuſto non debetur decima licet miles eam debeat de ſalario.*
63 *De fructibus agri iniuſte poſſeſſi ſolui debet decima.*
64 *Ex lucro illicito ſi acquiritur dominium debetur decima, licet Eccleſia illam non debeat recipere.*
65 *Quid vbi opus illicitum eſt occultum.*
66 *Meretrix non tenetur ad dandam decimam pauperibus.*
67 *Meretrix poſt pœnitentiam non tenetur ſoluere decimas præteritas.*
68 *Decimæ de lucro debentur ab omni negotiatore. Aduocato, Procuratore, Mercenario &c.*
69 *Decima à militibus debetur etiam de præda, etiã de re immobili, & à quocumque cui detur res immobilis in pretium laboris.*
70 *Regulariter Reges non tenentur dare decimam de immobilibus iuſte in bello acquiſitis.*
71 *Non de omni contractu debetur decima, ſed ſolũ de lucratiuo, & conſummato.*
72 *Decimæ perſonales deductis expenſis ſoluuntur. Lucrum non eſt, niſi quod remanet deductis expenſis* 72.
73 *Quæ expenſæ ſint demendæ.*

Art. IIII.

An perſonales Decimæ ſoluendæ, ſint de omni lucro.

55 QVamuis in lege veteri non præciperentur decimæ, perſonales, ſed ſolum prædiales, vt aduertunt D.Thom. 2.2.*q.*87.*art.*3 *ad* 1. Turrecrem. *cap. reuertimini* 16. *q.* 1. *art.*5 *num.*10. Io: de Friburg. *addit. ad* S. Raym *tit. de decim.*

decimæ v. debentur lit. Suarez. *tom.* 1. *de relig. lib.* 1. *de dec.cap.*12.*num.*17. Hoſtien. *in ſum.* .7 *& cap. in aliquibus ſup.eod. tit.* Io:And. *in cap.qui prior,* in Mercurial, Felin. *in cap. cauſam de præſcript.* Couar. *L.* 1. *var. cap.*17. *à num.*8. Nauar. *conſ.* 1. *de dec.* Barboſa *de Paroch. c.* 28. *num.*10 Sed in noua lege nedum prædiales, ſed perſonales decimæ ſunt ſoluendæ, *cap. decimas* 16. *q.*1 *cap. ex tranſmiſſa, & cap. non eſt ſuper eod. tit.* cuius differentiæ rationem reddit D. Thom. *d.q.* 87. *art.* 2. Nauar. *in manual. c.*.21. *num* 2. Sotus *l.* 9. *q.* 4. *art.* 2. Abul. *in cap.*23.Matt. *q.* 147.*&* 151. Azor. *p.*1. *l.* 7. *cap.* 35. *q.* 9. Bonac. *d. q.*5 *p.* 3. *num.*1. Fagund. *d. l.*1. *cap.*2. *n.* 1. Vaſquez. *tract. de benef. dub.* 6. *cap.* 1. Layman. *l.* 4. *ar.*6 *c.* 4. *nu* 1.Trullen. *l.* 3.*c.*3.*d.*2.*nu.* 1. Palaus *p.* 6. Leand. *diſp.*3.*q.*1. Quoniam vero in multis diſtinguitur obligatio ſoluendi decimas perſonales ab obligatione ſoluendi prædiales; ideo diſtinctè de primo quæritur, de quibus ſoluendæ ſint decimæ perſonales.

56. Eſt autem regula generalis decimas ſolui debere de omni humano lucro, quod opere, labore, ſtudio, & humana induſtria acquiritur. *Cap. decimæ* 66. 16. *q.*1. ibi *De militia de negotio, de artificio, de molendinis. Et ſup. eod. tit. cap. ex tranſmiſſa* 23. ibi *fidelis homo, de omnibus, quæ licite poteſt acquirere, decimas erogare tenetur. Et cap. non eſt* 22. ibi *De negotiatione, de ipſa etiam militia, & venatione, & omnibus bonis.* D. Thom. 2.2. *q.*87 *art.*2.*ad.*1 Rota *dec.* 205. *num.*8. coram Carillo, & *deciſ.*64.*n.*9 *p.*9. *recent.* & Theologi & Canoniſtæ omnes.

57. Dicitur vero decimas deberi de omni lucro, quod licite fidelis poteſt acquirere. Accipitur autem lucrum propriè, vt eſt id, quod actiuè acquiritur ex labore, opere, vel induſtria. Propterea de ijs quæ ex donatione, ſeu gratuita alterius largitione proueniunt, non eſt neceſſe ſoluere decimas. Hæc enim nec proprie ſunt lucrum, nec homo dicitur illa proprie acquirere, ſed illa acquiri homini dicuntur, quia ad huiuſmodi acquiſitionem homo moraliter paſſiue ſe habet. Quamobrem ad decimas ſoluendas nedum non tenetur Filius ſuccedens patri in hæreditate, qui non tam cenſetur lucrari, quam incipere poſſidere, vt voluit Gloſſ. *cap. Paſtoralis, eod. tit. in ver. quaſi in lucro:* Et nedum alij ſuccedentes ab inteſtato, qui ſunt neceſſarij hæredes rem quaſi ſibi debitam, acquirentes, vt ſentit Gloſſ. *d.cap. Decimas* 16 *q.* 1. Et nedum in immobilibus hæreditate, legato, vel donatione obtentis, vt voluit Gloſſ *in d.cap. Paſtoralis*, quam multi ſequuntur, & ibi Barboſ. *num* 7. & Rebuff. *q.*8. *de Dec. num.vlt.* Moneta *cap.*4 *q.*1.*n.*28. & quia frugum nomine non veniunt res immobiles. Sed quidquid in contraria ex Hoſt. dixerint Syluest. *v. Decimæ à num.*10. Azor. *p.*1 *l.*7. *cap.*35.*q.*8. Fagund. *de dec l.*1.*c.*2.*n.*9.) vniuerſaliter de acquiſitis donatione, legato, aut teſtamento, ſiue acquirentes ſint filij, vel hæredes ab inteſtato, ſiue extranei, & ſiue bona acquiſita ſint immobilia, ſiue mobilia, non debentur decimæ; quia iſta bona non ſunt fructus; decimæ vero debentur de fructibus vel rerum, vel actionum humanarum. Et hæc fuit ſententia antiquorum Canoniſtarum teſte Innoc. qui in illam inclinans, *cap. Non eſt. eod. tit. ſicut & in d.cap. Paſtoralis* inclinat Pauorm. & probant Suarez *l.*1.*c.* 31. *n.*6. Valent. *tom.*3. *diſput.*6.*q.*5.*p* 3. Bonac. *diſput.vlt. de præcept. Eccl.q.*5. *p.*3. *n.* 2. Palaus *tract*,10. *d.vn. p.*6.*n.*3. Raphael à Turre 2. 2. *q.*87.*a.*2 *diſp.*4. Barboſ. *de Paroch.cap.*28.*num.*28 Trullenc. *l.*3.*cap.*3. *d.*2.*n.*2. Abulen. *in cap.* 23. Matt. *q.*159. Baſſæus *v.decima n.*4. Leand. *tom.* 3.*tract.*6. *d.*3. *q.*6. In his tamen vbi ſit certa conſuetudo illa ſeruanda erit. Tabieu. *v. decim.*

58. Neque enim obſtat, quod in *cap. non eſt* dicitur decimas ſolui debere de omnibus bonis, quia commune nomen bonum poſitum poſt negotiationem, militiam, & venationem reſtringitur ad bona ſimilia nominatas, & idem eſt ac ſi diceretur de omnibus prouentibus, ſeu fructibus, qui vel ex prædijs, ſeu rebus fructiferis, vel ex actionibus, & induſtria hominum obtinentur. Nam & communiter ferè ab omnibus excipiuntur bona immo illa hæreditate, legato, vel donatione acquiſita, Guliel. Bened. *in cap. Raynut. num.*256.*de teſtam.* Ribuff. *q.*8.*num.*21. *&* 22. Azor. *p.*1.*l.*7.*cap.*24. *q.*11. Moneta *cap.*4.*num.*38 Barboſ. *d.cap. Paſtoralis num.*8. Filliuc. *tract.*27.*num.*217. Palaus *d. p.*6.*num.*2. Fagund. *l.*1.*cap.*2. *num.*7. 8. *&* 12. Bonac. *in* 5. *præc. quæſt.*5.*p.*3. *num.*2. Trullench. *l.*3.*c.*3.*dub.*2.*n.*2. Raphael à Turre *d q.*87. *ar.*2. *diſp* 4.*num.*2. Leander *d.tr.*6.*d.*3.*q.*4. & alij apud iſtos, & etiam eleemoſynæ, de quibus decimæ non ſoluuntur, quod fieri non poſſet, ſi dictio *bonis* vniuerſaliſſimè accipi deberet. Sed vere ſic eſt, quod lex decimarum perſonalium reſtringitur ad ea quæ iuſtè acquirimus, vt dicitur *d.cap.* ex tranſmiſſa, nimirum ad ea, quæ labore, & induſtria obtinemus.

59. Verum quidem eſt, quod ſi hæreditate, vel donatione habetur res fructifera, hæc tranſit cum ſuo onere, ita vt nedùm in futurum ſoluendæ ſint decimæ ex fructibus ab ea collectis, ſed & ſoluendæ ſint decimæ de fructibus qui ſimul cum re fructifera recipiuntur, vt notat Barboſa de Parocho *cap.*28.*num.*28. Aliqui etiam volunt, quod acquirens rem fructiferam tenetur ad decimas præteritas, ita quod Eccleſia poſſeſſorem nouum poſſit pro decimis non ſolutis conuenire. Suarez *d l.*1.*c.*38. *n.*8. Azor. *p.*1.*l.*7.*c.*24. *q.*2. *&* 18. Moneta *c.*6.*num.* 18. *&* 19. Barb. *cap. Tua nobis. num.*13. & apud eum Capyc. Caſſan. Titaq. & Velaſc. *& de offic. Paroch. c.*281. Trullench. *d.c.*3.*d.*2. *n.*2. Et ita quod in optione Eccleſiæ eſt agere contra antiquum, vel nouum poſſeſſorem, Monet. *vbi ſup.* Rebuff. *q.*9 *n.*9. Fundus enim tacitè cenſetur pro decimis hypotecatus. Barb. *d. n.* 13. Sed hoc impugnatur infra *art.*17.

60. Si etiam alicui non dono, ſed in ſolutionem laboris, & operis datur res immobilis decima perſonalis ſolui debet, Sylueſ. *v. decima q.*6. Raphael à Turre *d.diſp.*4 *in fin.* Abul. *in cap.*25. Matt. *q.*159. *in fin.* Fagund. *dec.d.l.*1.*cap.* 2.*num.*10. Palaus *d.tract.*10. *p.* .*nu.*4. Leander *d.tract.*6. *e ſq.*3.*q.*8. Hæc tamen decima ſolui poterit in pecunia nec erit neceſſe quod detur pars rei immobilis acquiſitæ.

61. Vlterius vero ad hoc, vt intret obli-

gatio

Digitized by Google

gatio decimarum neceſſe eſt, quod lucrum ex quo ſoluendæ ſunt decimæ, ſit iuſte acquiſitum. De hac vero quæſt. ita loquitur D.Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *artic.* 2. *ad* 2. ibi. *Aliqua male acquiruntur dupliciter, vno modo quia ipſa acquiſitio eſt iniuſta, puta quia acquiritur per rapinam, aut furtum, aut vſuram, quia homo tenetur reſtituere, non autem de eis decimas dare tamen ſi aliquis ager ſit emptus de vſura, de fructu eius tenetur vſurarius decimas dare, quia fructus illi non ſunt ex vſura, ſed ex Dei munere. Quadam vero dicuntur male acquiſita, quia acquiruntur ex turpi cauſa, ſicut de meritricio, & hiſtrionatu, & alijs huiuſmodi; qua non tenetur reſtituere. Vnde de talibus tenentur decimas dare ſecundum modum aliarum perſonalium decimarum. Tamen Eccleſia non debet illas recipere, quamdiu ſunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare: ſed poſtquam pænituerit, poſſunt ab eis de his recipi decima.* Itaque conſtat, quod vbi dominium non transfertur, de iniuſte acquiſitis nonſunt ſoluendæ decimæ, vt DD omnes fatentur.

62. Ex quo ſequitur primo quod de præda acquiſita in bello iniuſto non debetur decima, quia miles illius prædæ non ſit dominus, nec illam verè lucratur. Et tamen miles huiuſmodi, de ſtipendio decimam ſoluere debet, quia illud valide lucratur, & ſibi acquirit. Similiter nec de vſuris, quidquid enim ſit an vſurarius acquirat dominium vſurarum, quia tamen acquiſita per vſuram, vel per ſimoniam in beneficio reſtitui debent, ideo de illis decima non ſoluitur, quia non ſunt firmiter acquiſita. Et ſic de omnibus alijs, quorum non acquiritur validum, & firmum dominium dicitur de eis non ſolui decimam. D.T. loco citato. S.Raym. *tit. de decim.* §. 6. Syluеſ. *v. decimæ n.* 12. Tabien. *n.* 22. Armill. *n.* 5. Rebuff. *de dec. q.* 8. *n.* 2. Sotus *l.* 9. *q.* 4. *num.* 2. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 31. *à n.* 3. *&* 32. *à n.* 1. Moneta *de dec. q.* 2. *à n.* 46. Raphael à Turre 2. 2. *q.* 87 *ar.* 2 *diſp.* 2 Fagund. *in* 5. *præc. Eccl. l.* 2. *cap.* 2. *num.* 14. Palaus *de dec. p.* 6. *nu.* 5. Leſſ. *l. p. cap.* 39 *d.* 3. *num.* 13. Barboſa *cap. ex tranſmiſſa num* 3. Barboſa de Parocho *cap.* 28. *n.* 30. *& in d. cap. tranſmiſſa num.* 5. Azor. *t.* 1. *l.* 7. *cap.* 34. *q.* 13. Bonac. *d. q.* 5. *p.* 3. *num* 2. Filuc. liu *tract.* 27. *num.* 221. Leand. *d. tract.* 6. *diſp.* 3. *q.* 17.

63. Et nihilominus aduertendum, quod ſi res acquiſita ſit fructifera etiam ſi ſit iniuſte acquiſita, & furto ſublata, & non ſit acquirentis, nihilominus illam poſſidens, de fructibus decimam ſoluere debet, quia & dominus de illis decimam ſoluere debuiſſet. Et res fructifera ſemper tranſit cum onere, & debitum decimarum, vt dictum eſt ſequitur poſſeſſionem. Vnde raptor, vel fur, vel quicmque iniuſte poſſidens agrum, molendinum, domum, de fructibus ex eis collectis decimam ſoluere tenetur. Sicut ſi quis ex frumento, hordeo, vel allo ſemine furro ablato agrum ſeminaſſet, de fructibus ex agro collectis ſoluere deber decimam. Fructus enim huiuſmodi Deo prouidente orti habent annexum onus decimarum cuiuſcumque ſint, & à quocumque percipiantur. Et ſic ſi quis inuito domino agrum eius ſeminet, & fructus colligat, decimas tenetur ſoluere D.T. *d. a.* 2. *ad* 2. Gloſſ. Innoc. & alij in *d. cap. ex tranſmiſſa.* Gloſſ. *in cap. Decima* 66. *v. negotiatio* 16. *q.* 1. Turrecrem. ibi *num.* 5. Moneta *d. cap.* 4. *num.* 48. Suarez *cap.* 32. *num.* 7. Raphael à Turre 2. 2. *q.* 87. *a.* 2. *d.* 2. Barboſ. *in d. cap. ex tranſmiſſa. n.* 7.

64. Per ſe autem loquendo non intereſt, an actio lucratiua ſit iuſta, vel iniuſta, honeſta, vel turpis dummodo acquiſitio ipſa non ſit iniuſta in ſe formaliter, ſed operanti acquiratur dominium lucri. Et ſic ſi quis ex meretricio, hiſtrionatu, miniſterio iniuſto eius, qui mercede conductus aliquem occidit, vel alio modo turpi aliquid lucratur, tenetur ad decimas. Quamuis vbi huiuſmodi turpia lucra ſunt publica non debeat, nec velit Eccleſia ex illis decimas petere, aut accipere, ne videatur tales actiones, at turpitudines approbare. D.Th. 22. *q.* 87. *a.* 2. *ad* 2. & ibi Raphael à Turre *diſp.* 2. Sylueſt. *v. Decima q.* 6 ex Hoſtien. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 35. *q.* 13. Suarez *d. cap.* 32. *nu.* 9. Bonac. *d. q.* 5. *p.* 3. *num.* 2. Fagund. *d. l.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. Val. *diſp.* 6 *q.* 5. *p.* 3. Palaus *d. p.* 6. *num.* 5. Moneta *d. cap.* 4. *num.* 42. Rebuff. *q.* 5. *num.* 18. Tyndar. *de dec. num.* 5. Barboſa *ad d. cap. ex tranſmiſſa num.* 5. & apud eum Ruiz, Rendin. Perez, Azeued, & Spin. Leander. *d diſp.* 3. *q.* 18.

65. Vbi vero ceſſet ratio ſcandali, & indecentia quia peccatum ſit occultum, & ſic occulta ſit lucri turpitudo, peccator tenetur ad decimas, & Parochus poteſt illas recipere, quod extendunt Suarez *d. n.* 3. Sylu. *v. decima. q.* 6. etiam ſi parocho ſit notum meretricium, vel adulterium, ſeu turpe lucrum, quia non eſt lex id prohibens. Sed ſemper attendi debet, ne vrgeat lex naturalis, & diuina. Et ne Parochus videatur approbare peccatum, illique fauere. Certe S.Th. abſolute ait, quod Eccleſia ab huiuſmodi peccatoribus non debet eas recipere quandiu ſunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare.

66. Exiſtimauerunt vero aliqui meretricem teneri ad decimas, licet eas Eccleſia non petat. Nam aliter qui male agunt melioris eſſent conditionis. Ita à Turre *d. diſp.* 2. *in fine*. Alij dixerunt Meretrices, vel alios ſimiles teneri decimas dare pauperibus, vel in alia opera inſumere. Sed dicitur perſonas præfatas ad decimas non teneri, quia Eccleſia illas remitere cenſetur, ſex quo illas nec petit, nec recipit; nec eſt vnde dicatur, quod eis aliam obligationem imponit erogandi decimas in alia opera pia, quia in iure hæc noua obligatio non imponitur. Nec eſt inconueniens, quod quantum ad temporalia mali, in eorum perditionem tamen, & confuſionem, ſint melioris conditionis, quam boni Suarez *d. cap.* 32. *nu.* 9. *in fin.*

67. Poſt pœnitentiam vero, ſi peccator tradat decimas ex præterito turpi lucro, Parochum poſſe illas recipere docuit D.Th. *d. a.* 2. *ad* 2. & tradidit Sylu. *de Decima q.* 6. cū S. Raym. & Innoc. Quos ſequitur Suarez *d. cap.* 32. *n.* 10. Sed aliqui voluerunt, quod Meretrix poſt pœnitentia etiam ad hoc teneatur. Ita voluit Moneta *de dec. cap.* 4. *num.* 49. & Raphael à Turre *d diſp.* 2. *in fin.* Sed dicitur hanc obligationem non adeſſe. Tunc quia Eccleſia decimas remiſit. Tum quia non conuenit hanc obligationem

Digitized by Google

nem imponere, quæ poſſet eſſe impedimentum conuerſioni talium peccatorum. Tum quia poteſt eſſe quod decimas conſumpſerint tunc, cum id poterant facere, Eccleſia decimas illis remittente. Nec ipſi tenebantur eas conſeruare vſque ad tempus pœnitentiæ, & per accidens erit, ſi illas conſeruauerint. Ita Suarez *d. cap. 32. n. 10.*

68. Suppoſitis igitur his duabus conditionibus, ſcilicet quod adſit proprium lucrum, ſeu fructus operis, laboris, & induſtriæ, & quod hoc ſit iuſtum, de rigore iuris de omni ſimili lucro ſoluendæ ſunt decimæ ſine aliqua limitatione & exceptione. Et ita ſoluendæ ſunt decimæ à militibus tam de ſtipendio, quam de præda, & de eorum ſtipendijs, ſeu ſalarijs à Doctoribus legentibus in ſcholis, ab Aduocatis in foro militantibus pro clientibus, à Procuratoribus patrocinantibus cauſas, à Notarijs, Famulis, (non tamen à Seruis, qui nihil poſſident) ab inſtitoribus, à mercenarijs quibuſcumque: Item ab artificibus de quocumq; artificio, à mercatoribus de quocumque negotio, à ludentibus de lucratis in ludo, à venatoribus de venatione, piſcatione, & aucupio, & vniuerſaliter de quocumque lucro, quod iuſte pro humana actione acquiritur, *cap. Non eſt. 22. cap. Paſtoralis. 23. ſup. eod. tit.* & ibid. Gloſſ. Innoc. Panorm. Barboſa & alij. Rebuff. *de decim. q.* 8. Moneta *cap.* 4. *q.* 1. Sylu. *v. Decima q.* 6. Suarez *de dec. cap.* 31. *&* 32. Raphael à Turre 22. *q.* 80. *a.* 2. Fagund. *de dec. l.* 1. *cap.* 2. Palaus *de dec. puncto* 6. Leander *d. diſp.* 6. *q.* 10. 11. 12. 13. 14. Bonac. *de precept. Eccl. diſp. vlt. q.* 5. Rota *dec.* 64. *num.* 9. *p.* 9. *rec. & dec.* 305. *num.* 8. coram Carillo.

69. Itaque in militia debentur decimæ etiam de præda, ſic enim & Abraham in gratiarum actionem pro victoria decimas obtulit. Et per ſe loquendo etiam de immobilibus decima ſolui debet, ſi res immobilis cedat in lucrum. Suarez *d. cap.* 32. *num.* 2. Fagund. *l.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. Palaus *puncto* 6. *num.* 4. Abul. *in cap.* 23. Matt. *q.* 168. Filliuc. *tract.* 27. *num.* 219. Moneta *cap.* 4. *num.* 28. Barb. *in d. cap. Non eſt, num.* 7. Rebuff. *q.* 8. *num.* 20. Leand. *d. diſp.* 3. *q.* 9. Si enim negotiatori vendenti aliquod pro pretio detur res immobilis, quia tunc res illa cedit in lucrum, ideo de illa ſolui debet decima. Sic ſi pro mercede operis conſummato opere detur vinea, de ea ſolui debet decima, aliter fieret fraus in præiudicium Eccleſiæ, & daretur lucrum de quo decima non ſolueretur. Bene tamen aduertit Suarez *cap.* 32. *num.* 2. tunc decimam non eſſe neceſſario ſoluendam in eadem ſpecie, id eſt in parte rei immobilis, ſed ſufficere ſi detur in æſtimatione & pretio.

70. Sed ſi res immobilis non cedat in lucrũ de ea non datur decima. Et ideo regulariter in bello iuſto de immobilibus à Principe victore captis non debetur decima, quia non computantur in lucrum. Si enim occupantur iuſtè, occupantur vel vt propriè, vel in iuſtam recompenſationem factarum expenſarum, vel etiam in pœnam iuſtam, & recompenſatiuam iniuriæ illatæ, vel alio ſimili tributo; & ſic non computantur in lucrum, ſed in compenſationem, vnde de illis non debetur à Principibus decima. Abul. in Matt. *q.* 159. *in fin.* Suarez *d. cap.* 32. *num.* 2. At Palaus *d. num.* 4. reducit hoc ad conſuetudinem, quæ ita interpretata eſt, vt Reges de immobilibus in bello acquiſitis non ſoluant decimas forſan, quia res immobilis fructifera ſit, & de eius fructibus poſtea ſoluendæ ſint decimæ.

71. Circa negotiationem etiam conſiderandum eſt, quod de ea ſoluitur decima, quia eſt lucroſa; & ideo non eſt eadem ratio de omni contractu venditionis, permutationis, vel alterius & alienationis. Nam pro venditione rei facta iuſto pretio ſine lucro nulla debetur decima, ſed ſolum vbi in venditione nouum lucrum reperitur; ideo non de contractibus, ſed de negotiatione, in qua mercatores lucrantur, ſolui debet decima. Et adhuc obſeruari debet non debere ſolui decimam in contractibus lucratiuis, niſi contractus lucratiuus ſit conſummatus. Sic tam in immobilibus, quam in mobilibus, ſi quis emat domum iuſto pretio ad eam locandam, per ſolam emptionem non conſumatur contractus vt lucratiuus, ideo emptor non tenetur ad decimas donec domum locauerit, & lucrum ex locatione collegerit. Ita ſi quis emat agnos ad illos nutriendos, & vt nutritos vendat, non tenetur ad decimas niſi poſtquam illos vendiderit, & ex eis lucratus fuerit. Suarez vbi ſupra.

72. Huiuſmodi autem decimæ perſonales hoc modo ſoluendæ ſunt, vt tamen prius deducendæ ſint expẽſæ. Ita communiter ſentiunt *in tit. de decimis*, Gloſſ. *in cap. Ara Apoſtolica in verb. perſonalis, & in cap. Non eſt, & in cap. Paſtoralis, & ibid.* Innoc. Hoſtien. Butr. Panor. Barboſa, & cæteri. Rebuff. *de dec. q.* 11. *nu.* 4. Moneta *C.* 6. *à n.* 32. Tiraquell. *de retract. lig.* 5. 15. Gloſſ. 1. *num.* 14. Viuian. *dec.* 4. *num.* 21. *&* 28. Gutier. *pract. l.* 1. *q.* 18. *num.* 9. Suarez *cap.* 33. *num.* 2. Fagund. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. Palaus *puncto* 6. *nu.* 7. Leander *d. diſp.* 3. *q.* 20. Habetur vero expreſſe ex *d. cap. Paſtoralis*, in quo tamen ſupponitur hoc antea fuiſſe conſtitutum, & licet, vt notat Gloſſ. non inueniatur ius ſcriptum antiquius, tamen vel conſuetudine id fuerat prius inductum, vel potius ex ratione naturali, ſic fuit limitatũ, & interpretatũ præceptum decimarum. Vnde licet Innoc. 3. *in d. Paſtoralis*, loquatur expreſſe ſolum de negotiatione, tamen DD. hoc extenderunt communiter ad omnes decimas perſonales, quia ratio naturalis hoc poſtulat, & hoc *in d. cap.* indicatur ibi, *de reſiduo quaſi lucro*. Cum enim perſonales decimæ non debeantur niſi ex lucro, lucrum autem non ſit, niſi quod remanet deductis expenſis, ſolum igitur ex eo, quod deductis expenſis ſupereſt, decimæ ſunt ſoluendæ & hoc idem ſignificant verba illa *cap. Ex transmiſſa, quæ licite poteſt acquirere*; nam non acquiritur de nouo, niſi quod habetur deductis expenſis. Hoc vero etiam magis confirmatur ex ratione Gloſſæ *in d. cap. Paſtoralis*, quia aliter magnum abſurdum ſequeretur, ſcilicet quod decimæ pro eodem bis ſoluerentur, ſcilicet primo pro pecunia decimata & in expenſis erogata,

ta, & iterum pro eo quod venditur pecunia erogata non deducta. Quibus adiungitur, quia diſcrimen latum eſt inter prædiales decimas, & perſonales; illæ enim ex fructibus à Deo datis ſoluuntur, & talibus, quod ex vno ſemine naſcuntur octo, decem, & amplius, ſed in actione hominis vix ex decem acquiritur vnum, ſeu quod accreſcit vix vt plurimum ſufficit ad compenſandas expenſas, & ideo intollerabilis eſſet exactio, ſi in perſonalibus lucris non deducerentur expenſæ. Et quamuis *cap. Non eſt,* vniuerſaliter videatur ſtatutum in decimis expenſas non eſſe deducendas, tamen ratio exigit vt verba illius capitis intelligantur in terminis habilibus, & ita vt ex illis non ſequatur abſurdum contra aliam legem. Et eo magis quod lex *cap. Paſtoralis*, quæ eſt Innoc. 3. poſterior eſt legi *cap. Non eſt*, quæ eſt Cœleſtini tertij. Sed & ante Innocentium lex illa Cœleſtini gratia materiæ limitanda fuiſſet ad materiam capacem, & ideo vt de ſolis decimis prædialibus intelligeretur. Quod vero dixerunt S. Raym. *tit. de decim. §. 4.* Turrecrem. *in cap. Reuertemini 16. q. 1. a. 8. num. 17.* Tabien. *v. decima. num. 4.* Scilicet non eſſe deducendas expenſas, ſi illæ proueniunt ex rebus non decimatis, in hoc ſenſu accipi debet, vt ſi expenſæ proueniant ex rebus decimandis, & non decimatis, ſoluenda ſit decima illa, quæ ex illis rebus eſt debita, aliaque non debeat detrahi.

73. Certum vero eſt inter expenſas computanda eſſe omnia illa, quæ ad vendendum, negotiandum, vel lucrandum expenduntur, alias non expendenda, vt quæ expenduntur in emendis mercibus, quærendis, vehendis, vel in faciendo illas meliores; ſeu quæ dantur mediatoribus, & ſimilibus, Rebuff. *d. q. 11. num. 4.* post Innoc. Hoſt. Io: And. Card. & Gloſſ. *in d. cap. Paſtoralis*, Suarez *d. cap. 33. num. 5. & 6.* Fagund. *d. cap. 2. num. 20.* Palaus *d. p. 6. num. 8.* Et addit Rebuff. hoc verum eſſe nedum de illis, quæ pro prædictis dantur vtiliter, ſed etiam voluntariè, dummodo non fiat in fraudem Eccleſiarum. Monera *num. 33.* Viuian. *dec. 4. num. 25.* Quod extenditur etiam ad illas expenſas, quas negotiator, miles, Aduocatus, mercenarius, ſeu famulus, & cæteri faciunt in ſuſtentatione ſui, & famulorum, ſi huiuſmodi expenſæ cauſantur ex ipſo miniſterio lucratiuo, & accreſcunt ſumptibus neceſſarijs per ſe ad propriam ſuſtentationem Suarez *d. cap. 33. fin.* Fagund. *l. c. cap. 2. num. fin.* Qui tamen volunt non deberi demi illas expenſas quæ non cauſantur ex ipſo miniſterio lucratiuo, Sed per ſe ſunt neceſſariæ ad ſuſtentationem perſonæ, & fieri deberent etiam ſine exercitio talis artis, aut miniſterij, vel ſunt expenſæ non neceſſariæ, ſed voluntariæ, quia ſine illis fieri poſſet negotiatio, vel ars exerceri, vel actio fieri. Et quidem indubitatum eſt non eſſe habendam rationem expenſarum huiuſmodi, quæ voluntariæ fiunt. Sicut etiam vbi negotiator, vel artifex, vel operarius habet aliunde vnde viuat, rationabiliter dicitur non eſſe demendas expenſas, quæ fiunt in neceſſariam vitæ ſuſtentationem, non vero ex neceſſitate miniſterij lucratiui cauſantur. Sed quid dicendum de illis, qui nihil habent vnde viuant, & vix ex ſolo miniſterio viuere poſſunt? Palaus *d. p. 6. num. 8.* arbitratur probabile eſſe quod ſuſtentatio perſonæ & ſeruorum, quæ abſque illa negotiatione non fieret, non ſit computanda, quia expenſæ huiuſmodi in tali perſona ſunt neceſſariæ ad negotiationem, ſeu actionem, quia ſine ſuſtentatione vitæ nihil agi poteſt. Sed non eſt recedendum à priori ſententia, quia expenſæ pro ſuſtentatione vitæ aliunde ex lege naturali ſunt neceſſariæ, non vero ſunt neceſſariæ per ſe ex miniſterio lucratiuo. An vero aliunde pauperes, & qui non habent niſi neceſſaria ad vitam teneantur ad decimas perſonales, alia eſt quæſtio, quæ infra tractabitur.

74. Hæc vero dicta intelligenda ſunt de iure communi. Nam alias in vnaquaq; regione ſeruanda eſt conſuetudo legitime præſcripta. Etenim decimę iſtę perſonales vix alicubi ſoluuntur, vt ait S. Raym. *tit. de dec. §. 13.* Nam ferè vbique conſuetudine præſcriptum eſt, vt decimæ huiuſmodi non ſoluantur, & ſic nullibi ferè ſunt debitæ. Panorm. *cap. Cum homines, num. 5. eod. tit.* Suarez *cap. 32. num. 1.* & alibi ſæpè. Valent. *tom. 3. d. 6. q. 5. p. 3. in fin.* Sà. *Decima num. 1.* Palaus *d. p. 6. num. fin.* Trulleuch, *l. 3. c. 3. d. 2. num. 3.* Leander *de tract. 6. diſp. 3. q. 19.*

SVMMARIVM.

75 *Decimæ prædiales & mixtæ, debentur de omni fructu rerum.*

76 *De omni frumento, & legumine, & palea.*

77 *Et de hortorum fructibus, pratorum herbis, lignis nemorum, lapidicinis, & de omni terræ fructu, etiam ſponte nato, & toties quoties colligitur.*

Duplex Decima non debetur. 77.

78 *De molendinis, & domibus locatis.*

79 *De animalium filiis etiam domeſticorũ & fructu lacte, caſeo, lana, melle, cera &c.*

80 *Et de piſcibus qui in proprijs ſtagnis ad lucrũ conſeruantur.*

81 *Et de Sacharo.*

82 *Aliquando concurrunt ſimul decima prædialis, & perſonalis.*

83 *In his caſibus vna integra decima ſolum eſt ſoluenda.*

84 *In his caſibus ſi non adeſt lucrum non ſoluitur decima.*

Quæ tamen de piſcibus ſolui debet. 84.

85. 86 *Dominus ſtagni ſoluere debet decimam de piſcibus captis ad ſui vſum, niſi conſuetudo excuſet.*

De domibus ad vſum proprium non ſoluitur decima. 86.

87 *De animalibus ad voluptatem detentis non ſoluitur decima.*

88 *De animalibus liberis non ſoluitur decima niſi capiantur ad lucrum.*

89 *De fætu ancillæ non ſoluitur decima.*

90 *Etiam de Regum poſſeſſionibus ſolui debet decima.*

91 *Etiam de prædijs iniuſte poſſeſſis ſolui debet decima prædialis, non tamen perſonalis.*

92 93 *Minima decima non exigenda.*

Quo-

Quomodo exigendæ decimæ exhortis. 93.

94 *De prædio empto ex pecunia non decimata non debetur duplex decima.*

95 *Decimæ prædiales ſunt de fructibus vt naturalibus, & ideo ſoluuntur integræ non deductis expenſis.*

96 *Priusquam ſoluantur tributa decimandi ſunt fructus.*

Poſſunt ante decimationem fieri eleemoſynæ. 96.

97 *Decima ſoluenda non ex ſolis fructibus deterioribus, nec ex ſolis melioribus.*

98 *Decima integra ſoluenda quocũque modo Dominus colat agrum ſiue per ſe, ſiue per alium.*

99 *Etiam vbi Dominus prædij tenetur ſoluere penſionem.*

100 *Si mercenarius ſeruit pro parte fructuum, hæc pars non debet diuidi, niſi poſt decimationem.*

101 *Dominus qui locauit prædium cum pacto, vt colonus ſoluat integram decimam non tenetur de ſua parte ad decimam perſonalem.*

Art. V.

De quibus ſoluendæ ſint Decimæ prædiales.

75. SVb prædialibus decimis comprehendũtur mixtæ, quæ verè reales ſunt, & ex rei fructiferæ prouentibus ſolui debent. Regula generalis propterea eſt, quod decimæ prædiales ſolui debent de prouentibus, ſeu fructibus omnibus corporalibus rerum immobilium, ſeu ſe mouentium. Sicut enim Iſraelitæ dabant decimas de omnibus frugibus terræ, & pomis arborum Leuit. *cap.* 17. *& num. cap.* 18. Et de quibus apreis Leu. 27. & de leguminibus, oleribus, & menta, & cymino, & aneto, & de omnibus terræ fructibus. Deu. *cap.* 14. Abaul. *in cap.* 23. Matt. *q.* 146. Rebuff. *q.* 3. *nu.* 2. Raphael de la Torre 22. *q.* 87. *artic.* 1. *diſp.* 2. *num.* 4. Sic Eccleſia ſtatuit, vt de his omnibus decimæ ſoluantur. Ita habetur *ex tit. de decim. cap. Nuncios* 6. ibi *& de omni fructu. Et cap. Ex parte* 21. ibi, *De omnibus prædiorum fructibus & cap. Ex tranſmiſſa* 23. ibi *de omnibus, quæ licitè poteſt acquirere. Et cap. Tua nobis* 26. ibi, *De omnibus omnino prouentibus*. Quod ex pluribus alijs *text. habetur in tit. de decimis*, & in Decreto 16. *q.* 1. *&* 7. & docent D. Th. 22. *q.* 87. *artic.* 2. & cum eo alij Theologi, & ad cap. citata Canoniſtæ.

76. Solui igitur debent de vino grano, & fructibus arborum, *cap. Non eſt* 22. *&* 16. *q.* 7. *cap. Quicumque.* Sub grano vero comprahenditur hordeum, ſpelta, & quodcumque genus frumenti, ſeu bladi, ſeu leguminis, quod ex terra colligitur. Vnde *cap. ex multiplici* 3. dicitur *de blado, & vniuerſis leguminibus*. Et pariter comprehenditur etiam palia, quæ grano acceſſoria eſt, & in rei veritate eſt fructus prædij, vnde Panorm. *cap. peruenit nu.* 3. *de dec.* adnotauit decimam deberi de manipulis ſegetum prout metuntur ex prædio, quia tota illa res eſt fructus terræ, quamuis in decimando ſeruanda ſit conſuetudo, ſi eſt, vt non decimentur fructus iſti niſi poſt trituram, Rebuff. *q.* 8. *num.* 3. Monet. *cap.* 4. *num.* 3. Suarez *l.* 1. *de dec. cap.* 34. *num.* 2. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 35. *q.* 9. Fagun. *d. l.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Palaus *tract.* 10. *diſp. vn. p.* 7. *nu.* 1. Barboſa *de Paroch. off. c.* 28. *num.* 2. Pariter vero de omni arborum fructu, vt amygdalarum, nucum, caſtanearum, & fororum, &c. Rota *dec.* 64. *n.* 10. *p.* 9. *recent.* ſunt ſoluendæ decimæ, *cap. Omnes* 16. 4. 7. & ex conſequenti de arborum pomis, & de oleo, vt citati DD. aduertunt. Hoc tamen ſemper aduertendo, quod duplex decima de eiſdem fructibus ſolui non debet. Re decima enim eſt contra ius, Innoc. & alij Canon. *in cap. Paſtoralis eod. tit.* Gigas de penſ. *q.* 59. *num* 3. *&* 4. Barb. *de iure Eccleſ. p.* 3. *cap.* 26. § 1. *numer.* 46. Trullench. *d. l.* 3. *c.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. Coccin. *dec.* 752. *num.* 12. *&* 7. Pont. *de manut. obſer.* 44. *num.* 57. Vbi quod hoc eſt verum etiam ſi vna decima prætendatur ab Eccleſia prædiali, & alia à ſacramentali. Leand. *tr.* 6. *diſp.* 2. *q.* 23.

77. De hortis quoque ſeu hortorum fructibus & oleribus decimæ ſolui debent, vt *in d. cap. Non eſt* Et ſic etiam de herbis, quæ in pratis naſcuntur, ſic enim *cap. Peruenit* 5. dicitur decimas ſoluendas eſſe de fœno, & *cap Commiſſum* 4. ſoluendas eſſe de paſcuis, nimirum de valore herbæ ſi pratum ad paſcendum locetur; vel ſi herba colligatur in faſciculos, vel exiccetur in fenum & vendatur. Et eadem eſt ratio de quocumque fructu etiam ſi naturaliter, & ſine humana induſtria fuerit progenitus. Et ſic decimæ debentur de lignis nemorum quæ ſcinduntur, & pretio æſtimantur, & de lapidibus, qui ex lapidicinis ſcinduntur, & de metallis, quæ ex terra eruuntur. Et non ſemel tantum, ſeu de vnico terræ fructu, ſed ſi terra pluries in anno fructificet, de omnibus decimæ ſolui debent, *d. cap. Ex parte* 21. & DD. citati. Et ſi modus fructificandi mutetur vt ſi prata, & paſcua in agros mutentur, in quibus ſeminetur frumentum, vel aliquid aliud; de, hoc quod colligitur dabitur decima; mutatio enim ſeminis non variat obligationem prædij Tabien. *v. decima nu.* 18. Rota *dec.* 667. *n.* 8. *& dec.* 502. *num.* 2. *par.* 4. *recent.* Barb *cap Commiſſum num.* 4. *eod. tit.*

78. In d. etiam *cap. Peruenit* 5. dicitur ſolui debere decimas de prouentibus molendinorum, de quibus etiam in *cap. Ex tranſmiſſa* 23. *& cap. Paſtoralis* 28. Eademque ratione decimæ ſolui debent de penſionibus domorum, ſic enim in *d. cap. Paſtoralis* & domus & clibanus numerantur inter & ex quorum fructibus debeatur decimæ; idemque ſupponitur in *cap. Commiſſum* 4. *& in cap. Plerique de pactis* Et vniuerſaliter de omni eo, quod locatur decimæ ſunt ſoluendæ.

79. In animalibus vero conſiderantur fœtus & fructus, & de vtriique decimæ ſolui debent. Sic de gregatu ouium, & armentorum bouum fœtibus ſoluuntur decimæ, & inſuper de lacte, caſeo, lana, butyro, & ſimilibus *cap. Peruenit* 5. Nam hæc omnia in fructibus pecorum numerantur §. *Item ea, &* §. *In pecudum Inſtit. de rer. diuiſ.* Omnes autem fructus pecorum decimandi ſunt, *cap. Non eſt* 22. *cap. Quicum*

cumque & cap. Omnes 16 *q.* 7. Vbi oues, & boues & capreæ in particulari numerantur. Eſt vero eadem ratio de equis, & iumentis, ac denique de omnibus, quæ, vt ſeriprura loquitur ſub virga paſtoris tranſeunt. De adipe tamen, vel ſepo ex quo fiunt cãdelæ nõ ſolui decimas, quia hæc non ſunt fructus, ſed partes animalium ex Abulen. *qu* 165. Baſſæo *v. decima* Molfeſ. *tr.* 6. *cap.* 4. *num* 35 dixit Leand. *tr* 6. *diſp.* 5. *q.* 6. Et idem dicitur de pellibus Leand. *q.* 10. Idem quoque dicendum de fructibus animalium domeſticorum, vt ex gallinis, pulli, & oua, & ſimilia Suarez *cap.* 34. *nu.* 4. Filliuc *tr.* 27. *n.* 227. Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *dub.* 2. *num* 4. Palaus *p.* 7: *num* 1, Barb. *cap. Cum in tua num.* 6 Rebuff. *q.* 3. *num.* 26. Leand. *d diſp* 5. *q.* 7. De apibus quoque decimæ ſoluuntur, *cap. Nuncios* 6. Quod intelligitur de earum fructu, ſcilicet, melle, & cera, Rebuff. *q.* 8. *num.* 15. Monet *cap.* 4. *nu.* 18. Nam de apibus ipſis & earum fœtibus, non ſolere ſolui decimas, refert Suarez *d. cap.* 34. *num* 4. ſiue quia apes inter feras numerentur. §. *Apes Inſtit. de rer. diuiſ.* & ſic earum fœtus non numerentur inter fructus, ſed induſtria hominis capiantur. Et ſi decima eſſet ſoluenda potius eſſet perſonalis, vnde in diſſuetudinem iuit. Palaus *d p.* 7 *nu.* 1. Azor. *d.* 7. *c.* 34. *q* 4. Suarez *d c.* 34 *nu* 4. Turrian. *in ſum. p.* 1. *c.* 138 *dub.* 3 *concl* 2. Leand *d diſp* 5. *q.* 9 Quidquid in contrarium dixerit Barb. *cap. Nuncios*, *eod tit. num.* 2.

80. Tandem & de piſcibus decimæ ſoluuntur, ſic enim in *cap. Peruenit.* 5. numerantur piſcariæ. Nam de piſcibus in ſtagnis incluſis, & poſſeſſis debentur decimæ, ſi vendantur, aut locentur. Quod eadem ratione verum eſt de omnibus alijs animalibus, qui clauſi tenentur, & poſſidentur ad lucroſam capturam ſeu locationem. Ex piſcibus tamen, & huiuſmodi alijs animalibus non ſoluitur decima per genituram & fœtum ſicut de pecoribus & armentis, & auibus domeſticis, ſed per capita, quando capiuntur, & venduntur, quia vix alio modo poſſent decimari. Quamuis in his locorum conſuetudo ſeruanda ſit. Et pariter aduertendum quod de piſcatione in publicis fluminibus & ſtagnis debetur decima, ſed hæc eſt perſonalis à qua deducuntur expenſæ. Videantur de his Canoniſtæ *ad capit. citat.* D. T. 2. 2. *qu.* 87. *a.* 2. & ibi Caiet. & Raphael à Turre, & Petrus de Aragon. Sylu. *v. Decima num.* 15. Rebuff. *de Dec. q.* 8. Moneta *cap.* 4. *q.* 1. Suarez *l.* 1. *dec. cap.* 34. Sotus *l.* 4. *de iuſtit. q.* 9. *a.* 2. Rota *in Vlixiponen. Decimarum* 23. *Ianuar.* 1568. *coram Oradino, & in Pampilonen Vicariæ* 5. *Iulij* 1593. *coram Gipſio, & in Mediolanen. decimar.* 18. *Martij* 1613. *coram Pamphilio iuniore, & in Salinen. decim.* 9. *&* 28. *Iunij coram Gipſio*, Fagund. *de in* 5. *præcep. Eccl. l.* 1. *cap. n.* Palaus *tract.* 10. *puncto* 17. Bonac. *de præc. Eccl. diſp. vlt. qu.* 5. Abulenſ. *in cap.* 23. Mat. *qu.* 160. Barboſa *de off. Paroc. c.* 28. Trullench. *lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 2. Leander. *tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 4.

81. Quamuis vero ſacharum dicatur fructus induſtrialis, ex Gloſſ. *in l, Ex diuerſo. C. de rei vindicat. & in cap. Grauis v. fructus de reſt. ſpol.* quia ad illud conficiendum magna induſtria hominis requiritur. Tamen in ordine ad decimas ſoluendas fructus terræ dicitur, ex qua etiam producitur eius ſubſtantia vnde de eo decima prædialis ſolui debet. Ferret. *conſ.* 195. *n.* 2. Rota 223. *part.* 1. *recent.* Put. *dec.* 80. *l.* 2. Barb. *d. cap.* 28. *nu.* 9. Decimam autem hanc ſolui debere in ſacharo iam confecto, & non in cannis, dixit Leander *d. diſp.* 4. *q.* 24. ſed in his attendi debet conſuetudo.

82. Eſt autem hic conſiderandum quod aliquando concurrunt ſimul circa eamdem materiam decima prædialis, & perſonalis ſecundum quod multiplicantur lucra veluti parti alia reſpectu diuerſarum perſonalium Tabien. *v. decima n.* 14. Quod contingit quando agens ad lucrum non poteſt agere niſi ab alio emat vel habeat materiam circa quam agat, vel ius vt circa materiam agere poſſit. Tunc enim poteſt habere locum decima prædialis reſpectu concedentis illud ius, & decima perſonalis reſpectu agentis actione lucratiua ex illo iure. Habemus exemplum in piſcatione, venatione, vel negotiatione. Quando enim piſcator ad lucrum piſcatur in loco libero, non habet locum niſi decima perſonalis, quam piſcator ex lucro piſcationis ſoluere tenetur. Hic enim non intrat decima prædialis, quia licet poſt capturam piſcium totum lucrum conſiſtat in valore rei captæ, totum tamen cenſetur ortum ex actione perſonæ, quia antea res illa non erat ſub dominio humano & vt ſic non cenſebatur habere valorem, & pretium. Rebuff. *q.* 8. *n.* 15. poſt Menoc. & Panor. *in d. cap.* Non eſt Sed ſi piſcator in alieno ſtagno piſcari vult, neceſſe eſt, quod ſibi à Domino concedatur ius & facultas id faciendi; & ſic intrat etiam decima prædialis, quam ſoluere tenetur vendens ius piſcandi in ſtagno; vendere enim ius piſcandi in proprio ſtagno eſt vendere piſces in eo exiſtentes, iuxta valorem, quem habent antequam capiantur; & ſic lucrum acceptum ex tali venditione eſt veluti fructus ſtagni, vel piſcium in eo exiſtentium. Et ſic Dominus ſtagni de pretio huius venditioni ſeu locationis debet ſoluere decimam prædialem, & piſcator decimam perſonalem. Et idem dicitur de vendente ſeu locante venationem, Idem de vendente aut locante ſyluam, aut lapidicinam, aut terram ad fudienda metalla. Rebuff. *qu.* 8. *n.* 10. 14. 16. 17. 23. *&* 24. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 34. *n.* 8. Palaus *d. p.* 7. *n.* 2

83. In his vero caſibus vna ſola eſt integra decima; neque enim ſolui debet amplius in his caſibus, quam importet decima totius lucri, quam importet decima pars integri valoris rei captæ, & venditæ, deductis deducendis, quia quatenus huiuſmodi decima eſt perſonalis debent deduci expenſæ, iuxta dicta *ſup. artic.* 4. Hæc vero integra decima conſtans veluti ex duabus ſoluitur partialiter partim à Domino vendente ius agendi, & partim ab agente actione lucratiua Suarez *loco citato*.

84. In præfatis autem caſibus ſi non intret venditio lucroſa non intrat debitum decimarum. Si enim piſcator captos piſces donet, nihil lucratur pretio æſtimabili, ſolum vero de

lucro

Digitized by Google

lucro debetur decima temporalis. Licet vero non recipiat pecuniam, ſi aliquid aliud pretio æſtimabili lucretur, ad decimam tenebitur ſimiliter ſi dominus ſtagni donet licentiam piſcandi, nullum fructum donat; ius enim piſcandi non eſt fructus piſcium, ſed eſt dominium illorum ſicut tamen qui donat agrum transfert in donatarium onus ſoluendi decimas de fructibus agri; ſic qui donat ius piſcandi, transfert onus vt de fructu talis iuris ſoluatur decima, Et ſic tunc piſcator de piſcibus tenetur ſoluere decimam prædialem, quia illi cenſentur fructus ſtagni.

85. Sed nunquid Dominus ſtagni tenetur ad decimam dum ad ſui vſum, & familiæ piſcatur piſces Suarez *d. cap. 34. n. 5.* loquens de paſcuis, quibus dominus vtitur ad paſcenda propria animalia contra Azor. *p. p. l. 7. cap. 35. q. 4.* probat dominum teneri ad decimam iuxta valorem pretij herbæ, quam conſumunt animalia. Tum quia hoc idem fit in alijs fructibus, vt tritico, leguminibus &c. herba vero paſcuorum eſt fructus. Tum quia eadem eſt ratio de conſumptione & de donatione, at vero fructus nec vendi, nec donari poſſunt niſi ſaluo onere decimarum, cum quo fructus naſcuntur, vnde à natiuitate debentur Eccleſiæ. Et licet non debeantur niſi poſtquam ſunt collecti, tamen herba colligi dicitur dum ab animalibus carpitur, & manducatur. Ita dicendum eſt de piſcibus, & animalibus, & auibus, ſeu etiam lignis, lapidibus, & metallis, quod etiam ſi capiantur, vel ſcindantur, aut eruantur ad commodum domini, debetur decima. Fœtus enim piſcium, & auium huiuſmodi ſunt fructus, de quibus decima debetur, captum vero illorum ſe habet vt collectio fructuum. Et licet contingat, vt nedum capiantur filij, ſed etiam parentes; tamen hoc non intereſt, ſed parentes veluti ſubrogantur in loco aliorum filiorum, qui in ſtagno, vel loco reſeruato remanent. Neque in his commode dari poteſt alius modus ſoluendi decimas.

86. Nec obſtat dicatur ex his ſequi, quod etiam ſolui debeat decima de vſu propriæ domus. Huius rationem reddit Suarez *d. cap. 34. num. 5.* quia vſus domus non eſt fructus, nec domus habet fructum neceſſarium, ſed voluntarium ſed ſi hæc vera ſunt, ſequeretur quod ſi quis concederet alicui vt habitet domum non eſſet ſoluenda decima, etiam ſi domum locaret. Nam decima non debet ſolui niſi de fructibus, ſi igitur habitatio domus non eſt fructus, ex eo, quod habitatio concedatur & vendatur, decima ſolui non deberet. Dicitur igitur aliter ex Io: And. *in cap.* commiſſum *eod. tit.* quam refert, & ſequitur Rebuff. *d. q. 8. n. 21.* conſuetudine generali introductum fuiſſe, vt decimæ non ſoluantur de domibus niſi locentur, vel ex eis aliud lucrum habeatur. Et ſic hoc modo etiam poteſt eſſe vt conſuetudo excuſet dominum ſtagni ne ſoluat decimas de piſcibus captis ad ſui vſum.

87. Non tamen debetur decima de auibus aut alijs animalibus quæ ad cantum, voluptatem, & delectationem reſeruantur; quia horum animalium fructus eſt voluptas, cuius decima ſolui non poteſt Rebuff. *d. q. 8. n. 17.* Quamuis ſi huiuſmodi aues parturiant filios, de eis ſoluenda ſit decima.

88. Pariter de auibus & animalibus, quæ ſunt in libertate, & nullius domini ſunt, ſi capiantur non debeatur decima, niſi capiantur ad lucrum, & lucrum obtineatur. Tunc enim de lucro ſolui debet decima, Rebuff. *d. n. 17.* ſed non ſi capiantur ad vſum propriũ vel etiam donentur. Hic enim non intrat niſi decima perſonalis, quæ non niſi de lucro ſoluitur. Nam & animalia illa non ſunt fructus alicuius rei fructiferæ, ſed ſunt res ipſæ fructiferæ, at vero non de re fructifera, ſed de eius fructu debetur decima.

89 Quamuis vero ancilla res fructifera dici poſſit, tamen ſi pariat de eius fœtu non ſoluitur decima. Huius rationem reddit Suarez *d. cap. 34. num. 4.* Quia filius Ancillæ non eſt fructus, vt in §. *in pecudum, inſtit. de rerum diuiſ.* Et licet computetur in redditibus per Gloſſ. *in cap. Generali, de elect. in hoc 6.* tamen iura loquentia de decimis, de fructibus loquuntur. Sed melior eſt alia eius ratio, quia ſcilicet iura obligantia ad decimas loquuntur de fœtibus pecudum, vel animalium. *cap. Nuncios, cap. Non eſt, eod. tit.* Et certè exprimendum fuiſſet, ſi etiam de fœtu mulierum ſoluenda fuiſſet decima.

90. Cæterum regula vt ſoluantur decimæ de fructibus omnibus adeo generalis eſt, vt ſolui debeat, etiam de poſſeſſionibus Regum, & Principum. Guido Papa. *q. 366.* Neque enim Principes ſe ipſos eximere poſſunt à diuino præcepto *d. cap. Tua nobis.* Rebuff. *d. qu. 8. num. 27.*

91. Ideo omnis poſſeſſor, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus, ad prædiales decimas tenetur, quia hoc eſt onus reale annexum rei fructiferæ, & fructibus eius, & à quocumque poſſideantur decimæ ſolui debeant. S. Raym. *tit. de dec. §. 6.* Rebuff. *d. q. 8. n. 29.* Moneta *c. 5. n. 48.* Barboſ. *d. cap. 28. num. 23.* Hoc tamen non procedit in decimis perſonalibus, quia ſi quis in ſtagno alterius piſces capiat, vel quomodocumque venando, vel negotiando, vel agendo alienum rapiat, non poteſt de illo ſoluere decimam, ſed illud debet vero domino reſtituere, vt dictum eſt artic. ſuper.

92. Nihilominus vna exceptio dari ſolet ad regulam datam, vt ſcilicet excipiantur minutæ decimæ: Quamuis enim de rigore iuris etiam minutæ decimæ ſolui debeant, vt ex *tit. de dec. cap. Ex multiplici, & cap. Cum in tua.* tamen minutiſſimæ quædam excipiuntur, vt quæ de minutiſſimis oleribus, quæ ex priuatis hortis colliguntur non ad lucrum, ſed ad commoditatem. Quæ limitatio etiam in viuarijs domeſticis, & ſtagnis communiter adhibetur D. T. *2. 2 q. 87. a. 2.* ad 3. Sotus *l. 9. de iuſt. q. 5. a. 2.* ad 3. Suarez *d. cap. 34. v. fin.* Barboſ. *de off. Paroc. c. 28. n. 33.*

93. Vbi vero ex hortis, in quibus herbæ tantum veſcendi gratia creſcunt ſoluendæ ſunt decimæ. Quod hoc modo ſolum debeant, vt Parochus hodie in meo horto ſumat quantum ſibi opus eſt illo die, & ſic per ſingulos paro-

chianos diſcurrat poſtea ad primũ reuertatur, dixerunt Io.And. *d.cap.peruenit*, Rebuff. *q.8.n* 7. Moneta *cap.4.n.11.* Sed hæc poſſet eſſe quota excedens decimam. Ideo potius vel taxanda erit decima attento valore eius quod colligitur ſi eſt notabile, vel minutiſſima illa non ſunt attendenda. Et ideo idem Rebuff. *num.8.* ait, quod ex conſuetudine non vidit ſolui decimam ex oleribus, & cum regulariter Parochi habeant hortos, veriſimile eſt hos illis fuiſſe datos, vt Parochiani de oleribus non tenerentur dare decimam. Et quod exigere minimas decimas ſapiat auaritiam ait Barboſ. *d.c.28.n.33.*

94. Tandem ſi quis quærat, an ſi quis ex pecunia non decimata emat agrum teneatur ad duplicem decimam, alteram de fructibus agri & alteram ex eo quod fuit ager emptus ex pecunia, vel fructibus non decimatis? Reſpondetur non teneri niſi ad vnam. Palaus *d.p.7.in. fin.* Ratio eſt. Nam bona empta ex alterius pecunia non ſunt eius cuius eſt pecunia, ſed emptoris. per Couar. *l. 3. variar. cap.3. num. 6.* Sic enim ſi vſurarius ex lucro vſuræ, emat agrũ ager non eſt eius, qui ſoluit vſuras, nec ei debentur fructus. Sed in noſtro caſu magis vrget, quod vt ſupra probatum fuit, pecunia non decimata etiam quantum ad partem non decimatam, & non eſt Eccleſiæ, antequam illi ſit tradita, & ſic non tenetur ad aliam decimam, niſi quam debet ex fructibus agri, licet teneatur ſemper ad ſoluendam decimam pecuniæ, quam debebat. Nec obſtat argumentum Panorm. oppoſitum ſentientis in *d.cap.Paſtoralis. num.6.* & probantis illud è contrario ſenſu ex *d. cap. Paſtoralis.* Nam argumentum à contrario ſenſu deductum affirmatiuè eſt falſiſſimum, & nihil concludens, vt probaui in tractatu de Euchariſtia.

95. Decimas vero prædiales ſoluendas eſſe non deductis expenſis decernitur expreſsè in *tit. de dec. cap.* Non *eſt*, *cap. Cum homines*, *cap. Tua nobis*, *& cap. Paſtoralis*, vbi id docent Gloſſ. & alij Canoniſtæ, & D.Thom. *2.2. q.87.a.2.ad 4.* S. Raym. *tit.de dec.* §.4. Sylu. *v.decima*, Tabien. *num.4. & 8.* Armill. *num. 2.* Turrecrem. *cap. Reuertimini 16. q.1. v.8.num.16.* Ratio vero eſt, quia fructus conſiderari poſſunt, vel vt ſunt ad lucrum, & commoditatem vſufructuarij, vel ſecundum ſe vt ſunt naturales, ſiue vt ait D.T. in quantum proueniunt ex diuino munere. Si accipiatur fructus vt eſt ad lucrũ, & commoditatem vſufructuarij non computatur in fructu, niſi quod remanet deductis expenſis, quia nihil habet rationem noui lucri, niſi quod deductis expenſis remanet. Et hoc modo de fructu loquuntur *l. Fructus ff. ſoluto Mat. & l. 1. C. de fructu & litium expenſis*, *& l. Fundus ff. Familiæ reciſcundæ*. Sed ſi ſumitur fructus ſecundum ſe & vt naturaliter accipitur ſecundum quod ex diuino munere procedit, ſi computatur in fructu totum id quod producitur, & oritur, neque deducendæ ſunt expenſæ, quæ fuerunt cauſa vt fructus orirentur; quia fructus naturalis eſt integrè totum id quod producitur, & totum venit ſub nomine fructus. Sicut vero Deus in veteri lege præcepit, vt Leuitis decimæ darentur non deductis expenſis, ita hoc modo præcepit Eccleſia. Et quia decimæ quæ dicuntur mixtæ ad prædiales reducuntur, ideo & ipſæ, non deductis expenſis ſunt ſoluendæ, ita vt nec ſemina, neque eorum valor deduci debeat, etiam ſi poſtea vix colligatur, imo nec colligatur, quod ſeminatum eſt, ſed de fructibus integris decimæ ſolui debeant. D.Th. *d.a. 2. ad 4.* & ibi Caiet. Aragon, & à Turre Sotus *l.9 de iuſt. c.4. a.2.* Rebuff. *q.11. num.3.* Tiraquel. *de retract. lign.* §.15. Gloſſ. *1.n.10.* Capic. *dec. 20. num. 2.* Viu. *dec.5.num 1.* Franc. Mar. *dec. 198.num.11.* Sylu. *verſ.decima, num.15.* Tabien. *num 4.* Armil. *num.2.* Moneta *cap. 6.q. 4. n.28.* Suarez *cap.35.num. 2.* Leſſ. *l.2.cap.39. d.3. num.16.* Fagund. *d.l.p. cap.4. num.6.* Bonac. *de prec. Eccl. diſp. vlt.q.5. p.3.* Palaus *tract. 10. de decimis p.8.num.1.* Menoch. *de arbit caſu 215.n.2.* Barboſ. plures alios referens *de off. Paroch. cap. 28.num.34.* Trullench. *l.3.c.3. d num.1.* Nauar. *cap.21.num 32.* Valen. *2.2 diſp.6.q.3.p. 3.* Sylvius *2.2. q.87.a.2.* Molfeſ. *tract.6.cap.4.num.55.* Bonac. *d.q.5.p.3.num.17.* Baſſæus *v. decima nu.8.* Leander *d.tract.6.diſp 4.q.26.27.& 28.* & quamplures alij.

96. Ex quo ſequitur quod nec detrahenda ſunt tributa vel cenſus, vel alia onera, ſemper prius decimandi ſunt fructus, quam tributa, vel alia onera ſoluantur, vel ſi prius illa ſoluantur decimari, & ipſa debent. *cap. Cum non ſit*, *eod.tit.* vbi Gloſſ. Panorm. & alij. D.Thom. *d.a.2. ad 4.* & ibi Caiet. Arag. & à Turre *d.7.* Sotus. *l.9. de iuſt.q.4.a.2. ad 4.* Viu. *dec.4.nu.2. & 6.* Moneta *cap 6. q. 4. num.37.* Suarez *d. cap. 35.num 5.* Palaus *d p.8.num.1.* Trullench. *l.3.c. 3. dub. 3 num.2.* Barboſ. *d cap. Cum non ſit. nu.1. & 2.* S. Raym. *tit. de dec.* §.4. Turrecrem. *c. Reuertimini 16.q.1. a.9.num.18.* Leand. *d.diſput.4. q.29.* Valere tamen conſuetudinem vt fiant eleemoſynæ de aceruo antequam decimetur, dixerunt Trullenc. *l 3. c.3.d.3.num.2.* Et tanquam deciſum *à S.Cong.Conc.in Bononien.2.Iuly* 1629 Barboſ. *l.3. de iure Eccleſ. cap. 25. num 7.* Lezana *p.1.c.12.num.4.* Et ex Villalobos Leand. *d.diſ. 4.q.32.*

97. Sic vero ſoluendæ ſunt huiuſmodi decimæ, vt neque ſolui poſſint ex fructibus notabiliter deterioribus, ſed peccet, qui ſic ſoluit. nec tamen ſit neceſſe vt ſoluentur ex melioribus ſed de omnibus qualiter à Dei manu recipiuntur bona fide ſolui debeant Sylu. *v decima nu.15* Tabien. Armill. Leſſius *d. cap.39. dub.3. num.16* Fagund. *d. cap. 4. num. 7.* Bonac. *d. p. 3. nu.16* Palaus *dict. par. 8. numer. 2.* Barboſ. *d. cap. 28. num. 40.*

98. Pariter quomodocumque ager colatur ſiue per dominum, ſiue per colonos, ſiue per mercenarios, ſemper ex integris fructibus, & eorum maſſa decimæ ſolui debent. Quibus ſolutis neque dominus, neque colonus, aut mercenarius ex parte ſua decimas ſoluere tenetur, quia aliter bis decima ſolueretur, quod fieri non debet. Si tamen priuſquam decimarentur fructus diuiderentur inter dominum, & colonum, quod fieri poſſe ſupponitur *in d. cap. Tua nobis*, tunc vnuſquiſque illorum ſoluere deberet decimam ex parte ſua Gloſſ. & Panorm. ibi Gloſſ. *in cap. Quaſt. 16. q. 1.* Sotus *l. 9. q.4. a.2*

d.cap.

Digitized by Google

d. cap. 35. *num.* 13. Mon. *cap.* 6. *nu.* 40. Menoch. *de arbit caſu* 215. *num.* 2. Azor *p.* 1 *l.* 7. *c.* 24. *q.* 4. Barboſa alios referens *d. cap.* 28. *num.* 39. Abulen. *in cap.* 23. Matt. *q.* 104. Moneta *cap.* 6 *num.* 40. Barboſa *in cap Tua nobis* 26. *eod. tit. n.* 4 Menoch. *de arbitr. caſ.* 215. *num.* 2. Leander. *d. tract.* 6. *diſp.* 4 *q.* 30. Si vero dominus agri conduxerit omnes fructus pretio dato, hoc intelligendum eſt de fructibus excluſa, & prius ſoluta decima.

99. Quod ſi quis ex fructibus alicuius prædij teneatur ſoluere cenſum, vel penſionem determinatam abſolute, nihilominus fructus prius decimandi ſunt per dominum, qui tamen ex alijs nouem partibus integrum cenſum, ſeu penſionem ſoluet. Tunc vero penſionarius non tenebitur ad aliam decimam, quia rem decimatam recepit, ex qua nec dominus aliam decimam non debebat, cum oneri ſoluendi decimam quod in ſe receperat ſatisfecerit. Quod ſi penſio non ſit abſolute determinata in quantitate. Sed ſit de aliqua parte aliquota, vt de quatra, vel quinta parte; tunc nihilominus penſio intelligenda eſt de fructibus decimatis, & tunc penſionarius non tenebitur de ſua parte ſoluere aliquam decimam, & ſic non grauabitur Suarez *d. c.* 35. *n.* 12.

100. Quod ſi colonus mercenarius ſeruiat domino in cultura agri pro certa parte fructuũ, hæc pars non poterit detrahi ante decimationem, cum vere ſpectet ad expenſas factas in cultura agri, quæ ex decima prædiali detrahi non debent. Ille vero accepta parte ſibi debita, & ex fructibus decimatis ſoluta, non tenebitur ad aliam decimam prædialem. Sotus *l.* 9. *de iuſt. quæſt.* 4. *art.* 2. Sed tamen tenebitur ad aliam decimam perſonalem, quæ eſt alterius rationis, & quæ à mercenario non minus debetur, quam ſi accepiſſet mercedem in pecunia. Suarez. *d. cap.* 35. *n.* 13. Palaus *d. par.* 8. *numer.* 2. Vbi quod hæc decima non videtur eſſe in vſu.

101. Si etiam dominus, qui colono locat fundum pro certa parte fructuum vel pro certo pretio, cum pacto vt ille teneatur ad ſoluendam integram decimam, quidquid in contrarium dixerit Abulen. *in cap.* 23. Matt. *quæſt* 204. non tenetur ille dominus ex illa parte fructuum, vel pretio ſoluere decimam perſonalem, vt æquius eſſe dixit Gloſſ. *in d. cap. Tua nobis verſic & dominus*, & eſſe iuſtius dixerunt ibi Hoſt, & Io: And. & eſſe abſolutè verum docuit Suarez *d. cap.* 35. *num.* 14. quia pars illa fructuum, ſeu pretium non eſt lucrum ex actione illius domini conſurgens, ſed eſt fructus agri locati, & ideo de illo non debetur decima perſonalis, & decimã prædialem integram ſoluit colonus, potius videretur de iure, quod colonus deberet de parte, & mercede operis ſui, & laboris ſoluere etiam decimam perſonalem; ſed hoc non eſt in vſu, vt idem Suarez aduertit.

SVMMARIVM.

102 *Decimas ex prima ſui inſtitutione deberi Clero quidam dixerunt.*

103 *Aliud eſt ius finis ad quem inſtituta ſunt decimæ, aliud ius viuendi ex decimis, & aliud eſt ius illas adminiſtrandi.*

104 *De iure antiquo decimarum adminiſtratio pertinebat ad Epiſcopos.*

105 *Ius antiquum valde immutatum eſt.*

106 *Ius directum vniuerſale decimarum ſpectat ad Papam, minus vniuerſale ad Epiſcopos, particulare ad illos, quibus decimæ ſunt applicatæ.*

107 *De iure communi decimæ debentur Parochis.*

108 *Magis proprie dicitur deberi Parochijs.*

Sub nomine Parochi venit quicumque habet ex officio curam animarum. 108.

109 *Parochus habet fundatam intentionem ſuper decimis ſuæ Parochiæ.*

110 *Etiam priuatiuè ad Epiſcopum.*

111 *Decimæ competunt Epiſcopo ſi prædia ſint intra fines Cathedralis, & ipſe ſit Parochus.*

112 *Et quando prædia intra ſuam diœceſim non ſunt intra fines alicuius Parochiæ.*

113 *Et quando in Diœceſi Parochiæ non ſunt diſtinctæ.*

Secus ſi prædia ſint in confinio duarum Parochiarum 113.

114 *Item Epiſcopo competunt decimæ, ſi id petat conſuetudo.*

115 *Item ſi decimæ ſpectent ad Cathedralem debentur vel Capitulo, vel Epiſcopo.*

116 *Epiſcopo debetur quarta decimarum Parochialium.*

117 *Epiſcopus quomodo poſſit decimas à laicis exigere exeminentiori iure, quod habet.*

118 *Decimæ propriæ non pertinent ad Epiſcopum.*

Papæ ad decimas competit ius vniuerſaliſſimum, Epiſcopo ius vniuerſale, Parocho ius proprium 118.

119 *Alijs Clericis decimæ debentur aliquando ex fundatione beneficij.*

120 *Si decimæ ſpectant ad Collegium illius eſt ius illas exigendi.*

121. *Alijs titulis ſimplicibus Clericis competere poſſunt decimæ.*

122 *Clericis non ex iuſtitia aut pacto, nec præciſe ex virtute Religionis. Sed ex aſſignatione Eccleſiæ debentur decimæ.*

123 *Religioſis non debentur decimæ non quia ex virtute Religionis illis non debeatur ſuſtentatio, ſed quia pro illorum ſuſtentatione non ſunt aſſignatæ decimæ, ſed aliunde eſt prouiſum.*

124 *Clericis etiam aliunde diuitibus debentur decimæ.*

125 *Malitia Clericorum non facit, quod illis non debeantur decimæ.*

126 *Si Clerici muneri ſuo non ſatisfaciant, poſſunt laici in iudicio coram ſuperiore illis negare decimas.*

127 *Parochi propria auctoritate non poſſunt negare ſacramenta non ſoluentibus decimas.*

Art. VI.

Quibus Decimæ ſint ſoluendæ.

102 DEcimas ex prima ſua inſtitutione deberi Clero ad eius ſuſtentationem & ad,

Digitized by Google

& ad omnes expenſas neceſſarias in Eccleſiæ ſeruitium, ac dinini cultus miniſterium, voluit Suarez *tom. 1. de relig. lib. 1. de decim. cap. 28. n. 3* quem ſequutus ſuit Palaus *tract. 10. diſp. vn. p. 10 num. 1.* Subdunt vero ſactam fuiſſe ab initio diuiſionem Diœceſum, & vniuſcuiuſque Diœceſis decimas ad illius Cletum pertinuiſſe, licet præcipua earum adminiſtratio pertineret ad Epiſcopum.

103. Sed hic diſtingui debet inter finem, ad quem decimæ fuerunt inſtitutæ, & inter ius viuendi ex decimis, & inter ius decimas exigendi, & adminiſtrandi. Nam decimæ, vt probatum eſt *artic. 1.* ex D. Thom. 2. 2 *queſt. 87 art. 1. ad 4. & artic. 3. ad 1.* inſtitutę ſunt etiam ad ſuſtentationem paupetum. Et ideo poſtea Eccleſia ſtatuit, vt quarta pars decimarum diſtribueretur pauperibus *cap. quatuor 12. q. 2.* Nec tamen pauperes habent aliquod ius proprium ad decimas, niſi merum ius ex lege variabili ortum, quæ lex modo valde eſt immutata. Sed Clerici qui ex officio deputati ſunt ad miniſtranda diuina populis, ex iure naturali, & diuino habent ius, vt à populis ſuſtententur, vt *d. art. p.* eſt probatum, eo quia ad hanc ſuſtentationem deputatæ ſunt decimæ, habent ius religioſum vt ſuſtententur de decimis, vel ex alijs redditibus Eccleſiaſticis. Sed ex hoc non habent ius exigendi decimas, vel illas adminiſtrandi, niſi forſan per accidens, & in ſubſidiū negligentiæ eorum, quibus cura, & adminiſtratio eſt commiſſa. Et ita aliud eſt ius participandi de decimis, aut viuendi ex illis, & aliud eſt ius illas exigendi, & adminiſtrandi.

104. Sic igitur verum eſt, quod ſtatim ab initio Eccleſiæ diuiſæ fuerunt Diœceſes ex præcepto Chriſti, vt habetur ex actibus Apoſtolorum, ex epiſtola Pauli, & ex Apocalipſis, & ex Lucio Papa *c. 11. diſt. 80* & ex Anacleto *c. 1. diſt. 99* Sicuti etiam verum eſt, quod ab initio Eccleſiæ, & ſi non ſimul cum diuiſione Diœceſum ſaltem, paulopoſt inſtitutæ fuerunt decimę vt ſupra *a. 1 n. 15.* probatū eſt. Sed & verū eſt, quod huiuſmodi Decimæ immediate pertinebant ad Diœceſes ex quibus colligebantur. *Cap. peruenit. 3. cap. omnes Baſilicę 10. cap Quoniam 21. 16. q. 7.* Sed tamen harum decimarum ius, & reſpectiuè dominium ſic erat Eccleſiæ Diœceſanæ, quod adminiſtratio erat pœnes Epiſcopum. Et ſic ſinguli Clerici ex officio inſeruientes in adminiſtratione diuinorum habebant ius viuendi de decimis, ſed non habebant ius exigendi, vel adminiſtrandi decimas, ſed hoc ita inſpectabat ad Eccleſiam Diœceſanam, ſeu ad totum corpus Eccleſiaſticum ipſius Diœceſis, quod tamen & adminiſtratio ad Epiſcopum. Quia tunc decimæ ab Eccleſia nulli fuerunt applicatæ, ſed tunc bona Eccleſiæ in communi adminiſtrabantur. De quo videri poſſunt, quæ ſcripſi *tom 1. de ſtat q. 185. a. 7. à n. 2.*

105. Sed cum poſtea erectis & diſtinctis Parochijs per Dion. Papam vt habetur *cap. 1. 13. q. 1.* poſtea etiam Epiſcopis, Parochis, Capitulis, Canonicis, & particularibus Clericis ab Eccleſia deputatæ fuerint propriæ mēſæ, & redditus, & præbendæ, & beneficia; & pars antiquitus deſtinata fabricæ, & paupe-ribus valde ſit immutata, & non ſit certum, quid de ea fuerit determinatum, & videtur eſſe relicta arbitrio Epiſcoporum, & aliorum, qui habent beneficia Eccleſiaſtica, Quamuis in multis Eccleſijs ſeparati ſint etiā redditus pro fabrica, & pro pauperibus inſtituta hoſpitalia Nunc ad videndum quibus debeantur decimæ non ſufficit inſpicere finem, ad quem primitus fuerunt inſtitutæ, vel antiquas leges ordinantes, in quos decimæ debebant diſtribui: ſed noua iura attendi debent, & videndum eſt, qui ſint illi, quibus decimæ ſunt applicatæ, & quibus attributum ius illas exigendi, & adminiſtrandi

106. Dicendum igitur eſt, quod ius directum, principale, & vniuerſale & nunc, & antea, & ex decimarum inſtitutione eſt ſolius Eccleſiæ vniuerſalis, & earum adminiſtratio pertinet ad ſummum Pontificem, qui eſt caput, & Paſtor Eccleſiæ vniuerſalis. Ius vero minus principale, vniuerſale tamen in ſuo genere competit Eccleſijs Diœceſanis ſub adminiſtratione Epiſcopi, ſed cum ſubordinatione ad Eccleſiam vniuerſalem, & ad ſummū Pontificem, & tale, & tantum, quale, & quantum ſibi conceſſum fuit ab Eccleſia vniuerſali, & à Summis Pontificibus. Vnde hoc ius non eſt inuariabile, ſed mutationem ſuſcipit iuxta temporum varietatem, & ſecundum ſummorum Pontificum beneplacitum. Sed ius particulare, & vtile decimarum, & oblationum nunc ſpectat ad illos, quibus per ſedem Apoſtolicam, vel de iure communi, vel ex priuilegio, vel ex conſuetudine, aut præſcriptione, aut concordia per ſedem Apoſtolicam approbata ſunt conceſſæ.

107. Dicendum igitur 2. quod de iure communi Decimæ debentur Rectoribus Eccleſiarum Parochialium, *cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à Præl. cap. fin. de Paroch. cap. Cum ſint & cap. Cum contingat de dec.* Hoſtien. & Io. And. *cap. A nobis eod. tit.* D. T. 22. *q. 87. a. 3. c.* vbi Caiet. & Raphael à Turre Syluеſ. *v. decima nu. 14.* Couar. *l. 1. var. cap. 17. nu. 7.* Rebuff. *de dec. q. 7. num. 4.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. *gloſſ. 5. nu. 75.* Seraphin. *dec. 1499. n. 5.* Greg. 15. *dec. 519. n. 2.* Caual. *dec. 73.* Rota *in Calagur. decim. 17. April.* 1654. coram Zarate, *& in Pampilonen. decif. 1. Iulij* 1608. coram Eminent. Celſo, *& dec. 135. & dec. 139. num. 5. par. 2. & deciſ. 667. numer. 1. part. 4. recentiorum* Rota *dec. 450. nu. 3.* coram Roias *& deciſ. 965. num. 6. & deciſ. 1201. nu. 2. & 4.* coram Penna *& dec. 205. num. 18.* coram Duran. *& dec. 16. num. 1. dec. 55. nu. 8. dec. 187. num 1. 7. & 12. dec. 279. num. 7. dec. 345. nu. 2.* coram Coccino, *& dec. 174. num. 3. dec. 504. num. 3. dec. 449. num. 1.* coram Ludouiſio *deciſ. 242. num 7. par. 11. dec. 91. num. 7. p. 8. & deciſ. 85. num. 1. & dec. 304. num. 3. par. 7. & 180. num. 27. & dec. 30. num. 2. par. 6. & dec. 380. num. 14. par. 5. recent.*

108. Eſt tamen aduertendum quod magis propriè loquendo dicendum eſt decimas de iure communi deberi Parochiæ, ſeu Eccleſiæ Parochiali, quia poteſt eſſe, quod ad Eccleſiam Parochialem pertineant plures Clerici, vt quia cura animarum ſpectat ad plures, vt ad

Digitized by Google

Collegium Canonicorum, vel quia Parochiæ non ſufficiat vnus ſolus Sacerdos, ſed plures ſint neceſſarij, & ſic quod Eccleſia Parochialis non conſiſtat in vno, ſed in pluribus. In quo caſu non Parocho, ſed corpori Eccleſiæ Parochialis debentur decimæ, quod corpus etiam hic intelligi debet ſub nomine Parochi & ſub nomine etiam Parochi venit quicumque habet curam animarum Parochialem, etiam ſi ſit Religioſus, *cap. Moderamini* 16. *q.* 7. Et ideo hoc ius habet etiam Commendator, qui per Rectores ab eo amouibiles curam animarum exercet, Moneta *d. cap.* 7. *num.* 6 Rota *in Legionen.* Decim. 22. *Maij* 1615. coram Manzanedo (apud quen. *dec.* 356. *nu.* 3. *par.* 2. Seraphin. *dec.* 1422. *num.* 14.

109. Et hoc modo Parochus habet in iure fundatam intentionem in his decimis, ita quod non tenetur probare eas ad ſe pertinere, cum à iure illi ſint attributæ, *cap. ſi quis Laicus*, *cap. ſtatuimus* 16. *q.* 1. *cap. à nobis* vbi Card. & Butr. *cap. Cum in tua*, *cap. Cum contingat ſup. eod. tit.* vbi Panorm. *num.* 7. Rebuff. *q.* 7. *num.* 4. Rota *dec.* 178. *num.* 5. *p.* 1. *& dec.* 385. *&* 192. *nu.* 5. *& dec.* 147. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 802. *num.* 1. 2. *&* 10. Greg. 15. *dec.* 449. *nu.* 1. Coccino *dec.* 16. *num.* 1. *& dec.* 55. *nu.* 8. *& dec.* 134. *in fine*. Et alias ſæpe Rota, vt refert, & ſequitur Barb. *de off. Paroch. cap.* 28. §. 2. *num.* 8. Imo quod decimæ debeantur Parocho ex aſſiſtentia iuris diuini voluit Rota *dec.* 103. *num.* 1. *part.* 11. Quod tamen debet intelligi, quia de iure diuino Parocho debetur ſuſtentatio, & ex conſequenti decimæ, quas pro eius ſuſtentatione Ius commune determinauit.

110. Etiam contra Epiſcopum habet Parochus aſſiſtentiam iuris in decimis ſuæ Parochiæ Epiſcopo quidem debetur per Parochum quarta decimarum, Penna *dec.* 1201. *nu.* 5. *& 6. & dec.* 327. *num.* 2. *par.* 5. *recent. & dec.* 142. *num.* 7. *par.* 8. Sed Parocho competit ius ad decimas, Rota *dec.* 519. *num.* 3. coram Greg. 15. *& dec.* 450. *num.* 2. *&* 4. coram Roias, *& dec.* 569. *num* 6. *& dec.* 1201. *v.* 2. *&* 4. coram Penna, *& dec.* 572. *n.* 5. coram Burat. *& dec.* 22. *part,* 10, *recent,* Seraphin, *d.* 802, *nu.* 1, Rebuff, *d, q,* 7, *n,* 5, Et hoc probat Rota *dec,* 202, *num,* 3, *part,* 3, *recent,* quia *in cap, Conquerente de off, Ord,* inter iura Epiſcopalia numeratur quarta decimarum, non vero ius integrum decimarum.

111. Et nihilominus in pluribus caſibus Epiſcopo debentur decimæ. Primus caſus eſt, ſi decimæ ſint ſitæ intra fines Cathedralis, Gloſſ, 2, *in cap, Cum contingat, eod tit,* & ibid, Butr, & Panorm, Azor, *part,* 1, *l,* 7, *cap,* 36, *q,* 9, Rebuff, *d, q,* 7, *num,* 7, Rota *dec,* 38, *num,* 1, *&* 254, *num,* 4, coram Coccino, Moneta *de dec. cap,* 7, *num,* 7, Barboſa *d, cap,* 28, §, 2, *nu,* 13, Quod tamen explicant Rebuff, Azor, & Moneta & Rota, *d, dec,* 254, *nu,* 2, Leand, *diſp,* 8, *q,* 3, vt procedat, ſi Epiſcopus ipſe in Cathedrali ſit Curatus, non vero ſi Curatus ſit alius,

112. Secundus caſus eſt, quando prædium intra nullius Parochiæ fines continetur, tunc enim veluti in Parochia Epiſcopi cenſetur eſſe, cum ſit in eius Diœceſi, & in nulla alia ſit Parochia, *cap. Quoniam, de dec,* & ibi Panorm, *n,* 3, *&* 4, & Barboſ, *n,* 5, Fagnan, *n,* 9, *Cap. Decimas*, 16, *q,* 1, Gloſſ, *in d, cap, Cum contingat*, *ver,* iure communi: S, Raym, *tit, de dec,* §, 8, Rebuff, *d, p,* 7, *num,* 8, Moneta *de cap,* 7, *nu,* 9, Coccin, *dec,* 118, *num,* 5, *& dec,* 237, *num,* 2, *& dec,* 163, *p,* 2. *diu, & dec,* 667, *num,* 4, *p,* 4, *recent,* Leand, *diſp,* 8, *q,* 3, *& dec,* 485, *num,* 1, & alibi ſæpè, vt idem Moneta refert; Azor, *p,* 1, *l,* 7, *c,* 25, *num,* 9, Pont, de Matr, *l,* 5, *c,* 13, §, 3, *num,* 21, Burat, *dec,* 164, Barboſ, *d, cap,* 28, §, 2, *num,* 14.

113. Tertius caſus eſt quando in Diœceſi Parochiæ non ſunt diſtinctæ, ſic enim quia tota Diœceſis eſt Parochia Epiſcopi, *cap. omnes baſilicæ.* 16. *q.* 7. hæc vna eſt Parochia cui primo debentur decimæ, quæ eſt Parochia Epiſcopi, vnde tunc omnes decimæ ſunt in eius adminiſtratione, vt eas pro meritis perſonarum Clericis, diſtribuat, *cap.* 1. 16. *q.* 1. Panorm. *d. cap. Quoniam*, *eod. tit. num.* 2 *per cap. Parochianos, de ſepult. & cap. Ad Apoſtol. de donat.* Azor. *p.* 1. *l.* 2. *q.* 9. Rota *in Ciuitaten. decimar.* 26. *Martij*, *&* 28. *Iunij* 1618. corã Verolpio. *& in alia Ciuitaten. decim.* 4. *Decemb.* 1592. coram Gipſio, *& dec.* 309. *num.* 5. *p.* 2. *diuerſ.* Roias *dec.* 428. *num.* 5. Burat. *dec.* 164. *num.* 2. Coccin. *dec.* 118. *num.* 5. *& dec.* 237. *num.* 2. *& dec.* 485. *num.* 1. Barboſ. *d. c.* 28. §. 2. *num.* 15. Leand. *d. q.* 3. Rebuff. *d. q.* 7. *num.* 9. Moneta *cap.* 7. *num.* 10. Itaque in hoc caſu ius eſt in Parochia, nimirum in toto corpore Eccleſiaſtico Diœceſis, ſed adminiſtratio huius iuris, & ſic decimarum exactio, & earum diſtributio ſpectat ad Epiſcopum. Secus tamen dicendum eſſet ſi locus eſſet intra duas Parochias, & ignoretur ſub qua ſit, quia tunc decimæ non debentur Epiſcopo, ſed inter illas Parochias diuiduntur. Panorm. *d. cap. Quoniam. num.* 3. Moneta *d. cap.* 7. *num.* 11.

114. Quartus caſus eſt, ſi ſit conſuetudo vt hoc habeat, vt decimæ ſpectent ad Epiſcopum, Gloſſ. *in cap. Dudum*, *eod. tit.* Rebuff. *d. q.* 7. *num.* 10. Moneta *d. cap.* 7. *num.* 12. Leand. *tr.* 6. *diſp.* 8. *q.* 3.

115. Quintus caſus eſt, ſi decimæ ſpectent ad Eccleſiam Cathedralem, quia illi fuerint donatæ, vel alio titulo conceſſæ. Rebuff. *d. q.* 7. *num.* 13. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 36. *q.* 9. Capitulum enim Cathedralis eſt capax iuris decimandi, Roias *dec.* 428. *num.* 2. 6. *&* 12. Et quod Capitulis & Epiſcopis in Hiſpania ex conceſſione Regum Aragoniæ competat ius decimarum refert Penn. *dec.* 560. *num.* 3. Et quod Capitulum habens fomentum ab Epiſcopo habeat fundatam intentionem in decimis dixit Coccin. *dec.* 187. *num.* 3. *& dec.* 254. *nu.* 4. & ex eo Monet. *d. cap.* 7. *num.* 13. & ex Rota *in Oſcen. decim.* 21. *Martij* 1564. *coram de Rubeis*. Decimæ enim Cathedralis ſpectant, vel ad Capitulum, vel ad Epiſcopum. Coccin. *dec.* 38. *num.* 2. Et cum ſpectant ad Capitulum diuidendæ ſunt inter fratres, id eſt inter Canonicos, vt ex *cap. vlt. de off. cuſtod.* aduertunt Rebuff. *d num.* 13. & Moneta *d. n.* 13.

Epi-

116. Epiſcopus etiam habet in ſua Diœceſi adminiſtrationem quandam in omnes decimas ſuæ Diœceſis, & primo de illis debetur illi quarta Canonica. *cap. vnic. 10. q. 3. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Hoſtien. Card. Butr. Panor. Io. And. & Anch. *in cap. de quarta, de Præſcrip.* & iterum Hoſtien. Io. And. & Panorm. *in cap. Cum contingat, eod. tit.* Rota *dec. 31. num. 5. p. 2. diuerſ. & dec. 402. num. 1. part. 2.* Recent. & in Ferrarien *dec. 26. Maij* 1656. coram Albergato Rebuff. *q. 7. num. 11.* Genzal *ad reg. 8. Cancell.* Gloſſ. 6. *num.* 87. *&* 88. Fagnan. *d. cap. Cum contingat, num. 23.* Et hanc eſſe communem opinionem ferè omnium DD. dixit Rota *dec. 31. num. 5. p. 2. diuerſ. & dec. 402. n. 1. p. 2. & dec. 64. num. 1. p. 5. recent.* Parochi enim quartam decimarum debent dare Epiſcopo, quæ competit illi iure ordinario, *cap. conquerente de off. ordin.* Et licet Gloſſ. ibi dicat, hoc competere Epiſcopo ex conſuetudine, probabilius tamen dicitur hoc manaſſe ex antiquo iure, ex quo quarta pars redituum Eccleſiæ Epiſcopo competebat: Nam hæc conſuetudo conſentanea eſt antiquis canonibus, *cap. A nobis, cap. Vulteranæ, cap. Commiſſo, cap. Quatuor, 12. q. 2.* Et hanc quartam deberi Epiſ. iure ordinario ſupponitur *in cap. De quarta, de præſcr.* & collig. *ex tit. de dec. cap. Quoniam, & ex cap. Dudum*, & ibi notãt Hoſtien. & Io: And. Penna *dec. 1201. num. 5. & 6.* Ludonis *dec. 519. num. 3.* Rota *dec. 142. num. 7. p. 8. & dec. 64. num. 1. & dec. 327. num. 2. par. 5. recent.* Et videri poſſunt, quæ de hoc ſcripſi *tom. 1. de ſtat. q. 185.*

117. Hinc quando dictum eſt decimas deberi Parocho etiam cum excluſione Epiſ. hoc intelligitur, quia illas immediate exigere de iure ordinario, & regulariter ſpectat ad Parochum, qui non tenetur eas recipere de manu Epiſcopi, ſed imo Epiſcopus per ſe non habet immediatum, & proximum ius illas à populo exigendi: Nihilominus quod Epiſcopus poſſit ſuam quartam immediate exigere à laicis ex Hoſtien. *in d. cap. Cum contingat num. 1.* & Io: Andr. *num. 3.* dixit Rota *dec. 64. num. 4. p. 5. recent.* Quod tamen explicatur, vt non procedat, quando iam Parochus integras decimas recepit, vel quando non eſt negligens in illarũ exactione, ſed tunc cum Parochus vel non eſt in cauſa, vt ſi vacet Parochia, vel eſt negligens in exactione decimarum. Et hanc opinionem de iure veriorem putat R. P. D. Fagnan. *cap. Quoniam, eod. tit.* vbi *à num. 26.* eam probat pluribus iuribus. Sed de his videantur, quæ dixi *tom. 2. de ſtat. q. 187. num. 627. & ſequent. pag. 559.* Et conſideretur, quod Epiſcopus eſt Parochus totius Diœceſis, & ideo non ſolum habet in decimis ius coæquale Parochis, vt ex Hoſtien. *in d. cap. Quoniam, num. 2.* & Io: And. *num. 3.* approbat Rota *d. dec. 64. num. 8. & dec. 442. & 485. & 500. part. 1. recent.* Sed proprie dici debet, quod habet ius eminentius, & vniuerſalius. Et quamuis dicatur, quod Epiſcopus nullam habet iuris aſſiſtentiam in exactione decimarum. Rota *in S. Seuerinæ decimarum, 14. Ianuar.* 1650. coram Royas; Nihilominus hoc debet intelligi, quia illas non poteſt exigere nomine proprio, & pro ſuo commodo. Cæterum, vbi vel non adſit Parochus vel ille negligat, poteſt Epiſcopus decimas exigere nomine Eccleſiæ Parochialis, *cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Hoſtien. *in cap. Cum contingat, num. 2.* Io: And. *in d. cap. Quoniam, num. 3.* Rota *d. dec. 64. num. 3.* Rebuff. *q. 7. num. 12.* Moneta *cap. 7. num. 16.* Fagnan. latè hoc probans *d. cap. Quoniam, nu. 23.* Et quantum ad ſuam quartam poteſt etiam agere, ſi opus eſt, nomine proprio, & illam exigere immediate.

118. Nihilominus, quidquid in contrariũ dixerit Suarez *d. cap. 38. num. 9. & 10.* & Palaus *d. p. 10.* magis proprie loquendo dicitur decimas non pertinere ad Epiſcopum, ſed ad Parochum quantum ſit de iure communi: In hac enim materia triplex, ſeu quadruplex ius diſtingui debet, aliud eſt ius vniuerſaliſſimum, ſeu Pontificium, & hoc eſt ius exigendi decimas in tota Eccleſia, etiam ad ſui vtilitatem; & hoc ius pertinet ad ſummum Pontificem, qui etiam ſtatuere potuiſſet, vt decimarum pars in diſtributione illarum ſibi tribueretur, vt ſupponunt D. T. *22. q. 87. ar. 3. ad 4.* Alex. *3. p. q. 51. memb. 6. a. 6.* Abulen. *cap. 23.* Matt. *q. 176.* Io: And. Hoſtien. & alij *in cap. 1. de decim.* & propterea in Concil. Lateranen. ſub Alex. 3. dixit Pontifex decimas Eccleſiæ & mihi ſoluere teneantur. Quamuis *in cap. Cum homines, de decim.* deſumptum ex illo Concil. non ſit poſita illa particula, *& mihi* optime tamen fuit poſita, & in Concil. Lateranen. quia Papa eſt Dominus; vt etiam ad ſui vtilitatem exigat decimas. Aliud eſt ius vniuerſale, ſeu Epiſcopale, quod ſe extendit ad decimas totius Diœceſis: Et eſt ius etiam participandi de decimis, modo ſupra expoſito, & diſponendi de illis ſecundum iura, ſed non eſt ius exigendi decimas ad ſui vtilitatem, niſi ſub conditione, ſcilicet ſi Parochus eas non exigat. Vnde ſi integræ decimæ ſint ſolutæ Parocho, Epiſcopus nec etiam quartam ſuam poteſt à laicis petere. Rota *dec. 357. num. 4. & dec. 124. num. 1. & 3. p. 5. recent.* Nec Parochus priuari poteſt ſua portione, vt Epiſcopo quarta ſoluatur. Rota *dec. 61. num. 3. par. 6. recent.* Aliud eſt ius decimarum particulare, & proprium, ad quod duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ius exigendi decimas, & agendi ad illarum receptionem; & hoc faciendi ad priuatam ſuam vtilitatem. Et hoc ius de iure communi conuenit ſoli Parocho, vel habenti curam Parochialem animarum. Vnde non debet admitti, quod habet Suarez *cap. 29. num. 1.* ſcilicet decimas primo & principaliter deberi Epiſcopis, quia Decimæ à iure tributæ ſunt Parochis, licet Epiſcopis competat quarta decimarum, vel ex iure ſpeciali competat participare de decimis debitis Cathedrali; vel etiam ex iure ſpeciali, ſi aliquæ decimæ ſpectant ad eius menſam. Poteſt addi quartum ius, quod eſt ius participandi de decimis ab Eccleſia iam exactis, ſed non eſt ius exigendi, & hoc ius pluribus alijs Clericis competit.

119. Alijs vero titulis, alijs Clericis poteſt competere ius decimandi, & quidem primo ex

inſti-

inſtitutione, & fundatione, vt ſi ſuper decimarum perceptione ſit fundatum; v. g. aliquod Capitulum ſeu Collegium, ſi non ad curam animarum, ad laudandum Deum collegialiter, & in choro, vel aliud ſimile beneficium ad publicum aliquod miniſterium diuini cultus. Et hoc eſt quod probant Sotus *l.9. de inſt.6. q.4.a.* 1. & 3. & Aragon *2. 3. q. 87. a. 1. & 3.* quos ſequitur Suarez *d. cap. 28. num.* 12. Et verum eſt decimas non deberi ſolum ob puram curam animarum, ſeu adminiſtrationem ſacramentorum, ſed etiam ob celebrationem Miſſæ, & publicum Dei cultum, & laudem, nam & ad iſta tenentur Parochi. Et in iure etiam in *tit. de Decim.* bene dicitur, decimas deberi miniſtris Eccleſiæ, vt *cap. Non eſt, & in cap. Ex parte* 1. ſupponitur decimas eſſe debitas Canonicis, *& in cap. Tua nobis* dicitur eſſe Clericis exhibendas. Sed hæc ſunt ex particularibus fundationibus inſtituta. Vnde quod in Hiſpania non ſemper Parochi habeant aſſiſtentiam iuris ſuper decimis, quia ibi Cathedrales, & dignitates ſunt fundatæ ſuper decimis dixit Rota *dec.239.num.3.p.1.recent.* De iure tamen communi vniuerſaliter officium diuini cultus commiſſum eſt Parochis, & ideo ex iure communi illis ſolis ſunt adiudicatæ. Aliorum vero beneficiorum fundationes ex priuata fidelium deuotione, vt plurimum factæ ſunt ſuper ſtabilibus certis, ſi quæ vero factæ ſunt ſuper decimis, hoc eſt ſpeciale, ex quo non poteſt colligi, quod de iure communi alijs beneficiatis competant decimæ, ſed ſolum ex iure ſpeciali.

120. Quando vero decimæ ſpectant ad Collegium ſingulis de collegio competit quidem ius participandi de decimis, ſed ius decimandi conuenit collegio. Pariter quando Parochus, vel alter beneficiatus habens ius decimarum indiget miniſtris, qui illi inſeruiant, habent quoddam ius participandi de decimis, ſi tamen Parochus aliunde non habeat, vt illorum labori, aut ſeruitio ſatisfaciat.

121. Præterea vero ius decimandi poteſt alicui competere ex conſuetudine, ſeu præſcriptione, vt decimas infra, vel ex donatione, aut ex concordia.

122. Alijs vero Clericis Decimæ non debentur, nec etiam quantum ad ius participandi de illis, rationem huius reddit Suarez *c. 29. num.*61. quia ex quo non obligantur ex officio vt in ſpiritualibus, neque ad id conducuntur, ita nec populus illis tenetur dare decimas. Et licet Clerici in ſacris obligentur ad diuinum officium, tamen ad id non obligantur ex iuſtitia, ſed ex Religione, vnde illis non debentur decimæ. Sed ratio deficit valde. Primo in hoc, quod vult Parochos ex pacto & iuſtitia obligari pro decimis ad miniſtranda ſpiritualia proximis, quod eſt manifeſtiſſima ſimonia. Secundo quia imo ex virtute Religionis eſt neceſſitas ſuſtentationis, & ex conſequenti decimarum, quia qui ſeruit altari, de altari viuere debet. Dicitur igitur aliter, quod Decimæ non præciſe ex virtute Religionis debentur huic, vel illi, ſed ex ordinatione Eccleſiæ. Clerici igitur vel ſunt ordinati ad titulum patrimonij, & ſic non indigent decimis, quia habent ſuſtentationem ex patrimonio. Similiter idem dicitur ſi ſunt ordinati ad titulum beneficij habentis alios reditus. Solum igitur ſi beneficium ſit fundatum in decimis debentur decimæ ſimplici beneficiato.

123. Pariter nec Religioſi habent ius ad decimas, nec etiam vt de illis participent. D.T. *2.2.q.87.a.1. ad 3.* & ibi omnes. Alenſ. *3.p.q.* 51. *mem.6.a.2.* Abul. *in cap. 23.* Matt. *qu.*189. Turrecrem. *cap. vlt. 16. q.* 1. *ad quæſt. primam*, Panorm. *cap. Suggeſtum not.*1. D.Anton. *2.p.tit.* 4. *c. 3.* §.3. Suarez *cap.29.num.7.* Palaus *d. p.* 10. Et habetur ex *cap. Alia cauſa, & cap. Peruenit, & cap. Placuit* 1. *cap. Doctus, cap. Si Monachus* 16.q.1. Mouetur autem Suarez eadem ratione, quia Religioſi non obligantur ex iuſtitia ad ſeruiendum populo in ſpiritualibus, in quo nec ſibi conſtat qui *cap.9. nu.* 2. & alias ſæpiſſime vult, quod miniſtris diuini cultus ex lege naturalis iuſtitiæ debeatur ſuſtentatio à populo, & licet hoc non ſit verum de obligatione ex iuſtitia, eſt tamen verum de obligatione ex virtute religionis, quæ vult quod qui altari deſeruit, ex altarij participet. 1. Cor. 9. Vt locum vero habeat hæc obligatio ſufficit, ſi quis auctoritate Eccleſiæ ſit deputatus miniſter diuini cultus, & vt talis inſeruiat. Ideo & Religioſis ex virtute Religionis debetur ſuſtentatio iuxta profeſſionis exigentiam, ſed non debentur decimæ, quia in illis ſolis non conſiſtit ſuſtentatio miniſtrorum diuini cultus, & Eccleſia has applicauit pro miniſtris habentibus ex officio curam animarum. Religioſis vero aliunde prouiſum fuit, vel per reditus monaſteriorum, vel per ius petendi eleemoſynam, & ſic viuendi ex fidelium oblationibus, & eleemoſynis. Debuit enim in Eccleſia eſſe hæc pulchritudo; vt darentur Miniſtri diuini cultus in ſtrictiſſima paupertate Deo ſeruientes qui ex eleemoſynis viuerent, ſicut de facto viuunt. Et nihilominus Religioſis competunt decimæ vel ex donatione, vel ex priuilegio, vel ſi habeant beneficium fũdatum in decimis.

124. Cæterum Clericis quibus debentur decimæ, illis tribui debent etiam ſi alias ſint diuites, quia nemo militare tenatur ſuis ſtipendijs 1. *Cor. 9.* Et propterea merito damnatus fuit error Pſeudo Apoſtolorum qui negabant decimas eſſe dandas illis, qui non profitentur Euangelicam paupertatem, vt referunt Turrecrem. *l. 4. ſum. par. 2 cap. 37.* & Caſtro *v. Decimæ.* Clericis igitur debentur decimæ non obſtante quod ſint diuites D.T. *quod l. 6. a.* 10. & *22. q. 87. a. 3. ad.* 1. Sotus *l. 9. de inſt. q. 4. a.*3. Sylueſt. *v. decima. n.* 14. Turrec. *in cap. Quoniam n. 8. 16. qu.* 1. Raphael à Turre *d. q. 87. a. 3. diſp.* 2. Tabien. *v. decima n.* 12. Armill. *nu.* 3. Io: And. & alii in *rub. de dec.* Rebuff. *d. q. 7. n.* 14. Gloſſ. *in cap. Decimæ 16. q.1.* Couar. *l. 1. var. cap. 17. nu.* 4. Moneta *d. cap. 7. n.* 38. Suarez *d. cap. 29. n.* 14. Palaus *diſp.* 10. Leand. *d. diſp. 8. q.* 4. Exiſtimat autem Moneta, quod huiuſmodi Clericis diuitibus non debeantur decimæ, iure naturali, aut diuino. Sed fallitur Nam ſi loquamur de decimis quoad quotam

nullis debentur iure diuino, aut naturali, ſed tamen ſuſtentatio debetur ex iure naturali, & diuino miniſtris diuini cultus, nec obſtat, quod aliunde habeant vnde ſuſtententur, quia hoc eſt per accidens, & lex diuina vult, vt viuat de altari, qui altari ſeruit. Et quod non obligetur os boui trituranti, ſed operarius dignus ſit cibo ſuo. Et D. Paulus qui ex arte, & labore vixit, non per hoc excuſat Corinthios, vt non deberent quantum ſit ex ſe ipſis illum ſuſtentare. Verumtamen bene poteſt ſuſtineri, quod Clerico, qui ex titulo ſui beneficii habet reditus ſufficientes decimæ non debeantur niſi iure Eccleſiaſtico, quia iam ſine decimis habet congruam ſuſtentationem ex altari.

125. Sed nec decimæ Clericis denegari poſſunt ex eo, quod ſint mali. Ideo Vuicleph, qui dixit decimas non ſolui ex neceſſitate, ſed voluntariè, & non eſſe dandas malis ſacerdotibus, damnatus fuit *in concil. Conſtanſ. ſeſſ.* 45. Et hoc habetur damnatum in *cap. Tua nobis, de dec.* S. Raym. *tit. de decim.* §. 1. Decimæ enim debentur propter ſeruitium. Et ideo ſi Clerici prout debent inſeruitiant, illis debentur decimæ. Rebuff. *d. q.* 7. *n.* 15. Abulen. *in cap.* 23. Matt. *qu.* 174. *&* 175. Suarez *d. cap.* 29. *n.* 5. Palaus *d. puncto* 10. Raphael de la Torre 2. 2. *qu.* 87. *a.* 3. *diſp.* 3. Et addit Rebuff. *nu.* 16. Non poſſe negari decimas etiam ſi Clerici illis abutantur, quãuis ſic facientes iudicium ſibi manducent, & bibant. *c.* Clericos, *& ſeq.* 16. *q.* 2. *c. fin.* 12. *q.* 1.

126. Si tamen Clerici in munere ſuo deficiant poſſunt laici debitores decimarum non quidem priuata auctoritate ſed in iudicio denegare decimas, & Clericis obijcere denegationem Sacramentorum, ſeu defectum debiti miniſterij. Lap. *all.* 66. Panorm. *c. fin. de Paroch.* Dom. & Franc. *ſup. cap.* 1. §. *fin. de teſtit. ſpol. in hoc lib.* Moneta *d. cap.* 7. *num.* 35. *vbi nu.* 37. quod nec Parochus propria auctoritate poteſt denegare ſacramenta ex eo quod ſibi non ſoluuntur decimæ, niſi id ſit notorium, ex Nauarr. *conſ.* 2. *nu.* 2. de decim. Sed in his valde difficile erit, quod detur notorium quod nulla tergiuerſatione poſſit celari: Cæterum in conſcientia Clericus, qui in officio deficit grauiter peccat, Et ſunt multa crimina ob quæ non facit fructus ſuos, vt ſi ſit intruſus.

SVMMARIVM.

127 *Ratio quæſtionis.*

128 *Cui Parochia debeantur decimæ perſonales in pluribus caſibus declaratur.*

129 *Decimæ prædiales debentur Parochiæ in qua ſunt prædia.*

130 *Niſi conſuetudo ſit contraria, quæ tamen eſt contra ius certum.*

131 *Eccleſiarum aliæ baptiſmales, aliæ non.*

132 *Si Capellæ, non ſunt Parochiales, eis non debentur decimæ prædiales.*

132 *Idem dicitur de Eccleſia baptiſmali ſi non ſit curata.*

132 *Decimæ perſonales Parochiali debentur.*

133 *Matrici debentur decimæ prædiales intra ſuos fines, & intra fines Eccleſiæ ſibi ſubiectæ quæ regitur per Cappellanum.*

134 *Eccleſiæ Parochiali diſmembratæ à matrice debentur decimæ prædiales intra ſuos fines.*

135 *Attendi debet forma erectionis nouæ Parochialis.*

Ex noua erectione Parochialis decimæ ipſo iure non transeunt in Parochialem 135.

136 *Eccleſia baptiſmalis habet aſſiſtentiam iuris ad omnes decimas, quæ ſunt intra ſuos fines.*

137 *In dubio in Epiſcopo aſſignante decimas Parochiali præſumitur iuſta cauſa.*

138 *Si in erectione nouæ Parochiæ, expreſſe conceſſa ſunt ſolum primitiæ, non ſunt conceſſæ decimæ.*

139 *In dubio ſi conſtaret de conſenſu Rectoris baptiſmalis in erectione nouæ Parochiæ cenſerentur conceſſæ decimæ; ſed hic conſenſus non præſumitur. Et debet attendi forma erectionis, & quid diſpoſuerit Epiſcopus.*

140 *Si Parochialis ſit antiquior baptiſmali, Parochiali aſſiſtit ius ad decimas, & forma erectionis debet attendi.*

141 *In dubio antiquior eſſe præſumitur Baptiſmalis.*

142 *Decimæ animalium prædiales, quomodo ſoluendæ.*

143 *Seruanda in eis conſuetudo.*

Artic. VII.
Cui Parochiali ſoluendæ ſint decimæ.

127. RAtio difficultatis eſt, quia contingit ſæpe aliquem habere in vna Parochia domicilium, & in alia prædia ex quibus debentur decimæ, vel extra Parochiam ſuam nutrire animalia, vel habere domicilium in diuerſis Parochijs, & ideo videndum eſt in his caſibus cui Parochiæ decimæ ſolui debeant. Diſtingui autem debent decimæ perſonales à prædialibus.

128. Eſt autem prima regula generalis perſonales decimas, quarum onus eſt perſonali, deberi Parochiæ perſonæ, nimirum parochiæ proprij domicilij, in qua quis tenetur audire diuina *Cap. Ad Apoſtolicæ, eod. tit. cap. ſignificauit de Parochijs, cap. Quæſti. cap. ſtatuimus, cap. In ſacris, cap. De decimis* 16. *qu.* 1. D. Th. 2. 2. *quæſt.* 87. *a.* 3. *ad* 2. *& ibi* Caiet. à Turre *& diſput.* 6. S. Raym. *tit. de dec.* §. 9. Abulen. *cap.* 23. Matt. *qu.* 169. Sylueſ. *v. Decima nu.* 14. Tabien. *nu.* 10. Sotus *l.* 9. *de iuſt. qu.* 4. *art.* 3. Panorm. *in cap. Cum ſint, vbi* Gloſſ. 2. *de dec.* Gloſſ. 2. *in cap. fin. de Paroch.* Rebuff. *q.* 6. *n.* 1. *&* 7. Moneta *cap.* 7. *num.* 17. Menoch. *de præſump. l.* 6. *præſ.* 88. *num.* 1. Suarez *cap.* 21. *n.* 1. Fagund. *l.* 1 *cap.* 3. *nu.* 1. Bonac. *d. qu.* 5. *p.* 3. *nu.* 1. Palaus *puncto* 8. *n.* 6. Trullench. *l.* 3. *cap.* 3. *dub.* 5. *nu.* 1. Barboſa *de off. Paroch. cap.* 28. §. 1, *num.* 32, *& l.* 3, *de iure Eccl. cap.* 16, §. 2, *nu.* 25, *&* 36, *Addit ad deciſ.* 572, *n.* 15, Burat. Et ſolutæ eidem Eccleſiæ alteri non ſunt ſoluendæ Burat. *dec.* 575, *nu.* 10, Vnde ſi Parochianus mutet domicilium, licet bona eius remaneant in priori loco, debebit decimas Parochiæ mutati domicilij. Et è contra ſi habeat in vno

loco

loco domicilium, & in alio loco negotietur, vel laboret, etiam per magnam partem anni debebit decimas Parochiæ domicilij, vt habetur ex d. cap. Ad Apoſtolicæ, & confirmatur ex cap. 3. de ſepult. ſupra in hoc lib. Quod ſi quis habeat plura domicilia æquè principaliter in diuerſis Parochijs, diuidet decimas inter illas. Sed ſi vnum eſt principale, & aliud eſt quaſi acceſſorium, debebuntur decimæ parochiæ, domicilis principalis Sotus l. 9. q. 4. a. 3. Rebuff. d. q. 6. num. 2. Butr. in cap. 2. in fin. de Dec. poſt Innoc. Azor p.1.l.7.cap.35.q.14. Moneta cap.7.num.16. Suarez d.cap.21.num.2. Palaus d.p.8.num.6. Barboſ. cap. Ad Apoſtolicę eod. tit. num. 2. Leander tom.3. tract.6.diſp.3.q.24. Sed ſi domicilium ſit in confinio duarum Parochiarum vtrique pro parte debetur decima. Gloſſ. in cap. Licet 16. q. 1. Innoc. in cap. ſuper eo de Paroch. Rebuff. d.q.6.num.3. In dubio autem attendi debet in qua Parochia ſit ianua domus, & ſi habet plures ianuas, in qua ſit ianua principalis, & quæ eſt anterior, & magis nobilis. Rebuff. n.4.& 5. Videantur etiam quæ in ſimili dixi de debito ſoluendi quartam tom. 2. de ſtat. q.187.a.7. inſpect.5.cap.2. à n.483.pag. 522. Quamuis quia huiuſmodi decimæ perſonales iam ferè non ſunt in vſu, vt notauit Panorm. cap. Cum homines num.5.eod.tit. & poſt illum Suarez l.1. cap.21. num.2. Fillinc. tract. 27. par.2.cap.9.q.1. Fagund. l.1.cap.3. non ſit neceſſe multũ in hoc puncto explicando immorari.

129. Alia regula generalis datur de decimis prædialibus, quia ſcilicet decimæ prædiales debentur Parochiæ intra cuius fines ſunt prædia, ex quibus debentur decimæ. c. Cum contingat, cap. Cum in tua, c. Quoniam, eod. tit. c. vlt. de Paroch. cap fin. de reſtit. ſpoliat. ſup. in hoc lib. D.T. 2.2.q.87. ar.3. ad 2. & ibi omnes Abul. d.q. 169. Rebuff. d.q.6. n.10. Moneta cap.7.num.27. Suarez d.c.25.num.4. Palaus d.p.8.num.7. Syl. v. decima.n.14. Couar. l.1. var.c.17.n.8. Nauar. cõſ.2. n.7. de dec. Gutieſ. l.2. Canon. c.21.n.54. Achill. de Graſſ. dec.3.n.1. de dec. Puteus dec.176.num.3.l.3. Barb. de off. Paroc. c.26.§.1.n.37. Trull. l.3.c.3.dub. 5.n.2. Hoc enim poſtulat diuiſio Parochiarum, & quia onus harum decimarum eſt reale, merito Eccleſia inſtituit, vt decimæ iſtæ debeantur Eccleſiæ intra cuius fines prædia reperiũtur. Et maximè quia ſi iſtæ decimæ deberentur Parochiali domicilij, cum homines ſæpiſſimè mutent domicilia, ſolutio harum decimarum eſſet inconſtans, & mutabilis, & proprietates Eccleſiarum eſſent permixtę, & hodie ad hanc Eccleſiam modo ad aliam ſpectarent, quod eſt inconueniens, & pro tali habitum fuit ab Alex. 3. in cap. Cum ſint homines eod. tit.

130. Hoc tamen incertum eſſe iudicauit Alexand. 3. cap. Cum ſint homines 18. eod. tit. & ideo in hoc dixit ſeruandam eſſe conſuetudinem. Non eſt vero dubium conſuetudinem in materia decimarum multum valere, & in puncto iſtius quæſtionis ſtandum eſſe conſuetudini, vt docent Panorm. conſ.58.num.2. Couar. d.cap.17.num.8. Gutierez l.2. Canon. cap.21. num.58. Puteus dec.250.n.4.l.1. Rota dec.163. num.3. part.3. diuerſ. & dec.274.num.1. dec.289. par.2. recent. Barboſ. d cap.28.§.1.num.32. Nihilominus tamen nunc dici non poteſt, quod res iſta ſit incerta. Nam primo de Noualibus habetur definita ab Innocentio 3. in cap. Cum contingat, eod. tit. & cap. Cum in tua. Et vniuerſaliter per Bonif. 8. cap. fin. de reſtitut. ſpoliat. ſup. in hoc lib. Cui fauet etiam cap. fin. de Paroch. Et ratio etiam eſt, quia licet decimę de prędijs debeantur ratione perſonarum, vt dixit Barboſ. dict. n.32. Vnde vere ſic eſt, quod onus decimarum prædialium non eſt mere reale, ſed ſimul eſt perſonale; nihilominus quia debentur de ipſis prædijs, magis conuenit, vt decimæ iſtæ debeantur Parochiæ in qua ſunt prædia. Vnde nec eſt verum quod ad huiuſmodi conſuetudinem ſufficiat decennium, vt vult Barboſa, ſed de hoc infra ſuo loco dicetur.

131. Cum vero detur Parochialium Eccleſiarum diſtinctio, nam aliæ dicuntur baptiſmales, ſeu matrices, aliæ vero dicantur capellæ, ſeu ſuccurſus. Baptiſmales dicuntur illæ in quibus ſũt fontes baptiſmales, & Parochiani baptizantur, Gloſſ. 2. & Panorm. in cap. Cum contingat eod. tit. Rebuff. q.6.num.8. Moneta cap. 7.num.4. Neque in vna Parochia poſſunt eſſe plures Eccleſiæ baptiſmales, ſed vna tantum cum capellis ſuis cap. Plures 10. q. 1. Regulariter quoque Eccleſia baptiſmalis eſt etiam curata, quamuis hoc non ſit neceſſarium, vt notat Franc. cap. Ad decimas notab. vlt. ſup. de reſtit. ſpoliat. in hoc 6. Poteſt igitur eſſe dubium cui ex iſtis Eccleſijs decimæ debeantur.

132. Sed omiſſis pluribus quæ circa hoc habent DD. dicitur quod ſi Capellæ, vel Eccleſiæ non baptiſmales non ſunt curatæ, certum eſt illis decimas non deberi de iure communi, cum decimæ parochialibus debeantur. Similiter ſi baptiſmalis non ſit curata, debebuntur ſibi ex parte decimæ perſonales propter baptiſmum, & ex alia parte ad parochialem propter alia diuina, vt poſt Butr. in cap. Cum contingat, num.8. Card. num.8. Panorm. num.6. docet Fagnan. ibid. num.56. Sed melius dicitur deberi ex integro Eccleſiæ Parochiali, in qua Parochiani diuina audiunt, & ſacramenta recipiunt. Qui enim per actionem lucrantur ſunt adulti, & iam baptizati, infantes vero nihil lucrantur ex quo poſſint ſoluere decimas, & alias Eccleſiæ baptiſmali ſufficere debent oblationes, quæ in baptiſmo illi offeruntur. Ratione igitur ſolius Baptiſmi, decimæ perſonales non debentur Eccleſiæ baptiſmali. Gloſſ. in cap. Statuimus, 18.q.1. Gloſſ. in cap. fin. de Paroch. Ioan. And. & Anchar. in cap. Ad Apoſtolicæ, eod. tit. Rebuff. q.6. num. 21. Suarez d.l.1.c.24.n.4. Trullench. l.3, cap.3. dub.6.n.3. Sed prædiales decimæ debebuntur Eccleſiæ parochiali ſi intra eius fines ſint ſita. Et tunc Eccleſia purè baptiſmalis potius cenſenda erit tanquam Capella propter commoditatem populi erecta, & erit ſub eodem Rectore. Nam ſi eſſet extra fines Parochiæ, vel Parochiarum, & haberet proprium territorium, iam eſſet Parochialis, & haberet ius adminiſtrandi ſacramenta habitantibus in territorio; Eccleſia igitur pure baptiſmalis non eſt prædialis. Nec illi debentur decimæ, ſed debentur Parochiali intra cuius fines decimæ ſunt ſitæ Rebuff. d.q 6.n.19.

133. Si vero tam Eccleſia baptiſmalis, quã non baptiſmalis ſint parochiales, tunc ſi prædia ſint intra fines baptiſmalis de iure ad illam ſpectabunt decimæ talium prædiorum. Ideo ſi Parochialis Eccleſia non habet proprios fines, vel non eſt erecta in Rectoriam, vel Vicariam perpetuam, ſed in Capellaniam ſimplicem, & gubernatur per Capellanum amouibilem; tunc Eccleſia iſta Capella eſt, non vero eſt propriè Parochialis, Ideo illi nec perſonales, nec prædiales decimæ debentur Panorm. *cap. ex parte de Reſcript.* Trullench. *l.3 c.3.d.6.n.5.*

134. Sed ſi Eccleſia inter antiquos fines baptiſmalis ſit poſita, & ſit Parochialis, videndum eſt an ſibi aſſignati ſint proprij limites, & ſit à baptiſmali ſimpliciter diſmembrata. Nam in hoc caſu Parochialis non eſt ſubiecta baptiſmali, niſi quantum ad merum ſacramentum baptiſmi; & eidem Parochiali debentur decimæ prædiales eorum prædiorum, quæ intra ſuos limites continentur. Panorm. *conſ.* 58. *col.2.* Rebuff *q.5.num.*16.& 18. Moneta *cap.* 7. *num.*28. Et in hoc ſenſu verum eſt quod tradidit Rota *dec.* 278. *num.*5. *p.* 1. *recent.* poſt Panorm. *in d.c. Cum contingat, num.*8. Caſſan. *conſ.* 34.*num.*17. Perit. *conſ.*73. *num.*1.*l.*4. Card. *conſ.* 26. *num.* 1. Lap. *Alleg.*66. *num.*5. Menoch. *conſ.* 56. *num.*20. Rota *in Concen. decim.* 28. *Iunij* 1062. & 27. *Nouem.* 1606. *coram Card. ſacrato.* Quod eo erit verius, ſi Eccleſia Parochialis habeat etiam Baptiſmum, licet recognoſcat aliam in recipienda aqua baptiſmali, & in aliquibus alijs præeminentijs. Rota *dec.* 272.*num.*4.*p.*1.*recent.*

135. Sed ſi Parochialis ſit ſita intra fines baptiſmalis; illiq; ſubiecta, & non ab ea diſmembrata, attendenda erit earum erectio. Præcipue vero conſiderari debebit an noua erectio ſit facta iuxta formam *cap. ad audientiam*, & decreti Concil. Trid. *ſeſſ.*21.*cap.* 4. & ex conſequenti an ſit valida, vel inualida. Deinde attendi debebit declaratio S. Cong. Concilij data anno 1617. Quam refert Moneta *cap.*7.*num.*30. & Fagnan. *d. cap. Cum contingat, num.*51. per quam dictum fuit in erectione nouæ Parochialis abſque aſſignatione, aut diſmembratione facta per Epiſcopum, decimas ſpectantes ad baptiſmalem, ſeu Matricem Eccleſiam, non transire ipſo iure in Parochialem nouiter erectam. Attendi ergo debebit forma nouæ erectionis, & an Parochiali nouiter erectæ concedantur decimæ per Epiſcopum.

136. Itaq; ergo Matrix Eccleſia, ſeu baptiſmalis habet fundatam intentionem, & aſſiſtentiam iuris ſuper omnibus decimis prædialibus exiſtentibus intra ſuos fines, vt poſt Gloſſ. *in cap. Contingit, eod. tit.* Rebuff. *d. q.* 6. *num.*12. Vnde Rector nouæ Parochialis intra eoſdem fines nouiter erectæ, & non ſimpliciter diſmembratæ, ſi decima prætendit, & poſtulat, debet probare illas ad ſe ſpectare, vel ex compoſitione *cap. Ex multiplici, eod. tit.* Vel per præſcriptionem, *cap.*1. *de præſcript. in hoc* 6. Vel quia conſueuit decimas recipere, *cap. ad Apoſtolicæ, eod. tit.* Vel ex fundatione, quia tunc fuerint ſibi aſſignatæ decimæ ſui territorij iuxta formam *d. cap. Ad audientiam*, & d. decreti Concil. Trid. *ſeſſ.*21.*cap.*4.

137. Vbi vero conſtet de aſſignatione decimarum in dubio an ex iuſta cauſa fuerint aſſignatæ, præſumi debet Epiſcopum ex iuſta cauſa id feciſſe. *cap. Niſi eſſent, de Præben.* Rebuff. *n.*15. Moneta *n.*29.

138. Si etiam in nouæ Parochialis erectione expreſſe ei conceſſæ ſunt primitiæ, & hoc probatur non fuiſſe conceſſas decimas. Nam per incluſionem primitiarum excluduntur decimæ. Moneta *d.num.*29.

139. Plures etiam voluiſſe, quod ſi Rector baptiſmalis conſentit aſſignationi limitum nouæ Parochiæ, & fundationi eius, quod ex hoc cenſeatur remittere ius decimarum, & alia iura Parochialia refert idem Moneta. *num.*30. qui tamen dicit hoc procedere quando diſmembratio eſt facta ſimpliciter, non vero ſi ſit facta cum clauſula ſine præiudicio. Sed dicitur attendendam eſſe formam erectionis, & an ſit diſmembratio omnimoda, vel erectio manẽte ſubiectione illius ad *Matricem*, & an in erectione aſſignentur decimæ, vel non, quia ex Concil. Trid. loco citato Epiſcopi eſt de his decernere etiam non attento conſenſu, vel diſſenſu Rectoris Eccleſiæ Matricis. In dubio tamen, ſi conſtat de conſenſu Eccleſiæ Matricis in erectione nouæ Parochiæ præſumitur conceſſio decimarum ad fauorem Parochiæ de nouo erectæ. Sed hic conſenſus ſi non appareat, non præſumitur, niſi ex tanta temporis diuturnitate eum poſſeſſione *l.ſi Filius.C.de pet. hered.* Rebuff. *q.*6 *n.*20.

140. Poteſt vero aliquando contingere, quod Parochialis ſit antiquior baptiſmali, ſeu Matrici. Et in hoc pariter debet attendi forma erectionis. Alias enim Parochiali aſſiſtit ius commune, ipſaque habet fundatam intentionem ſuper decimas antiquas, quas prius poſſidebat, & quæ ſunt intra ſuos fines, & ad eam quæ de nouo erecta eſt in baptiſmalem pertinet probare, quod ſibi ſint conceſſæ decimæ præfatæ; hoc enim non præſumitur. Sed imo noua Parochialis cenſetur erecta ſine præiudicio aliarum Eccleſiarum, Gloſſ. *in cap. quicumque* 16. *q.* 1. Panorm. *conſ.*18. *vol.*1. Rebuff. *q.*6.*n.*17. Moneta *cap.*7.*n.*28.

141. Sed ſi ſit dubium quænam ſit antiquior, tunc baptiſmalis antiquior præſumi debet, & habet fundatam intentionem ſuper omnes decimas intra ſuos fines ſitas. Moneta *c.*7.*n.*29.

142. Decimæ autem animalium prædiales ſunt, & ſi quidem manent in Parochia in qua manet eorum dominus, eidem Parochiæ debentur eorum decimæ, Et ſic regula generalis eſt decimas animalium deberi Parochiæ intra cuius fines paſcuntur. Quod ſi in hyeme paſcuntur in vna Parochia, & in æſtate in alia diuidendæ ſunt decimę inter Parochias illas, ita tamen quod parochijs per quarum fines tranſeunt eundo ad paſcua, & redeundo decimæ non debentur, niſi per notabilem anni partem ibi commorentur. Pariter ſi animalia de nocte morantur in vna Parochia & in alia aluntur cũ proportione diuidendę ſunt decimę inter illas Parochias. Et quamuis D. Thom. 2.2.*q.*87.*a* 3.

ad

ad 2. dicat quod in hoc caſu magis debetur decima gregis Eccleſiæ in cuius territorio grex paſcitur quam illi in cuius territorio ouile locatur, non per hoc, vt male aliqui intelligũt dixit quod ſoli Eccleſiæ in cuius territorio grex paſcitur debeantur decimę, ſed ſenſus illius eſt, quod illi Eccleſiæ magis, ideſt cum maiori proportione decimæ debentur. Et ſi nullo anni tẽpore maneat in Parochia ipſius domini, ſed extra illam, quamuis nonnulli dixerint aliquid decimarum deberi Parochiæ domini, quaſi huiuſmodi decimæ ſint ex parte perſonales, quod iudicare. Nauar. *conſ.* 1. *num.* 10. *de decim.* dixit Suarez *cap.* 21. *nu.* 8. tamen vere decimæ animalium ſunt mere prædiales, & niſi maneant in Parochia domini, illi Parochiæ nihil debetur, ſed integræ decimæ cum proportione dimidi debent Parochijs in quibus animalia paſcũtur, vel vni earum debentur, ſi animalia in ea ſola nutriuntur. Videantur Gloſſ. *in c. ad Apoſtolicæ, eod. tit.* D. T. 2. 2. *q.* 87. *a.* 3. *ad* 2. & ibid. Caiet. & a Turre *d.* 6. Sil. *v. decima.* Sotus *l.* 9. *de iuſt. q.* 4. *a.* 3. Rebuff. *q.* 6. *n.* 25. *& ſeq.* Moneta *cap.* 4 *num.* 16. *& cap.* 7. *num.* 16. Suarez *cap.* 21. *num.* 8. *& ſeq.* Palaus *d. p.* 8. *& ſeq.* Azor. *l.* 7. *cap.* 35. *q.* 15. Fagund. *l.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. Hoſtien. *in d. cap. Ad Apoſtolicæ*, & ibi Barboſ. *num* 5. Alen. 3. *p. q.* 51 *artic* 4. *num.* 4. Baſil. Pont. *de Matrim. l.* 5. *c.* 13. *§.* 3. *num.* 19. Menoch. *conſ.* 398. *num* 36. *&* 40. Greg. Lopez *l.* 9. *tit.* 20. *p.* 1. Perez *ad tit* 5. *l.* 1. Ordinac. Leand. *tom.* 3. *tr.* 6. *diſp.* 5. *q.* 16 *& ſeq.*

143. In his tamen conſuetudo legitime præſcipta attendi ſemper debet. Sicut etiam conuentiones legitimè initę, aut priuilegia conceſſa, vt citati DD. docent. Sufficere autem conſuetudinem decennalem dixit Rota *dec.* 163. *p.* 2. *diuerſ.* Sed videndum eſt an conſuetudo ſit contra ius? Nam contra ius eſt vt Parochiali, ſuis decimis priuetur.

SVMMARIVM.

144 *Omnes fideles ad ſoluendas decimas tenentur.*
145 *Infideles non tenentur ad decimas perſonales.*
146 *Nec Cathecumeni.*
147 *Hæretici per ſe tenentur ad decimas perſonales*
148 *An Eccleſia poſſit imponere tributum infidelibus promittendis Prædicatoribus.*
149 *Princeps infidelibus ſibi ſubditis poteſt imponere præceptum audiendi Prædicatores, & tributum pro Prædicatorum ſuſtentatione.*
150 *An infideles teneantur ad decimas prædiales.*
151 *Tenentur pro prædijs, quæ fuerunt alicuius fidelis.*
152 *Non vero pro prædijs, quæ numquam fuerunt ſub iuriſdictione Eccleſiæ* 153.
154 *Infideles unquam tenentur ad decimas, vt decimas, ſed hæc obligatio iuſte illis imponitur tanquam onus.*
155 *Pro terris Chriſtianorum occupatis ab infidelibus debentur decimæ de rigore iuris.*
156 *Paſtores fidelium non tenentur ad decimas perſonales.*
157 *Pauperes tenentur ad decimas.*
158 *Hoc non probatur efficaciter ex eo quod decimæ debeantur ex iuſtitia.*
159 *Decimæ inſtitutæ in ſuſtentamentum pauperum*
160 *Pauper extremæ neceſſitatis non tenentur ad decimas, & etiam ſi poſtea venerint ad pinguiorem fortunam nõ tenentur ad præteritas,*
161 *Pauperes in valde graui neceſſitate & certa non tenentur ad decimas.*
162 *Sed hoc quam rariſſime debet practicari, & in dubio recurrendum ad ſuperiorem.*
163 *Papam teneri ad decimas, aliqui volũt.*
164 *Onus decimarum principaliter eſt perſonale.*
165 *Papa ad nullas decimas tenetur etiam de patrimonialibus.* 166. 167.
Obligatio ad decimas eſſentialiter reſpicit ſubditos in ſpiritualibus. 165.
166 *Ex iure humano Papa nõ obligatur ad decimas.*
167 *Nec de patrimonialibus Papa tenetur ad decimas.*
168 *Epiſcopi nec ad perſonales decimas tenentur, nec ad prædiales, niſi rerum quas poſſident priuato titulo.*
169 *Parochus nec tenetur ad decimas perſonales nec ad prædiales, niſi de prædijs ſibi proprijs*
170 *Diſtinctio obligationis decimarum ratione rerum, vel perſonarum reijcitur.*
171 *Clerici beneficiati de fructibus beneficiorum non tenentur ad decimas.*
172 *Clerici de acquiſitis, vel poſſeſſis ſæculari titulo tenentur ad decimas.*
173 *Etiam ſi alicui Eccleſiæ deſeruiant.*
174 *An Parochia de nouiter acquiſitis in aliã Parochia teneatur ad decimas.*
176 *Inſolitum quod de bonis acquiſitis titulo Clericatus ſoluantur decimæ.*
177 *Non conuenit vt quod ab Eccleſia datur titulo actiuæ adminiſtrationis diuinorum teneatur ad decimas.*
178 *Idem probatur ex* Vrbano 2. in Concil. Placent.
179 *Sufficit Clericis ſi Eccleſiæ ſeruitium præſtent.*
180 *Aliud eſt Eccleſiam decimas alterius vſurpare, & aliud exemptionem acquirere ex eo quod prædij acquiratur dominium. Et hoc ſecundum non prohibetur.* cap. 1. & cap. Quicumque 16. q. 1.
181 *Lex* cap. 1. & cap. Quicumque 16. q. 1. *non eſt vniuerſalis, & eſt abrogata in ſenſu præfatis contrario.*
182 *Non eſt eadem ratio de beneficiatis, & de Religioſis.*
183 *Qualiter ſit verum quod prædia tranſeunt cum onere decimarum.*
184 *In caſu enormis læſionis prouideri debet Eccleſiæ læſæ.*
185 *In his attendi debent conſuetudo, & conuentiones locorum.*
186 *Religioſi tenentur ad decimas.*
187 *Sæculares omnes tenentur ad decimas.*

Art. VIII.

Quis teneatur ad ſoluendas Decimas.

144. DEcimas deberi ab omnibus fidelibus per ſe loquendo, niſi ab illis aliquo iuſto

iuſto titolo exempti ſint, indubitati iuris eſt *ex tit. de decim. cap. Ex tranſmiſſa, & cap. à nobis,* & id tradunt D. *t.* 2. 209. 87. *a.* 4. & cæteri Theologi, & Canoniſtæ omnes.

145. Dictum tamen eſt, quia infideles non baptizati ad decimas non tenentur. Non quidem ad perſonales, quia cum Sacerdotes Catholici & alij Clerici non ſint eorum Paſtores nec illis inſeruiant in diuino cultu illique non ſint de corpore Eccleſiæ, non intrat lex naturalis, & diuina obligans ad illorum ſuſtentationem. Alias vero infideles legibus Eccleſiaſticis non ligantur D.T. 22. *q.*87. *artic.* 1. & 4. Gloſſ. *in cap. de Terris v. Perſoluendas eod. tit.* & ibi Butr. *num.* 2. Abulen. *in cap.* 26. Matt. *q.*195. Sylueſ. *v. decima num.*13. Raphael de la Torre 22. *q.*87. *d.*4. *diſp.*1. *num.* 1. & 2. Suarez *d. l.*1. *cap.*16. *num.*4. Azor. *p.*1. *l.*7. *cap.*35. *q.*4. Moneta *cap.*5. *num.*38. Barboſ. *in d. cap. de terris num.* 4. Fegund. *l.*2. *cap.* 1. *num.* 13. Fillinc. *tract.* 27. *num.*164. Layman. *l.*4. *tr.*6. *c.*4. *n.*37. Trullench. *l.*3. *c.*3. *dub.*10. *nu.*1. Leſſ. *l.*2. *c.* 39. *d.* 5. *n.*22. Ioan. de Fribug. *addit. ad* 1. Raym. *l.*1. Leander *tom.*3. *diſp.* 6. *tract.*6. *q.*3. Et quamuis Panorm. *cap. De terris eod. tit.* velit infideles habitantes in Parochia titulo cõpenſationis teneri ad ſatisfaciendum Eccleſiæ, eo quia impediant fideles ne ibi habitent, & ſic defraudant Eccleſiam perſonali decima, quam fideles ſoluerent. Tamen merito hoc communiter reiſcitur. Tum quia Eccleſia non habet ius, vt fideles hic vel ibi habitent, vel vt qui habitant in Parochia operentur ad lucrum negotiando, vel inſeruiendo, vel exercendo artes, vnde Nobiles fideles ad huiuſmodi lucroſa opera non tenentur ex quibus decimæ perſonales debentur. Nec Clericus, qui habitat in Parochia tenetur aliquid Eccleſiæ dare ex eo quod cenſeatur impedire artificem ne ibi habitet. Sicut qui in agro ſuo ædificat domum, tenetur ad decimas, de fructibus quos ager produceret. Rebuff. *q.*6. *nu.*35. Fernand. *d. l.*1. *c.*5. *num.*10. Leand. *diſp.*2. *q.*20. Tum quia hoc impedimentum eſt incertum, & valde contingens, & accidentarium. Vnde Vniuerſaliter loquendo, & ſine exceptione infideles non baptizati etiam ſi habitent in Parochijs Chriſtianorum non tenentur Eccleſiæ ad perſonales decimas, nec etiam titulo recompenſationis, vt docent Sotus *l.*9. *de iuſt. quæſt.*4. Suarez *d. cap.* 16. *num.*5. Azor. *d. cap.*35 *q.*3. Fagund. *d. cap.* 1. *num.*14. Raphael à Turre *d. a.*4 *diſp.*1. *num.*2. Leand. *d. diſp.*6. *q.*4. Trullench. *d. dub.*10. *num* 1.

146. Hoc vero extenditur ad Cathecumenos nondum baptizatos, niſi ſint filij Chriſtianorum; quia ſola fides ſine baptiſmo non ſubijcit homines præceptis Eccleſiæ. Ita Sylueſ. *v. decima n.*13. Suare *d. cap.*16. *n.*3. Leſſ. *l.*2. *cap.* 39. *diſput.*5. Fagund. *l.*2. *c.*1. *n.*20. Palaus *d. p.* 11. *num.*1. Alias etiam Eccleſia miniſtris ſuis prouidit de ſuſtentamento ſufficienti, vnde paucos Cathecumenos non obligat naturale præceptum quod ab Eccleſia determinationem habet ad fideles Raphael de la Torre *d. ar* 4. Leander *d. diſp.*67. Sed & iam ex vſu factum eſt, vt nec fideles decimas perſonales ſoluant.

147. Hæretici tamen qui aliquo modo ſpectant ad Eccleſiam, & quos obligant Eccleſiaſticæ leges, ſi habitent in parochijs per ſe tenentur ad perſonales decimas. Iſti enim iure tenentur eſſe fideles, & ad hoc cogi poſſunt ab Eccleſia Gloſſ. *in cap. Decima* 16. *q.*1. Gloſſ. *in cap. Tua nobis de decim.* Syl. *v. decima nu.* 13. Lapus *all.*63. Oldrad. *conſ.*91. Leſſ. *l.* 2. *cap.*39. *dub.*5. Raphael à Turre *num.*4. Filliuc. *tract.*27. *num.*162. Leand. *tom.*3. *diſp.* 3. *tract.*6. *q.*2. Suarez *d. cap.*16. *num.*3. Palaus *d. p.*11. *num.*1. Fagund. *in* 5. *præcept.* Eccl. *l.*2. *c* 1. *n.*3. Sed in his ſtandũ eſt conſuetudini.

148. Arbitrantur etiam Suarez *d. cap.* 16. *num.*12. & Palaus *d. p.* 11. *num.*1. Trullench. *d. l.*3. *c.*3. *d.*5. *num.*1. Fagund. *d. c.*1. *num.*19. Palaus *tract.*10. *p.*11. *num.*1. Eccleſiam, ſeu Principes Chriſtianos poſſe infidelibus imponere tributum ſoluendum pro ſuſtentatione, & itineribus prædicatorum Euangelij, nam infideles tenentur ex iure diuino ad fidem igitur ex eodem iure tenentur ſuſtentare miniſtros, qui fidem docent, poſſent igitur Pontifices & Principes eos compellere ad hoc, vt ſuæ obligationi ſatisfacerent. Et ſic v. g. Pontifex Romæ poſſet Iudæis imponere tributum pro ſuſtentatione prædicatoris, qui illos veram fidem doceat, Sed hoc negat Raphael à Turre 22. *q.*87. *num.*4. *diſp.*2. Quia ſicut Eccleſia non poteſt huiuſmodi infideles compellere ad fidem, ſic nec poteſt compellere ad audiendum prædicatores fidei. Et Chriſtus miſit Apoſtolos vt agnos inter lupos, vt ſine vi, & armis mundum veritate ſuperarent, & ſine impoſitione tributi libere, & gratis fidem annnunciarent. Et ſi aliter fieret hoc eſſet ponere maximum impedimentum conuerſioni infidelium.

149. Sed diſtinguendum eſt inter Principes habentes iuriſdictionem in infideles, & illam non habentes. Nam vbi Principes non habent iuriſdictionem in infideles, ſicut non poſſunt eos compellere ad obſeruantiam aliorum præceptorum legis naturalis, aut diuinæ, ita nec poſſunt eos compellere, vt ſatisfaciant præcepto audiendi Prædicatores, vel eos ſuſtentandi vbi tamen Princeps habet iuriſdictionem in infideles, licet non poſſint eos compellere ad fidem, vt cum D. T. 22. *quæſt.*10. docent communiter Theologi, poteſt tamen eos compellere ad audiendum Prædicatores, ſicut de facto Romæ compelluntur Iudæi ad audiendum Prædicatorem, qui ſemel in hebdomada ad illorum inſtructionem prædicat, & ſic etiam poſſet Princeps ad hunc finem illis tributum imponere. Nam & ad bonum politicum multum conducit vera Religio, & Religionis vnitas & concordia, in diuino cultu; Eccleſia tamen ad conuerſionem infidelium mittit prædicatores ipſius expenſis, ſicut Chriſtus Apoſtolos, & hæc eſt vna ratio, ob quam impoſitio decimarum iuſtificatur, & aliorum redituum Eccleſiaſticorum, vt ex illis etiam ad infidelium partes poſſit Prædicatores mittere.

150. De prædialibus vero decimis loquendo fuit ſententia Panorm. *in d. cap. de terris*, & Oldrad. *conſ.* 91. Sylues *v. decima q.* 7. *num.*13 Leſſ. *d. cap.* 39. *num.*22. *dub.*5. Rebuff. *q.*5. *nu.*12

Man-

Digitized by Google

Mantuan. *conſ.* 188. exiſtimantium infideles vbicumque degentes teneri ad decimas prędiales ſoluendas, & ad id poſſe cogi ab Eccleſia, ſi id fieri in facto eſſet poſſibile, quia nimirum Eccleſia habeat ins poſſidendi omnem terram, & ex conſequenti exigendi decimas de omnibus prædijs vbique gentium. Sed hanc ſententiam vt improbabilem reijciunt Sotus *l. 4. de iuſt. q. 4 art. 4.* Suarez *cap. 16. num.* 8. Raphael à Turre 2. 2. *q.* 81. *art. 4. diſp.* 1. Palaus *d. punc.* 11. Fagundez *l. 2. cap. 1. num.* 6. Trullench. qui tamen alteram non iudicat improbabilem *d. dub.* 10. *num.* 1. Abulen. *in cap.* 23. Matt. *q.* 195. Barboſ. *in d. cap. de terris num.* 2. Vaſquez. *tract. de benef. cap. 1. dub.* 9. Filiuc. *tract.* 27. *num.* 264. Macado 1. *p. ſum. l. 2. p. 4. tract.* 10. *doc. 2. num.* 2. Molfeſ. *in ſum. tr. 6. c. 4. num.* 37. Leand. *d. diſp. 6. p. 6.* Baſſeus *v. decima. n.* 5.

151. Sed hoc habet claram ſolutionem in iure ex *cap. quanto de vſur.* vbi decernitur Iudęos poſſe cogi pro decimis, quas Eccleſiæ de poſſeſſionibus prius accipere conſueuerunt. Diſtinguenda igitur ſunt prædia. Nam alia ſunt, quæ ex quo ſunt poſita intra fines alicuius Parochiæ Chriſtianorum, & ab eorum aliquo fuerunt poſſeſſę habene annexum onus decimarum, & alia ſunt prædia ex quibus nunquam fuerunt ſolutę decimæ, nec debuerunt ſolui, quia non fuerunt ſub alicuius Chriſtiani dominio. Prioris generis prædia ſi tranſeant ad infideles, tranſeunt ſaltem cum tali onere, vt ad ſaluandum indemnem Eccleſiam poſſint illi cōpelli ad decimas ſoluendas, & ſic tenentur eas ſoluere, & in hoc ſenſu hoc docent etiam DD. ſupra pro ſententia negante citati. Et ideo Iudęi, vel alij infideles, ſi prędia huiuſmodi poſſideant, de illis tenentur ſoluere decimas. Et hoc habetur etiam deciſum *in cap. de terris eodem titulo.*

152. Sed loquendo de prędijs; quæ nunquam fuerunt ſub dominio alicuius Chriſtiani, etiam ſi forſan ſint infra terminos alicuius Parochiæ non tenentur infideles eorum domini ad ſoluendas ex eis decimas. Cum enim non ſint de corpore Eccleſiæ non ſubduntur Eccleſiæ legibus, & ſic certum eſt quod ex vi præcepti Eccleſiaſtici non tenentur ad decimas. Sed cum eadem prædia nunquam fuerint ſub iuriſdictione Eccleſiæ, quia nunquam ab aliquo fidelium fuerunt poſſeſſa, non potuit Eccleſia illis prædijs annectere onus decimale, & ſic neq; ex hac parte infideles poſſeſſores talium agrorū ad decimas tenentur. Alias enim Eccleſia nec habet proprium ius iuſtitiæ ad terras infidelium, nec ipſi in Eccleſiam peccant peccato iniuſtitiæ eas terras occupando, vel etiam fidem non recipiendo, ſed peccant in hoc contra præceptum fidei; cum ergo Eccleſia nec etiam habeat dominum iuriſdictionis vel ſpiritualis, vel temporalis in infideles, vel in eorum terras; Nam *De ys, qui foris ſunt, nihil ad nos*, dixit Apoſt. *ad Corint. cap.* 5. Vnde nec eos poteſt ad fidem compellere ex præcepto Eccleſiæ non potuit imponi eorumdem terris onus ſoluendi decimas.

153. Quatenus vero dicatur infideles ex lege naturali teneri ad verum Dei cultum, & lege diuina teneri ad fidem recipiendam, & ad colendum Deum ſecundum ritum Chriſtianæ Religionis, & ex conſequenti ad ſe ſubijciendum Summo Pontifici, & Miniſtris Eccleſiæ, & ex conſequenti ex eodem iure naturali, & diuino eos teneri ad ſuſtentationem horum miniſtrorum. Primo conſiderandum hanc obligationem non eſſe iuſtitiæ propriæ, ſed virtutis religionis, & fidei. Sed amplius attendi debet quod cum Eccleſia non habeat iuriſdictionem in infideles, & præcipue cum non poſſit eos compellere ad fidem, & religionem Chriſtianam ſuſcipiendam, inde ſequitur, quod ita infideles tenentur ad cultum Dei ex fide Chriſti, & adea, quæ ad hunc cultum ordinantur, quod tamen ad hoc per Eccleſiam cogi non poſſunt. Itaque dicendum eſt, quod infideles reſpectu miniſtrorum, qui pro eorum ſalute procuranda non ſunt deputati vel pro ea non laborant, ad nihil tenentur. Vbi vero Eccleſia ad infideles deſtinauit Prædicatores, ſeu miniſtros laborantes pro illorum conuerſione, & ſalute, adhuc illi non tenentur ad præceptum decimarū, quod eſt Eccleſiaſticū, tenentur tamen ad præceptum naturale, & diuinum obligans ad congruam ſuſtentationem talium miniſtrorum, quia vt dixit Euang. Matt. *Dignus eſt operarius mercede ſua.* Et hoc idem probant, quæ habet Apoſt. 1. ad Cor. *cap.* 9. prout ponderatum eſt ſupra *art. 1. num.* 4. *&* 5.

154. Imò eſt aduertendum, quod etiam de prædijs, quæ aliquando fuerunt Chriſtianorum, non tenentur infideles ſoluere decimas, vt decimas; ſed hoc eſt onus pœnale eis iniunctū vt patet ex *d. cap. Quanto de vſuris* ibi *Hac eadem pœna Iudeos decernimus compellendos, ad ſatiſfaciendum Eccleſijs pro decimis.* Ex his enim verbis nedum habetur quod in Iudæis onus ſoluendi decimas eſt pœna iniuncta, ſed ex illo verbo *decernimus* colligitur, quod hoc eſt ius nouum in eo canone iniunctum. Vnde nedum cum Suarez *d. l. 1. cap. 16. num.* 6. & Barboſa *de off. Parochi cap. 28. §. 3. nu.* 4. reijcitur quod ex Oldad. *conſ.* 25. dixit Panorm. *d. cap. de terris*, ſcilicet, quod infideles teneantur ad decimas, quia hoc ſit de iure diuino, quia Deus reſeruauit ſibi decimas totius mundi, quia licet infideles teneantur modo prædicto *v. ſup.* ad ſuſtentationem miniſtrorū Religionis Chriſtianæ, tamen nec ſubijciuntur legi decimarum quæ eſt poſitiua, & Eccleſiaſtica, & ſicut per Eccleſiam non poſſunt compelli ad fidem ſuſcipiendam, vt docet Dius Thom. 2. 2. *quæſt.* 10 *artic.* 8. & cum eo omnes Theologi, ſic non poteſt compellere illos ad præceptum ſuſtentationis miniſtrorum quatenus eſt præceptum Religionis. Sed neque admittitur, quod habent dicti Suarez, & Barboſa, quod Iudæi poſſint compelli ad decimas, quatenus obligatio ad decimas eſt onus reale, quia obligatio ad decimas ſimpliciter potius eſt onus perſonale obligans poſſidentes terras, ad ſoluēdum de fructu illarum decimas, & propterea in *d. cap. Quanto* obligatio ad decimas impoſita eſt Iudæis tanquam pœna, ne ab illis immaniter aggrauentur Chriſtiani, vt in *d. cap.* ſignificatur ibi. *Ne à Iudeis immaniter aggrauentur*

tur

Digitized by Google

tur. Quamuis vero tam in *d.cap.* Quanto, quam in *d.cap.* de terris fiat ſermo ſolum de Iudæis, tamen eadem ratione alij infideles ad euitandum Eccleſiæ damnum, vel non ſunt permittendi poſſidere Chriſtianorum prædia, vel compellendi ſunt ad decimas.

155. In rigore iuris etiam infideles poſſidentes terras quæ fuerunt Eccleſiæ, & per bella fuerunt occupata tenerentur præſato modo ad decimas; ſed hoc non eſt practicabile, quia nec infideles manentes in ſua infidelitate ſub Principe infideli ad hoc cogi poſſunt; & quatenus terræ redeant ad Principem Chriſtianum eſſet intolerabile onus obligare poſſeſſores ad decimas preteritas, nec Eccleſia conſueuit hoc facere. Sed nec de iure nonus poſſeſſor prædiorum tenetur ad decimas præteritas, vt infra probatur.

156. Soli ergo fideles tenentur ad decimas. Sed nec tamen omnes fideles ad decimas tenentur. Nam ſacerdotes Paſtores, qui ex officio adminiſtrant fidelibus diuina, procul dubio ad decimas perſonales non tenentur; quia ipſi illi ſunt, quibus huiuſmodi decimæ tribui debent; ſoli igitur fideles qui ſubiecti ſunt Paſtoribus Eccleſiæ, vt ab illis diuina ſuſcipiant, ad decimas perſonales tenentur de iure. Poteſt tamen contingere quod teneantur ad aliquas prædiales, quæ non ſibi, ſed alteri ſint debitæ, vt explicabitur, ſed de decimis ſibi debitis, & de prædijs Eccleſiæ propriæ nulli decimas ſoluunt D. Thom. 2.2. *quæſt.* 87. *art.* 4. *ad* 1. *&* 2.

157. Ex fidelibus vero ſpiritualiter ſubiectis nullus eſt, qui ad decimas non teneatur. Neque enim paupertas excuſat, quia etiam pauperes diuina à Paſtoribus Eccleſiæ ſuſcipiunt, & adſuſtentationem eorumdem tenentur D. Thom. 2.2. *quæſt.* 87. *art.* 4. *ad vlt.* & ibi à Turre *diſp.* 3. Tabien. *v. decima num.* 7. Sotus *lib.* 9. *de iuſt. q.* 4. *art.* 4. Suarez *c.* 16 *n.* 16. Sylueſ. *v. decima num.* 10. Fagund. *l.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Palauſ. *diſp. vn. de dec. p.* 11. *num.* 2. Gloſſ. *cap. qui tua*, & ibi Dom. 12. *q.* 1. Vincent. Io: And. Butr. & Panorm. *cap. cum omines de decim.* Rebuff. *quæſt.* 5. *num.* 14. Moneta *cap.* 5. *numer.* 28. Trullench. *d. l.* 3. *cap.* 3. *d.* 19. *numer.* 9. & alij apud iſtos.

158. Ex diuerſis tamen fundamentis hoc aſſeritur, Nam Canoniſtæ in eo maximè fundantur, quod decimæ debeantur ex iuſtitia, *cap. Parochianos, eod. tit.* At vero non licet prætextu paupertatis retinere aliena, ſed vt ex probatis ſupra apparet, fundamentum hoc non ſubſiſtit, nec aſſumptum deducitur ex *d. cap. Parochianos*, ſed ex eo oppoſitum habetur. Dicitur enim primò, *Cum decimæ non ab hominibus, ſed ab ipſo Domino ſint inſtitutæ*: Non enim Alexander III. ibi loquitur de præcepto dato à Deo per Moyſen, quia bene ſciebat illud præceptum euanuiſſe, & in noua lege gratiæ non obligare. Alias vero in ſtatu gratiæ nullum ſpeciale præceptum decimarum datum fuit à Chriſto. Non poteſt igitur intelligi dictum Alexandri niſi de præcepto quod ex vi inſtitutionis Eccleſiæ, & ex lege fidei & religionis conſurgit. Hoc vero non eſt præceptum iuſtitiæ, imò nec poteſt eſſe, quia non præcipiuntur decimæ vt pretium, & vt æquiualens compenſatio miniſterij ſpiritualis, prout requirit iuſtitia commutatiua, ſed vt neceſſarium medium & ſuſtentamentum miniſtrorum eo quod miniſtri digni ſint cibo ſuo, & æquum ſit vt de altari viuat, qui altari ſeruit. Secundò, quia ibi ſubditur, *Quaſi debitum* exigi *poſſunt*: Non dicitur abſolute quod poſſint exigi quaſi debitum, ſed cum diminutione quaſi debitum, quod eſt propriiſſimè dictum; Nam debitum quod eſt ex virtute Religioſis eſt debitum, & habet ſimilitudinem cum debito ex iuſtitia commutatiua, & eſt veræ iuſtitiæ debitum, deficit verò à ratione iuſtitiæ commutatiuæ, non ex parte debiti, ſed quia eſt debitum per quod non poteſt reddi æquale, vt docet D.T. 22. *q.* 80. *art. vn.* Et ſic quia Miniſtris diuini cultus non poteſt reddi equale. Hoc non eſt debitum iuſtitiæ commutatiuæ, ſed eſt quaſi debitum, quod etiã ex altiori ratione procedit. Et quatenus etiam hoc debitum eſſet iuſtitiæ proprie, adhuc ratio intentum præſentis quæſtionis non probaret, quia cum præceptum decimarum ſit affirmatiuum & ex conſequenti non obligans niſi ſub certis circumſtantijs. Probandum fuiſſet aliunde hoc præceptum comprehendere veros pauperes.

159. Alia igitur ratione motus fuit D. T. *d. art.* 4. *ad quartum*. Quia ſcilicet, *Decimæ debent cedere in ſubuentionem pauperum per diſpenſationem Clericorum, & ideò Pauperes non habent occaſionem accipiendi decimas, ſed tenentur eas dare*. Ex hoc enim ſequitur, quod neceſſitas non poteſt excuſare pauperes, quia imò ex ſolutione decimarum ſubuenitur neceſſitatibus illarum, & iuſtum eſt vt pro illarum parte concurrant ad cumulum decimarum ex quo & ipſi ſuſtendandi ſunt. Habetur ergo ex hoc de mente S.Doct. eſſe, quod ſi decimæ, & reditus Eccleſiaſtici nõ eſſent deputati pro ſuſtentatione pauperum, præceptum ſoluendi decimas in ordine ad pauperes limitandum eſſet, & explicandum. Et quia hodie antiqua iura deputantia quartam partem decimarum pro ſuſtentatione pauperũ ferè euanuerunt, vel hæc pars confuſa eſt cum alijs & ſubuenire pauperibus de decimis eſt relictum arbitrio Clericorum, aliter modo dicendum eſt.

160. Eſt verò certum pauperem exiſtentem in extrema neceſſitate non teneri ad decimas. Et licet Rebuff. *loco citato* & Fagundez. *l.* 2. *c.* 3. *num.* 2. dixerint hunc pauperem, cum peruenit ad meliorem fortunam teneri ad decimas tempore neceſſitatis non ſolutas, meritò hoc reijcitur; Nam non tenetur ratione iniuſtæ acceptionis, quia iuſtæ non ſoluit; nec ratione rei acceptæ quia conſumpta fuit. Et quia irrationabile eſſet præceptum decimarum ſi obligaret pauperem in caſu extremę neceſſitatis, Scotus 4. *d.* 15. *quæſt.* 2. §. *ad argumenta*, Sotus *l.* 7. *de iuſt quæſt.* 7. *art.* 1. *ad quartum* Sayrus *l.* 10. *tr.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. *&* 14. Sylueſ. *v. reſtitutio* 5. *n.* 4. Suarez. *d. cap.* 16. *num.* 17. Raphael. à Turre *d. diſp.* 3. Filliuc. *tract.* 27. *num.* 167. quod etiã non eſſe improbabile cenſet Trullench. *d. dub.* 10. *numer.* 9. *quæſt.* 2. & alij plures, quos referunt, & ſe-

& ſequuntur Diana *p. 5. tr. 8. reſol. 8. & 9.* & Leand. *d. tract. 6. diſp. 6. quaſt. 27.*

161 In graui verò neceſſitate illius, qui non habet neceſſaria ad ſtatum ſuum, & familiæ, ſi decimas ſoluat multi exiſtimant adhuc eum teneri ad decimas, ità vt propria auctoritate non poſſit illas retinere, ſed neceſſitatem ſuam exponere tenetur Parocho, qui ſaltem ex charitate tenentur decimas remittere. Ità ſenſit poſt Io. And. Panorm. *in dicto cap. Cum homines*, Rebuff. *d. q. 5. num. 15.* Moneta *cap. 5. num. 32.* Fagundez. *l. 2. cap. 3. numer. 3.* ſed quod in hoc caſu grauis neceſſitatis præceptum decimarum non obliget ſaltem pro tunc tenent Suarez *d. cap. 16. num. 18.* Palaus *d. p. 11. n. 2.* Raphael à Turre *d. diſp. 3. in fine* Trullench. *d. num. 9.* Leander. *d. diſp. 6. q. 28.* Difficultas in hac parte mihi videtur eſſe in verificanda graui neceſſitate. Vbi enim hæc neceſſitas ſit valde grauis, & certa, & talis quod ſi pauper ſoluit decimam non habet neceſſaria ad ſuſtentationē ſui, & familiæ, ſed tenebitur mendicare, conſentio ſecundæ ſententiæ, & exiſtimo, quod ex quo remiſſa eſt pro Parochis obligatio ſeparādi quartam partē de decimis pro ſuſtentatione pauperum, ſimul ſit remiſſa obligatio pro pauperibus ſoluendi decimam. Non enim eſt veriſimile, quod Sancta Mater Eccleſia, cui ſemper fuit maxima cura pauperum voluerit Parochis fauere cum pauperum præiudicio. Eo magis quod ratio, & æquitas poſtulat vt non detur tantum Parochis nunc cum non tenentur ſeparare quartam pro pauperibus, quantum prius dabatur, cum illud plus daretur intuitu ſuſtentationis pauperum, maxime quod experientia conſtat quam negligentes ſint modo multi beneficiati in ſubueniendo pauperibus. Et quia etiam ratio dictat minus æquum eſſe quod pauperes deficiant in neceſſarijs, vt beneficiati habeant etiam ſuperflua. Nec dicatur decimas deberi etiam in recognitionem ſummi dominij ipſius Dei, quia nedum hic non eſt principalis finis decimarum, ſed per alias oblationes hæc recognitio fieri poteſt, & ſufficit, quod fideles iuxta poſſe ſuum Dei dominium recognoſcant.

162. Verum nimis facile erit, vt quis iudicet ſe eſſe in graui neceſſitate, cum non ſit, & quod exiſtimet ſe non poſſe ſoluere decimas, cū poſſit; & in cauſa propria vnuſquiſque eſt iudex ſuſpectus. In dubio verò ius aſſiſtit Parocho & ideo tunc neceſſe eſt, quod pauper ſe remittat iudicio ſui paſtoris, illique ſincere ſuam paupertatem exponat, qui cognita vera graui neceſſitate decimas remittere debebit. Vnde Trullench. *d. cap. 3. d. 10. num. 9.* dixit præfatam ſententiam *n. ſup.* expreſſam per quā rariſſime debere practicari, & maxima cum circumſpectione, & cum ſapientum conſilio.

163. Ex Clericis autem Summum Pontificem teneri ad decimas ſoluendas voluit Rebuff. *q. 5. numer. 27.* & idem voluit And. Hiſp. *in regul. decim. q. 11.* quia etiam Papa eſt Deo ſubiectus, & tenetur Deum per oblationem decimarum recognoſcere: Tum quia Pontifex tenetur obſeruare communes leges Eccleſiæ ſaltem ex vi directiua. Sed alij ſupponentes decimas deberi vel ratione perſonæ, vel ratione prædiorum, *ex cap. Tua nobis de dec.* dicunt Pontificem non teneri ratione perſonæ, & ideo non teneri ad decimas perſonales, nec ratione prædiorum, quæ ſint de eius menſa, vel quomodocumque de patrimonialibus Sedis Apoſtolicæ ſed bene de patrimonialibus proprijs, quæ ſibi competerent etiam ſi non eſſet Pontifex. Ità Suarez *cap. 17. numer. 8.* Raphael à Turre *2. 2. qu. 87. numer. 4. diſp. 6.* Fagundez. *l. 2. cap. 3. num. 11.* Trullench. *d. cap. 3. dub. 10. numer. 5.* Filliuc. *tract. 27. num. 172.* Leander *d. diſp. 6. quaſt. 11.* Sed Abulen. *in cap. 23. Matt. q. 193.* vult Papam ad nullas teneri decimas Fundamentum verò ſecundæ ſententiæ quantum ad vltimam eius partem eſt, quia poſt diuiſionem Parochiarum prædia ſita intra illarum fines habent annexum onus decimarum tamquam onus reale, igitur nec Pontifex titulo perſonali & ſibi proprio ac temporali illa prædia poſſidet niſi cum illo onere, vt ex illis ſoluat decimas illis Eccleſijs, quibus debebantur.

164. Sed dicitur, quod nullum eſt onus decimarum pure reale quod ſimul non ſit principalius perſonale; Nam perſonæ ſunt, quæ ex neceſſitate quam habent recipiendi diuina tenentur ad decimas, quas poſtea ſoluunt vel ex fructibus rerum, quarum ſunt domini vel quas poſſident, vel ex lucro propriarum actionum. Non negatur, quod hoc onus non ſit reale, modo expoſito *ſupra ar. 3. num. 32.* Sed nihilominus conſideratur, quod deputatio iſta & conſecratio decimæ partis in ſuſtentationem miniſtrorum diuini cultus non eſt facta niſi per legem decimarum, quæ directè reſpicit perſonas, quas obligat ad decimas ſoluendas; & ſic onus hoc non afficit res, niſi ratione perſonarum, quæ ad decimas tenentur, & ſic non afficit res, niſi vt habentur à ſubditis, ſcilicet ab illis, qui indigent miniſterio eorum, qui ſibi diuina adminiſtrent.

165. Dicendum propterea eſt Summum Pontificem nullo modo ſubdi præcepto decimarum prout eſt naturale, vel diuinum. Nam tale præceptum reſpicit & comprehendit ſolum illos, qui in ſpiritualibus ſunt ſubditi, cum fundetur in neceſſitate paſſiuæ perceptionis diuinorum, & fides, & religio per prius obliget ad ea quæ ſunt diuini cultus medijs miniſtris percipienda, quā ad miniſtrorum ſuſtentationem. Nec dicatur, quod decimæ dantur etiam in proteſtationem ſummi dominij Dei, *cap. Tum nobis de decim.* Quia nedum dicitur, quod hæc non eſt propria & principalis ratio neceſſitatis decimarum, ſed additur, quod hæc proteſtatio ſit nedum paſſiue recipiendo diuina, ſed actiue & miniſtrando, decimæ verò fundantur ſuper neceſſitate huius proteſtationis, quatenus ſit media paſſiua perceptione diuinorum. Et ſic apparet, quod decimarum præceptum directè principaliter reſpicit perſonas vt ſubditas, & vt neceſſitatas ſubijci in ſpiritualibus Eccleſiæ paſtoribus ad ſuſcipienda ab illis ſacramenta, & alia diuina, & ad exhibendum Deo publicum Dei cultum medijs Miniſtris Eccleſiæ vt etiam conſiderauit D. T. *d. ar. 4.* & concordant DD. omnes. Papa verò in hoc nullo modo eſt ſub-

ditus, nec vt ſubditus alicui ſuſcipit diuina, ſed vt Prælatus, vnde nec ſacramenta confeſſionis, aut extremæ vnctionis ſuſcipit niſi à ſuis Vicarijs & miniſterialiter in tali actione ſe habentibus; vnde nulla eſt in eo neceſsitas ſoluendi decimas, quas nec ſolueret niſi ſibi; ſuis verò Vicarijs debet ſuſtentationem nō tamquam ſubditus, ſed tamquam ſuperior, qui ſuos miniſtros alit.

166. Sicut autem Pontifex non tenetur ad præceptum decimarum quatenus eſt naturale, & diuinum, ſic multo minus ad illud tenetur quatenus eſt humanum, & poſitiuum. Tum quia cum poſitiuum præceptum decimarum vt eſt poſitiuum cum ſit niſi determinatio ad materiam & circumſtantias iuris naturalis, & diuini, non ſe extendit magis quam illud, & ſic qui non ligatur præcepto decimarum vt eſt naturale, & diuinum, nec ligatur eodem vt eſt poſitiuum. Secundò quia Papa non ſubditur legi poſitiuæ. Et licet ſaltem ex vi directiua obligatur ad communes leges, hoc eſt verum, quandò etiam ratio legis eſt communis, & ad illam ſe extendit. Quod in præſenti non inuenitur, cum lex decimarum ſit edita pro ſubditis, & ex ſubiectione quam habent ad Eccleſiæ prælatos in percipiendis diuinis; Papa verò nullo modo inter ſubditos comprehenditur.

167. Hinc eſt quod nedum Papa non tenetur ad decimas perſonales, ſed nec ad prædiales, nec etiam ratione prædiorum quæ proprio & perſonali titulo poſsidet. Nec obſtat, quod in diuiſione Parochiarum prędia in eorum finibus contenta fuerunt obligata ad decimas, & quod hoc onus ſit reale. Nam ſicut præceptum decimarum vt eſt diuinum non obligat terras ad decimas ſimpliciter abſolute independenter à quocumque poſſeſſore; nam de facto terræ Eccleſiæ huic oneri non ſubduntur, vt explicabitur, ſed obligat terras vt poſſeſſas à ſubditis ſpiritualiter: cum alio modo obligat præceptū poſitiuum, quod non eſt niſi determinatio diuini iuris. Et quia hæc obligatio non in alio fundatur niſi in neceſsitate paſsiua percipiendi diuina à Miniſtris Eccleſiæ, quam habent poſſidentes res fructiferas. Sic enim ſi dominus prædiorum exiſtentium in parochia illa donet Sedi Apoſtolicæ, ex hoc euaneſcit ab illis prædijs onus decimarum, quia euaneſcit ſubiectio in poſsidente illa bene, & quia ſedes Apoſtolica ad nullas decimas tenetur de ſuis prædijs. Cum igitur electione alicuius in Pontificem ceſſet eius ſubiectio ad quamcumque Eccleſiam, & ille fiat omnino ſupremus in Eccleſia, ceſſat in eo obligatio decimarum. Quod magis explicatur, Nam Papa dominus illorum prædiorum ſi ſoluit decimas ex hoc eſt ſubditus, & vt ſubditus illas ſoluit, nulla lex poſitiua vero potuit perſonam Papæ ſubijcere; Nam & cui eſſet ſubiectus? Non ſibi, quia hoc implicat, nec alteri, quia eſt omnium dominus. In hoc tamen caſu, ſi Parochus in cuius Parochia ſunt prædia non haberet ſufficientem ſuſtentationem demptis huiuſmodi decimis, prouidentiæ Papalis eſſet facere vt illas haberet. Sed ad populum pertineret ſupplere defectum, qui remanet ſubditus, & Parochi opera indiget. Nam & prædia illa talia cenſeri deberent ac ſi extra Parochiam eſſent, quia vere eſſent extra ſubiectionem Parochiæ, & alterius conditionis. Dato autem quod Pontifex ad prefatas decimas teneretur, eumdem tamen poſſe ſecum in hoc diſpenſare, eas non ſolueret, tradunt citati DD.

168. De Epiſcopis, vero & Prælatis paulo aliter dicendum eſt. Et quidem nec ipſi ad perſonales decimas tenentur, quia ad nullum alium illas ſoluere deberent, quam ad Summum Pontificem, à quo Epiſcopatum, & iuriſdictionem recipiunt, & cui immediate ſubiecti ſunt. Sed Pontifex non vtitur hac poteſtate, vt præcipiat, & velit ab Epiſcopis ſibi ſolui decimas, vt D. T. aduertit, & conſtat Experientia; ad perſonales igitur decimas Epiſcopi, & Prælati exempti non tenentur. Sed nec Epiſcopi aut Prelati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem tenentur ad decimas prædiales de prædijs propriæ menſæ, ſeu Epiſcopatus. Quod eadem ratione probatur, quia hæc de his nō deberetur decima inferioribus, quia hoc lex non iubet, nec debetur Pontifici, quia neque hoc præcipit lex decimarum, ſibi ipſi vero deberi non poteſt. Sed ratio à priori eſt, qua vtitur D. T. *d. art.* 4. Quia bona, quæ competunt Clericis ratione actiuę adminiſtrationis ſacramentorum & diuinorum non ſubijciuntur legi decimarum, quæ reſpicit eos, qui paſsiue ſe habent ad diuinorum ſuſceptionem. Non eſt tamen eadem ratio de Epiſcopo & de Pontifice quantum ad prædia propria & perſonalia, quæ Epiſcopus poſsidet temporali titulo & proprio. Nam ex Epiſcopatu perſona illius nō eximitur ſimpliciter in ſpiritualibus ab omni ſuperiore, ſed remanet ſimpliciter ſubditus, & quia quæ Epiſcopus poſsidet titulo proprio poſsidet illa vt ſubditus ſimpliciter in ſpiritualibus, quia ex eo quod poſsidet non niſi eo titulo, quo alij fideles ſeculares ſua poſsidēt, ideo de huiuſmodi prędiorū fructus decimas ſoluere debet illis Parochijs, intra quorum fines reperiuntur. D. T. 2. 2. *qu.* 87. *art.*4. Innoc. & alij Canoniſtæ in *cap.* 2. *de dec.* Abul. in *cap.* 23. Matt. *qu.* 195. Rebuff. *qu.*5. *nu.*3. & 4. Cardin. *conſ.*87. *num.*7. Suarez *cap.* 17. *nu.*13. Fagund. *d. l.* 2. *cap.* 3. Raphael à Turre *d. diſp.*6. Trullench. *d. cap.* 3. *d.* 10. *num.* 6. Filliuc. *trat.* 27. *num.* 174. Gutier. Canon. *l.* 2. *cap.* 21. *num.* 1. Leand. *d. diſp.* 6 *queſt.* 15.

169. Cum proportione eadem dicuntur de Parocho. Nam nec Parochus tenetur ad decimas perſonales, nec ad prædiales de prædijs Eccleſiaſticis Eccleſiæ ſuæ, tenetur vero ad decimas pro prædijs patrimonialibus ſibi proprijs. Prima pars probatur, quia non eſt cui Parochus teneatur decimas perſonales ſoluere, quia Parochus non habet ſuperiorem niſi Pontificem, & Epiſcopum, ad Pontificem non debentur decimæ iſtæ, quia non eſt lex quæ hoc præcipiat. Sed neque ad Epiſcopum eadem ratione, quia Parochus Epiſcopo tenetur ſoluere quartam decimarum ſed non eſt lex quæ præcipiat Parochos ſoluere Epiſcopo decimas. Nec Epiſcopus habet facultatem imponendi Parochis hanc obligationem, quia non poteſt ab illis exigere, niſi quod iure communi ſtatu-

tum

tum eſt, *cap. Conſtitutum*, *cap. Nulli Epiſcoporum*, *cap. ad hoc*, *cap. Prædicator* 16. *q.* 1. Non eſt igitur vnde Parochus decimas illas ſoluat. Nam Eccleſiæ ſuæ eas ſoluere non tenetur, quia ad illam ſe habet, vt actiuè adminiſtrans diuina, non vero vt paſſiue illa recipiens, & propterea ceſſat ratio decimarum. Et hac ratione non tenetur ad prædiales de bonis Eccleſiaſticis ſibi competentibus, quia de decimis non debet ſoluere decimas, ſumptus verò Eccleſiaſtici, quos Parochus percipit, vel ſunt decimæ, vel ſe habent loco decimarum, & competunt ſibi ratione actiuæ adminiſtrationis diuinorum, & ideo de illis non debentur decimæ. Nam, & militat illa ratio, quod ſi parochus deberet de illis decimas deberet illas ſibi ipſi formaliter, quia deberet illas ſibi vt Parocho, & de bonis parochi, vt Parochi. Tertia vero pars aſſerti probatur, quia bona patrimonialia ſibi competunt ea ratione, qua eſt ſubditus, & qua habet, vt recipiat paſſiue diuina. Verum tamen eſt, quod ſi prædia iſta ſint in ſua Parochia, & decimæ prędiales ſibi ſoli debentur, hoc debitum conſiſtit in quadam formalitate tantum; Nam Paroc us debet, & ſibi ſoluit, ex eo quod prædiorum ſuorum fructus integros recipit. Et nihilominus Parochus de parte decimæ quæ ſibi ipſimet ſoluere intelligitur, & quam alteri ſoluere deberet, ſi alter eſſet Parochus debet preporrionaliter ſuſtinere onera Parochiæ, vt ſcilicet de illa parte ſoluat quartam partem Epiſcopo, vel ſi adſunt alia onera de illa parte etiam cum proportione illa ſuſtentet. Sicut ſi decimæ non darentur pro tali Parocho, ſed cōpeterent Clero, & inter Clericos diuidendæ eſſent, Parochus has decimas ſoluere deberet ei, qui curam illarum haberet. Ita DD. citati.

170. Non eſt autem eadem ratio de ſimplicibus Clericis, qui non ſunt Paſtores, & ex officio non miniſtrant diuina fidelibus. Hoc aduertendum tamen, quod Suarez in tota hac materia vtitur diſtinctione iſta ſcilicet decimas deberi vel ex debito perſonali, vel ex debito reali, quæ ſuper non vero ſundamento innititur, & ideo eſſe poteſt errorum radix. Nam debitum decimarum eſſentaliter eſt perſonale, & ita debitum omne decimarum perſonale eſt, & ſuper conditione perſonæ fundatum ſuper obligatione paſſiuæ receptionis diuinorum à miniſtris Eccleſiæ; ex hac enim perſonali obligatione ſequitur obligatio ad ſuſtentationem miniſtrorum qui diuina ex officio diſpenſent. diſtinctio vero illa communis decimarum perſonalium, & prædialium quæ vera eſt, & doctrinalis non reſpicit perſonas debentes, ſed materiam ex qua perſonæ debent ſoluere decimas, quæ vel eſt fructus prædiorum aut rerum fructiferarum, & hæc eſt materia decimarum prædialium, vel eſt fructus humanæ actionis, & hæc eſt materia perſonalium.

171. De Clericis igitur loquendo diſtingui adhuc debet an ſint beneficiati, vel non; ſi enim ſunt beneficiati, & habent reditus Eccleſiaſticos, licet non habeant curam animarum ex officio, adhuc tamen ex officio tenentur ad aliqua diuina pro fidelibus exhibenda, ſaltem ad officium diuinum, & ideo de bonis eis ex hac cauſa conceſſis non debentur decimę, quod probatur ex *cap.* 2. *de decim.* & *cum* D. Thom. *d. art.* 4. docent communiter DD. *Sotus l.* 9. *de iuſt. q.* 4. *art.* 4. Raphael à Turre 22. *q.* 87. *a.* 4. *dub.* 4. *num.* 3. Alenſ. 3. *p. q.* 51. *mem.* 7. *a. p.* Tabien. *v. decima num.* 7. Armill. *nu.* 4. Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 8. Gutierez. *l.* 1. *quæſt. Canon. cap.* 21. *num.* 52. Rebuff. *q.* 5. *num.* 6. Leſſ. *l.* 2. *cap.* 39. *de decim. dub.* 5. *num.* 23. Fagundez. *lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 1 Palaus *tract.* 10. *de dec. punct.* 11. *num.* 3. Moneta *cap.* 5. *num.* 8. Azor. *p.* 1. *l* 7. *cap.* 24. *q.* 5. Beliet. *diſquiſ. Cleric. p.* 1. *tit. de Cler. debet.* §. 12. *n.* 35. Layman. *l.* 4. *tr.* 6. *c.* 3. *num.* 3. Trullench. *d. l.* 3. *cap.* 3. *d.* 10. *num.* 2. Barboſ. *de off. Paroch. cap.* 28. §. 3. *num.* 8. Abul. *in cap.* 23. Matt. *q.* 195. Suarez. *d. l.* 1. *cap.* 17. *nu.* 23. Vaſquez, *de benef. cap.* 1. *dub.* 8. Trullen. *d. cap.* 3. *d.* 10. *num.* 2. Baſſeus *v. decima num.* 5. Bonac. *d. q.* 5. *p.* 3. *num.* 4. Leand. *d. diſp.* 6. *q.* 20. nec Alenſis limitatio admittitur, qui voluit Clericos, qui poſſunt teſtari ex fructibus ſuorum beneficiorum teneantur ad decimas. Hoc enim in iure nullum fundamentum habet; quia imo beneficiati ab Eccleſia recipientes fructus ſuorum beneficiorum in ſuſtentationem ſuam, illos recipiunt integros ſine onere decimarum, prout *in princ. dict. cap.* 2. ſignificatur. Habentur enim huiuſmodi fructus vel ex decimis, vel loco & ad inſtar decimarum, de iure autem de decimis aliæ decimæ non ſoluuntur. Imo Clerici nec tenentur ad decimas perſonales ex acquiſitis ſpirituali titulo. Eccleſia enim non vult Clericos grauari in bonis Eccleſiaſticis niſi in caſibus in iure expreſſis; non eſt vero in iure expreſſum quod Clerici de acquiſitis titulo ſpirituali ſoluant decimas.

172. Exceptis igitur fructibus beneficiorum, vel acquiſitis ex ſpirituali titulo, vt pro celebratione miſſarum, pro funeribus &c. Clerici de iure communi tenentur ad decimas tam perſonales, quam prædiales D. Thom. *d. art.* 4. S. Raym. *tit. de decim.* §. 6. & *in cap.* 2. *de dec.* Hoſtien. Butr. Panorm. Henric. Card. *conſ.* 90. Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. Gutierez. *cap.* 21. *num.* 5 Sot. *l.* 9. *de iuſt. q.* 4. *a.* 4. Suarez *d. cap.* 17. *n.* 21 Moneta *cap.* 5. *num.* 3. Rebuff. *q* 5. *cap. num.* 9. & alij DD. *n. ſup. citati*. Et ratio eſt, quia Clerici huiuſmodi tanquam fideles ab alijs ſuſcipiunt diuina, & ſacramenta, qui ad hoc ex officio deputati ſunt. Et ideo aſſertio iſta nedum non eſt limitanda ad Clericos coniugatos vt voluit Gloſſ. *cap.* 2. *de dec.* nec ad Clericos primæ tonſuræ, vel ad minores ordines promotos, vt inſinuat Rebuff. Nam eadem eſt ratio de Clericis in ſacris ordinatis, & de ſacerdotibus quia licet iſti ſacramentum Euchariſtiæ per ſe ipſos ſuſcipiant, in alijs ſubduntur Parochis quoad ſpiritualia, & in ſacramentorum ſuſceptione.

173. Sed neque verum eſt, quod voluerunt Alen. *d. mem.* 7. *d. cap.* 17. *num.* 22. Sylu. *v. decima n.* 13. Ang. *v decimæ* Sà. *v. decima n.* 2. ſcilicet ad decimas nō teneri Clericos inſeruientes Eccleſiæ alicui cui decimæ debentur. Nam licet hoc procedat de decimis quas percipiunt, vel de alijs ab eis ſpirituali titulo acquiſitis; de prædijs patrimonialibus eſt prorſus falſum, vt habetur ex *d. cap.* 2. & *clericos ex cap.*

ſi quis laicus 16.*q*.1. & docent D. Thom. *d. art*.4 Sotus *d. a*. 4. Suarez *d. cap*. 17. *num*. 22. Leſſ. *d. dub*. 5. *num*. 23. Rebuff. *d. q*. 1. Couar. *d. num*.8 Gutierez *d. cap*.21. *num*. 52. Fagund. *d. cap*. 2. *num*. 4. Leſſ. *l*. 2. *de iuſtit. cap*. 39. *dub*. 5. Filiuc. *tract*. 27. *num*.178. Trullench. *d. cap*. 3. *dub*. 10. *num*. 2. Barboſa *in d. cap. nouum genus num*. 2. Palaus *tr*.10.*p*.11, *num*. 4. Raphael da la Torre *d. art*. 4. *d*. 6. *num*. 12. Leander. *d. diſp*. 6.*q*.22. titulo enim ſeculari Clerici huiuſmodi hæc dona poſſident, & nimis grauaretur Eccleſia, ſi huiuſmodi bona eximerentur à decimis.

174. Grauis tamen eſt difficultas circa id quod dictum eſt, ſcilicet quod Clerici de bonis Eccleſiaſticis non teneantur ſoluere decimas, an ſcilicet hoc verificetur etiam ſi prædia ſita ſint in aliena Parochia, & maxime ſi illa ſit antiquior, vel huiuſmodi prædia ſint de nouo acquiſita. Nam in hoc caſu Parochos, & Clericos vnius Parochiæ, teneri ad decimas ſoluendas alteri Parochiæ in qua bona ſunt ſita tenent Panormit. *cap. Commiſſum num*. 6. *& cap. nuper, num*. 20. *de dec*. Rebuff. *quæſt*. 5. *num*.19. Couar. *l*.1. *var. cap*. 17. *num*. 8. §. 2. Gutierez. *l*. 1. Canon. *cap*. 21. *num*. 54. Leſſ. *l*. 1. *cap*. 39. *dub*. 5. Sà. *v. decima num*. 3. Barboſ. *cap*. 2. *de dec. num*. 1. *&* 2. Moneta *cap*. 5. *num*. 7. Bellet. *diſquiſ. Cleric. p*. 1. *tit. de Cler. debet*. §. 12. *n*.36 Leſſ. *l*.2. *cap*. 39. *dub*. 5. Et hanc ſententiam eſſe de iure veriorem dixit Suarez *cap*. 17. *num*.31 Et eſſe in praxi ſequendam. Fagund. *lib*. 1. *cap*. 2. *num*. 5. Fundatur hæc ſententia in *cap*.1. *de cenſib. & cap. Eccleſiæ, & cap. Quicunque* 16 *quæſt*. 1. *& in cap. nuper. de decim*. Secundo in eo principio communi quod bona tranſeunt cum ſuo onere. Et ſic bona quæ ex quibus vni Parochiæ ſoluebantur decimæ non poſſunt ad aliam Eccleſiam tranſire niſi cum illo onere. Tertio quia aliter poſſet contingere, quod alia Parochia nimis graue detrimentum pateretur.

175. Nihilominus aliorũ ſententia eſt, quod Eccleſia Eccleſiæ non ſoluat decimas, & ſic quod Clerici de bonis Eccleſiaſticis non teneantur ſoluere decimas etiam ſi ſint in aliena Parochia. Ita ſenſit Gloſſ. *in c*. 2. *eod. tit*. Caiet. 2.2. *q*.87.*a*. 4. *ad* 1. & ibi Aragon. & à Turre *diſp*. 4 Suarez *d. cap*. 17.*n*.31. Palaus *d. punct*.11. *n.fin*. Trullench. *d.l*.3. *cap*.3. *dub*. 5. *num*. 3. & probatur hæc ſententia ex *cap*. 2. *eod. tit. & ex cap. quæſti*. 16. *q*. 1. *&* ex D. Thom. 2. 2. *quæſt*. 87. *art*. 4. *ad* 1. Et quia ſic habeat conſuetudo, vt teſtantur etiam Couar. & Gutierez. *ſupra citati*.

176. Et habet hæc ſententia non leue fundamentum in iure. Et quidem *cap*. 2. *eod. tit*. ibi. *Nouum genus* (ideſt inſolitum) *exactionis eſt vt Clerici à Clericis decimas exigant, cum nuſquam in lege Domini hoc legamus, non enim leuitæ à leuitis decimas accepiſſe leguntur*. Huius textus ponderanda eſt reſolutio, & ratio. Tanquam nouum, & inſolitum aut extraneum eſſe aſſerit Paſqual. 2. quod Clerici Clericis decimas ſoluant; Etiam igitur tempore illius hoc habebat praxis Eccleſiæ, vt Clerici de bonis ſcilicet Eccleſiaſticis, quæ illis titulo beneficij alicuius competebant non ſoluerent decimas, & non poteſt hoc intelligi de decimis perſonalibus; tum quia abſolute loquitur, tum quia in hoc eadem ratio militat etiam de prædialibus; quia reſolutio fundatur in clericatu, eo quia non conueniat, quod de bonis, quæ titulo clericatus conueniunt ſoluantur decimæ. Tum attenta ratione textus, quia in lege veteri non erat debitum ſoluendi decimas perſonales, ſed ſolum prædiales, leuitæ vero quibus decimæ prædiales ſoluebantur de decimis ipſis datis nulli alteri decimas ſoluebant.

177. Huius vero textus hæc eſt ratio, quia fundamentũ obligationis ſoluendi decimas eſt obligatio paſſiua ad recipienda diuina à miniſtris Eccleſiæ, Clerici vero inquantum eis dantur bona Eccleſiaſtica non ſunt ſubiecti, nec ſunt ſubditi obligati ad paſſiuam diuinorum participationem, ſed ſunt ſuperiores deputati ad actiue diſpenſanda diuina; ceſſat igitur in illis fundamentum obligationis decimarum, quæ eſt ratio D. Thom. *d. art*. 4. Addas non conuenire, nec eſſe conſonum, vt quod Eccleſia aſſignat in ſuſtentationem miniſtri deputati ad diſpenſanda diuina, non detur integrum & ſine onere decimarum.

178. Fundatur etiam *in cap. quæſti*. 46. 16. *quæſt*. 1. addit quod ex Vaticana bibliotheca ex Vrbano II. in Conc. Placent. & Melphienſi refertur in decreto impreſſo Coloniæ anno 1631. licet enim *cap*. illud *quæſti* ſit ſatis obſcurum, & à Gratiano dicatur ſumptum ex Concil. Maguntin. Et ibidem ſit adnotatum, quod *cap*. illud in nullo Monguntin. Concilio, quod extet inueniatur. Tamen valde clarum eſt, quod ex præfatis Concil. Vrbani II. habetur. *Perlatum eſt*, inquit, *ad ſanctam Synodum, quod ſint quidam Epiſcopi & Abbates, qui colonos ad ſe pertinentes non ſinant decimas dare ad Eccleſias, vbi miſſas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit Sacer iſte conuentus, vt Epiſcopi, & Abbates de vineis, vel agris vel frugibus, quæ ad ſuum vel fratumvſum laborant decimas ſibi pro benedictione, vel hoſpitum ſuſceptione habeant, familiæ vero ibi dent decimas ſuas, vbi per totum anni circulum miſſas audiunt, & infantes eorum baptizantur*. Non eſt hic obſcuritas, diſtinguitur vero inter decimas quas de prædijs exiſtentibus in Parochijs aliorũ debuiſſent Epiſcopi, & Abbates & inter decimas colonorum, & ſtatuitur Epiſcopos, & Abbates ad illas non teneri.

179. Nec adducta in oppoſitum vrgent. Nam *cap*. 1. *de cenſibus* probat aſſertionem noſtram. Ibi enim ſtatuitur, quod *Preſbiteri &c. non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de areis, vel de hortis iuxta Eccleſiam poſitis, neque de prędicto manſo aliquod ſeruitium faciant præter Eccleſiaſticum*. Sufficit igitur præsbiteris ſi Eccleſiæ ſuæ debitum ſeruitium præſtent, & ad aliud non tenentur nec de decimis, nec de domibus &c.

180. *Ex cap. vero Eccleſiæ, & cap. quicumque* 16. *quæſt*. 1. ad ſummum colligeretur, quod modernior Eccleſia non debet priuare antiquiorem decimis ſuis, illaſque ſibi acquirere, & ſic quod bona Eccleſiæ antiquioris non debent dari moderniori. Sed non colligitur, quod ſi bona ſita intra fines antiquioris tran-

ſeant

ſcant in dominium moderníoris illa tenẽtur ad decimas. Sunt enim valde diſtinta hæc duo priuare antiquiorem iure decimandi, & illud tribuere moderniori, & tribuere moderniori exemptionem à decimis ex eo quod Eccleſia acquirat dominium rei, quæ quando erat ſecularis, erat obnoxia decimis. Primum dicitur in illis capit. Non vero ſecundum, quod non continet præiudicium Eccleſiæ, ſed priuilegium, cum per accidens ſit quod huic Eccleſiæ diminuatur decima, ex ea cauſa, ex qua poteſt etiam contingere quod illi multum augeatur, & hoc in commodum Eccleſiæ vniuerſalis cedat.

181. Sed reſpondetur ſecundo Canones illos non continere vniuerſalem legem obligantem, cum ſint ſumpti *ex Conſil. Prouinc. Cabilonen. & Vuormatien.* nec ſint à Pontifice confirmati. Imo *cap. Quicumque in Concil. Vormatien.* non continetur ſub ea forma, ſub qua à Gratiano refertur, *vt ibid. annotatur*. Imo contrarium eius, quod ibi decernitur ſtatuitur *cap. Ad aduertentiam de Eccleſiæ diſic. & in Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4.* vbi decernitur, quod vbi opus ſit erigere nouas Parochias id fiat etiam inuito Rectore Matricis Eccleſiæ, & quod vbi ſit opus nouo Parocho prouideatur de fructibus & reditibus eiuſdem Eccleſiæ matricis. Sic igitur cum ex *Paſcalis ſecundo in cap. Nouum genus, 2. de decim.* & ex Vrban 2. *in Concil. Placent.* ſupra relato, ſtatutum ſit quod Clerici Clericis, & Eccleſia Eccleſiæ decimam non ſoluat, huius ſtatuto ſtandum eſt, quidquid eſſet in præfatis Concilijs antiquitus pro illorum temporum conditione ſtatutum.

182. *In cap. vero Nuper de decim.* de Religioſis agitur, qui vt videbimus de primo iure non ſunt exempti vniuerſaliter à decimis, ſed ſolum ex conceſſione in iure partim contenta & partim non. Non eſt vero eadem ratio de bonis Religioſorum qui ex propria deuotione, & in ordine ad propriam ſalutem principaliter incumbunt diuinis, & de dote Parochiarum aut beneficiorum aſſignata pro illis, qui ex officio deputãtur ad diuina miniſtranda populis.

183. Prima vero ratio ſupponit, quod onus decimarum prædialium ſit mere reale, ſed eſt error maximus imaginari quod deputacio, ſeu conſecratio prædiorum pro decimis, ſit ſicut cõſecratio calicis, quæ fit indepẽdenter à quacumque perſona quæ illo vtatur, Quia deputatio decimarum fit, omnino dependenter à poſſidente fructus prædiorum, & ſundatur in obligatione quam poſſeſſores prædiorum habent vt recipiant diuina à miniſtris Eccleſiæ, & ideo etiam vt illos ſuſtentent. Prædia igitur tranſeunt cum onere decimarum ſi tranſeant in ſubditum ſpiritualiter paſtoribus Eccleſiæ, non vero ſi tranſeant in Paſtores ipſos, vel miniſtros vt deputatos ad actiuè miniſtranda populo diuina.

184. Ad tertium dicitur, quod ex donatione, vel tranſitu quocumquè prædiorum decimalium in Prælatum, vel beneficiatum, vel non fit præiudicium Eccleſiæ infra ſufficientem ſuſtentationem Parochi, ita quod adhuc remanet illi ſufficiens ſuſtentatio, vel hæc non remanet. In primo caſu non fit illi notabile præiudicium, quia ad hoc habet neceſſarium. Alias vero ſicut poteſt contingere vt ex bonis Parochiæ ſuæ donatis augeatur eius commoditas cum ſimili præiudicio alterius Parochi, ita non debet conqueri, ſi accidat, quod eadem maior commoditas diminuatur, ſed in ſecundo caſu, ſi ex diminutione decimarum non remaneat Parocho ſufficiens ſuſtentatio, in eo caſu habet locum quod cum Caiet. tradunt Sotus, Suarez, & alij citati, quod ſcilicet, per ſuperiores prouidendum erit, vt Parocho non deſit, quod neceſſarium eſt.

185. Per ſe ergo loquendo de dote Parochiarum vel beneficiorum ſeu bonorum, quæ titulo beneficij alicui tribuuntur non debet ſolui decima, etiã ſi hæc de nouo emptione, vel donatione fuerint acquiſita. In his tamen fundationes Parochiarũm, & beneficiorum attendi debent, & conſuetudines locorum, & conuentiones ſeu concordiæ initæ.

186. Inter Eccleſiaſticos autem remanent Religioſi, de quibus dicitur pro nunc breuiter eos de terris & poſſeſſionibns acquiſitis, & acquirendis teneri ſoluere integras decimas. *cap. Alia cauſa, cap. Placuit. cap. Peruenit. 16. qu. 1.* D. T. 2. 2. *qu.* 87. *a.* 3. *ad tertiam* Gloſſ. & DD. *in cap. penult. de decimis.* Panorm. *cap. ſugeſtum not. 1. eod. titul.* Suarez *cap.* 29. *num.* 7. niſi pro quanto ſpeciali iure, aut priuilegio exempti ſunt. *cap. Commiſſum, ſup. eod. tit. & cap. 2. 6. penult. in hoc tit. & lib.* Et ideo, quod Religioſi, ſi non ſunt priuilegiati teneantur ad decimas de bonis nouiter acquiſitis declarauit *S. Cong. Epiſc. & Regul. 25. Iunij 1619. & 7. Februar. 1648. vt refert* Nicolius *tit. de dec. n. 5.*

187. Ex ſecularibus vero nullus eſt de iure communi exemptus à decimis ſiue ſit nobilis, ſiue Princeps, ſiue Imperator, quia Canones vniuerſaliſſime loquuutur, & ius naturale, & diuinum non minus obligat Principes, quam alios vnde ratio obligandi ad decimas omnibus illis eſt communis, *cap. ex tranſmiſſa, cap. Anobis, eod. tit.* D. T. 22. *qu.* 87. *a.* 1. & 4. Gloſſ. *in cap. Omnes Princ. de maior. & obed.* Rebuff. *qu.* 5. *num.* 25. Hiſpan. *qu.* 12. *num.* 1. Crauet. *tract. de pot. reg. qu.* 37. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 35. *q.* 3. Moneta *c.* 5. *n.* 26.

SVMMARIVM.

188 *Quo tempore ſolui debeant decimæ.*

189 *An decimæ debeantur ſi non petuntur vel etiam deferri debeant ad domum Parochi, variè opinatum.*

190 *In his ſeruanda eſt conſuetudo, quæ vbi non eſt contra ius ſufficit decennalis.*

191 *Decimæ debentur, ſi petantur.*

192 *Miniſtri diuinorum gratis, & non pretio tenentur miniſtrare diuina.*

Ex virtute Religionis non debentur decimę niſi petantur. 192.

193 *Intellectus Cap. Cum homines, eod. tit.*

194 *Conſuetudo ſoluendi quaſi ex ſe poſtulat; & ideo vbi eſt talis conſuetudo decimæ ſtatim ſunt ſoluendæ.*

Sufficit

Digitized by Google

Sufficit ſi in communi vel quocumque alio modo petantur ſemel etiam pro tempore futuro. 194.

195 *Praxis ſecura eſt quod Parochiani moneant Parochum vt mittat ad decimas recipiendas.*

196 *Hic non habet locum regula, quod tempus pro creditore interpellat.*

197 *Quomodo peccet qui tardius ſoluit.*

198 *Si Parochus monitus vt veniat ad decimandum tardat, non tenetur Parochianus expectare in area.*

Non obſtante monitione Parochi non tenetur Parochianus paratus ad decimandum expectare Parochum & interim non reponere partem ſuam. 198.

Nec poteſt Parochiano inhiberi ne interim fructus cuſtodiat & reponat, niſi ex cauſa alicuius malitia iuſte præſumpta in Parochiano. 198.

199 *Decimæ prædiales debentur in eadem ſpecie.*

200 *Perſonales decimæ quando ſint ſoluendæ.*

Artic. IX.

Quomodo & quando ſoluendæ ſint decimæ.

188. IN his, quia varietatem plurimam habere poſſunt ſtandum eſt conſuetudini. Quæ certè ex omnium DD. ſenſu attendi debet in puncto præſentis quæſtionis, in qua de circumſtantijs loci, temporis, & qualitatis, ſolutionis decimarum diſputatur. Cæterum decimæ prædiales ſoluendæ ſunt ſtatim ac fuerint fructus collecti. *cap. Cum homines, eod. tit.* & ibi Gloſſ. *penul.* & DD. Rebuff. *q. 12. num. 1. & 3.* Moueta *cap. 6. num. 8. & 9.* Azor. *p. 1. l. 7. cap. 35. q. 16.* Campanil. Guido Papa, Pio II. & Layman, quos ſequitur Barb. *d. cap. Cum homines, num. 3.* Suarez *cap. 37. num. 1.* Raphael à Turte 2. 23. *q. 87. a. 2. diſp. 8.* Palaus *tract. 10. p. 8. num. 4.* Fagundez *lib. 1. in quinque prac. Eccl. cap. 4. num. 12.* Trullench. *l. 3. c. 3. dub. 4. num. 1.* Molfes. *tract. 6. c. 4. nu. 51.* Leand. *tom. 3. tract. 6. diſp. 4. q. 33.* Sufficit tamen ſi ſint percepti, etiam ſi non ſint perfectè collecti, vt ſi collectæ ſunt oliuæ, vel vuæ, etiam ſi vinum non ſit expreſſum. Quamuis in hoc conſuetudo conſulenda ſit. In fœtibus vero animalium non eſt ſoluenda decima quouſq; fœtus non poteſt viuere ſine matre, quia vſque tunc nullius eſt vtilitatis. Lac vero, caſeum, & buthyrum, quæ tractu temporis colliguntur in fine illius de illis ſoluenda eſt decima.

189. Lana vero cum oues tondentur. De iure autem cõmuni non eſſe neceſſe, quod Eccleſia petat decimas, ſed debere ſolui ſtatim antequam petantur: Tum quia debent ſolui ſtatim. *d. cap. Cum homines.* Tum quia ſunt debitæ, eo ipſo, quod ſunt fructus collecti, tenuerunt Panorm. & Anchar. *in d. cap. Peruenit.* Couar. *l. 1. var. cap. 17. num. 8. & 12.* Bonac. *diſp. vlt. de pracep. Eccl. q. 5. p. 4. nu. 2.* Suarez *cap. 37. num. 1.* Azor. *par. 1. l. 7. cap. 35. q. 17.* Palaus *tract. 10. p. 8. num. 4.* Gutier. *l. 2.* Canon. *cap. 20. num. 43.* Trullench. *d. cap. 3. dub. 4. num. 2.* & alij plures, quos refert Leander. *d. diſp. 4. dub. 37.* qui hanc partem tanquam certam ſuſtinet. Raphael à Turre 22. *q. 87. a. 2. diſp. 8.* Sed ſufficere ſi decimæ dentur, ſi petuntur, dixerunt Card. *in cap. Peruenit ſup. eod. tit.* Archid. *infr. cap. 1. in hoc tit. & lib.* Paris. *conſil. 15. in 1. volum.* D. Anton. *2. p. tit. 4. cap. 3. §. vlt.* Archidiac. *infr. cap. 1. in hoc tit.* Felin. *in cap. Si autem, de Præſcript.* Bald. *de praſcript. 5. p. q. 7. num. 12.* Adrianus quod l. 5. *a. 2.* Perez *l. 5. tit. 5. l. 1. Ord.* Guido Papa *dec.* 283. Riccius ſibi contrarius *1. p. Collat.* 162. Graffius. *p. 2. l. 2. cap. 27. num. 15.* Rota *deciſ. 1. de decim. in antiq.* Imo alij addunt Clericos teneri deferre decimas ad horrea Clericorum. Gloſſ. *in cap. Reuertimini v. in horrea. 16. q. 1. & in cap. parte el. 2. eod. tit.* Vinc. Butr. *num. 2.* Panorm. *num. 5.* Idem Panorm. *cap. Peruenit, eod. tit. num. 3.* Tabien. *v. decima. num. 3.* Armill. *num. 2.* Graff. *p. 2. l. 2. c. 27. num. 12.* Couar. *l. 1. var. c. 17. num. 8.* & apud Leand. *d. diſp. 4. q. 38.* Vincent. de Franch. Lopez, Perez, Azæuedo, & Riccius, Raphael á Turre *d. diſp. 8. num. 4.* Sed quod Parochiani non teneantur deferre decimas ad domum Parochorum ſuis expenſis voluerunt Gloſſ. *in d. cap. Cum homines, v. fructibus,* Adrian. quod l. 5. *a. 1. q. 2.* Bonac. *diſp. vn. in prac Eccl. q. 5. p. 4. in fin.* Suarez *cap. 37. num. 6.* Palaus *d. p. 8. num. 5.* Fagund. *l. 1. cap. 4. num. 13.* Rebuff. *q. 5. num. 1.* Quam plures autem ex his DD in eo ſe fundant, quod exiſtimant decimas deberi ex iuſtitia commutatiua, imo Eccleſiam eſſe dominam decimarum, etiam antequam eis ſoluantur. Sed hanc obligationem non eſſe niſi ex virtute religionis iam ſupra probatum eſt. Videndum igitur eſt quid poſtulet religio.

190. Indubitatum habeo in his ſeruandam eſſe locorum conſuetudinem. Turrec. *d. c. Reuertimini 16. q. 1. art. 11.* Armill. *num. 1.* Sylu. *v. decima q. 9.* Azor. *d. cap. 35. q. 15.* Bonac. Barboſa, Palaus, Suarez, Fagundez vbi ſupra, Conar. *d. num. 8.* Guido Papa *dec.* 283. Adrian. *quod. 5. ar. 1. §. 2,* Layman. *l. 4. tr. 6. cap. 5. num. 2.* Reginald. *l. 19. num. 95.* Trullench. *d. c. 3, dub. 4. num. 2.* Abulen. *in cap. 23. Matt. q. 206.* Leander *d. diſp. 4. q. 38.* & alij DD. communiter. Vbi vero conſuetudo in his non ſit contra legem ſufficere decennalem, conſtat ex dictis conſuetud. *ſup. cap. 1. de conſuetud. in hoc libro.*

191. Sed & ſummè placet, quod habet D. T. 2. 2: *q. 87. ar. 1. ad 5.* ibi. Et ideo Apoſtolus noluit vti poteſtate ſibi à Domino tradita, vt ſcilicet acciperet ſtipendia victus ab his, quibus Euangelium prædicabat, ne daretur aliquod impedimentum Euangelio Chriſti Nec tamen peccabant illi, qui ei non ſubueniebant; alioquin Apoſtolus eos corrigere non omiſiſſet. Et infra. Nec tamen ſunt in ſtatu damnationis, qui non ſoluunt in locis illis, in quibus Eccleſia non petit niſi forte propter obſtinationem animi, habentes voluntatem non ſoluendi, etiam ſi ab eis peterentur. De mente igitur D. T. nedum

Digitized by Google

dum non tenentur Parochiani deferre decimas ad domum Parochorum ſuis expenſis, quia vere nulla eſt lex, quæ hoc præcipiat, ſed nec eas tenentur dare, ſi non petuntur. Et exemplum Pauli hoc efficaciter probat: Nam illi ad quos prædicabat, tenebantur illi dare decimas, vel certe, ſi tunc nondum erat præceptum decimarum, ſaltem ſuſtentationem, & eo id non petente, multi nihil dederint, eos Paulus correxiſſet, ſi peccaſſent. Sed & conſiderari debet, quod cum decimæ dentur in ſuſtentationem Parochorum, quam Parochi poſſunt non petere, & condonare ſi velint; iam præceptum decimarum habent, veluti imbibitam conditionem, vt decimæ ſoluantur ſi petuntur, & non remittuntur.

192. Fauet huic ſenſui ratio ex hoc petita, quod miniſtri Eccleſiæ quantum ſit ex ſe ipſis tenentur gratis diuina miniſtrare, iuxta illud. *Matthæi. Gratis accepiſtis gratis date.* Et quia vere ſimonia eſt diuina miniſtrare pro pretio. Et labor, qui in hoc ſuſtinetur, licet materialiter ſit res corporalis, & materialis, tamen prout eſt labor miniſtri diuini cultus, qui gratis debet inſeruire, quatenus hoc non poteſt facere pro pretio, & qui labor ex fine ſpiritualitatem habet, à qua non poteſt ſeparari, eſt ſimpliciter in ordine ſpiritualium, nec ſine ſimonia poteſt vendi pro mercede. Et qui ſine pretio tenentur ad illum laborem, ſine quo eſt impoſſibile diuina dare. Hoc ergo ſuppoſito colligitur quod ex virtute Religionis non debetur miniſtro ſuſtentatio, niſi illam petat, & ſit neceſſaria ad miniſterium religioſum. Fauet etiam *cap. Peruenit*, 5. *eod. tit.* ibi *mandamus quatenus Parochianos veſtros monere curetis.* Vnde requirit prius monitionem, vt Parochiani poſſint ad decimas compelli. *Et cap. Parochianos* 13. *eod. tit.* vbi dicitur, quod decimæ poſſunt exigi quaſi debitum. Sic enim videtur, quod decimæ exigi debeant.

193. Nec facit in contrarium *d. cap. Cum homines*. Nam caſus illius textus erat, quod aliqui prius deducebant plures expenſas antequam darent decimas, contra quos Papa decernit, quod decimæ dentur ſtatim ac fructus ſunt collecti, quia ex tunc præceptum decimarum ſtatim incipit obligare, & ex fructibus collectis ſtatim ante omnia dari debent integræ decimæ, nulla præmiſſa deductione. Et ſic dictio ſtatim duo importat ſcilicet momentum in quo præceptum incipit obligare, & integritatem decimarum, quæ nulla facta deductione ex fructibus collectis integre ſolui debent.

194. Sed nihilominus dicitur, quod vbi eſt vſus, vt decimæ ſoluantur, ipſa ſoluendi conſuetudo quaſi expoſtulat, vt docet idem D. T. quod l. 2. *a.* 8. Et ideo peccat, qui ſtatim decimas etiam ſi non petitas non ſoluit. Niſi adeſſet conſuetudo contraria eas non ſoluendi niſi expreſſe peterentur. In quo caſu etiam ſufficeret petitio aliqua generalis, etiam pro futuro communiter inſinuata. In his igitur ſtandum eſt conſuetudini. Sed & conſiderandum, quod decimæ pereunt illi, qui eſt culpabiliter in mora, & ita vt vltima mora noceat; S. Raym. *tit. de decim.* §. 15. & ibi Io: de Friburgo. *v. complementum l. H.* Tabien. *v. decima. num.* 3. Armill. *num.* 2.

195. Verum eſt tamen quod ad fugiendam ſuſpicionem fraudis, & contentiones, & murmura, & ad fugiendum periculum furti, vel corruptionis fructuum, aut deficientiæ decimarum, cum damno eius, qui ſoluere tenetur decimas, optima praxis eſt ſtatim decimas ſoluere ac fructus ſunt collecti, vel ſaltem admonere Parochum, vt veniat ad decimandum fructus collectos, & decimam recipiendam. Et propterea verum eſt, quod dicunt plures ex citatis DD. quod ſcilicet Parochianus intra proprium horreum non debet fructus recondere antequam ſint decimati. Sed hoc per ſe non eſt malum ſi fiat ſine fraude, ſed per accidens ex circumſtantia periculi alicuius contentionis, aut ſcandali malum eſſe poterit.

196. Et quod ex Rebuff. Gutierez Couar. & Layman. habet Barboſ. *d. cap. Cum homines n.* 8. quia ſcilicet tempus ſolutionis pro creditore interpellat non probat in contrarium. Tum quia decimæ non debentur ex iuſtitia, Tum quia præceptum religionis datum ad finem ſuſtentationis, non cogit ad decimas ſoluendas niſi petuntur, vt eſt probatum. Vnde quod habet ibid. Barboſ. *n.*4. ex Marcheſ. & Campan, & probat Leand. *d. diſp.* 35. *n.* 35. ſcilicet quod peccat mortaliter, qui tardius decimas ſoluit, verum eſt ſi hæc mora ſit notabilis, & poſtquam Parochus decimas petijt.

197. Si vero Parochus monitus vt veniat ad decimandum, nolit venire, vel decimas deferre, dominus fructuum non tenetur in area expectare, ſed poteſt, vel omnes fructus recondere, vel etiam vt dixit Rebuff. *q.* 12. *a.* 50. Ex Hoſt. decimam in area relinquere, ſi ita conſuetudo habet Suarez *d. cap.* 37. *num. fin.* ſed & è contra, quod Parochus, vel exactor decimarum poſſit obtinere inhibitionem domino fundi, ne fructus reponat ante decimarum ſolutionem, vel quod ipſe, vel eius nuncius ſit præſens dixerunt Rebuff. *q.* 5. *n.* 3. Vincent. de Franc. *dec.* 117. *n.* 7. Moneta *cap.* 6. *num.* 4. & ex Viu. Cenad. Cantiell. Borell, & Genuen. Barboſa *cap. Cum ſint homines*, *n.* 5. *eod. tit.* at vero Leander *d. diſp.* 4. *q.* 4. aduertens plures ex DD. citatis à Barboſa id, non aſſeri, quod eis tribuitur, negat & latè probat, non poſſe huiuſmodi inhibitiones fieri. Et præcipuè, quia dominus fructuum non poteſt impedire, vt de re ſua non diſponat ad ſui beneplacitum, imo quod relinquat rem ſuam grandini, vento, aut furibus expoſitam. Et maximè vbi ſit conſuetudo colligendi fructus ſine præſentia Parochi, cui conſuetudini non poteſt Iudex contradicere. Admittit vero, quod Parochus poſſit mittere cuſtodem, qui ſit præſens collectioni, & decimationi, vt nulla fraus in eius præiudicium committi poſſit. Horum autem duorum primum admitti debet, & ſufficit Parochiano quod ſit paratus fideliter ſoluere decimam. Secundum quoque rationabiliter aſſeritur. Sed Parocho erit neceſſarius exercitus cuſtodum, ſi eis vti voluerit cum omnibus Parochianis.

198. Decimas autem prædiales debere ſolui in eadem ſpecie fructuum, nec poſſe inuito

Pa-

Parocho ſolui in pecunia dixit Rota in *Craconien. decim. 20. Martij 1650. & 23. Iannar. 1651. 27. Martij 1651.* coram Veroſpio. Cum enim decimæ dari debeant de qualibet fructuum ſpecie, iuxta *cap. Quicumque el. p. & cap. omnes decimæ 16. q. 7. & cap. Ex parte d. t. cap. Non eſt, & cap Tua nobis §. Cum de cunctis eod. tit.* Rebuff. *q. 8. num. 1. & 2.* Rota *dec. 591. num. 1. & 11. part. 5. recent. & in Placent. decim. 28. Maij 1646 & in Craconien. decim. 1. Iulij 1648.* coram Meltio. Sequitur quod non poſſunt inuito Parocho, cui debentur dari in pecunia, ex regula *text. in l. 2. §. Mutui datio. ff. de reb. cred.* vbi poſt Gloſſ. *in v. non poteſt* id notant Bart. Caſtr. & alij communiter, & *l. ſi ſe §. Idem prætor ff. de re iudic. & l. Promiſſor. §. vlt. de conſtit. pec. & l. Eum à quo. C de ſolut.* Hoc tamen procedit, niſi adſit conſuetudo contraria, vt eadem Rota fatetur. Pariter procedit vbi commode id fieri poteſt, & res decimanda eſt certa, & diuiſibilis in partes decem. Nam alias vbi res non ſit diuiſibilis niſi cum graui damno domini ſui Eccleſiæ ſufficiet ſi decima detur in pecunia. Sic ſupra *art. 4. num 69.* dictum eſt, quod ſi alicui in pretium laboris detur aliquod prædium, quia eius non poteſt dari commode, & vtiliter decima pars, ſufficit ſi decima detur in pecunia. Vnde in decimis perſonalibus ſæpius continget, quod decima detur in pecunia.

199. Perſonales vero decimæ ad finem anni computandæ vel ſecundum communem curam, vel ex compoſitione ſolui debent. Et ideo ſi quis ex negotiatione, militia, vel ludo acquirat, & intra annum illud amittat, non tenetur ſoluere de illo decimam, nec ratione rei acceptæ, quæ iam non eſt, nec ratione iniuſtæ acceptionis, quia tunc non erat debita decima ante anni finem. Panormit. *in cap. Peruenit de dec. num. 7.* Gloſſ. *in cap. Reuertimini. v. annus 16. q. 1.* S. Raym. *de dec. §. 4.* Turrecrem. *cap. Reuertimini 16. q. 1. num. 12.* Rebuff. *q. 12. nu. 4.* Moneta *cap. 6. num. 11.* Sà *v. decima. num. 1.* Azor. *p. 1. l. 7. cap. 35. q. 9. & 16.* Suarez *l. 1. cap. 37. num. 3.* Palaus *tract. 10. p. 6. num. 6.* Quamuis ex Card. *in cap. Paſtoralis q. 16.* & Rebuff. *d. q. 12. 4.* dicat Moneta *n. 12.* tutius eſſe ſtatim ſoluere, ex eo quod Paſtor ſtatim poſſit indigere, & Parochianus mori. Addit vero Moneta ex Butr. *in cap. Ad Apoſtolica in fin. eod. tit.* Quod ſi Parochianus intra annum velit ſoluere, Parochus non poteſt recuſare Turrecrem. vbi ſupra, Rebuff. *q. 12. n. 4.*

SVMMARIVM.

201 *Papa poteſt in lege decimarum diſpenſare; nunquam tamen in totum abrogabit.*
202 *Poteſt per priuilegium ex iuſta cauſa concedere aliquibus exemptionem à decimis.*
Quale peccatum ſit diſpenſare in hac lege ſine cauſa.
203 *In nullo foro præſumi poteſt, quod Papa diſpenſet ſine iuſta cauſa.*
204 *Papa decimas vnius Eccleſiæ poteſt alteri concedere.*
205 *Epiſcopi exemptionem à decimis per modum priuilegij non poſſunt concedere.*
206 *Plures caſus in quibus Epiſcopus poteſt de decimis diſponere.*

Art. X.

Quid poſſit ſummus Pontifex in remittendis, vel diſpenſandis Decimis.

201. CAnoniſtæ antiqui qui exiſtimauerunt præceptum decimarum etiam quantum ad quotam eſſe de iure diuino, valde ſe torquent, vt explicent, quomodo Papa poſſit in hoc præcepto diſpenſare, ſed iam ſatis eſt manifeſtum legem hanc decimarum eſſe de iure Eccleſiaſtico quantum ad quotam; vnde non eſt dubitandum de poteſtate Papæ in remittendo illud quatenus poſitiuum, vel in totum, vel in partem, ſeu in diſpenſando ſuper illud, cum fide certum ſit Papam in Eccleſia eſſe ſummum Legislatorem, qui leges Eccleſiaſticas ſicut poteſt condere ita poteſt abrogare; ſi de nuda poteſtate loquamur, Tamen Pontifex, qui Spiritu ſancto ducitur vt non erret cum notabili, & graui detrimento totius Eccleſiæ nunquam in totum hanc legem abrogabit, cum moraliter loquendo hoc fieri non poſſit ſine magno detrimento diuini cultus, & Miniſtrorum Eccleſiæ præiudicio.

202. In particulari vero poteſt Pontifex diſpenſare ſuper hac lege & aliquibus exemptionem à ſolutione decimarum concedere vt habetur *ſup. ex tit. de dec. cap. A nobis, cap. Ex parte, & cap. Nuper, & ex cap. 2. de Eccl. ædific & cap. vlt.* vt lite pendente, & ex quam pluribus priuilegijs à Pontificibus conceſſis. Huiuſmodi vero exemptiones, & conceſſiones validæ eſſent etiam ſi factæ fuiſſent ſine cauſa, licet ſine illa licite fieri non poſſint, ſine cauſa enim licite non diſpenſatur in communi lege. non eſſe tamen hoc peccatum mortale, ſi ex exemptione ſine cauſa conceſſa non ſequitur graue ſcandalum, vel notabile præiudicium tertij dixit Palaus *tract. 10. p. 3. n. 3.*

203. Sed numquam eſt præſumendus defectus iuſtæ cauſæ in Pontifice, maxime quando diſpenſat motu proprio. Quando autem diſpenſat ad inſtantiam partis hunc defectum iuſtæ cauſæ poſſe præſumi in foro externo niſi probetur non tamen in foro interiori, dixit idem Palaus *n. 4.* ex Suarez *tom. 5. de cenſ. diſp. 14. ſec. 3. in fin.* & Sanchez *l. 8. de Matrim. diſp. 17 num. 14. & 15.* Sed huius differentiæ non apparet cauſa. Nam vniuerſale principium eſt nec in foro externo debere in principe præſumi delictum, etiam ſi rogatus reſcribat, quia nec debet præſumi, quod ad inſtantiam alicuius vellet male agere, male vero ageret, ſi ſine cauſa diſpenſaret. Et quod dicunt Panorm. & alij citati à Sanchez poſſe præſumi Papam propter importunitatem conceſſiſſe, & diſpenſaſſe; non dicitur cum fundamento, quia Papa ob importunitatem non peccat, neque præſumi debet, quod ob importunitatem facere voluit,

quod

quod recte non potuit. Et ideo in nullo foro præſumi poteſt, quod Papa in lege decimarum voluerit ſine cauſa diſpenſare, niſi id aliunde conſtet.

204. Multo facilius vero Pontifex poteſt decimas vni Eccleſiæ applicatas alteri applicare, quia nulli Eccleſiæ decimæ ſunt applicatæ niſi dependenter à Pontificis voluntate.

205. Epiſcopi autem non poſſunt in hac lege decimarum diſpenſare, aut exemptionem à decimis per modum priuilegij concedere cum non poſſint diſpenſare in iure communi. Gloſſ. *cap. Eccleſiæ 16.q.1.* Rebuff. *q.5. num.* 32. Suarez *l.1. cap.*15. *in fin.* Fagund *l.2. cap.* 4. *nu.* 16. Palaus *p.*3. *num.* 1 Barboſa *d. offic. Paroch. cap.* 28. § 3.*nu.*29. Addunt vero Moneta *cap.*5. *n.*41. & Barboſa *d. num.* 40. Statutum eſſe in Concil. Cabilonen. ne Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ priuentur decimis; Epiſcopus vero non poteſt diſpenſare in decreto Conciliari. Sed hoc non obſtat, quia decretum Concilij Cabilonen. non continet legem vniuerſalem, ſed obligat pro ſola Prouincia, aut Diœceſi pro qua factum fuit, nec Epiſcopos alios ligat.

206. Poteſt etiam Epiſcopus ex cauſa remittere ad tempus vitæ ſuæ alicui particulari decimas ſuæ menſæ debitas *cap. Quia circa de priuil.* vbi Gloſſ. & DD. Moneta *cap.* 5. *nu.* 44. Barboſa *d.* §.3. *num* 51. Leand. *d. tr.*5. *diſp* 7. *q. vlt.* Poterit etiam Epiſcopus interponere decretum & conſenſum in compoſitione alias permiſſa ſuper ſolutione decimarum *c.2. de tranſact.* vbi Innoc. Rebuff. *q.*15. *num.* 20. Moneta *cap.* 5. *num.*45. & 129. Barboſa *d.* §.3. *num.* 51. Item Epiſcopus decimas, quas nunquam poſſedit, ſi illas recuperet, poterit vel ſibi retinere, vel alteri Eccleſiæ concedere; *cap. Quoniam eod. tit.* & ibi DD. Rota *in Sabinen. decim.* 1. *Iulij* 1609. coram Coccino Moneta *d. nu.* 45. & 129. Barboſa *d.* §.3. *num.*52. Et hoc idem verum eſt de decimis, quæ ad aliquam certam Parochiam non ſpectant, has enim Epiſcopus ſine conſenſu Capituli poteſt, vel Cathedrali, vel alteri Eccleſiæ deputare, quia in hoc Epiſcopus non dicitur alienare, ſed non acquirere, vnde non adeſt neceſſitas ſolemnitatis requiſitæ in alienationibus, *d. cap. Quoniam*, vbi Io. And. *num.*1. Anchar. *num.*5. Tabar. *nu.*5. Anan. *n.*3. Butr. *num.*5. Panorm. *num.* 4. Barboſa *num.* 4. Leand. *d. diſp.*7. *q. vlt.* Illas vero decimas quas aliquando poſſedit, ſi reuertantur ad menſam Epiſcopalem nedum non poteſt Epiſcopus transferre in perſonam, quæ nunquam moritur, ne collatur ſpes deuolutionis, Mon. *dec. num.* 45. Rota *in Taurinen. decimas* 12. *Ianuar.* 1607. coram Marcomentio Barboſ. *d.* §.3. *num.*53.

SVMMARIVM.

207 *In decimis commoditas eſt temporalis, ſed ius exigendi illas eſt ſpirituale.*
Ius exigendi decimas duplex, aliud ſcilicet proprium, & principale, & aliud miniſteriale, & procuratorium num. 207.
208 *Decimæ ſimpliciter ſunt quid ſpirituale.*
209 *Laicis non competunt decimæ.*
210 *Laici ſunt incapaces iuris decimandi.*
211 *Laicis poteſt conceſſi vt nomine Eccleſiæ percipiant decimas: ſed hic duplex interuenit conceſſio.*
212 *Laicis poſſunt dari decimæ exactæ.*
Et poſſunt eis locari ad breue tempus, vel tamen ad decennium 213. *vel ad vitam* 214.
215 *Et pro ſtipendio pro aliquo opere, ſed non ad longum tempus.*
216 *Et ex contractu licito, ſeruata, vbi opus eſt, ſolemnitate Eccleſiæ.*
217 *Vendere ius decimandi eſt ſimoniacum.*
218 *Conceſſio etiam perpetua decimarum facta ex cauſa, & per legitimam poteſtatem eſt licita.*
219 *Imperatores, & Reges non poſſunt ſibi decimas vſurpare, aut alijs concedere.*
220 *Nunc Epiſcopi Laicis non poſſunt concedere decimas ad longum tempus.*
Hæc prohibitio concedendi decimas eſt antiquior Concil. Lateranen. ſub Innoc. III. num 220.
221 *Laici decimas contra prohibitionem illis conceſſas non poſſunt retinere, & Parochi etiã nunc poſſunt illas recuperare.*
222 *Epiſcopus alienare poteſt decimas ad breue tempus, & extra caſus prohibitos.*
223 *Quomodo ſit verum, quod Epiſcopus poteſt concedere laicis decimas in remunerationem*
224 *Laicus intruſus nec de conſenſu Epiſcopi poteſt in alium laicum etiam hæredem decimas transferre.*
225 *Laicus iuſto titulo poſſidens decimas transfert illas in hæredem.*
226 *Laicus non poteſt huiuſmodi decimas transferre in extraneum.*
227 *Nec etiam de conſenſu Epiſcopi.*
Niſi in inueſtitura eſſet conceſſa facultas transferendi ad alios.
228 *Decimæ ſolitæ infeudari poſſunt extincta prima linea iterum infeudari.*
229 *Non tamen durante primo feudo.*
230 *Qui iuſto titulo poſſidet decimas in perpetuum poteſt illas Eccleſiæ donare de conſenſu Epiſcopi.*
231 *Etiam ſine conſenſu Epiſcopi, ſi poſſidebantur ante Concil. Lateranen.*
232 *Decimæ ſine conſenſu Epiſcopi donari poſſunt Eccleſiæ cuius erant.*
233 *Decimæ retrodonatæ Eccleſiæ reaſſumunt primæuam naturam.*
234 *Decimæ iniuſtè detentæ ante Concil. Lateranen. poſſunt de conſenſu Epiſcopi dari alicui Eccleſiæ: ſed ſic obtentæ poſt Concilium debent propriæ Eccleſiæ reſtitui.*
235 *Hoc fuit rationabiliter ſtatutum.*
236 *In dubio decimæ intelliguntur conceſſæ poſt Concil. Lateranen.*
237 *Ad probandam conceſſionem factam ante non ſufficit immemorabilis allegato titulo.*
Ad iuſtificandam conceſſionem decimarũ factã Laicis non ſufficit pura immemorabilis. num. 237.
Ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum in huiuſmodi conceſſione non ſufficit ſpatium 30. *annorum num.* 273.
238 *Nec legatus Papæ poteſt laicis concedere decimas, niſi in caſibus ſupra explicatis.*

238 Si legatus cui conceſſũ fuit infeudare decimas, id faciat cum clauſula reſeruato &c. conceſſio non valet niſi impetrato beneplacito Apoſtolico.

240 Laici non poſſunt oppignorare decimas.

Art. XI.

Qualiter Decimæ poſsint competere Laicis.

207. IN hac materia duo conſideranda ſunt, & diſtinguenda, ſcilicet decimarum commoditas, & ius exigendi illas, ſeu ius percipiendi & habendi, & vtendi decimis iam exactis, & ius exigendi illas. Nam primum eſt quid temporale; Decimæ enim non ſunt niſi decima pars fructuum quos terra vel animalia, vel hominis negotiatio, aut induſtria producit, quod totum eſt quid temporale, & temporale commodum ferens. Sed ſecundum eſt quid ſpirituale. Verum & hoc ius exigendi decimas ſubdiſtingui debet, nam aliud eſt proprium & principale, quale eſt ius, quod habet dominus ſiue verus rei; aliud vero eſt miniſteriale, & vocari poteſt procuratorium, quale eſt ius exigendi aliquid nomine alterius, & alterius vice. Sicut vero datur Procurator in rem propriam, ita poteſt dari ius, quod non ſit vere niſi procuratorium, & tamen ſit ius exigendi decimas ad ſui vtilitatem, quia poteſt eſſe vt quis non niſi nomine Eccleſiæ decimas exigat, licet in ſui commodum.

208. Conſiderandũ vero eſt ſecundo quod licet decimæ materialiter ſint quid temporale, quia non ſunt niſi rerum temporalium fructus, formaliter tamen ſunt quid ſimpliciter ſpirituale, quia non ſunt niſi ſtipendium miniſtrantium ſpiritualia, & diuina, & ſic ſunt medium ad finem ſpiritualem ordinatum, & cuius fundamentum non eſt niſi ſpirituale miniſterium, ſeu officium inſtitutum pro ſpiritualibus conficendis, & ordinandis. Vnde decimæ formaliter ſumptæ, ſunt quid ſpirituale, & propterea ius decimandi, ſeu exigendi decimas ad ſui commodum, & vtilitatem eſt ſimpliciter ſpirituale.

209. Dicitur igitur primo Decimas, vt ſunt Eccleſiaſtici fructus, per ſe non deberi Laicis, neque illis eſſe ſoluendas capite *Decimas* 16. *q.* 1. *& in tit. de decim. cap. Quamuis, cap. Prohibemus. eod. Ad hæc, cap. Tua el. 2. eod. tit. Cauſam de præſcript. cap. fin. de rer. permut. cap.* 2. *de iudic.* D.T. 22. *q.* 87. *a.* 3. *& quodl.* 1. *art.* 8. Alen. 3. *p. q.* 51. *mem.* 6. *a.* 1. Abul. *cap.* 23. in Matt. *quæſt. q.* 178. *& ad* 22. D.T. *q.* 87. *cap.* 3. Caiet. Aragon. Raphael à Turre *diſp.* Azor. *inſtit. par.* 1. *l.* 7. *c.* 34. *q.* 7. *& cap.* 36. *q.* 2. Henriq. *l.* 7. *cap.* 27. *num.* 2. Suarez *l.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. Palaus *tract.* 10. *p.* 9. *num.* 2. Bonac. *de præc. Eccl. diſp. vlt. q.* 1. Gloſſ. *in d. cap. Quamuis v. conceſſeris, & in d. cap. Cauſam quæ, de Præſc.* vbi DD. *communiter* Couar. *l.* 1. Var. *cap.* 17. *nu.* 5. *&* 6. Rebuff. *q.* 10. *num.* 17. *& q.* 11. *num.* 38. 39. *&* 73. Gutier. *l.* 1. *Canon. cap.* 21. *à num.* 64. Vgol. de Simon Tab. 1. *cap.* 49. *§.* 3. *num.* 2. Moneta *de dec. cap.* 5. *num.* 57. Barboſ. *in d. cap. Quamuis n.* 2. Rota *in Patauien. decim.* 21. *Iunij* 1605. coram Coccino. *& in Ferrarien decim.* 23. *Iunij* 1617. coram Pamphilio iuniore. *& in Alerden. decim.* 1648. coram Sacrato. *& in Taurinen. decim.* 1607. coram Marquemontio, *& dec* 129. *num.* 11. *p.* 7. *& dec.* 234. *n.* 1. *p.* 9. *& dec.* 97. *n.* 2. *part.* 10. *recent.*

210. Hoc autem verum eſt non ſolum de iure poſitiuo, ſed etiam de iure naturali, & diuino. Quia de omni iure nulli debetur ſtipendium, cui non competit miniſterium, officium, & labor. Imo ex hoc probatur, quod laici ſunt incapaces habendi, & poſſidendi ius decimarum. Quod non eſt verum ex hoc ſolum quod ius decimandi ſit ſpirituale, ſed quia eſt ius quod in ſubiecto ſupponit poteſtatem ordinis principaliter, datur enim præcipue propter curam animarum, & adminiſtrationem ſacramentorum. De iure enim communi Parochis debentur decimæ, vt ſupra eſt probatum. Et licet poſſint etiam competere alijs Clericis inſeruientibus Parochis, vel etiam deputatis ad alium ſpiritualem cultum, tamen in ſubiecto ſupponunt ſaltem vel minores Ordines, vel Clericatum, & ſic non debentur niſi vel ordinatis in exercitio alicuius ordinis inſeruientibus Eccleſijs, vel ſaltem per ſuſceptionem tonſuræ ad Eccleſiaſticum aliquod miniſterium deputatis. Ius ergo decimandi eſſentialiter ſupponit poteſtatem ordinis principaliter, & ad ordinum exercitium datur, vel ſaltem ſupponit Clericatum; laici igitur ſunt huiuſmodi iuris incapaces dum in ſtatu laicali manent, quod præter DD. ſupra citatos docuerunt Eminentiſſ. Celſus *dec.* 52. *num.* 6. *&* 57. *num.* 7. *&* 118. *n.* 14. *&* 104. *n.* 29. *&* 10. *&* 217. *num.* 3. Peña *dec.* 9. *num.* 2. *&* 4. *& dec.* 965. *num.* 2. 3. *&* 4. & *dec.* 793. *num.* 9. Duran. *dec.* 205. *num.* 12. & 27. & *dec.* 238. *num.* 10. Rota *dec.* 29. *n.* 28. *part.* 6. *recent.* & *dec.* 97. *n.* 2. *part* 20.

211. Nihilominus laici aliquo modo ſunt capaces decimarum, & nedum materialis commoditatis illarum, ſed etiam alicuius iuris illas exigendi ad ſui vtilitatem & commoditatem, quia ſunt capaces iuris procuratorii, ſeu exigendi decimas nomine Eccleſiæ, & vt vices illius gerentes. In quo duo conſideranda ſunt, ſcilicet ius exigendi decimas, & ius vtendi illis iam exactis nomine Eccleſiæ. Hoc ſecundum eſt mere temporale, nec reſpicit decimas formaliter, ſed mere & pure illud materiale conſiſtens in fructibus exactis. Nam nihil intereſt huic iuri, an fructus illi ſint exacti titulo decimarum, vel titulo emptionis, vel quocumque alio. Ius ergo vtendi ad ſui commodum decimis iam nomine Eccleſiæ exactis mere temporale eſt, illiuſque procuIdubio capax eſt laicus. Sed ius exigendi decimas eſt ius religioſum, & reſpicit decimas vt ex religione debitas Eccleſiæ. Sed nihilominus iuris miniſterialis, & procuratorii non eſt incapax laicus; Nam non repugnat laicum inſeruire Eccleſiæ, ſeu Eccleſiam per laicum ſuos fructus exigere, & colligere. Hoc igitur modo laico poteſt competere ius decimandi etiam ad ſui vtilitatem. Sed hic non vna tantum Eccleſiæ conceſſio interuenit,

ſed duplex, vel vna æquiualens duabus. Nam primò Eccleſia conſtituit laicum veluti ſui procuratorem ad exigendas decimas; ſed ex hoc nullum ius ſuper decimas laico acquiritur, ſed laicus illas colligit, & acquirit Eccleſiæ dominæ. Sed interuenit alia conceſſio, per quam Eccleſia decimas iam nomine ſuo collectas, & ſibi acquiſitas dat laico, vel titulo gratitudinis, vel etiam in ſtipendium operis, vel alio iuſto titulo. Hoc ergo modo laicus eſt capax iuris decimandi ad ſui commodum, vt tradunt DD. citati.

212. Itaque ergo Clericus decimas exactas poteſt titulo iuſto tradere laico. Quamuis in hoc conſiderari debeat, an ille ſit dominus decimarum exactarum, vel diſpenſator. Nam ſi eſt dominus etiam illicite illas laico tradat, transfert in illum dominium, ſed ſi ſit diſpenſator & illas diſpenſet non ſecundum legem, & ei cui non debent tradi, non transfertur dominium, & laicus illas tenetur reſtituere, Suarez *d. cap.* 25. *num.* 8.

213. Sed etiam decimæ non collectæ, ſeu non extractæ poſſunt concedi laico, per contractum iuſtum, & non prohibitum, ita tamen quod non tribuatur laico ius exigendi propriũ, ſed ſolum procuratorium, & nomine Eccleſiæ. Sic Parochus poteſt laico locare decimas non in perpetuum, nec ad longum, ſed ad breue tempus, *cap. de locato*. Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 5. Moneta *q.* 5. *num.* 64. Rebuff. *q.* 10. *num.* 34. & *q.* 13. *num.* 33. Carot. *de locato par.* 1. *tit. de dec. num.* 6. & 7. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 466. *num.* 10. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. l.* 5. *tit.* 3. *num.* 12. Domin. *cap. fin. de foro compet. in hoc libro*. Moneta *cap.* 5. *num.* 64. Nec eſt verum, quod dixit Marius Auguiſola *conſ.* 150. *num.* 6. apud Io: Baptiſtam Canans quod ſcilicet in locatione nullum concedatur ius, quia euidens eſt concedi ius vtile, licet ad breue tempus. Cum vero hoc breue tempus ad decennium extenderint Gloſſ. & DD. *in cap.* 2. *de locato*. Sed hodie ex *Extrauag. Ambitioſæ* Pauli 3. non poſſunt decimæ locari niſi ad triennium, Suarez *cap.* 25. *num.* 9. Barboſ. *d. cap.* 2 *de locato*, *n.* 4. Penna *dec.* 997. *num.* 3. Et quod dicitur de Parocho verificatur etiam de Commendatario perpetuo. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. Gloſſ. 5. §. 8. *num.* 14. Barboſa *d. cap.* 2. *num.* 5.

214. Poſſe etiam locari decimas ad vitam conductoris dixerunt Gloſſ. 3. *in cap. Quamuis, de decim.* Rebuff. *q.* 10. *num.* 34. Moneta *q.* 5. *num.* 65. Et quod laici ſint capaces iuris decimandi ad vitam dixit Rota *dec.* 97. *nu.* 9. *part.* 10. *recent.* Sed ſtante *d. Extrauag. Ambitioſæ*, hoc certè non poteſt fieri niſi illius *Extrauag.* ſolemnitate ſeruata, & obtento beneplacito Apoſtolico. Suarez *cap.* 25. *num.* 9. Nam tempus ad vitam non poteſt cenſeri breue, cum poſſit durare ad quamplures annos; & hanc incertitudinem in hac materia non admittit Paulina *Ambitioſæ*. Pax Iordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *num* 68. Decimas autem non ſolere locari aut dari in Emphyteuſim, ſed in Feudum, ex Rota *in Placent. decim.* 2. *Iunij* 1588. coram Bubalo, notat Moneta *cap.* 5. *num.* 65.

215. Sic etiam laico poſſunt concedi decimæ titulo ſtipendij pro aliquo opere publico per laicos exhibendo, vt pro cantu in Eccleſia, pro docenda grammatica, Bene enim operanti ad vtilitatem Eccleſiæ poteſt dari pars aliqua decimarum pro pretio. Ita tamen vt ſemper exactio decimarum fiat nomine Eccleſiæ, & ſic decimæ exactæ ſuccedant in locum iuſti pretij. Imo hic modus non videtur limitatus ad breue tempus, ſed poteſt extendi vel ad decennium, vel ad vitam, quia in hoc contractu Eccleſia non locat decimas, ſed conducit alterius operas, quas poteſt conducere ad longum tempus, quod non eſt prohibitum, & vſu ſeruatur, & ſic pro opera conducta ad longum tempus dat decimas in pretium, Suarez *cap.* 25. *num.* 10. Raphael à Turre *d. art.* 3. Sed hoc vltimum non placet. Nam licet Eccleſia poſſit conducere operas ad longum tempus, non propterea pro pretio poteſt dare id, quod ſecundum leges non eſt alienabile niſi ad breue tempus, quale eſt ius vtile decimarum exigendarum.

216. Et idem dicendum eſt de quocumq; alio licito, & iuſto contractu, & ab Eccleſia non prohibito, vel ſeruata ſolemnitate iuris in alienatione decimarum Clem. 1. *de alien. rer. Eccl. in fin.* Suarez *d. cap.* 25. *num.* 9. In his enim contractibus id quod principaliter alienatur, eſt temporale, quod datur tanquam pretium vel compenſatio temporalis recepti à laico. Quamuis hac occaſione Eccleſia laico concedat etiam ius procuratorium ad exigendum decimas.

217. Nam alias ius decimandi quod eſt ſpirituale non poteſt dari pro pretio, ſed ſimonia eſt vendere illud quocumque modo, *cap. Presbyter.* 1. *q.* Vgol. *de ſimon.* Tab. 1. *cap.* 39. §. 3. *num.* 2. Moneta *de dec. cap.* 5. *num.* 59. Vbi etiam quod emens ſcienter rem ſpiritualem à ſcienter illam vendente non poteſt contra vendentem agere de euictione. Nota in Ferrarien. 16. *Iunij* 1615. coram Pironano. Secus ſi emens eſt ignorans, ſicut ſi res in commercio eſt. Sed & ſimonia eſſet, ſi præter id quod valet temporale decimarum aliquid amplius daretur intuitu conceſſionis iuris decimandi, quamuis facultas materialis exigendi illud temporale materiale, quod continent decimæ, ſit quid temporale, & pretio æſtimabile.

218. Præterea conceſſio perpetua decimarum, modo ſupradicto per ſe non eſt illicita, & fieri poteſt per modum donationis, vel per modum ſubſidij, aut ſtipendij, aut infeudationis, & ſi fiat ex iuſta cauſa, & per legitimam poteſtatem, iuſta eſt. Quod comprobat Eccleſiæ praxis. Sic enim multi Reges, & Principes quartam partem decimarum, aut tertiam aut aliam habent ſibi à Sede Apoſtolica conceſſam.

219. Non poſſunt enim Imperatores, Reges, vel Principes propria auctoritate, vel ſibi vſurpare decimas, vel alicui concedere, hoc enim ſacrilegum eſt, nec ipſi, nec illi, quibus eas concedunt illas percipere poſſunt, & retinere, & varias cenſuras incurrunt, vt ex *toto tit. de rebus Eccl. non alien.* & *tit. de decim. cap.* Pro-

hibemus, *& cap. Tua el.* 1. *& can.* 17. Bullæ cœnæ; & DD. omnes docent. Ideo Parochi omnes huiuſmodi decimas à laicis vſurpatas, vel ab eis infeudatas petere poſſunt, & qui illas detinent ſunt raptores, *cap. cauſa*, *de verb. ſignific.* Rebuff. *q.* 10. *num.* 15. Si vero Princeps temporalis decimas conceſſerit, debet conceſſio intelligi de laicalibus decimis.

220. Cum ergo laici ſint capaces decimarum modo dicto etiam in perpetuum ex conceſſione Eccleſiæ, quis eas poteſt illis concedere? Indubitatum eſt ſummum Pontificem habere hanc poteſtatem. Sed etiam certum eſt nunc ſolum ſummum Pontificem poſſe concedere laicis decimas, vel in perpetuum, vel intra triennium. Quamuis vero aliqui voluerint hanc prohibitionem incepiſſe à tempore Concil. Lateranen. ſub Alex. 3. & ante illud Epiſcopos valide potuiſſe laicis concedere decimas titulo feudi vel alio. Couar. *d. cap.* 17. *num.* 5. Gutier. *Pract. l.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. *& cap.* 15. *num.* 4. Menoch. *l.* 6. *praeſ.* 86. *num.* 2. Azor. *d. l.* 7. *cap.* 36. *q.* 12. Moneta *cap.* 5. *num.* 66. Suarez *d. cap.* 26, *num.* 2. *&* 3. Tamen hoc non eſſe verum ex eo conſtat, quod nedum prohibitum fuiſſe ab Vrbano II. habetur ex *l. de vſibus Feudorum*, *cap.* 1. Sed expreſſe, & manifeſte à Clem. VII. in Concil. Lateranen. anno 1078. vt *lib. Regeſti cap.* 7. & habetur *cap. Decimas*, 1. 16. *q* 7. & iterum ab eodem, *cap. Peruenit*, 3, *ead. cauſa*; Idem vero repetitum fuiſſe ab Innoc. II. in Concil. Rom. refert poſtilator *poſt. d. cap. Decimas.*

221. Vnde eſt, quod ſi poſt dictam prohibitionem à Prælatis Papa inferioribus aliquæ decimæ conceſſæ ſunt laicis, ipſi iuſte eas non retinent. *Cap. Ex Apoſtolica*, de his, quæ fiunt à Præl. & ſup. *eod. tit. cap. Quamuis*, vbi Gloſſ. *& cap. Prohibemus*, & infr. *in hoc tit. cap.* 2. §. *Sanè*; Rebuff. *q.* 13. *nu.* 79. Couar. *d. cap.* 17. *num.* 5. Menoch. *l.* 6. *præſump.* 86. *num.* 2. Moneta *cap.* 5. *num.* 69. Azor. *d. l.* 7. *cap.* 36. *q.* 12. Rota *in Placent. decim.* 31. *Ianuar.* 1586. coram Bubalo, & in Sabinen. *decim.* 1609. *p. Iulij* coram Coccino, & in Ferrarien. *decimar.* 19. *Ianuar.* 1515. coram Dunozeto; Et ita vt Eccleſia pro decimis ſic infeudatis poſſit agere, etiam ſi tranſierint centum anni. Moneta *cap.* 5. *num.* 66.

222. Epiſcopus tamen illas decimas, quæ ad ſe pertinent, & quarum ſit dominus, poteſt alienare, vendere, remittere, locare, & ex iuſto contractu laico tradere ſaltem ad breue tempus, & extra caſus prohibitos per Canones, & maxime per Extrauag. *Ambitioſa* Pauli 2.

223. Poſſe etiam Epiſcopum laicis concedere decimas ad vitam titulo remunerationis, vel ex cauſa alicuius magni obſequij, aut beneficij facti Eccleſiæ, quale eſſet, ſi ſuis ſumptibus Eccleſiæ inſtruiſſet, vel eam à Tyranno defenderet, dixerunt Panorm. *cap. Ad hæc num.* 4. *& cap. Quamuis n* 4. *eod. tit.* Rebuff. *quæſt.* 10. *nu.* 24. Moneta *cap.* 5. *n.* 61. qui pro hac ſententia refert Card. Hiſp. Baldum, & D. T. 2. 2. *q.* 87. *a.* 3. *& quodl.* 2. *a.* 8. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 26. *n.* 1. Palaus *tract.* 10. *p.* 9. *n.* 5. ſed hoc non poteſt admitti niſi in terminis *Extrauag. Pauli* 2. *ad triennium*, vt dixit Azor. ab eodem Moneta citatus *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 36. *quæſt.* 11. *&* 14. Quod etiam non poteſt verificari niſi de Decimis ad ipſam perſonam Epiſcopi ſpectantibus, non vero de ſpectantibus Eccleſiæ, vel Eccleſijs, quas Epiſcopus alienare non poteſt & donare in præiudicium illarum, & non ſeruatis alijs iuris ſolemnitatibus. Et de proprijs etiam non poteſt præiudicium facere ſucceſſori. Et D. T. malè fuit pro illa ſententia citatus, quia ibi non loquitur de Epiſcopo, ſed de Eccleſia, & quid iuris ſit abſolutè docet, nimirum quod laicis non poteſt concedi ius decimarum, quamuis earum commoditas illis per Eccleſiam concedi poſſit. Et aliud eſt loqui de fructibus decimarum exactis, aliud de iure illos exigendi nomine Eccleſiæ; hoc enim ius non poteſt alienare, niſi ſeruata ſolemnitate Paulinæ.

224. Sed numquid laicus habens decimas in feudum poteſt illas in alterum laicum transferre? Hoc eſt certum, quod laicus intruſus qui non iuſto titulo decimas poſſidet, tenetur illas Eccleſiæ reſtituere, & non poteſt eas alteri laico donare, vel quomodocumque in illum transferre, *cap. Ex Apoſtolica*, de his quæ fiunt *à Præl. cap. Prohibemus*, *cap. Ad hæc eod. tit.* Et ex verbis illis *d. cap. Prohibemus*, Nullo modo traſmittant, excluditur etiam hæreditaria ſucceſſio, quæ etiam ex iure naturali, manet excluſa quia nullus poteſt in hæredem transferre quod non eſt ſuum, ſed alienum, & à ſe iniuſte poſſeſſum Suarez *d. cap.* 26. *nu.* 10. Barb. *d. cap. ex Apoſtolica nu.* 5. Et neque ex conſenſu Epiſcopi poteſt hic detentor decimarum alijs donare; vel tradere niſi in caſu infra explicando quia non poteſt Epiſcopus præiudicium facere Eccleſiæ ad quam pertinent. Barb. *d. cap. Ad Apoſtolica nu.* 6. *& de off. Parochi cap.* 28. §. 3. *num.* 63. Pax Iordan. *lib.* 10 *tit.* 13 *num.* 70.

225. Certum eſt etiam, quod qui iuſto titulo habet decimas in feudum perpetuum, transfert illas in hæredes, quia feudum non ſit perpetuum niſi ratione ſucceſſionis huiuſmodi ergo feudum decimarum transfertur in legitimos hæredes iuxta tamen feudi conſtitutionem, Suarez *d. cap.* 26. *num.* 7. Io: And. *infr. cap.* 2. *nu.* 2. *in hoc tit.* Tabien *num.* 27. Quidquid in contrarium dixerit, Rebuff. *quæſt.* 10. *num.* 40.

226. Vbi vero laicus iuſto titulo habet decimas in feudum, quod illas poſſit transferre in alium laicum etiam ſine conſenſu Epiſcopi voluit Barb. *d cap. Ad Apoſtolica nu.* 6. citans pro eadem ſententia Menoch. Gutiers, Gilchen, Io: Gar. Ceuall. & Cabed. Quia habens decimas in feudum perpetuum, habet illas tanquam patrimonium, & huiuſmodi decimæ non pertinent iam ad Eccleſiam aliquam, cum ab Eccleſia ſint alienatæ in perpetuum, ſed valde deficit à veritate hæc ſententia. Tum quia directum quaſi dominium remanet apud Eccleſiam. Tum quia hæc perpetuitas non eſt immutabilis æternitas, ſed laici cum tota illorum ſucceſſione deficere poſſunt, & ſic decimæ ad Eccleſias ad quas de iure pertinebant redire poterant.

Tum

Digitized by Google

Tum quia feudum decimarum non eſt merè temporale, Nam ius exigendi decimas eſt ſpirituale. Et quod magis eſt, hoc ins non eſt niſi procuratorium quia eſt ius exigendi decimas nomine Eccleſiæ, laicus vero nec poteſt diſponere de ſpiritualibus in conſulta Eccleſia, & præterea Procurator non poteſt officium ſuum in alium transferre ſeu alium Procuratorem inſtituere inconſulto domino niſi id ſibi fuerit expreſſe conceſſum.

227. Alij igitur dixerunt, quod laicus de conſenſu Epiſcopi poſſit transferre feudum in alium laicum Gloſſ. *in d. cap. Probibemus in 7.* laicos & ibi Card. Sylueſt. *v. Decimæ num.* 16. cum Raym. ſumma Confeſſ. & ſumma Piſan. Et hoc etiam ad vltimum poſſeſſorem extendũt Suarez *cap. 26. num.* 80. Palaus *p. 9. n. fin.* Pax Iordan. *l.* 10. *tit.* 13. *num.* 69. Et ratio eſt, quia non alienatur res Eccleſiæ, quæ iam eſt alienata, ſed ſolum feudum transfertur de perſona in perſonam. Sed ratio non militat: nam damnum, & quidem valdè notabile infertur Eccleſiæ ex eo quod prorogatur in perpetuum alienatio, & impeditur ne vtile dominium ad Eccleſiam reuertatur. Et non poteſt negari, quod laicus, in quem feudum decimarum trãsfertur non ſit alius ab eo, qui ex iuſto titulo prius decimas poſſidebat, & quod non habeat illas per nouam inueſtituram ſolius Epiſcopi conſentientis in trãslationem auctoritate, quod eſt contra prohibitionem Clementis VII. *cap. Decimas.* 1. *& cap. Peruenit.* 3. 16. *quæſt.* 7. Et ideo, quod laicus etiam de conſenſu Epiſcopi non poſſit in alium laicum transferre feudum decimarum tenuerunt *ex d. cap. Cum Apoſtolica,* de his quæ fiunt à Præl. Hoſt. Io: And. & Panor. *in d. c. Probibemus* Entic *in d. c. Quamuis,* Imola *c. 2. de feudis col. penult.* S. Raym. *tit. de decim.* §. 7. & ibi Io: de Trib. *v. Cedede d. l.* 7. Tabien. *v. decima n.* 27. Curtius *tract. de feudis* 2. *p. q.* 7. Couar. malè à Palao pro oppoſita ſententia relatus. *l.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 5. §. *Præter. hæc.* Archid. *infra in hoc tit. cap.* 2. Rota *dec.* 195. *n.* 9. *&* 10. *p.* 2. *recent.* Rebuff. *quæſt.* 10. *à n.* 18. Si tamen in inueſtitura conceſſa fuiſſet facultas transferendi feudum in alios id poſſet fieri. Sed verba illius deberent diligenter conſiderari. Exiſtimat autem Marius Anguiſola *conſil.* 50. *n.* 9. apud Io: Baptiſtam Caſſaris, quod clauſula *pro ſe, & ſuis beredibus, & quibus dederit,* non ſe extendat ad extraneos, ſed ſolum ad ſucceſſores ab inteſtato. Et hoc idem tenet de clauſula, *pro ſe, & pro ſuis bæredibus quibuſcumque* Et allegat Bald. *in c.* 1. §. *donare in tit. Qual. olim feud. poſt. alien.* Quod tamen conſiderandum eſſet diligentius.

228. Quia tamen res ſolita infeudari, poteſt infeudari de nouo, vt cum communis ſententia *ex cap. 2. de feudis tenui tom. 1. de ſtat. q.* 185. *a.* 7. *nu.* 178. Et ideo ibi dixi, quod etiam decimæ quæ conſueuerunt infeudari laicis, poſſunt iterum illis infeudari, iterum hoc aſſeritur quod tenent etiam Suarez *d. cap* 25. *n.* 9: & Palaus *d. p.* 9. *num. fin.* Et ſic extincta linea eorum, quibus decimæ in feudum fuerant conceſſæ, poſſunt iterum conſentiente Epiſcopo alteri infeudari ſi tamen duret prima cauſa infeudandi, & non alteretur ſolitum, vt ſi prius Decimæ fuerunt infeudatæ in maſculos, non extendatur feudum ad fœminas. Et ſi noua infeudatio fiat antequam decimæ ſint ab Eccleſia acceptatæ, & illi incorporatæ, Et ſi Eccleſia non mutauit ſtatum, & quæ tempore primæ infeudationis erat diues, poſtea facta eſt pauper; & ita vt non mutentur pacta, & non apponuntur pacta inſolita. Aliqua enim ex his conditionibus deficientibus noua infeudatio decimarum fieri non poteſt, vt ibi probaui, Et videri etiam poſſunt, quæ in ſimili de Emphyteuſi dixi *n,* 182. *& ſequent.*

229. Nec obſtat, ſi dicatur ſequi, quod etiam non extincto vltimo poſſeſſore feudi, poterit transferri feudum in aliam perſonam conſentiente Epiſcopo. Negatur enim conſequentia, vt in ſimili de Ephyteuſi, dixi vbi ſup. *n.* 187. quia infeudare durante prima inueſtitura eſt ſupplantare Pontificem, qui ea finita poſſet præuenire in inueſtiendo, vel ſucceſſorem in Eccleſia. Rota *dec.* 39. *n.* 35. & 36. *part. 9. recent.* Imo vt dictum eſt, id magnum præiudicium fert Eccleſiæ, quia prorogatur feudum, ne ad Eccleſiam reuertatur, & ſic fit quod Eccleſia ſi velit, non poſſit ſibi decimas retinere, & incorporare.

230. Laicus tamen, qui iuſto titulo poſſidet in perpetuum decimas in feudum illas concedere poteſt conſentiente Epiſcopo cuicumque Eccleſiæ voluerit. *cap. Cum Apoſtolica* de his, quæ fiunt à Prælat. *cap. Cum & plantare de priuil. & infr. in hoc tit. cap.* 2. §. *ſanè*, Vbi Gloſſ. Et colligitur etiam ex *cap. Statuimus, cap. In ſacris, cap. In Canonibus* 16. *q.* 1. Et eſt communis DD. ſententia, vt fatentur Couar. *l.* 1. Var. *cap.* 17. *nu.* 5. §. *Præter hæc.* Suarez *d. cap.* 25. *num.* 10. Tabien. *v. decima num.* 25. Rota *dec.* 234. *p.* 9. *recent.* Moneta *cap.* 5. *num.* 71.

231. Et nihilominus Barboſa *d. capite Cum Apoſtolica numer.* 6. vult quod etiam ſine conſenſu Epiſcopi, feudatarius, qui iuſto titulo poſſidet decimas poſſit illas donare loco Religioſo. Vt in donationibus tertiarum, quas à ſummis Pontificibus obtinent Caſtellæ, & Luſitaniæ Reges communiter receptum eſt per Sotum *l.* 9. *de iuſt. q.* 4. *ar.* 3. *& q.* 7. *a.* 1. & poſt Gutier. & D. Barboſam in *l. Titia num.* 42. *ff. de ſolut. matrim.* Sed hoc quidem verum eſt de decimis, quæ in feudum perpetuum obtinuerunt laici ante Concil. Lateranen. iuxta id, quod dicitur infra in hoc *tit. cap* 2. §. *ſanè*. Sed de alijs decimis ſeruandum eſt, quod decernitur in *d.* §. *ſanè & in d. Cap. Cum Apoſtolica,* vt in huiuſmodi decimarum conceſſione facta alteri Eccleſiæ requiratur conſenſus Epiſcopi.

232. Si vero decimæ retrodonentur Eccleſiæ, cuius prius erant, non eſſet neceſſarius conſenſus Epiſcopi, quia nihil ſubtrahitur alicui Eccleſiæ, ſed acquiritur Suarez *d. n* 10.

233. Decimæ vero retrodonatæ Eccleſiæ reaſſumunt primæuam naturam ſuam. Rebuff. *de dec. q.* 10. *num.* 50. Rota *in Valentina decimarum de Catalba.* 10. *Decemb.* 1602. coram Licta. *& in alia Valent. decim. de Ayera.* 9. *Decem.* 1602. coram Penna. *Et dec.* 234. *p.* 9. *recent.* Et ideo huiuſmodi decimæ, non poterunt amplius in

lai-

laicos transferri niſi à ſede Apoſtolica. *cap. Cum Apoſtolica*, *& d. cap. Probibemus*, vbi Hoſtien. Io. And. & Panorm. Couat. *d. n. 5.* Moneta *cap. 5. n. 72.*

234. Sed quod dicendum ſi laicus alicuius Eccleſiæ decimas detinet iniuſte, & non niſi vt intruſus, & eas non valet reſtituere Eccleſiæ, cuius ſunt, Poterit ne iſte de conſenſu Epiſcopi illas dare alicui alteri Eccleſiæ? De decimis iniuſtè acquiſitis poſt Concil. Lateranenſe ſub Alex. 3. negat Suarez *d. cap. 26. n. 13.* Sed iſtæ decimæ reſtitui debent propriæ Eccleſiæ, ſed decimæ iniuſtæ habitæ ante illud Concilium, ſi poſſidens monitus nolet illas propriæ Eccleſiæ reſtituere, poſſunt de conſenſu Epiſcopi tradi alteri Eccleſiæ. Hoc enim ſatis manifeſte colligitur ex *d. cap. Cum Apoſtolica & infr. cap. 2. § ſanè in hoc tit.* Sed ex huiuſmodi iuribus non colligitur hoc verificari de decimis poſt dictum concilium acquiſitis, & ideo de iſtis vera eſt opinio negans, quæ eſt Gloſſ. *in d. cap. Cum Apoſtolica*, & Panorm. *in cap. Probibemus de dec.* Barb. *d. cap. Cum Apoſtolica. n. 6. & de off. Paroch. cap. 28. § 3. num. 62.*

235. Merito autem iura propter rationem eminentis ſcandali voluerunt quod decimæ à Prælatis inferioribus habitæ, licet iniuſte ante illud Concilium poſſent de conſenſu Epiſcopi transferri ad alias Eccleſias, ſeu ad Religioſos, quia ſic aliquo modo Eccleſiarum vtilitati occurebatur. Huiuſmodi vero ratio non vrgebat in futurum, ſed obſeruandus erat rigor, vt decimæ iniuſtè obtentæ ſuis Eccleſijs reſtituerentur, Sic non oportet dicere cum Suarez *d. cap. 26. n. 6.* Quod ſupponitur detineri iuſte à laicis decimas ante Concil. Lateran. habitas à Prælatis inferioribus, & quod hoc potuit eſſe introductum conſuetudine, aut præſcriptione, aut ex alicuius Concilij decreto. Nam non eſt verum id ſupponi, ſed imo eas iniuſte detineri dicendum eſt; quamuis licet iniuſte detentas iura voluerint eas poſſe de conſenſu Epiſcopi reſtitui alteri Eccleſiæ ab ea cuius erant.

236. Quod ſi ſit dubium an decimæ laico conceſſæ fuerint ante Concil. Lateranen. præſumitur conceſſas fuiſſe poſt. Rota *in Taurinen. decim. 12. Ianuarij* 1607. coram Marcomantio. & Dom. hoc *tit.* Moneta *cap. 5. num. 59.* Barboſ. *d. cap. Ex Apoſtolica num. 4. Et infr. cap. 2. Eod. tit.* Archid. *num. 2.* Io: And. *num. 3.* Anchar. *not. 11.* Franc. *n. 2.* Barb. *ad Monach. n. 6.*

237. Ad probandum vero, quod decimæ ſint conceſſæ ante Concilium, quod ſufficiat probare immemorabilem, & alligare titulum dixerunt Anchar. *d. not. 15.* Franc. *n. 3.* Prob. *n. 2.* & apud eum Claudius de Seiſello, & Alex. *conſ. 6.* Hoc tamen nunc eſt difficile admittere, cum enim iam à Concil. Lateran. celebrato anno 1179. præceſſerint 590. anni, etiam quod probatur poſſeſſio centum annorum, vel immemorabilis, vnde conſtare poteſt, vel præſumi, quod infeudatio non ſit facta intra 300. vel 250. annos, qui poſt Concilium præceſſerunt, & medij eſſe potuerunt intra annum 1179. & annum centeſimum ab hoc anno vel ſimilem, de quo non ſit memoria. Nam alias tanta eſt neceſſitas beneplaciti Apoſtolici ad hoc, vt valide decimæ infeudentur laicis, vt ad hoc probandum non ſufficiat ſola immemorabilis, abſque forma priuilegij Apoſtolici, vel recognitione feudali. Io: And. & alij in *d. cap Cum Apoſtolica.* Felin. *in cap. cauſam quæ*, de Præſcrip. *nu. 3. & in cap. Cum contingat num. 4. de for. compet.* Moneta *cap. 5. num. 59.* Fagnan. *cap. In aliquibus, num. 1. eod. tit.* Barb *de off. Paroch. cap. 28. § 7. num. 56.* Pax Iordan *l. 10. tit. 13. num. 9. & 53.* Rota *in Tolet. iuris decimandi 27. April.* 1584. coram Blanchetto. *Et in Mediolanen. reſciſſion. permut. 21. Maij* 1597. coram Pamphilio ſenior. *Et in Taurinen. decim. 12. Ianuar.* 1607. coram Marquemont. *& in Ferrar. decim.* coram Innoc. X. *& dec. 215 num. 2. & 3. par. 2. diuerſ. & dec. 702. num. 1. part. 1. recent.* Seraphin. *dec. 1102. num. 1.* Et pluries alijs, vt refert Theod. de Rubeis in ſingular. Rota *l. 2. p. 2. v. Laicus § 1 pag. 61.* Et ideo licet in conceſſione iuris decimandi facta laicis ſit reſeruatum beneplacitū Apoſtolicum, hoc beneplacitum non præſumitur ſpatio 30. annorum, propter incapacitatem laicorum. Alex. *conſ. 70. num. 4. l. 3.* Rota *in d. Mediolanen. & Ferrarien.* Barboſa *d. § 3. nu. 57.* Cæterum, quod accedente ſacta priuilegij, vel feudi obtenti ante Concil. Lateran. immemorabili præſcriptione allegata laicus ſit tutus, poſt Rotam *dec. 215. per totam p. 2. diuerſ. & in Pampilonen. decim. 8. Martij* 1613. coram Coccino, dixit Barb. *de offic. Paroch cap 28. § 2. nu. 53.* Sed de his modo videnda eſt conſt. Vrbani 8. de præſeruatione iurium Eccleſiæ, vt cognoſcatur quando verificetur id quod ibi dicitur, ſcilicet, quod ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum, nec ſufficiat immemorabilis, cum ſama priuilegij.

238. Tandem aduerte, quod ita ſolius Papæ eſt concedere decimas laicis, vt hoc nec poſſit facere legatus à latere, Panorm. *in cap. Sacroſancta num. 2. de elect. Rebuff. q. 13. num. 73.* Rota *in Nouarien. decim. 10. Decemb.* 1592. coram Orano & in eadem cauſa 15. Martij 1583. coram Blanchetto. Moneta *cap. 5. n. 82.*

239. Et ſi contingat quod legato, vel Epiſcopo à ſede Apoſtolica ſit conceſſum, vt poſſit infeudare decimas, ſi legatus vel Epiſcopus in inueſtitura reſeruet beneplacitum Apoſtolicum, cum clauſula & non alias &c. quia conſtat eum noluiſſe vti facultate Apoſtolica ſibi delegata conceſſio non tenet, niſi impetrato Apoſtolico beneplacito Rota *in Ferrarien. decim. 23. Iunij* 1617. coram Pamphilio. *& dec. 545. num. 3. p. 4. recent.* Moneta *cap. 5. n. 59.*

240. Laici autem decimas ſibi iuſte in feudum conceſſas dare non poſſunt in pignus, niſi illi Eccleſiæ cuius ſunt. *cap. fin. eod. tit.* vbi Gloſſ. Niſi ſolum fructus ipſi, & commoditates decimarum pignorentur. Moneta *cap. 5. num. 70.* Rota *dec. 234. num. 6. p. 9. recent.* Rebuff *q. 10. n. 16.* Suarez *d. l. 1. cap. 19. num. 2.* Barboſa *d. cap. Interdicimus fin. eod. tit. num. 2.*

SVMMARIVM.

241 *Diuiſio quæſtionis.*

242 *De præteritis decimis fieri poteſt compoſitio etiam cum laicis.*

243 *De decimis futuris quomodo valeat compoſitio perſonalis, & qualiter Parochus agere poſſit ad reſciſcionem contractus.*

244 & 245 *Compoſitio inter Eccleſiaſticos fieri poteſt, præuia cauſæ cognitione.*

246 *Et de conſenſu Epiſcopi, vel reſpectiuè Archiepiſcopi, aut Prelati.*

247 *Compoſitio facta ſine conſenſu Epiſcopi non nocet ſucceſſori.*

248 *Si Parocho non remanet congrua, compoſitio non habet iuſtam cauſam.*

249 *Compoſitio ſuper diminutione decimarum inter Clericos valet de coſennſu Epiſcopi, & inter Clericos & laicos de conſenſu Papæ*

250 *Non ſufficit approbatio præſumpta ex curſu 30. annorum.*

251 *Poteſt ex iuſta cauſa fieri compoſitio etiam cum laicis ſuper integra decima accedente conſenſu Papæ.*

252 *Hæc compoſitio ſic facta erit valida. Sed ſi parocho non remanet congrua eſt nulla.*

Ad hanc nullitatem requiritur enormis læſio 252.

253 *Fieri poteſt hæc compoſitio ſi Parocho dentur alij reditus.*

Huiuſmodi permutationes non fiunt ex aliquo pacto 253.

254 *Compoſitio fieri poteſt cum laico auctoritate Epiſcopi ſuper circumſtantiis temporis & loci, non tamen ſuper diminutione decimarum, aut mutatione perſonæ.*

255 *Compoſitio facta ſine conſenſu ſuperioris non egreditur ſuum auctorem.*

Et qualiter poſſit reſcindi. 255.

256 *Qui vult ſe iuuare compoſitione debet probare eius obſeruantiam.*

Confirmatio concordiæ non tollet eius nullitatem, 256.

257 *Priuilegium decimarum non ſe extendit ad compoſitiones non expreſſas.*

258 *Aliquæ compoſitiones validæ etiam ſi factæ ſine conſenſu ſuperioris.*

259 *Tranſactio facilius admitti poteſt, quam compoſitio.*

260 *Eccleſia ius certum decimarum, quod habet, non poteſt alteri donare.*

Nec poteſt decimas alienare. Et alienatio eſt nulla non ſeruata forma commiſſionis 260.

Art. XII.

An compoſitio ſuper decimis valeat.

241. COmpoſitio eſt gratuita conuentio inita inter aliquos tranſactio vero eſt de re dubia, & incerta aliquo dato, aut retento *l. 1. ff. de tranſact. cap. remens, de tranſact.* Dum vero quæritur an compoſitio ſuper decimis valeat, diſtingui debet an loquamur inter Clericos, vel inter laicos, & aut de transferendis decimis, aut de non ſoluendis.

242. Dicendum igitur eſt primo valere compoſitionem, ſeu tranſactionem etiam cum laicis pro decimis præteritis, etiam ſi pro illis detur pecunia, vel res temporalis, & etiam non requiſito conſenſu ſuperioris. Gloſſ. & DD. *in cap. vt ſuper de reb. Eccl. non alien. Dec. cap. venerabilis de confir. vt vel inut.* Gloſſ. & DD. *in cap. fin. de rerum permut.* Rebuff. *q. 13. num. 25. & 33.* Moneta *cap. 5. num. 128.* Bonac. *p. 5. n. 4.* Barboſa *l. 3. de iur. Eccl. cap. 26. §. 4.* Panorm. *in cap. cum homines eod. tit. num. 4.* Fagund. *l. 5. cap. 2.* Trullench. *l. 3. cap. 3. d. 15.* Ratio eſt, quia hic non intrat compoſitio ſuper iure decimandi, ſed merè ſuper fructibus decimarum debitis, & non ſolutis, qui ſunt quid temporale; & ita non datur temporale, niſi pro temporali. Hec tamen compoſitio nequit fieri niſi ab illis, ad quos fructus decimarum pertinent. Et ſi conuentio iſta tangeret etiam ius exigendi decimas vt ſi à Petro fiat conuentio cum tertio, & illi cedat decimas de præterito ab alio ſibi debitas cum iure exigendi illas, & hoc valet, ſi pro iure exigendi nihil accipitur, ſed ſolum temporale pro temporali compenſatur. Et non eſt neceſſaria auctor. ſuper. Quia non agitur de interreſſe Eccleſiæ, ſed de priuato interreſſe illius ad quem decimę ſpectant.

243. Dicitur ſecundo quod in ordine ad decimas futuras poteſt Parochus perſonaliter eo nomine proprio conuenire etiam cum laicis de non recipiendis ab eis decimis tempore vitę ſuæ. *Cap. Veniens de tranſact.* Rebuff. *d. q. 13. n. 35.* Et ratio eſt, quia in hac perſonali conuentione non remanet obligata Eccleſia, ſed agitur de priuato interreſſe Parochi, qui ſolus manet obligatus eius vita durante, & per huiuſmodi contractum non auferτur Eccleſiæ ius ad decimas, ſed ſola perſona Parochi obligatur ad eas non petendas, quia ex compoſitione cenſetur iam illas acepiſſe. Exiſtimat tamen Rebuff. quod Parochus in hoc caſu poſſit nomine Eccleſiæ agere non quidem nomine proprio ad reciſionem tranſactionis ſi Eccleſia læſa manet vt ſi Parocho non remaneret ſufficiens ſuſtentatio. Fagund. *l. 3. cap. 2. num. 20.* Imo ſi laicus ſucceſſori in beneficio reſiſtat ne poſſeſſionem capiat, niſi iuramento, vel ſcriptura confirmet tranſactionem huiuſmodi factam cum antecesſore, & ipſe promittat, & iuret, adhuc nomine Eccleſiæ poterit agere ad reſciſſionem contractus. Quod idem verificatur ſi promiſiſſet dare proprietatem Eccleſiæ in Emphyteuſim. Quia promiſſio illa continet conditionẽ, ſi iure poſſum. Et imo ſi adſit præiudicium Eccleſiæ ad ſic agendum tenetur. Imo poteſt eſſe, quod promiſſio huiuſmodi ſit nulla, & ſacrilega. Fagund. *d. c. 2. num. 21.* Nomine etiam Eccleſiæ ius decimarum non poteſt remittere, cum non ſit dominus illius, & iura Eccleſiæ non poſſit alienare, niſi iuris ſolemnitatibus ſeruatis, & in euidentem Eccleſiæ vtilitatem.

244. Dicendum igitur eſt tertio valere compoſitionem ſeu tranſactionem inter Eccleſiaſticos initam auctoritate Epiſcopi, vt decimæ prædiales vni Parocho debitæ alteri Parocho, aut Eccleſiæ ſoluantur. Ita habetur expreſſe ex *cap. 2. de tranſact. & cap. dilecti de decim.* Vbi Panorm. *num. 5.* Idem Panorm. *cap. cum homines num. 4. & cap. ex multiplici num. 1.* Ruin. *conſ. 142. num. 13. vol. 5.* Rebuff. *q. 13. n. 16.*

num. 16. Moneta *cap.* 1. *num.* 119. Azor. *p.* 1. *l.* 7 *cap.* 37. *q.* 5. Fagund. *l.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Suarez, *cap.* 12. *num.* 15. Palaus *p.* 5. *num.* 4. Ratio eſt, quia cum non multum interſit, quis Clericorum habeat decimas, vel quæ Eccleſia illas poſſideat, propterea iura conuenire iudicarunt, vt ſuper hoc compoſitiones admitterentur, ſi maturè Epiſcopo conſentiente fierent.

245. Eſt autem primo neceſſarium vt interueniat cognitio cauſæ, & Epiſcopi auctoritas. Neceſſaria eſt cauſæ cognitio, vt appareat an compoſitio expediat Eccleſiæ, alias enim, cum huiuſmodi compoſitio ſine quadam alienatione non fiat, non valeret, ſi ſine cauſæ cognitione fieret *cap.* 1. *de reb. Eccl. non aliennand. ſup. in hoc lib.* Rebuff. *d. q.* 13. *num.* 19. & alij DD. ſupracitati. Videantur, quæ de neceſſitate tractatus in alienatione rerum Eccleſiæ dixi *tom.* 1. *de ſtat. q.* 185. *art.* 7.

246. Sed & neceſſarium eſt decretum ſeu conſenſus Epiſcopi, *cap.* 2. *de tranſact.* vbi Innoc. & Panorm. & alij DD. ſupra citati. Et de huius etiam conſenſus neceſſitate plura dixi vbi ſupra. Non ſufficeret vero conſenſus inferioris Prælati, niſi Prælatus eſſet talis, qui haberet territorium ſeparatum, & in eo iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. *cap. ſignificaſti de for. compet* Gloſſ. *in Clem.* 1. *in v. proprij de reb. Eccl. non aliena* Rebuff. *d. q.* 13. *num* 24. Quod ſi Epiſcopus eſſet, qui componere vellet requireretur conſenſus Archiepiſcopi, quia tunc Epiſcopus in propria cauſa non poſſet conſenſum auctoritatium præſtare Rebuff. *num.* 22. An vero ad præbendam auctoritatem his compoſitionibus ſufficiat auctoritas Vicarij Generalis in abſentia Epiſcopi affirmant Rebuff. *num.* 23. Moneta *num.* 121. Fagund. *num.* 5. Barb. *de iure Eccl. l.* 3. *c.* 26. §. 4. *num.* 26. Trullench. *d.* 3. *cap.* 3. *d. cap.* 11. *num.* 12. Leander. *tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 7. *quæſt.* 30.

247. Quod ſi compoſitio facta fuerit ſine huiuſmodi conſenſu Epiſcopi aut legitimi ſuperioris, non præiudicat ſucceſſori quantum ad futuras decimas, *cap. de catero*, & *cap. veniens* de tranſ. *cap. Ad hac de off. vicar.* Tunc enim cenſetur compoſitio perſonalis Barboſa *de iure Eccl. par.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 26. Palaus *tr.* 10. *p.* 5. *num.* 4. & 5. Trullench. *d. cap.* 3. *d.* 11. *n.* 12 Gloſſ. & Panorm. in *d. cap. veniens* Rota in Cracouien. *decim.* 20. Martij 1651. coram Veroſpio & Cracouien. *decim.* 27. Martij 1651. coram eodem. Vbi quod nihilominus Rector reſciſſionem huius compoſitionis nomine Eccleſiæ poteſt intentare. Secus quantum ad pręteritas decimas, quia quantum ad iſtas valet compoſitio facta ſine conſenſu ſuperioris, quia non agitur de remittendo aliquo iure Eccleſiæ, ſed ſolum de commodo Parochi componentis. Panorm. *d. cap. cum homines num.* 4. & *c. ex multiplici num.* 2. Rebuff. *d. qu.* 13. *num.* 25. & 33. Moneta *cap.* 5. *num.* 128. Fagund. *in* 5. *prac. Ecc. l.* 3. *cap.* 2. *num.* 6. Brboſa *cap. vt ſuper* 8. *de reb. Eccl. non alienan. n.* 4.

248. Dictum eſt eutem de decimis prædialibus, quia in perſonalibus decimis non valeret compoſitio, quia iſtæ debentur Parocho domicilij à quo recipiuntur ſacramenta, ſecundum Rubuff. *d. quæſtion.* 13. *num.* 17. & Moneta *d. cap.* 5. *d. num.* 109. Sed limtatio non eſt neceſſaria, quia cum compoſitio libere fiat alio accepto in compoſitionem eius quod datur, bene Parochus componere poſſet etiam ſuper perſonalibus decimis de conſenſu ſuperioris. Dicit etiam Rebuff. *num.* 18. quod ſi ageretur quod monaſterium haberet totam decimam prędialem, ſi Parocho non remaneret ſufficiens ſuſtentatio, poſſet petere, & agere ad congruam portionem. *Cap. De monachis, de prabend.* Sed in hoc caſu non adſſet iuſta cauſa talis compoſitionis.

249. Dicendum eſt 5. valere compoſitionē factam ſuper diminutione decimarum tam inter Clericos, quam inter Clericos, & laicos, vt quod non ſoluantur decimæ minutæ, vel non ſoluantur integræ de vino, & oleo. Et quidem inter Clericos de conſenſu Epiſcopi iniri poteſt concordia, vel vt minus ſoluatur, vel vt de aliqua re non ſoluantur *cap. ſtatuimus cap. veniens, de tranſaction. cap. ex multiplici de decim.* Panorm. *cap. Dilectis eod. tit.* Treuiſ. *dec.* Venit. 29. *num.* 12. Rebuff *q.* 13. *num.* 26. Moneta *cap.* 5 *num.* 123. Suarez *cap.* 12. *num.* 15. Palaus *p.* 5. *num.* 4. Leand. *d. diſp.* 7. *q.* 29. Fagund. *l.* 3. *c.* 2 *num.* 9. Barboſa *d. cap.* Ex moltiplici *num.* 2. Trullench. *d. dub.* 11. *num.* 12. & 14. Valet etiam huiuſmodi compoſitio inter Clericos, & laicos, ſi tamen fiat de conſenſu Papæ. Nam alius à Pontifice non poteſt laicis concedere decimas. *Cap. Venerabilis de confirm. vtil.* vbi Panorm. Rebuff. *q.* 13. *num.* 26. & 29. Moneta *cap.* 5. *num.* 124. Azor. *d. l.* 7. *cap.* 37. *q.* 5. Palaus *tract.* 10. *p.* 5. *num.* 4. Leander *d. diſp.* 7. *q.* 35. Quidquid in contrarium ſenſerit Trullench. *d. l.* 3. *c.* 3. *dub.* 11. *n.* 12.

250. Ex Rota autem coram Coccino *dec.* 279. & *dec.* 362. Et Panorm. *in cap.* Albericus *num.* 6. & Addan. ad Felin. *num.* 3. *de teſtibus*, & Alex *conſ.* 12. *num.* 12. & *conſ.* 17. *num.* 8. & 9 *l.* 4. Addit Moneta *d. cap.* 5. *num.* 125. ſufficere ſi huiuſmodi compoſitio ſit approbata tempore triginta annorum cum obſeruantia. Sed obſtant ſupradicta *numer.* 239. Vbi enim de laicis eſt ſermo, ex obſerantia triginta annorum non præſumitur beneplacitum Apoſtolicum.

251. Dicitur 6. quod valet compoſitio, vt nedum Clerici, ſed etiam laici decimas vnius Parochiæ integras recipiant, ſi fiat ex iuſta cauſa, & beneplacito Papæ. Oppoſitum ſentit Rebuff. *d. q.* 13. *num.* 28. Tum quia decimę Leuitis, & Clericis relictæ fuerunt. Tum quia laici ſunt incapaces ſpiritualium rerum. Et ideo illas poſſidere non poſſunt. Sed hæc non probant. Non quidem primum, quia imo quia decimæ ſunt Clericorum poteſt Clericus ſuper illis, vt ſuper rebus proprijs componere & illarum loco ex iuxta cauſa, & auctoritate Papę aliquod aliud obtinere. Non ſecundum quia in his compoſitionibus laico non datur ius ad decimas proprium, & principale, quia laicus illius eſt incapax. Et ideo non valet compoſitio in qua laico detur ius proprium, ſeu vt nomine proprio exigat decimas, etiam ſi adſit Papæ conſenſus D. Thom. 2. 2. *q.* 87. *a.* 3

Panorm.

Digitized by Google

Panorm. *in cap. Quamuis, eod. tit.* Suarez *d. l.* 1. *cap.* 25. *num.* 5. Fagund. *d. l.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Trulleuch. *d. cap.* 3. *dub.* 11. *num.* 12. Leander. *d. diſp.* 7. *quæſt.* 37. Sed vbi laico conceditur ſolum, vt nomine Eccleſiæ, & ex Eccleſiæ iure exigat decimas, quia laicus huius eſt capax, poteſt id illi concedi de conſenſu Papæ, & ex cauſa iuſta. Et nihilominus ſuper hoc iure non licet paciſci, vel illud vendere; Nec ratione illius aliquid temporale datur ex pacto, ſed illud gratuitò donatur, & vbi intrèt compenſatio, hæc verſatur circa temporale decimarum. Cæterum in his ſemper interuenire debet cauſa iuſta componendi; qua exiſtente, & accedente beneplacito Papæ, compoſitio, & valida eſt, & iuſta.

252. Hinc eſt, quod etiam ſi curatus conueniat cum laico, vt nullam decimam ſoluat, data cauſa iuſta, & conſenſu Papæ, totum eſt validum, quidquid incontrarium dicat Rebuff. *d. q.* 13. *num.* 29. Et ſic poteſt eſſe valida compoſitio etiam de non ſoluendis decimis in futurum. Nam vel Parocho componenti cum laico non remanet ſufficiens ſuſtentatio pro exercendo ſuo officio, & tunc compoſitionis huius non datur iuſta cauſa, imo compoſitio iſta eſt contra ius diuinum, & naturale ex quo eidem Parocho ſuſtentatio debetur. Neque bene dicitur cum eodem Rebuff. *n.* 18. & Fagund. *l.* 3. *c.* 2. *n.* 8. quod in caſu quod alius ſiue Clericus, ſiue Religioſus, ſiue laicus habeat integras decimas alicuius Parochiæ per compoſitionem non habente Parocho vnde viuat, quod habebit ius ad petendam congruam ſuſtentationem, & portionem, ſed dicendum eſt, quod huiuſmodi compoſitio eſt iniqua, & ſacrilega, in qua deficit iuſta cauſa, quia contra diuinum ius eſt, quod Parochus etiam alias, ex proprio diues, non habeat ex altari vnde ſe ſuſtentet ſiue hoc ſit ex decimis, ſiue ex alijs Eccleſiaſticis reditibus. Et ideo huiuſmodi compoſitio probata læſione eſt nulla. Rota *dec.* 111. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* Quamuis ad reſcindendam compoſitionem nec ſufficiat qualibet, læſio, ſed requiratur enormiſſima aut ſaltem enormis, vt probat Rota *dec.* 627. *nu.* 7. *p.* 1. *recent.* Si vero Parochus componens pro futuris decimis etiam cum laico, habet alios reditus Eccleſiaſticos, ex quibus ſufficienter poteſt ſe iuxta dignitatem ſuſtentare, tunc quia non eſt de iure naturali, vel diuino, quod ſe ſuſtentet ex decimis, non eſt vnde negetur, quod non poſſit ex iuſta cauſa, & accedente auctoritate Papæ ſuper decimis futuris etiam in perpetuum componere. Et tunc ſi poſt factum deficeret Parocho ſuſtentatio, haberet Parochus ius ad decimas, non obſtante compoſitione, & ei prouidendum eſſet ſuperioris auctoritate, ita tamen quod nullus iniuſte grauaretur. Sed ſi ab initio compoſitio fuit læſiua non poteſt præſumi interfuiſſe beneplacitum Apoſtolicum, vt dixit Rota in Cracouien. decim. die vigeſima ſeptima Martij anno 1651. coram Veroſpio.

253. Sic fieri poteſt v. g. quod Parochus etiam à laico accipiat pro decimis compenſationem in alijs reditibus. Et tunc compoſitionem poſſe eſſe licitam fatentur idem Rebuff. *num.* 36. Moneta *cap.* 5. *num.* 129. Barboſ. *d. cap. Ex multiplici nu.* 3. Nec ad ſaluandam hanc compoſitionem eſt neceſſe, vt detur ſpirituale pro ſpirituali, vt vult Rebuff. quod, & admittunt Moneta, & Barboſa vbi in compoſitione tribuatur ius decimandi, quod eſt ſpirituale, non vero quando temporale datur pro exemptione ab onere decimarum, quia hæc exemptio non eſt quid ſpirituale, ſic enim *in cap. fin. de rerum permut.* prohibetur ne pro decimis detur aliquod temporale per modum permutationis, vt ſupponunt Gloſſ. & DD. non vero quando agitur ad habendam exemptionem à decimis. Sed ibi Gloſſ. *v. temporalia in fin.* expreſſe negat, quod dari poſſint reditus temporales, pro exemptione decimarum. Dicendum igitur quod pro iure decimarum, quod eſt ſpirituale nunquam poteſt ex pacto dari temporale, eſt enim hoc ſimoniacum: ſed temporale pro temporali commutari poteſt, & ſic æſtimato volore fructuum decimarum, poſſunt dari tot alij fructus temporales ſeruata æqualitate inter temporalia; ſed huiuſmodi permutationes non poſſunt fieri auctoritate priuata, & ex priuato contractu, ſed ſolum cognita cauſa, & conceſſione ſuperioris. Qui admittit permutationem non per modum contractus priuati initi inter partes, vt benè conſiderauit Gloſſ. *in cap.* 2. *de tranſact. v. ſuper decimis*, ſic enim daretur ex pacto ius decimarum, quod non licet. Sed ſpectata vtilitate Eccleſiæ, & admiſſa ſolum materiali compenſatione tradet vni ſine pacto neque ex vi pacti ius decimandi miniſteriale tamen, & procuratorium, vt nomine Eccleſiæ recipiat alios redditus. Videantur, quæ ſupra dicta ſunt *cap. de rerum permut. in hoc lib.* Cæterum hoc etiam verum eſt quod liberari ab onere ſoluendi decimas non eſt ſpirituale, ſed temporale, ſed tamen neque hæc permutatio fieri poteſt ſine ſuperioris legitimi beneplacito.

254. Dicitur 7. quod ſi compoſitio reſpiciat circumſtantias temporis, & loci ſoluendi decimas, non tamen diminuendo quantitatem, compoſitio etiam cum laicis fieri poteſt Epiſcopi conſenſu interueniente, videlicet, quo tempore ſoluendæ ſint decimæ, vel in quo loco, an ſcilicet in campo, vel in domo Parochi. Rebuff. *d. quæſt.* 13. *num.* 29. Azor. *d. l.* 7. *cap.* 37. *q.* 5. Fagund. *d. cap.* 2. *num.* 14. Trullench. *d. cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 15. Barb. *l.* 3. *de iure Eccl. cap.* 26. §. 4. *numer.* 24. Leander *d. diſp.* 7. *quæſt.* 36. Moneta *cap.* 5. *numer.* 12. Addit autem Rebuff. hoc verificari ſi tractetur de perſonis, quibus ſoluendæ ſunt decimæ. Et amplius ſi agatur cum laicis de diminutione decimarum ſubdens, quod iſta tenet quando compoſitio eſt firmata magno temporis interuallo. Sed horum vtrumque non ſubſiſtit ſi agatur de tradendis decimis laico, aut illis diminuendis, vt ex iam dictis manet probatum.

255. Alias vero compoſitio etiam quantū ad circumſtantias ſolutionis decimarum debet eſſe roborata auctoritate ſuperioris, aliter non greditur ſuum auctorem, *cap. De cætero, de tranſact.* Panorm. *in d. cap. Ex multiplici num.* 2. vbi

vbi Butr. *in fin. & in cap. Cum homines numer. 3. Rota in Mediolanen. decimarum*, 10. *April.* 1606. Quamuis vero, vt dictum eſt ſupra, in hoc caſu Parochis poſſit nomine Eccleſiæ agere ad reſciſſionem compoſitionis, id tamen ei non licet, niſi (ſi id petat pars) reſtitutis prius omnibus ex vi concordiæ receptis. *Rota dec.* 111. *part.* 1. *diuerſ.* quamuis vt ibi dicitur *num.* 4. poſſit eam retineri ex cauſa certa.

256. Et ſi vero compoſitio ſuper decimis ſit facta auctoritate ſuperioris, qui ea vult ſe iuuare debet probare ſe ex parte ſua ſeruaſſe compoſitionem, *l. cum perſonas. C. de pact. cap. Peruenit* 3. *de iureiur.* Et ſi contra compoſitionem decimæ fuerint ſolutæ, cenſetur renunciatum compoſitioni Rebuff. *d. p.* 13. *nu.* 31. Leander *d. diſp.* 7. *quæſt.* 38. Et aduertendum, quod ſi compoſitio fuit nulla vel ex capite læſionis, vel ex defectu beneplaciti Apoſtolici, aut ex quacumque alia cauſa, non poteſt quis compoſitione ſe iuuare, etiam ſi compoſitio ſit confirmata, vel à ſacra aliqua Cardinalium congregatione vel à Summo Pontifice, quia huiuſmodi decreta confirmantia non approbant cõcordias nullas, vt dixit *Rota d. dec. Cracouien. decim.* 27. *Martij* 1651. coram Vecoſpio ſed neceſſe eſt vt in confirmatione exprimatur tenor concordiæ initæ, vt dixit eadem Rota. Confirmatio enim relata concordia non expreſſa, aut ſuppoſito non verificato, vel nihil operatur, vel tamquam confirmatio data in forma communi non egreditur fines concordiæ, & non validat illam, ſi alias ſit nulla. *Rota in Calagur. decim.* 17. *April.* 1654. *coram Zarate*. Alias vero, poſt confirmationem ſignatam à Papa non eſt locus pœnitentiæ, nec poteſt ab illa recedi. *Rota dec.* 585. *num.* 1. *& ſequen. p.* 1. *recent.*

257. Aduertit quoque Rebuff. *numer.* 32. quod priuilegium ſuper decimis alicui de nouo à Papa conceſſum, non ſe extendit ad decimas, quas habent laici, & de iure poſſident, vel alius particularis, ſed ſolum reſpicere iudicium Parochialium Eccleſiarum, *vt inf. in hoc tit. cap.* 2. §. 1. Nam Princeps concedens priuilegium contra ius publicum non intendit lædere ius priuatum, niſi id exprimat *l.* 2. §. *ſi quis, &* §. *merito, ff. ne quid in loco publ. cap. Quamuis, de reſcrip. in* 6. Reſcriptum enim non ſe extendit ad ea, quæ Princeps præſumitur ignorare.

258. Addi etiam debet multas compoſitiones, aut contractus valere ſuper decimis etiã ſi fiant ſine auctoritate ſuperioris, vt de contractu locationis, & alijs dictum eſt ſupra.

259. Quæ vero dicta ſunt de compoſitione procedunt, & quidem maiori iure de tranſactione, quæ ſi propriè ſumatur diſtinguitur à compoſitione, quia tranſactio locum habet in dubio. Nam vbi ius Eccleſiæ ſit dubium multo facilius admittitur compoſitio. Et tamen conſideranda erunt, quæ ſunt neceſſaria, vt tranſactio ſuper rebus Eccleſiæ valeat ſine beneplacito Apoſtolico. Videantur quæ de hoc dixi *tom.* 1. *de ſtat. quæſt.* 185. *art.* 7. *à num.* 249.

260. Compoſitio vero, & tranſactio à liberali donatione diſtinguuntur; vnde nec dici debet, quod vna Eccleſia nedum laicis, ſed nec alteri Eccleſiæ donare poſſit certum ius decimarum, quod habet, ſine beneplacito Apoſtolico. *Rota in Cracouien. decim.* 16. *Nouemb.* 1650. *coram Bichio*. Nam decimarum alienatio facta ſine ſolemnitatibus, & beneplacito Apoſtolico eſt nulla. *Rota dec.* 270. *num.* 5. *par.* 4. *& dec.* 195. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* Imò vbi Pontifex conceſſit beneplacitum dato executore, alienatio eſt nulla ſi fiat, vel non ſeruata forma commiſſionis, vel poſt ſententiam executoris, vel pro pretio in fide dato, vt dicitur in *d. dec.* 195. *num.* 5. 7. *&* 8 Vnde nec compoſitio, aut tranſactio in materia decimarum valet ſine beneplacito Apoſtolico, niſi iuxta extrauag. ambitioſe, in caſibus in iure expreſſis, & permiſſis.

SVMMARIVM.

261 *Conſuetudo à præſcriptione diſtinguitur.*
262 *Poteſt abſq; præſcriptione tolli ius quod non habetur niſi ex lege.*
263 *Exemptio à decimis non quoad ſuſtentationem ſed quoad quotã poteſt conſuetudine obtineri.*
264 *Facilius obtinetur exemptio à decimis perſonalibus.*
265 *Valet conſuetudo non ſoluendi decimas minutas, vel non integras.*
266 *Clerici conſuetudine obtinere poſſunt exemptionem à decimis de patrimonialibus.*
267 *Et quod vna Eccleſia maiores, alia minores decimas percipiat.*
268 *Et conſuetudine determinari poſſunt circumſtantia ſoluendarum decimarum.*
Et ad hoc ſufficit conſuetudo decennalis 268.
269 *Conſuetudine introduci poteſt vt decima debita vni Eccleſiæ alteri ſoluantur.*
270 *Conſuetudo in dubio determinat cui Eccleſiæ debeantur decimæ.*
In concurrentia opinionum ſequenda conſuetudo, 269. 270.
271 *Decimæ in confinibus non præſcribuntur*
272 *Cuius loci conſuetudo attendi debeat.*
273 *In perſonalibus decimis maximè attenditur conſuetudo.*
274 *Conſuetudo exemptiua, vel tranſlatiua ad Eccleſias non parochiales debet eſſe* 40. *ann.*
275 *De tranſlatione decimarum ad alteram Parochialem aliquorum opinio.*
276 *Ad minus quadragenaria eſt neceſſaria, vt decimæ vnius Parochialis acquirantur alteri.*
277 *In dubio ſufficiet decennalis.*
278 *Conſuetudo strictè intelligitur, nec ſe extendit ad non ſolita.*
279 *Laicus nulla conſuetudine acquirere poteſt decimas.*
280 *Ad conſuetudinem non requiritur titulus & bona fides.*
281 *Papa omnem conſuetudinem non ſoluendi decimas poteſt tollere.*

Artic.

Artic. XIII.

An lex decimarum poſſit conſuetudine abrogari.

261. PRæmitenda hic eſt diſtinctio inter conſuetudinem & præſcriptionem, quam latius tradidi *ſup. cap. 1. de conſuetud.* Eſt verò hæc eſſentialis & primaria, quod conſuetudo habet pro obiectu bonum publicum, & legale; eſt enim noua lex ſi opus ſit alterius contrariæ legis abrogatiua, & ſic eius eſſentia eſt vt conſtituat ius publicum, & legem obligantem ſtatuat, intuitu communis boni, ſeu præſcriptio reſpicit bonum priuatum, & auferendo ab alio priuatum dominium illud tribuit præſcribēti. Præſcriptio enim eſt dominij alienæ rei acquiſitio, ſeu alieni iuris eliſio proueniens ex poſſeſſione per tempus à lege ſtatutum continuata.

262. Videri autem poſſet, quod quando lex ſtatuit aliquid ad alterius commodum, & ſic dedit aliquibus priuatum aliquod quaſi dominium vel ius, ad tollendam huiuſmodi legem, ſit neceſſaria nedum conſuetudo, ſed etiam præſcriptio proprie ſumpta; quia in hoc caſu nedum tolli debet ius publicum legis, ſed etiam ius illud priuatum priuatis perſonis ex lege ſtatutum; quod ius priuatum non niſi præſcriptione tolli poſſe videtur. Sed non ita eſt; Nam licet quando ius & dominium aliquorum non poteſt per legem tolli, & auferri, poſſit vero præſcribi, conſuetudo ſola, non poſſit inferre præiudicium, niſi ſit propriè præſcripta. In quo ſenſu verum eſt quod dixi *ſup. cap. 1. de conſuetud. quæſt. 1. art. 8. num. 205. & num. 209.* Quando tamen dominium rei alicui non conuenit niſi ex lege, aut ex lege poteſt tolli: Item quando ius alteri conceſſum à lege non eſt ius iuſtitiæ commutatiuæ, & proprium, ſed ex mutabili voluntate legiſlatoris illi conceſſum, huiuſmodi aut dominium, aut quaſi dominium, & ius, quod ſicut lege fuit conceſſum, ita lege poteſt auferri, & poteſt etiam per conſuetudinem tolli, quæ non eſt niſi lex non ſcripta. In propoſito noſtro vero Eccleſiæ non habent ius ad decimas niſi ex lege, & amplius, hoc ius non eſt proprie dominium, vt probatum eſt *art. 3.* In quantum igitur hoc ius ad decimas habetur ex lege poſitiua mutabili, poteſt independenter à propria præſcriptione, vel per aliā legem, vel per priuilegium, & ideo etiam per conſuetudinem tolli. Et propterea DD. communiter merito in præſenti materia diſtinguunt inter conſuetudinem, & præſcriptionem. Primó autem de conſuetudine quæ bonum publicum reſpicit, videndum eſt quantum valeat in materia decimarum.

263. Quantum autem ad exemptionem ab obligatione ſoluendi decimas, dicas breuiter, non poſſe conſuetudine obtineri, vt Parochi & Eccleſiæ Miniſtri non habeant ſuſtentationem neceſſariam vel ex decimis, vel ex alijs reditibus. Et hoc etiam ſi Miniſtri ex proprio patrimonio ſint diuites. Ius enim naturale, & diuinum, vult vt inſeruientes altari, de altari viuant. Sed vbi Parochi, vel Miniſtri Eccleſiaſtici ex alijs reditibus Eccleſiaſticis habent ſufficientem ſuſtentationem, exemptio è decimis vel in totum, vel in partem etiam à laicis poteſt conſuetudine obtineri. Ita habetur ex D. T. 22. *quæſt. 87. art. 1. ad quintum & quodl. 2. art. 8.* Vbi Aragon. & Raphael à Turre. Sotus *l. 9. de iuſt qu. 4 art. 1.* Gloſſ. *cap. Quia cognouimus, v. præſumpt. 10. quæſt. 3.* Gloſſ. *vlt. in cap. In quibuſdam §. fin. eod. tit.* Nauar. in Man. *cap. 21. num. 30.* Seraphin. *deciſ. 1204.* Rota in Nouarien. *dec. 26. Febr. 1631. & in* Beneuen. *deciſ. 8. Martij 1649.* coram Royas Suarez. *l. 1. de dec. cap. 12. num. 5.* Azor. *par. 1. l. 7 cap 37. quæſt. 4.* Henriq. *l. 7. cap. 27. num. 2.* Monera *cap. 5. numer. 90. & 91.* Fagund. *in 5. præcep.* Decal. *cap. 2. numer. 24.* Palaus *trat. 10. pun 4. num. 3.* Leſſ. *l. 2. cap. 39. dub. 5. num. 29.* Gloſſ. *fin. cap. in aliquibus, ſup. eod. tit.* Trulleuch. *l. 3. cap. 3. dub. 11. num. 7.* Barboſa *l. 3. de iure Eccl. cap. 26. §. 3. a. num. 64.* Mirand. in Manual. *tr. 2. quæſt. 39. a. 5.* Caled. Luſit. *dec. 205. num. 2. p. 1.* Bonac. *d. quæſt. 5. par. 5. num. 6.* Vaſquez. *de benef. cap. 1. d. 2.* Filliuc. *trat. 27. numer. 152.* Leand. *diſp. 7. quæſt 6.* Felin. *in cap. cauſa quæ,* Colum. *1. de præſcript.* Dom. *infr. in hoc tit. c. 2. §. penul.* Couar. *l. 1. var. cap. 17. n. 8.* Gutierez. *l. 2. cap. 10. num. 35.* Sic enim & de facto conſuetudo in Italia viget, vt decimæ nullo modo ſoluantur, quia Parochi ex alijs reditibus ſufficienter, & imo cum abundantia ſe ſuſtentant. Et ſic Parochiæ ſtatim ab initio decimas pro omni futuro tempore receperunt. Et ſic lex decimarum ceſſauit. Quia igitur quod lege ſcripta poteſt tolli, poteſt etiam conſuetudine abrogari, quia conſuetudo eſt lex non ſcripta ex cauſa iuſta inducta ſuperioris legiſlatoris auctoritate; ideo lex decimarum prout eſt poſitiua poteſt conſuetudine abrogari: Opinio vero Hoſtien. & aliorum, Canoniſtarum contrarium ſentientium non eſt conſideratione digna, cum ſit fundata in hoc quod lex decimarum non ſit poſitiua ſed in totum diuina. Et cum ſit contraria praxi ab Eccleſia approbata in Italia, & alibi.

264. Hinc eſt, quod multo facilius poteſt obtineri exemptio a ſolis perſonalibus decimis, ſicuti de facto ita ferè per totum orbem eſt introductum, Non quia vt voluit Hoſtiens. Perſonales decimæ non ſint de iure diuino, quia non minus ſunt de iure diuino quam prędiales, ſi ſint neceſſariæ ad ſuſtentationem Parochorū, ſed quia neutræ in propria ſpecie ſunt de iure diuino: Alias vero decimæ prædiales ſunt magis certæ, & fixæ & facilior eſt earum ſolutio, & certior, & alias decimæ perſonales ſint exiguæ, vt fatetur etiam Rebuff. *qu. 12. nu. 44.* Turrecrem. in *cap. Reuerentiſſimi 16. quæſt. 1. art. 7. num. 13.* Fagnan. *cap. in Aliquibus eod. tit. n. 16.*

265. Ideo valebit conſuetudo vt decimæ minutæ, non ſoluantur, quia ſine iſtis poſſunt Miniſtri ſufficienter ſuſtentari. D. T. 22. *q. 87. art. 1. ad quintum* Alten. *in ſum. rub. de decim. art. 4.* Monera *cap. 5. num. 93.* Rebuff. *quæſt. 13. num. 51.* Sic etiam valet conſuetudo non ſoluen-

di decimas de omnibus fructibus vt ſcilicet, vel de fœno, vel de oleo, Couar. *d. c.* 27. *num.* 8. Azor. *d. cap.* 35. *quæſt.* 9. Moneta *d. cap.* 5. *n.* 94.

266. Ita dato quod Clerici obligati eſſent ſoluere decimas de bonis Eccleſiaſticis, ab obligatione eos eximere poſſet conſuetudo. Couar. *d. cap.* 17 *numer.* 8. Azor. *d. cap.* 35. *numer.* 7. Imo conſuetudine poſſunt Clerici obtinere exemptionem à ſolutione decimarum tam perſonalium, quam prædialium etiam bonorum patrimonialium. Gloſſ. *in d. cap. in aliquibus*, *& cap Quia cognouimus* 10. *quæſt.* 5. Felin. *d. cap. Cauſam quæ colum* 1. *de Præſcrip.* Couar. & Azor. citati Moneta *cap.* 5. *num.* 96.

267. Item conſuetudine induci poteſt, quod ex eodem prædio vna Eccleſia maiores decimas, & alia minores percipiat. Hoſtien. *in cap. Cum in tua*, §. *reſpondemus*, *eod. tit. Rota in Conchen. decim.* 1. *Iuly* coram Pamphilio. Moneta *d. num.* 96. Barboſ. *l.* 3. *de iure Eccl. c.* 26. §. 3. *nu* 67. *Rota in Conchen. decim.* 1. *Iuly* 1591. *& in Nouarien decim.* 26. *Februar.* 1631. Item Barb. *cap. In aliquibus num.* 5. *eod. tit.* Leand. *d. diſput.* 7. *quæſt.* 5.

268. Multo magis conſuetudine poſſunt determinari circumſtantiæ temporis in quo decimæ ſoluendæ ſint, & loci in quo ſolui debeant, ſcilicet portandæ ne ſint ad Domum Parochorum vel ſoluendæ in area, vel etiam vt relinquantur in campo dummodo curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fiat ſeparatio. Roch. Curt. *in repet. cap. fin. in* 3. *requiſitu*, *de conſuet.* Aufred. *quæſt.* 432. Rebuff. *quæſt.* 13. *num* 50. Item quod ſoluantur in his rebus, vel in iſtis, in pecunia, vel in ſpecie fructuum, quod ſoluantur quando petuntur, vel etiam ſi non petuntur; quod ſoluantur in hac vel illa menſura, hoc vel illo modo & alia ſimilia. Cum enim iure de his circumſtantijs nihil expreſſe decernant, conſuetudo de ſe habet vim vt his regulam ſtatuat. Quod & poſſunt, facere pacta, & conuentiones ſeu concordiæ debita auctoritate confirmatæ & in his initæ; Suarez *l.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. Barboſ. *d. cap. In aliquibus n.* 5. Fagund. *d. l.* 3. *c.* 3. *num.* 14. *&* 25. Trullench. *in expoſ. Decal. l.* 3. *cap.* 3. *dub.* 11. *num.* 10. Baſſæus *v. decimæ num.* 4. Vaſquez *de benef. cap.* 1. *dub.* 2. *num* 16. Leander. *tract.* 6. *diſp.* 7. *quæſt.* 2. 3. 4. *&* 5. In his vero, quæ non ſunt contra iura, ſufficit decennalis conſuetudo iuxta probata ſupra *cap.* 1. *de conſuet.*

269. Sed & in acquiſitione iuris decimandi poteſt valere conſuetudo, ideo conſuetudine poteſt induci vt decimæ de iure debitæ vni Eccleſiæ, alteri ſoluantur, vt quod decimæ prædiales non ſoluantur Eccleſiæ intra cuius fines ſunt prædia, ſed Eccleſiæ domicilij, Suarez *d. l.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. Azor. *par.* 1. *l.* 7. *c.* 37. *quæſt.* 2. Fagund. *d. l.* 3. *cap.* 3. *nu.* 1. Leander. *d. diſp.* 7. *quæſt.* 8. *cap. Cum ſint homines* 18. *cap. Ad Apoſtolicæ* 20. *eod. tit.* Vbi Panorm. & alij Card. *in cap. fin. de Paroch.* Couar. *d. numer.* 8. Rebuff. *qu.* 13. *num.* 47. Gutierez. *l.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 2. *&* 5. Moneta *cap.* 5. *num.* 97. Barboſa *d. cap. Cum ſint homines num.* 2. Nam & generaliter, quod in decimis ſeruanda ſit conſuetudo docent Viuiau. *tom.* 1. *commun. opin. tit.* 10. *n.* 15. Gutierez. *d. l.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 5. Azeued. *l.* 1. *num.* 12. *tit.* 15. Suarez *l.* 1. *cap.* 12. *& cap.* 21. *num.* 5. *& cap.* 30. *num.* 1. Barboſa *d. cap. Cum ſint num.* 3.

270. Pari vero attendi debet conſuetudo vbi ſit dubium ad quam Eccleſiam decimę pertineant. Gloſſ. 2. *& DD. in cap. Cum contingat eod. tit.* Panorm. *d. cap. Cum ſint*, Couar. *d. nu.* 8. Moneta *num.* 10. In concurrentia enim opinionum, quod attendi debeat conſuetudo docuerunt Panorm. *conſ.* 58. Achill. *deciſ.* 3. *num.* 1. *de dec.* Puteus *dec.* 15. *num.* 4. *l.* 1. Rota *dec.* 163. *nu.* 3. *par.* 2. *diuerſ. & dec.* 274. *num.* 1. *&* 289. *par.* 2. *recent.* Gomez Canon. *l.* 3. *cap.* 21. *n.* 58.

271. Vbi tamen decimæ prædiales ſunt vicinæ limitibus Parochiarum quod non poſſunt conſuetudine acquiri alteri Eccleſiæ, eo quia limites Eccleſiarum non poſſint præſcribi, ne fines confundantur, ex *cap. quicumque & cap. licet* 16. *quæſt.* 1. *& cap. ſuper eo*, *de Paroch.* docent Rebuff. *quæſt.* 13. *num* 48. Moneta *cap.* 5. *num.* 98. Barboſa *in d. cap. Cum ſint*; *numer.* 2. Leander *d. quæſt.* 8. *in fin.*

272. Si autem quæratur cuius loci ſit attendenda conſuetudo. Reſpondetur quod ſi in loco vbi ſunt prædia, vel vbi ſoluitur decima eſt certa conſuetudo, illa ſeruari debet etiam ſi in loco viciniori, vel in Diœceſi eſſet conſuetudo contraria. Rota *in Tuden. Decim.* 19. *Nouemb.* 1591. coram Pamphilio, *& in Ciuitaten. decim.* 13. *Marty*, *&* 28. *Iunij* 1596. coram Penna. Semper enim conſuetudo ſpecialia præferenda eſt generali. Barboſa *par.* 3. *de iure Eccleſ. cap.* 26. §. 3. *num.* 72. Rota *in Caligur. decim.* 19. *Marty* 1610. coram Caualerio, inter eius impreſſas 107. *& in Hiſpalen. decim.* 18. *Iunij* 1612. coram Vbaldo, *& dec.* 169. *num.* 8. *p.* 5. *rec.* Si tamen ſit rationabilis. Nam ſi in Parochijs circumuicinis ſoluantur decimæ de aliquo fructu, ſolum vero in aliqua Parochia intra illas non ſoluatur, hæc conſuetudo in SenatuBracharenſi anno 1619. fuit reiecta tanquam abuſus, vt refert Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *d.* 11. *nu.* 11. Et potuit ſic eſſe, ſed potuit etiam non eſſe, quia circumſtantię particulares in tali Parochia potuerunt eſſe tales, vt eſſet rationabile in ea non ſolui tales decimas. Et in his Iudices poſſunt decipi, vnde Fagundez *l.* 3. *cap.* 1. *num.* 20, dixit opus eſſe in his habere Iudices fauorabiles, ac propitios; ſed tu dicas opus eſſe habere Iudices doctos, & iuſti amatores, qui ex intereſſe & amore vnius partis à rectitudine non deflectantur. Sed ſi in loco nulla eſt conſuetudo, vel eſt dubia, attenditur conſuetudo certa loci vicinioris, vel loci prædominantis. Achil. *dec.* 3. *num.* 3. 7. *&* 8. *de decim.* Quod ſi in loco viciniori eſt vna conſuetudo, & in loco prædominanti alia, ſeruanda illa loci vicinioris, non vero loci dominantis aut ius commune. Put. *dec.* 167. *lib.* 1. Quod etiam in concurſu potius attendi debeat conſuetudo, quæ fauet parochiali, quam illa, quæ fauet prædiali, cum ſit rationabilior, & conformior iure communi dixerunt Curt. *iun. conſ.* 2. *in fin.* Afflict. *dec.* 80. *nu.* 9. Rota *in Segobien. decim.* 1. *Octob.* 1581. coram Aldobrand. *& in Palm. decim.* 20. *Iunij* 1598. coram Millino; Barboſa *d. cap. Cum ſint*,

num.

Digitized by Google

num. 4. *&* *p.* 3. *de Iure Eccl. cap.* 26. §. 3. *a. n.* 72. Trullench. *d. l.* 3 *c.* 3. *d:* 11. *num.* 11.

273. Quod vero dicitur ſeruandam eſſe conſuetudinem in materia decimarum maximè habet locum in decimis mixtis, quæ etiam ad prædiales reducuntur, quia in ipſis ius non eſt tam expreſſum, & res, ex quibus deducuntur, non habent tam firmam ſedem, & radicem, ſicut prædia, & arbores, vnde quam plures caſus oriuntur, qui non poſſunt niſi conſuetudine determinari, Suarez *l.* 1. *cap.* 22. *num. fin.*

274. Eſt autem circa prædicta difficultas, quæ & qualis conſuetudo ſufficiat an ſcilicet decennalis, vel potius quadragenaria. Et quidem ſi loquamur de conſuetudine exemptiua, quod debeat eſſe præſcripta per 40. annos eſt indubitatum, quia ipſa eſt contra ius obligans ad ſolutionem decimarum. Hæc tamen quadragenaria ſufficit etiam in laicis ad acquirendam exemptionem à decimis ex vi conſuetudinis, ad quam etiam non requiritur titulus, aut bona fides. Trullench. *d. dub.* 11. *nu.* 9. Leander *tom.* 3. *tr.* 6. *diſp.* 7. *q.* 7. Laici enim non ſunt incapaces exemptionis huius. Alias vero ad abrogandam legem decimarum quatenus eſt poſitiua ſufficit quadragenaria, vt eſt communis ſenſus ex *cap. fin. de conſuetud.* & probatum eſt ſup. *cap.* 1., *de conſuet. q.* 1. *in hoc lib.* Pariter loquendo de conſuetudine translatiua, ſeu acquiſitiua iuris decimarum, ſi ſit ſermo de conſuetudine per quam ius decimarum Parochiali debitarum transferatur, & acquiratur Eccleſiæ alicui non Parochiali, quia ius decimandi de iure competit Parochijs, pariter eſt certum ad hoc requiri conſuetudinem quadragenariam.

275. Dubium eſt vbi decimas vni Parochiæ debitas, ex conſuetudine acquiſitæ fuerunt alteri Parochiæ. Nam in hoc caſu ſufficere decennalem voluit Panorm. *d. cap. Cum ſint homines, in fin.* ex eo quia de iure communi ſufficiat quod decimæ dentur Eccleſiæ Parochiali, vnde ſiue dentur huic, ſiue illi hoc non eſt contra ius, vnde conſuetudo acquirens ius decimarum huic, vel illi Parochiali non eſt contra ius, vbi vero conſuetudo non eſt contra ius, ſufficit decennalis. Quod confirmatur, quia conſuetudo decennalis eſt diuturna, ſufficere vero conſuetudinem diuturnam conſtat ex *cap. Ad Apoſtolicæ, eod. tit.*

276. Sed dicendum eſt eſſe contra ius quod vel alia Parochialis à Parochiali domicilij habeat decimas perſonales, vel alia à Parochiali prædiali habeat prædiales. Habetur hoc *p.* ex *cap. Si quis laicus, & cap. Quicumque* 16. *q.* 1. ibi *Eccleſia antiquitus conſtituta, nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuetur, ita vt nouis oratorijs tribuantur.* Sic enim habetur quod lex Parochialibus attribuens decimas eſt priuatiua quantum ad alias, & eas excludit. Sic etiam *cap.* 1. 13. *q.* 1. ita diuiduntur territoria Parochialiū, vt *nullus alterius Parochiæ terminos aut ius inuadat.* Quæ ergo Parochialibus ſunt conceſſa maxime circa decimas ex iure ſunt illis propria, & ſit contra ius, ſi alius ea vſurpet. Sed ſup. *cap. vlt. de reſtit. ſpoliat. in hoc lib.* præſumitur Parochiā poſſidentem decimas prædiorum, quæ intra fines alterius ſita ſunt, iniuſte poſſidere, quia illa poſſeſſio ſit contra ius commune, *ſitque manifeſtum, (niſi aliud oſtendatur) eas de iure communi ad eamdem Eccleſiam pertinere.* Itaque contra ius eſt, vt alia Parochialis decimas debitas vni Parochiali obtineat, ideo ad hoc requiritur conſuetudo quadragenaria; Suarez *cap.* 22. *num.* 7. Couar. *d. c.* 17. *num.* 7. Leſſ. *l.* 2. *c.* 6. *d.* 8. Diana *par.* 2. *tract.* 5. Miſcel. *num.* 7. *reſ.* 77. Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *dub.* 11. *num.* 7. Senſus vero *d. cap. Ex Apoſtolicæ*, eſt quod non ſufficiat conſuetudo minor decennali, non quod iſta ſemper ſufficiat, quia ſufficit ſolum ſi conſuetudo non ſit contra ius.

277. In dubio tamen cui ex duabus Parochialibus debeantur decimæ aliquæ, quod conſuetudo decennalis ſufficiat vt vni illarum adiudicet decimas ſic dubias, docent idem Suarez *num.* 8. Couar. *d. n.* 7. Gutiarez *l.* 1. *cap.* 21. *n.* 8. Fagund. *l.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. Trullench. *d. n.* 7.

278. Semper etiam attendi debet, quod conſuetudo non debet extendi ad non ſolita, ideo conſuetudo percipiendi alienæ Parochiæ decimas non ſe extendit ad non ſolita, ideo non ſe extendit ad noualia quæ ſunt ſimpliciter talia. Rebuff. *q.* 14. *num.* 9. Suarez *d. c.* 22. *nu.* 9. Couar. *d. cap.* 17. *num.* 13. Gutier. *d. cap.* 21. *num.* 78. Quod probatur ex *cap. Cum contingat, & cap. Tua nobis, eod. tit.* Si tamen prædia quæ de nouo coluntur prius erant fructifera, & ex herba, vel lignis, vel paſtu animalium fructus percipiebatur, varietas fructuum non impediet extenſionem conſuetudinis, ſi ſit talis vt det ius percipiendi decimam ex fructibus talis prædij. *cap. Commiſſum de decim.* Si tamen conſuetudo ſit determinata ad decimam alicuius fructus in ſpecie, vt ad decimam vini, ſi prædium aliter colatur, & vitibus eradicatis frumentum ex eo colligatur ex vi talis conſuetudinis non percipietur decima frumenti, quia conſuetudo illa non eſt, vt habeatur decima ex tali prædio, ſed ſolum quod habeatur decima vini.

279. Laici vero nulla conſuetudine etiam immemorabili acquirere ſibi poſſunt ius decimandi, ſeu decimas alicui Eccleſiæ debitas, quia iuris proprij decimandi non ſunt capaces, & contra ius diuinū eſt, ſi illud ſibi vſurpent; ius vero miniſteriale, ſeu procuratorium merè dependens a libera conceſſione Eccleſiæ non eſt præſcriptibile. An vero ex conſuetudine immemorabili præſumi poſſit Papæ priuilegium, aut alius iuſtus titulus dicetur infra *art.* 15.

280. Debet etiam attendi, quod conſuetudo non indiget, quod habeat adiunctum titulum, vel bonam fidem, vt in propoſito docent Suarez *d. l. p. cap.* 13. *num.* 8. Fagundez *d. l.* 3. *cap.* 1. Leſſ. *l.* 2. *c.* 39. *num.* 26. Trullench. *d. dub.* 11. *num.* 7. Sicut non eſt neceſſaria expreſſa ſeu etiam perſonalis approbatio ſuperioris, vt patet ex probatis ſup. *cap.* 1. *de conſuet. q.* 1. *a.* 1. *num.* 46. *& art.* 6. per totum. Et per conſuetudinem directè nihil alicui acquiritur, aut à determinata perſona aliquid aufertur, niſi conſecutiuè, & per actionem, quæ directè non tendit ad acquiſitionem iuris, quod ab altero

tero

tero auferatur, ſed per actionem quæ directè eſt diſpoſitio illius, quod ſpectat ad bonum commune, vt probatum eſt vbi ſupra *a.* 1. *n.* 45.

281. Tandem aduertendum, quod nulla conſuetudine fieri poteſt, vt Papa non poſſit quamlibet conſuetudinem quantumuis diuturnam, & immemorabilem abrogari; & compellere ad ſoluendas decimas quemlibet nulla obſtante conſuetudine, quia Papa à Chriſto & de iure diuino habet poteſtatem abrogandi leges poſitiuas, inter quas eſt conſuetudo humana, quæ eſt lex non ſcripta. D. T. 2. 2. *q.* 87. *a.* 1. *ad* 5. & quodl. 2. *a.* 8 Tabien. *verb. de decima num.* 6. Armill. *num.* 3. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 12. Fagund. *d. l.* 3 *cap.* 1. Non eſt tamen in poteſtate Parochorum, aut etiam Epiſcoporū reſiſtere cōſuetudini legitimè præſcriptæ, & petere decimas, vbi eſt conſuetudo vt non ſoluantur, vel etiam compellere Parochianos ad eas ſoluendas, quia conſuetudo legitimè præſcripta eſt à iure commmuni approbata, nec in ſui valore vim habet à conſenſu Epiſcopi, ſed à conſenſu Papæ, & ideo illi Prælati inferiores reſiſtere non poſſunt. Nec D. T. in citatis locis dixit, quod vbi eſt diſuetudo ſoluendi decimas, Parochi illas petere poſſint, ſed quod eas poteſt Eccleſia petere, & tunc Parochiani tenentur illas ſoluere; quod verificatur quia Pontifex, qui eſt Eccleſiæ caput omnem huiuſmodi conſuetudinem poteſt abrogare.

SVMMARIVM.

282 *Quid ſit præſcriptio.*
An exemptio à decimis etiam in totum, etiam à laico præſcribi poſſit, variè fuit opinatum. num. 282. *&* 283. *&* 284.
Recognitio diuini dominij poteſt fieri per alias oblationes. num. 282.
Congruam habere poſſunt Parochi aliunde quam ex decimis. num. 282.
285 *Exemptio etiam ab integra decima, & etiam à laicis præſcribi poteſt.*
286 *Ad hoc per ſe non eſt neceſſaria præſcriptio immemorabilis, ſed ſufficit quadragenaria.*
287 *Non præſcribitur exemptio niſi Parocho remaneat congrua.*
288 *Ad hanc præſcriptionem requiritur bona fides, & titulus.*
Tot ac tanta requiruntur ad hanc præſcriptionem, vt in laico præcipuè vix illa ſit poſſibilis. num. 288.
289 *Laicus nullo modo poteſt præſcriptione acquirere decimas.*
290 *Quia laicus eſt incapax iuris decimandi. Sed hæc oratio impugnatur ab aliquibus.*
291 *Vniuerſaliſſime verum eſt. quod laici decimas non poſſunt præſcribere.*
292 *Ius decimarum conceſſum laicis eſt ſpirituale.*
293 *Vbi lex prohibet acquirere prohibita eſt præſcriptio ſecundum aliquos.*
294 *Non obſtante quod res Eccleſiæ non poſſint alienari poſſunt præſcribi.*
295 *Laici nec ante Concil. Lateranen. potuerunt præſcribere decimas,*
296 *Ius decimandi non eſt præſcriptibile à laico.*
Poſſeſſio rei quæ habetur nomine alterius non inducit contra illum præſcriptionem. num. 296.
Ius miniſteriale exigendi decimas non eſt præſcriptibile. num. 296.
297 *Laicus contra laicum non præſcribit decimas.*
298 *Eccleſia contra Eccleſiam decimas præſcribit. Quod aliqui negant Eccleſijs non parochialibus.*
299 *Etiam Religioſi poſſunt præſcribere decimas.*
Ad præſcriptionem requiritur titulus probabilis; ſed non eſt neceſſe quod hic titulus præſcribatur. num. 299.
300 *Neceſſe eſt, quod hæc præſcriptio ad minus ſit quadragenaria cum titulo.*
Priuilegium ſe extendit ad Noualia, & futura. num. 300.
301 *Præſcriptio eſt ſtrictiſſimi iuris; non ſe extendit niſi ad poſſeſſa.*
Non eſt eadem ratio de præſcriptione & priuilegio: hoc ſe extendit quantum proprietas verborum. num. 301.
302 *Quando decimæ præſcribuntur contra eum qui poſſidet eas titulo ſpeciali non requiritur titulus.*
303 *Quando præſcribuntur decimæ ab Epiſcopo non poſſeſſa, non requiritur titulus.*
304 *Præſcriptio non ſe extendit ad futura.*
Qui innitur præſcriptioni debet probare poſſeſſionem de ſingulis prædijs: ſecus qui innititur iuri communi. num. 304.
305 *Præſcriptio non ſe extendit de fundo ad fundū, bene tamen ad varios & nouos fructus eiuſdem fundi. Et ideo ſe extendit ad noualia eiuſdem fundi.*
Qui præſcripſit decimas ex fundo, ſufficit ſi hoc probet. num. 305.
306 *Hoc limitatur ab aliquibus.*
307 *Qui perſcripſit vniuerſalem decimationem fundi, præſcripſit decimas omnium fructuum, etiam lapidum.*
Mutatio ſeminis non mutat obligationem decimarum. num. 307.
308 *Perſcriptio decimæ maioris ſe extendit ad minorem: niſi alius perſcripſerit minores.*
309 *Qui particulariter perſcripſit vnam ſpeciem fructus, non poteſt alias percipere.*
Particulariter cenſetur præſcripta vna ſpecies, ſi alia poſſidetur ab altero. num. 30.
310 *Aliquando minores decimæ in locum maiorum ſubrogantur.*
311 *Subrogatio non præiudicat illi, qui minores decimas poſſidebat.*
312 *In dubio præſcriptio cenſetur eſſe realis.*
313 *Subrogatio fit ad fauorem eius, qui de iure communi percipit decimas, non ad fauorem præſcribentis.*
314 *Præſcriptio non ſe extendit de perſona ad perſonam.*
Ex multiplicatione populi decimæ debentur ei qui perſonales deſcripſit ex cauſa vniuerſali. num. 314.

Artic.

Digitized by Google

Art. XIV.

An Decimæ præſcribi poſſint.

282. Haec eſt eſſentia præſcriptionis vt vni acquirat & ab altero auferat, vnde non eſt niſi acquiſitio alieni iuris ex diuturna poſſeſſione ad formam iuris ab alio habita proueniens. Duo autem hic acquiri poſſunt per præſcriptionem, ſcilicet vel exemptio ab obligatione ſoluendi decimas, vel ius ipſum percipiendi decimas alteri debitas. Vtrumque autem horum diſtinctè examinari debet.

283. Fuit opinio multorum, quod non poſſit præſcribi exemptio ab omnibus decimis, ita docet Rebuff. *p.* 13. *num.* 55. Barbra. *conſ.* 35. *verſ. ſapienter col.* 6. *vol.* 2. Ruyn. *conſ.* 142. *vol.* 5. *verſ. Clarum eſt*, Fulgoſ. 166. *col.* 2. Socin. 297. *col.* 3. *l.* 2. Bald. *in l. Competit. C. de præſcript.* 30. *annorum*. Paris. *conſ.* 25. *nu.* 17. *verſ. vidi*, *col.* 3. *vol.* 4. *& in cap. In aliquib eod. tit.* Panorm. *num.* 7. Fagn. *quoad laicos*, *num.* 13. Huius vero opinionis fundamenta vere euidenter inania ſunt. Ducuntur enim vel quia Decimæ debentur in recognitionem diuini dominij; ſed non aduertunt quod hæc recognitio fieri poteſt per voluntarias oblationes, & quod fiat per oblationem decimæ partis fructuum eſt ſtatutum merè poſitiui iuris, contra quod conſuetudo poteſt præſcribere, & præſcribentes aliunde poſſunt ſatisfacere præcepto naturali recognitionis diuini dominij. Quamuis niſi hæc recognitio ſit principalis finis inſtitutionis decimarum. Secundo fundantur, quia de iure naturali, & diuino debetur Parochis ſuſtentatio, quæ illis præbetur per decimas. Sed non conſideratur, quod ſuſtentatio Parochorum poteſt haberi aliter, quam ex decimis, & quod bene poteſt contingere, quod Parochus ex alijs reditibus Parochiæ poſſit habere vnde ſe honeſtè ſuſtentet. Quo ſuppoſito ex præſcriptione decimarum non violatur præceptum de ſuſtentandis honeſtè Parochis. Ex his tamen DD. nonnulli ſententiam limitant ad laicos.

284. Nam de Clericis quod poſſint præſcribere exemptionem etiam ab omnibus huiuſmodi decimis in præfato caſu, docent Gloſſ. *fin. in cap. in aliquibus*. Felin. *cap. Cauſam quæ, de præſcript. Dom. inf. cap.* 2. §. *penult. in hoc lib.* Fagnan. *d. cap. In aliquibus*, *numer.* 11. *ex cap. Nuper eod. tit.* & ibid. Barboſa *nu.* 6. Azot. *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 26. *q.* 2.

285 Quod laici etiam non poſſint præſcribere decimas perſonales omnes tenuerunt in *d. cap. In aliquib.* Hoſtien. & alij Rochus Curtius in *cap. fin. de conſuet.* Turrecrem. *in cap. Reuertimini* 16. *q.* 1. *num.* 7. *num.* 12 Pariſ. *conſ.* 25. *l.* 4. Felin. *in cap. Cauſam quæ de præſcript.* Balb. *de præſcript.* 5 *p. qu.* 7. & alij. Et hæc ſententia iam ferè per totum mundum eſt canonizata à fidelibus, cum huiuſmodi decimæ perſonales in diſſuetudinem ierint, eo quia Parochi ſine illis habeant vnde ſe honeſtè ſuſtentent.

286 Dicendum tamen eſt in præiudicium neceſſariæ ſuſtentationis Parochorum, ſeu miniſtrorum diuini cultus, quam debent habere intuitu, & ratione ſui officij & miniſterij non poſſe abſolute præſcribi exemptionem à decimis, ſed extra hoc præiudicium poſſe præſcribi & nedum à Clericis, ſed à laicis, & nedum ab aliquibus, ſed ab omnibus decimis. Ita tenent Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 8. §. *Eas vero decimas. Et in reg. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 3. *num.* 7. Henriq. *cap* 27. *num.* 2. Franciſ. Vaſquez *controu. illuſ. l.* 2. *c* 89. *num.* 10. Moneta *cap.* 5. *num.* 105. Leand. *tract.* 6 *diſp.* 7. *qu.* 17. & omnes DD. quos retuli ſupra *art.* 13. *num.* 263. & hæc ſententia eſt de mente S. Thom. 2. 2. *qu* 87. *ar.* 1. *ad* 5. *& quodl* 2. *art.* 8. vbi abſolute docet fideles non peccare ſi non ſoluant decimas vbi eſt diſſuetudo illas nō ſoluendi. Et hæc eadem ſententia eſt praxi eccleſiæ confirmata, quia in Italia ex quo eccleſiæ habent aliunde reditus ex quibus miniſtri ſuſtentari poſſunt, regulariter nullę ſunt decimæ. Et ratio eſt, quia exemptio à decimis non importat ius aliquod ſpirituale, ſed immunitatem ab obligatione decimarum, cuius etiam laici ſunt capaces, & quod dicitur non admitti à legibus pręſcriptionem tributorum, quæ debentur Principi in recognitionem dominij, ad quem effectum ordinantur decimæ, *cap. Tua nobis de decimis* non obſtat, Nam vt dictum eſt, hic non eſt primarius finis decimarum, & per exemptionem à decimis non liberatur homo ab obligatione recognoſcendi ſupremum Dei dominium, quod homo poteſt pluribus alijs modis præſtare. Et quidquid Ius ciuile de tributis ſtatuerit, In iure Canonico admittitur præſcriptio exemptionis à ſolutione decimarum. Et multo facilius ſi ſolum ſit diminutiua quotę ſeu quantitatis. Rota *d.* 23 *n.* 5. *p.* 6. recent ſi non ſit immemorabilis.

286. Hæc vero præſcriptio immunitatis à decimis eſt quidem neceſſe vt ſit quadragenaria, quia eſt contra ius, *cap.* 1. *de præſcript. ſup. in hoc lib.* Non tamen debet vt voluerũt Molteſ. *tr.* 6. *cap.* 4. *num.* 46. *&* Riccius *collect.* 993, apud Leandrum *d. diſp.* 7. *q.* 18. ſed ſufficit ſit quadragenaria. Vaſquez *de benefic. cap.* 1. *d.* 3. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. *&* 3. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 39 *dub.* 5. *num.* 25. *&* 26. Bonac. *de Eccl. diſ.* 5. *p.* 5. *q.* 5. *nu.* 6. Regin. *l.* 19 *ſec.* 3. *num.* 97. Leand *d. diſp.* 7. *qu.* 18. quia non eſt acquiſitio alicuius iuris ſpiritualis, ſed immunitatis à decimis; vnde multum diſtinguitur a præſcriptione per quam acquiritur ius decimarum, quod eſt ſpirituale. Vnde facilius hæc præſcriptio immunitatis admittitur, & ſufficit quod ſit quadragenaria ſicut etiam ſufficit quadragenaria ad acquirendum ius decimarum in ſubiecto illius capaci. Rebuff. *q.* 13. *num.* 85. Couar. *d. c.* 17. *num* 8 *ad fin. &* *num.* 10.

287. Aduertendum vero, quod ad hoc vt hæc præſcriptio ſubſiſtat non ſufficit, quod Parochus poſſit aliunde ſibi acquirere ſuſtentationem, vel quod habeat ius illam petendi à præſcribente, vel à populo, quia illam tenetur actu habere ſibi aſſignatam & exigibilem, ſicuti ius diuinum petit, contra quod non præſcribitur, nec contra ius aliorum præſcribitur & in præiudicium aliorum de populo, niſi de-

tur

tur alia præſcriptio, & negligentia aliorum ſibi ipſis præiudicet, nec ſufficit quod Parochus vel ex proprio patrimonio poſſit ſe ſuſtẽtare, vel ex reditibus Eccleſiaſticis, quos poſſidet titulo alterius beneficij, ſed reditus ſufficientes actu habere debet ex titulo Parochiali, vel officij, aut miniſterij, ex quibus honeſte ſe ſuſtentet. Quod ſi contingat reditus huiuſmodi diminui, vel in totum deficere, Parochus ius habebit contra eum qui prius decimas vel earum partem præſcripſerat, vt decimas ſoluat, vel ſuæ indigentiæ ſuccurrat, Rebuff. *qu.* 13, *num.* 58.

288. Et præterea de iure canonico neceſſaria eſt in præſcribente bona fides, quæ vix in laico poteſt reperiri, cum teneatur ad decimas, & ſciat, ſeu ſcire debeat, ſe ad illas teneri imo ſi non ſit immemorabilis, & neceſſarius erit probabilis titulus, Vaſquez *de benef. cap.* 1. *dub.* 3. Suar *d. l.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. 3. *&* 8. Leſſ. *l.* 2. *cap.* 39. *dub.* 5. *nu.* 25. *&* 26. Bonac. *d. q.* 5. *p.* 5. *n.* 6. Gutier. *l.* 2. Can. *cap.* 21. *nu.* 65. Palaus *tr.* 10. *p.* 5. *num.* 2. Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *dub.* 11. *num.* 6. Rebuff. *qu.* 13. *num.* 53. *&* *q.* 14. *num.* 17. hæc enim præſcriptio ſic eſt contra ius, quod ius nedum fauet Parocho contra quem præſcribitur, ſed reſiſtit præſcribenti cui legitimè non poteſt competere exemptio à decimis niſi vel ex priuilegio, ſeu conceſſione Sedis Apoſtolicæ. Quamobrem tot, ac tanta requiruntur ad hanc validam præſcriptionem, vt prima ſententia facillimè verificari poſſit per accidens ex defectu conditionum requiſitarum ad legitimam præſcriptionem. Exiſtimat autem Leander *d. diſp.* 7. *q.* 18. quod ſit neceſſarius verus titulus, ſed ſi hoc eſt, impoſſibilis eſt præſcriptio, quia habens verum titulum eximentem iam ex hoc eſt vere exemptus nec indiget præſcriptione. Sufficit igitur titulus probabilis, & rationabiliter opinatus. Videantur dicta ſupra *cap.* 1. *de præſcrip. in hoc lib.*

289. Quantum vero ad ſecundum, ſcilicet ad acquiſitionem iuris decimandi, dicitur primo laicos nullo modo poſſe præſcriptione acquirere ius decimarum, nec etiam pro minima parte & nec per tempus immemorabile. *cap. Cauſam quæ, de præſcript.* ibi *laicos decimas præſcribere non poſſe*. Et ita hoc tenent ibi Gloſſ. Panorm. *num.* 2. & alij Couar. *l.* 1 *var. cap.* 17. *num.* 5. 6. *&* 10. Rebuff. *de dec. qu.* 13. *à num.* 67. Anaſt. Germon. *de ſacror. immunitat. l.* 3. *cap.* 19 *à num.* 50. Gutier. *pract. l.* 1. *q.* 15. *à nu.* 2. Gilchen. *de præſcript. p.* 3. c. 8. *à num.* 16. Camil. Borell. *in ſumma omnium deciſionum tit.* 19. *n.* 49. *&* *conſ.* 20. *to.* 1. Cardinal. *conſ.* 88. *col.* 2. Pariſ. *con.* 101. Felin. *cap. Cauſam quæ, nu.* 3. *de præſcript* Dom. *infra cap.* 2. *§. ſanè*, & ibi Franc. *n.* 3. Sylu. *v. decima, qu.* 10. Faguud. *d. l.* 3. *c.* 1. *num.* 40. Moneta *cap.* 5. *à num.* 114. Peregrin. *d. priuil. fiſc. l.* 6. *tit.* 8. *à n.* 18. Henriq. *l.* 7. *cap.* 17. *num.* 2. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 36. *q.* 11. Suarez *l.* 1. *cap.* 27. *num.* 3. Barboſa *plures referens, d. cap. cauſam, de præſcript.* Leand. *d. diſp.* 7. *q.* 23. Neque dicat quis ſententiam communem eſſe, quod in laico ſufficiat ad poſſidendum iuſte decimas præſcriptio immemorabilis cum fama priuilegij; quia aliud eſt quod poſſeſſio immemorabilis cũ fama priuilegij faciat præſumere conceſſionem Pontificis, & legitimam infeudationem (de quo dicimus art. ſequent.) & hoc eſt quod DD. aſſerunt. Aliud eſt quod poſſeſſio immemorabilis quæcumque habeat vim præſcribendi, & acquirendi decimas laico, & hoc eſt falſum, & ſi aliquis dixit, quod laicus poteſt decimas præſcribere (ſicut dixit Leãder d. diſp. 7. qu. 23.) id eſt inconſideratè & inconſequenter dictum. Nam ſi requiritur fama, ſeu opinio priuilegij, ſicut DD. requirũt, iam non virtute præſcriptionis, & longæuæ poſſeſſionis, ſed virtute priuilegij ſaltem præſumpti docent laicum manuteneri debere in poſſeſſione decimarum. Alias enim laicus eſt vere incapax poſſeſſionis manutenibilis, vt dixit Rota in Pampilonen. decim. 1. Iulij 1643. coram Eminent. Celſo.

290. Probatur autem communiter ea ratione, quia ſcilicet laicus eſt incapax iuris decimandi. Hanc tamen rationem eſſe inſufficientem ait Barboſa citatus *num* 3. eo quia non ſe extendat ad decimas, quæ titulo temporali percipi poſſunt & quæ etiam à laico præſcribi non poſſunt, & de quibus intelligi debet *d. cap.* Cauſam, cum non ſit veriſimile virum nobilem, de quo in *d. cap.* ſermo erat prætẽdiſſe decimas titulo miniſtri ſacramentorum, cum ſit euidens iure diuino laicum eſſe incapacem percipiendi decimas hoc titulo, nec ſit pariter veriſimile, quod Pontifex ibi voluerit ſolum determinare hunc caſum adeo indubitabilem contra *textus, l. quod habeo iuncta* Gloſſ. 1. *ff. de Carboniano edicto*.

291. Sed verum quidem eſt, aſſertionem intelligi debere de omnibus decimis vniuerſaliſſimè, & quod nec illæ decimæ, ſeu magis propriè nec illud ius exigendi decimas, quod Pontifex concedit laicis, & cuius laici ſunt capaces poteſt præſcriptione propriè dicta à laicis acquiri, vt comprobant DD. à Barboſa citati, ſcilicet Bero *conſ.* 21. *à num.* 18. Couar. & alij relati à Gutier. *pract. l.* 1. *c.* 16. *in princ.* & alij quos refert Gilchen. *d. cap.* 8. *num.* 17. Suarez *d. cap.* 27. *num.* 3. & eſt communis ſententia.

292. Verum nec ius quod habent laici retinentes in feudum decimas, vt illas exigant nomine Eccleſiæ eſt temporale ſed verè ſententialiter eſt ſpirituale ſicut decimas vt decimæ ſpirituales ſunt. Neque hoc ius conceditur laicis niſi ex ſpirituali aliquo titulo in ordine ad bonum Eccleſiæ ſpirituale, vt pro defenſione Eccleſiæ, pro extirpatione hæreſum, aut ex ſimili cauſa. Et ita quod ſine ſimonia huiuſmodi ius vendi, aut emi non poſſet. Nam hoc ius eſt ius exigendi nomine Eccleſiæ id, quod Eccleſiæ non competit niſi ex titulo, & cauſa ſpirituali, & ſic eſt ius in titulo ſpirituali fundatum, & non niſi ab Eccleſia vt ſpirituali conceſſum vt non ſit niſi ius miniſteriale & procuratorium.

293. Aſſertionem verò ſic vniuerſaliter intellectam hac ratione probat Barb. *d. nu.* 3. quia Concil. Lateranen ſimpliciter & directè prohibet ne à *Prælatis* inferioribus decimæ laicis concedantur vel in feudum, vel alio temporali titulo, vbi autem lex ſimpliciter aliquid prohibet alienare, vel acquirere, prohibita etiam

cen-

cenſetur preſcriptio, ex *l. Vbi ex l. ff. de vſucap. & l. ſi fundus, ff. de fundo dotali*, *& l. alienationis, ff. de verb. ſignif.* & alijs relatis à Gabriel. *l. 5. com. ff. de præſcript. concl.* 13. *à principio* Balb. 5. *p.* 5. *q.* 4. *num.* 33. Hæc enim fuit mens DD. Quod ex eo confirmatur, quia hanc regulam limitant, vt non procedat in decimis acquiſitis ante Cōcil. Lateran. vt reſoluunt Couar. *d. c.* 17. *num.* 5. *verſ.* Sed ſi dubitatur. Gutier. *d. num.* 4. quia non tunc decimæ etiam à Prælatis inferioribus potuiſſent concedi, nihil obſtabat, quin etiam potuiſſent præſcribi, iuxta vulgatam æquiparantiam præſcriptionis, & priuilegij.

294. Sed huius rationis inſufficientia ex hoc primo apparet, quod quidquid ſit de illa doctrina quod prohibitum haberi non poteſt præſcribi, conſideratur in præſenti, quod ex Concil. Lateranen. non magis eſt prohibitum infeudare decimas, quam ex alijs Canonibus ſacris, ſit prohibitum alienare res Eccleſiæ. Prælati enim inferiores nihil horum poſſunt facere auctoritate propria, & vtrumque facere poſſunt ſtante beneplacito Apoſtolico; & tamen hoc non obſtante laici iura Eccleſiæ inalienabilia in laicos præſcribere poſſunt. Item Prælati inferiores nec in Clericos poſſunt decimas infeudare, vel alienare. Neque enim in præiudicium eccleſiarum poſſunt decimas alienare, niſi in aliqnibus caſibus paucis in iure expreſſis; & tamen hoc non obſtante Clerici præſcribere poſſint decimas. Ratio eſt, quia viſum eſt conuenire bono communi, etiam in pœnam negligentium, vt non obſtante quod bona eccleſiæ non poſſint alienari niſi in euidentem eccleſiæ vtilitatem illa tamen ſeruatis ſeruandis præſcriptione auferri poſſint à negligentibus, & acquiri diu poſſidentibus.

295. Præterea notandum legi Doctorem aliquem, qui dicat laicos ante Conc. Lateran. potuiſſe præſcribere decimas acquiſitiuè; ſed omnes abſolutè & ſimpliciter dicunt ius decimarum à laicis præſcribi non poſſe. Neque id dicunt DD. ſupra ab eo citati, qui ſolum aſſerunt ex immemorabili conſuetudine præſumi iuſtum titulum, cœterum ius decimarum quodcumque tale eſt, quod à laico non poteſt præſcribi.

296. Et huius ratio clara & euidens eſt, quia vt omnes fatentur laicus ex lege naturali eſt incapax facultatis exigendi decimas iure proprio, & ex quaſi dominio principali decimarum. Licet vero ſit capax facultatis exigendi illas nomine, & vice Eccleſiæ ſeu iuris miniſterialis, & procuratoris; nihilominus hoc ius etiam ſi eſſet pluſquam temporale, eſt ex natura ſua inperſcriptibile. Quia, vt bene aduertit Suarez *d. cap.* 27. *num.* 3. *in fine*, vt laicus nomine Eccleſiæ exigat decimas, neceſſe eſt vt habeat ad id facultatem ab Eccleſia & ſic omnis poſſeſſio talis iuris ſupponit Eccleſiæ conceſſionem, ſeu facultatem ab Eccleſia conceſſam; non igitur hæc facultas poſſeſſione & præſcriptione acquiritur, ſed omnis talis poſſeſſio conceſſionem iam Eccleſiæ præſupponit. Itaque implicat quod facultas procuratoria præſcribatur contra Dominum cuius nomine procurator agit, quia huiuſmodi facultas ex natura ſua poſtulat vt non habeatur, niſi à domino ex propria libertate donetur, & ſic poſſidens nomine alieno non præſcribit. Rota *deciſ.* 23. *num.* 7. *p.* 6. *recent.* & in Calagur. decim. 14. Maij 1655. coram Zarate. Et ſic ratio communiter allata à DD. eſt ſufficiens, quia præſcribere non poteſt decimas; qui non eſt capax poſſidendi illas nomine proprio, quia poſſeſſio rei nomine alieno, ſeu procuratorio nomine non eſt apta, vt præſcriptionem inducat; laici vero ſunt incapaces poſſidendi decimas nomine proprio; igitur decimas præſcribere non poſſunt. Et hęc ratio probat etiam, quod laicus nec decimas à laico poſſeſſas poteſt præſcribere, quidquid in contrarium dixerit Barboſa *de off. Parocho cap.* 28. §. 2. *num.* 54. poſt Felin. *cap. Cauſam quæ, num.* 4. *de præſcript.* Quia ius exigendi decimas nomine Eccleſiæ, quod habet vnus laicus non poteſt ab alio obtineri niſi ex conceſſione Eccleſiæ, & ſic non poteſt præſcribi.

298. Eccleſia vero, quæ eſt capax poſſidendi decimas nomine proprio, & proprio iure poteſt contra aliam Eccleſiam decimas preſcribere. *Cap. Cum contingat, cap. Cum in tuis, eod. tit. cap. Ad aures, de præſcript. & ſup. in hoc lib. cap.* 1. *de præſcript.* Vbi DD. communiter. Rebuff. *q.* 13. *num.* 6. Couard. *d. cap.* 17. *num* 5. Panorm. *num. conſ.* 94. Moneta *cap.* 5. *nu.* 107. Hoc autem pro indubitato habetur quando Eccleſia præſcribens decimas alteri Eccleſiæ debitas eſt Parochialis. Sed quod contra Parochialem decimas præſcribere poſſint Religioſi, aut Clerici non habentes curam animarum controuertitur. Negant enim cum Suarez *d. l.* 1. *cap.* 27. *num.* 7. Fagund. *d. l.* 3. *cap.* 1. & Palaus *d. p.* 4. Fundamentum præcipuum eſt, quia in huiuſmodi Religioſis & Clericis non poteſt eſſe poſſeſſio cum bona fide, maxime ad præſcribendum integras decimas alicuius Parochialis, non enim bona fide poteſt Clericus non Parochus incipere poſſidere decimas, quas ſcit de iure deberi Parocho. Et ideo Clericus huiuſmodi ſeu monaſterium per ſe & directè non poteſt præſcribere decimas debitas Parochiali, ſed ſolum ſi ſimul præſcribitur titulus aliquis, puta Eccleſia ipſa, & Parochia, aut priuilegium, aut alius iuſtus titulus.

299. Sed ſi valet hæc ratio, nec Parochus contra Parochum præſcribere poteſt decimas intra illius Parochiam ſitas, quas Parochus ſcit de iure non ad ſe, ſed ad illum Parochum pertinere. Et præterea ad præſcribendas decimas ſitas intra fines alicuius Parochiæ requiritur titulus, *cap.* 1. *de præſcript. ſup. in hoc lib.* Et ſic nec Parochus poſſet contra alium præſcribere decimas, niſi ſimul præſcriberet titulum, & ſic directè & per ſe vna Eccleſia contra aliam decimas non poſſet præſcribere, quod eſt contra iura citata. Reſpondetur igitur quod ad perſcibendum ſufficit titulus probabilis, vt *d. cap.* 1. *de præſcript.* eſt probatum, & docent omnes. Et non eſt neceſſe quod hic titulus præſcribatur, neque enim, qui ex probabili donatione præſcribit, completa præſcriptione iuſte poſſidet rem præſcriptam quia donatam,

nec quia præſcripſerit donationem, ſed quia rem præſcriptione acquiſiuit, ad quod probabilis donatio concurrit, ad hoc vt poſſeſſio non eſſet malæ fidei, ſed bonæ ſicuti neceſſe. Sic nec qui ex probabili priuilegio præſcribit aliquid, præſcribit priuilegium, ſed completa præſcriptione rem poſſidet quia præſcriptam, non quia priuilegio conceſſam. Sic igitur verum eſt quod in monaſterio, aut Clerico ad hoc vt præſcribat decimas requiritur bona fides, ſed ad hoc ſufficit titulus probabilis, ſeu bona fide creditus. Et ſic etiam monaſterium, aut Clericus decimas poteſt præſcribere. Sic igitur nedum Parochus contra Parochum, ſed etiam alij Clerici, & Religioſi contra Parochos poſſunt decimas præſcribere, vt docent ex *Cap. Cum in tua, eod. tit.* Rebuff. *q.* 13. *num.* 63. Turrecrem. *in cap. fin.* 1. *q.* 16. *cap.* 1. Fagnan. *cap Cum contingat, num.* 4. & ibi Barboſ. *num.* 3. alios citans. Tabien. *v. dec. num.* 19. Leander *d. diſp.* 7. *q.* 85. Nam & priuilegium, & præſcriptio æquiparantur, Religioſi vero ſunt capaces, vt ex priuilegio decimas habeant. Panorm. *cap. de quarta num.* 4. *de Præſcript.*

300. Hæc vero præſcriptio neceſſaria de iure canonico debet habere adiunctam bonam fidem, & probabilem titulum, ſed ſi non ſit immemorabilis ad minus debet eſſe quadragenaria, *cap. de quarta, de præſcript.* DD. *in Auth. Quas actiones, C. de Sacros. Eccl.* Balb. *de præſcript.* 1. *p.* 5. *num.* 4. Cou. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. §. 1. *num.* 3. Tabien. *v. decima. num.* 19. Maſcard. *de probat. conc.* 1213. *num.* 4. Puteus *dec.* 252. *num.* 3. *l.* 3. Rota *dec.* 208. *num.* 1. *p.* 1. *recent. & num.* 6. Barb. *de off. Parochi c.* 28. §. 2. *num.* 55. & alij *d. cap.* 1. *de præſcript.* citati. Contra Eccleſiam Romanam autem requiritur Centenaria præſcriptio, & iuxta multorum Regularium priuilegia requiritur maior quadragenaria ſcilicet vel ſexagenaria vel centenaria. Videantur dicta ſup. *in hoc* 6.

301. Præſcriptio autem ſiue exemptiua, ſiue acquiſitiua ſtrictiſſimi iuris eſt, & non ſe extendit ad non poſſeſſa, & præſcripta vt ſit verum tantum præſcriptum eſſe quantum poſſeſſum, quia præſcriptio innititur poſſeſſioni, *cap. ſine poſſeſſione inſ. de reg. iur.* Ideo eſt maximum diſcrimen inter præſcriptionem, & inter priuilegium, conceſſionem, aut aliam donationem verbis expreſſam. Nam licet priuilegium aut conceſſio concernens præiudicium tertij aut iuris communis ſit ſtrictæ interpretationis, *cap. Relatum, de præbend. cap. Archidiaconum,* 85. *diſt.* Gloſſ. & DD. *in cap. olim, de verbor. ſignific.* Vnde quia priuilegium decimarum præiudicat illi, cui de iure communi decimæ debentur, *cap. Cum contingat, eod. tit.* niſi priuilegium reſtituat priuilegiatum iuri communi contra conſuetudinem, prout factum eſt *in cap. Ex parte, eod. tit.* vt notat ex *Abbat. antiq.* Fagn. *dic. cap. Cum contingat, num.* 8. Nihilominus priuilegium, & conceſſiones quæ verbis exprimuntur, non debent, nec poſſunt reſtringi contra propriam nominum ſignificationem, ſed comprehendunt quidquid ſub propria verborum ſignificatione continetur. Neq; enim hæc extenſio, ſed cõprehenſio eſt. Et quia verbum *decimarum* comprehendit etiam decimas futuras ex proprietate vocabuli ſi ſit generaliter prolatum, ideo ſi quis alicui concedat omnem decimationem concedit etiam decimas futuras noualium, vt poſt Hugon. notat Archid. *in cap. Cognouimus, num.* 3. 12. *q.* 2. *& ex Collect.* Fagnan. *d. cap. Cum contingat, num.* 8.

302. Hoc tamen limitatur quantum ad neceſſitatem tituli, vt non procedat, quando decimæ præſcribuntur contra illum, cui decimæ competunt non ex iure communi, ſed ex iure ſpeciali, vt puta ex donatione Gloſſ. *v. titulum, ſup. cap.* 1. *de præſcrip. in hoc lib.* Butr. *in cap. Peruenit, num.* 14 *de cenſib* Anchar. *conſ.* 162. *num.* 3. Rota *in Conchen. decim.* 20. *April.* 1592. coram Pamphilio Senior. *& in Valent. decim.* 12. *Maij* 1630. coram Innoc. X. & alij, quos ſequitur Barboſ. *de off. Paroch cap.* 28. §. 2. *nu.* 56. In hoc enim caſu ſufficit bona fides ſine titulo.

303. Item ſi quis contra Epiſcopum præſcribat decimas nunquam ab eo poſſeſſas, cum non agatur de iure quæſito ſufficit quadragenaria cum ſcientia, & patientia Epiſcopi. Panorm. *cap. Ad decimas, de cauſa poſſeſſ. num.* 46. Felin. *in cap. Si diligenti, num.* 7. *de Præſc,* Rota *in Sabinen. decim.* 1. *Iulij* 1609. coram Coccino. Barboſ *d.* §. 2. *num.* 57.

304. Sed præſcriptio innititur poſſeſſioni, ideo non extenditur ad futuras, decimas, ſeu ad noualia, *cap. Comiſſum, eod. tit. cap. fin. de præſc.* quia tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum. *l. Quod meo,* §. *fin. ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 1. §. *Si quis, ff. de itin. actuque priuato.* Gloſſ. *in d. cap. Cum contingat, v. Noualium.* Et ibi Card. *in* 4. *notab. & in* 2. *oppoſ.* Rebuff. *q.* 13. *num.* 9. Achil. *dec.* 3. *eod. tit.* Seraphin. *dec.* 802. *num.* 6. *& dec.* 1404. *num.* 2. Fagnan. *d. num.* 9. Barboſa *d. cap.* 28. § 2. *num.* 58. *& cap. cum Contingat, num.* 2. Couar. *l.* 1. *var. c.* 17. *num.* 13. Gutier. *l.* 2. Canon. *capt* 21. *num.* 77. Moneta *cap.* 4. *num.* 81. Imo ſi Parochus petat decimas quas præſcripſit in aliena Parochia, probare debet poſſeſſionem & præſcriptionem de ſingulis prædijs, Innoc. *in cap. Cum co tingat,* & Io: & And. *num.* 5. Alioquin, ſi de aliquo prædio non probauerit non obtinebit illius decimas, *arg. cap. d. Cum contingat, & cap. Auditis, & cap. Cum olim,* §. *fin. de Præſcrip. & cap. Ex litteris, de probat.* Et ẽ contra ſi Parochus petat decimas alicuius prædij ſibi intra fines ſuæ Parochiæ ſufficit probatio generalis poſſeſſionis decimandi, quia attenditur magis cauſa poſſeſſionis, quam exercitium. Seraphin. *dec.* 1047. *num.* 1. *&* 2. *& dec.* 1295. *num.* 6. Fagnan. vbi ſup. *num.* 6. Huiuſmodi vero decimæ noualium in hoc caſu, non debentur Epiſcopo, ſed Eccleſiæ Parochiali, cui deberentur aliæ decimæ, quæ fuerunt præſcriptæ. S. Raym. *tit. de decim.* §. 8. & ibid. Io: de Friburgo *v. Eccleſia l.* 2. Barb. *d. cap. Cum contingat, num.* 4.

305. Sed in hac materia diſtingui debet extenſio prædij ad prædium & extenſio vnius ſpeciei fructuum collectorum ex vno prædio, ad fructus alterius ſpeciei ex eodem prædio colle-

Digitized by Google

lectos. Nam ptima extenſio fieri non poteſt, *cap. Ex parte el. 1. eod. tit.* Et ideo ſi intra Parochiam ſint prædia culta, & non culta, qui præſcripſit decimas fundi qni colebatur, non extenditur præſcriptio ad decimas noualis, ſi contingat fundum non culcum redigi ad culturam, *d. cap. Cum contingat, & cap. Tua, eod. tit.* Rebuff. *q.* 14. *num.* 9. Gutier. *d. c.* 21. *num.* 80. Barboſa *d. cap.* 28. §. 2. *num.* 59. Giouag. *conſ.* 18. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 425. *nu.* 14. Sed vbi agitur de extenſione fructuum eiuſdem fundi præſcriptio ad omnes ſe extendit, etiam ſi ſint multiplices, & etiam ſi varientur, & ſic extenditur ad decimas groſſas, & minutas. Suarez *l.* 1. *cap.* 22. *n.* 10. Rebuff. *de dec. q.* 14. *n.* 20. Gratian. *diſcept.* 113. Giouag. *con.* 18. *nu.* 7. & 8. Leand. *d. diſp.* 7. *q.* 20. Rota *dec.* 17. *num.* 10. *p.* 2. *diuerſ. & dec.* 805. *num.* 4. *part.* 4. Poſtius *de manut. obſeru.* 73. *a. num.* 56. Sic ſi ſolum frumentum ex fundo colligebatur, adhuc qui ex præſcriptione poſſidet fundum, eſt etiam in quaſi poſſeſſionr percipiendi decimas millij, ſi poſtea loco frumenti fuit ſatum. Io: And. Hoſtien. Butr. & Card. *cap. Cum in tua, eod. tit.* quos ſequitur Fagnan. *d. cap. Cum contingat, num.* 13. Couar. *Pract. cap.* 37. *num.* 5. Rota *dec.* 17 *num.* 10. *par.* 2. *diuerſ.* Gutier. *d. cap.* 21. *num.* 92. Moneta *cap.* 2. *num.* 89. Barb. *d.* §. 2. *num.* 59. Poſtius vbi ſupra. Hinc deducit Fagn. quod ſi probet ſe in poſſeſſione percipiendi decimas ex aliquo in paſcuis, piſcarijs vallium, ancarundineto, vel nemore, ſi hæc reducantur ad culturam, debet percipere decimas de iſtis nouatibus iuxta theoricam Butr. *in d. cap. Cum contingat, num.* 4. Io: And. *num.* 5. Pariſ. *conſ.* 73. *num.* 17. *vol.* 4. Ruin. *con.* 163. *num.* 15. *vol.* 5. Rebuff. *q.* 14. *nu.* 22. Sic ſi Clericus præſcripſit decimas ex agro pro parte culto, & pro parte non, ſi totus reducatur ad culturam; percipiet decimas ex toto quia præſcriptio partis indiuiſibilis ad totum extenditur ratione eiuſdem indiuidui. *ar. cap. Cognouimus,* 12. *q.* 2. & *Cum in tua, eod. tit.* Panorm. *conſ.* 71. *l.* 2. Rebuff. *q.* 14. *num* 20. Panorm. *conſ.* 71. *vol.* 2. Gutier. *d. c.* 21. *nu.* 101. Moneta *d. c.* 4. *num.* 84. monet tamen Rebuff. *num.* 21. hoc eſſe verum qnando apparet vnum eſſe prædium vel per emptionem, vel per limites, vel ob clauſuram; & addit, quod in dubio ex tam longo tempore, in quo illud non fuit cultum, præſumitur non eſſe vnum cum culto; ſed diſtinctum. Grac. *diſcept.* 425. *num.* 14. Leander *d. q.* 20.

306. Videtur tamen quod Butr. & Fagnan. reſtringunt præfatam regulam ſolum quãdo eſt idem fundus, & fructus ſunt eiuſdem generis; tunc enim præſcriptio extenditur ad omnes ſpecies illius generis. Nam alias ſi quis ſolum præſcripſit decimas vini non poteſt prætendere decimas frumenti, ſi vinea fiat arabilis, Butr. *cap. Commiſſum, eod. tit.* Rebuff. *q.* 13. *num.* 61. Moneta *cap.* 5 *num.* 109. qui etiam refert Rotam *in Conchen. decim.* 20. *April.* 1592. coram Pamphilio, & *in Conchen. decim.* de *Belmonte* 20. *Iunij* 1616. coram Veroſpio.

307. Sed in his potius conſiderari debet cauſa decimandi an ſit vniuerſalis, vel particularem ſpeciem fructuum reſpiciat. Nam ſi cauſa eſt vniuerſalis, quia quis præſcripſit abſolute prædium vt decimatorium, mutatio ſeminis aut fructuum non mutat obligationem decimarum. Ideo ſi de nouo plantentur nuces, vel vites in vno prædio, in quo quis præſcripſit decimam, in eo caſu habebit decimam etiam ex fructibus illarum arborum, *per d. cap. Cum in tua.* Nam qui præſcripſit in prædio aliquo decimã cẽſetur præſcripſiſſe decimã omniũ fructuum illius prædii. Vnde ſi ex eo de nouo lapides eruantur, & de illis habebit decimam, quia præſcriptio extenditur ad particularitatẽ iuris apprehenſi ſub vnico iure vt vniuerſali, ne res diuerſo iure cenſeantur. Butr. *in d. cap. Cum in tua.* Rebuff. *q.* 14. *num.* 18. Rota *in Calagurit. decimar. de Azofra* 30. *Ianuarij* 1562. coram Caputaquen. & *in Conchen. decim.* 1. *Iulij*, & 16. *Decembris* 1591. & 20. *Aprilis* 1592. coram Pamphilio; Mantica *dec.* 341. *num.* 2. Et ſic ſemper verum eſt, quod mutatio ſeminis, & plantationis non mutat obligationem prædij decimalis. *d. cap. Cum in tua,* & ibi Butr. *num.* 2. & 5. Panorm. *num.* 3. & 5. & *conſ.* 71. *num.* 3. *l.* 2. Rebuff. *q.* 14. *num.* 23. Mantica *d. dec.* 341. *num.* 2.

308. Sic etiam, qui in vna Parochia præſcripſit maiores decimas, minores etiam cenſetur perſcripſiſſe. Quod eſt verum nedum quia decimæ minores ſunt acceſſoriæ maiorum, *cap. Cum in tua, eod. tit.* & præſcriptio facta de principali ad acceſſorium trahitur. *l. Si in aliena,* §. 1. *ff. de vſucap.* & *l. Eos, C. de vſur.* Rebuff. *d. q.* 14. *num.* 23. Sed quia ſtante identitate prædiorum ex quibus percipiuntur decimæ maiores, cenſeri debent etiam minores. Et ſtricta diſpoſitio relata ad ius decimarum extenditur ad ſpeciem ſub eodem genere, & ad rem, & ad materiam eamdem. Butr. *in cap. Cum contingat, col.* 1. Rebuff. *d. num.* 23. qui *n.* 24. addit hoc eſſe verum ſi acceſſorium in principio præſcriptionis inerat principali; ſecus non. Et hoc idem ſenſit Leand. *d. diſp.* 7. *q.* 21. Sed aſſertio poſita non innititur tantum rationi Acceſſorij. Sed quia qui præſcripſit omnem decimationem agri, præſcripſit decimam omnium fructuum. Et addit Rebuff. quod ſi perſcribens per tempus immemorabile percepit decimas maiores, non vero minores, & iſtæ à nullo fuerunt poſſeſſæ, quod ille à laico poterit illas petere, non obſtante præſcriptione laici, ſed hoc non admittitur laicus enim per tempus immemorabile exemptionem decimarũ potuit præſcribere.

309. Sed ſi quis non ex cauſa vniuerſali præſcripſit, ſeu non præſcripſit integram donationem alicuius prædij, ſed ſolum ex cauſa particulari, tunc verum eſt, quod qui præſcripſit vini decimas, non præſcripſit decimas frumenti. Non tamen approbo quod ſupra *num.* 306. dixerunt DD. ibi citati, quod ſcilicet ſi in hoc caſu vinea reducatur ad culturam frumenti, qui præſcripſerat decimas vini, illas perdat. Quia non eſt rationabile, quod dominus fundi ex variatione culturæ auferat decimas illi, qui eas præſcripſit. Et quia, qui præſcripſit decimas vini, præſcripſit decimas

ex illo fundo, & ideo variatio culturæ illi non præiudicat, quia vt dictum eſt *num.* 307. variatio culturæ non variat obligationem prædij, ſed nouus fructus in locum antiqui ſubrogatur. Intelligitur vero quis pręſcripſiſſe non integrã prædij decimationem, ſed partem illius, ſi illo percipiente decimas vnius ſpeciei, alius eſt in poſſeſſione percipiendi decimas alterius ſpeciei. Neque enim quis præſcribit, quod non poſſidet, ſed ab alio poſſidetur. Ideo ſi quis perſcripſit groſſas decimas, alio retinente minutas, non poteſt minutas percipere, nec intelligitur eas præſcripſiſſe, Panorm. *d. cap. Cum in tua, in* 3. *not.* Sed tunc ſolum præſcribenti maiores minores decimę debebuntur, quando alius illas minores non percepit; Hoſtien. Io: And. & Panorm. *in d. cap. Cum in tua*, quos ſequitur Rebuff. *d. Cap.* 24. Moneta *cap.* 5. *nu.* 107. Rota *in Conchen. decim.* 1. *Iuly* 1591. coram Pamphilio, & in alia ſimili 19. *Iuny* 1595. corã Mantica, quæ eſt 341. inter eius impreſſas, *num.* 4. Quamobrem ſi tempore pręſcriptionis maiorũ decimarum, alius percipiebat minores, interrupta vel impedita fuit pręſcriptio quoad iſtas. Et ſi vnus percipiebat decimam vini, & alius frumenti ſi in vno fundo ſint vinum, & frumentum, vnus vini, & alter frumenti percipiet decimam Et tunc eadem res ſub diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſebitur. *l. Hine peculium*, §. 1. *ff. de pecul* Gloſſ. & Dom. *in cap. Cognouimus* 12. *q.* 2. Rebuff. *d. q.* 14. *num.* 27. Sed ſi minutæ à nullo fuerunt perceptæ, videndum eſt, an dominus prædiorum præſcripſerit exemptionem ab illis; quia in hoc caſu idem eſt, ac ſi ipſe illas poſſideret.

310. Verum aduertendum circa minores decimas, quod ſi contingat fundum ita coli vt iam amplius non reddat niſi fructus, ex quibus minores decimæ ſoluebantur, tunc minores decimæ in locum maiorum ſubrogari debent. *Cap. Commiſſum, cap. Cum in tua, eod tit.* Vbi DD. Rebuff. *d. q.* 14. *num.* 18. & 19. Moneta *d. num.* 109. Rota *in Conchen. decimarum* 11. *Iuly* 1591. coram Pamphilio, Mantica *d. dec.* 341. *num.* 7. Paleot. *dec.* 70. *in Manuſc.*

311. Et ſi v. g. Rector habens ius cũ Epiſcopo ſuper decimis præſcripſerit decimas minutas ex croco, & oliuis in loco in quo antea decimæ maiores ex frumento & vino ſoluebantur Epiſcopo, ſi decimæ iſtæ minutæ adeo creuerint, vt amplius dici non poſſint minutæ, prout erant, non debentur amplius Rectori, ſed Epiſcopo. Rota *dec.* 485. *num.* 2. *part.* 1. Andrea *dec.* 66. *num.* 1. Moneta *d. num.* 109. Et huius reddit rationem Rota *dec.* 666. *num.* 3. *part.* 3. *recent.* quod decimæ, quę prius de parua quantitate fructuum accipiebantur, creuerint, non poteſt dari aliqua præſcriptio, cum requirat certum ſtatum & vniformitatem. Sed hoc habet difficultatem, & oppoſitum dixit Rota *dec.* 502. *v.* 2. *p.* 4. *recent. ex cap. Cum in tua, eod. tit.* & ibid. Hoſtien. Io: And. Butr. *num.* 5. Panorm. *num.* 5. & Rebuff. *q.* 14. *num.* 28. Quia vt habet Panorm. debet haberi reſpectus ad decimam, quæ ex illo fundo conſueuit percipi. Et ideo Rota ibi iudicauit, quod licet decimæ minutę creuerint, & fuerint factæ maiores, nihilominus Cantor, cui prius minores decimæ competebant, deberet de illis iam maioribus factis participare. Et dicendum eſt, quod vbi minores decimæ tranſeunt in maiores, & qui præſcripſerat minores competat participare de maioribus.

312. Cum autem ſupra diſtinxerimus inter præſcriptionem prædiorum & ſpeciei fructuum, ſiue ex cauſa vniuerſali, & particulari, hoc notandum quod in dubio præſcriptio pręſumitur eſſe realis, & prædiorum, non vero ſpeciei fructuum. Anchar *d. cap. Cum in tua, num.* 3. Rebuff. *q.* 14. *num.* 18. Panorm. *conſ.* 71. *num.* 2. Gutierez *Canon. l.* 2. *cap.* 72. *num.* 94. Moneta *d. cap.* 5. *num.* 109. Sed melius dicas, quod præſcriptio decimæ prædialis ſemper eſt pręſcriptio prædij, quamuis non ſemper ſit pręſcriptio illius integra, & vniuerſalis, ſed ſolum ex parte.

313. Quod etiam dictum fuit fructus vnius ſpeciei ſubrogari in locum alterum, qui prius ex fundo colligebantur, verificatur quando idem eſt, qui ex fundo collegit decimas, ſeu quando quis ex cauſa vniuerſali habet ius percipiendi decimam fructuum fundi. Sed quando diuerſi ſunt, qui ex eodem fundo decimas percipiunt, vnus ſcilicet illorum decimas v. g. frumenti, & alius vini, vel vnus decimas maiores, & alter minores; quod contingere poteſt ex priuilegio, aut conuentione, aut præſcriptione, aut ſpeciali aliquo iure. Nam alias de iure communi, qui percipit decimas prædiales ex fundo, omnes percipit. Parocho enim de omnibus fructibus fundi debentur decimæ. Tunc adhuc ſemper locum habere debet ſubrogatio, etiam in pręſcriptione, quia vt ſupra dictum eſt variatio culturæ non variat obligationem prædij decimalis. Et ita qui præſcripſit decimas minutas, ſi iſtæ fiant maiores, debet ſeruata proportione participare de maioribus, vt dictum eſt *num.* 311. Et qui præſcripſit decimas ex vinea, ſi vinea eradicetur, percipiet decimas ex frumento ibidem collecto ſeruata proportione prioris decimationis. Habet enim ius ad decimam ex illo fundo, vt dixit Panorm. *d. cap. Cum in tua, num.* 5. Et diſtinctio illa præſcriptionis in realem, & non realem non ſubſiſtit, quia decimæ non ſunt niſi de fructibus ex fundo collectis, & ita omnis præſcriptio decimarum eſt præſcriptio fructuũ & fundi, vt fructiferi, licet hæc præſcriptio aliquando non ſit integra, & totalis. Et qui præſcripſit decimas vini per prius præſcripſit ius habendi decimas ex fundo ex quo colligitur vinum, cui per accidens erat, quod tunc eſſet vineatus.

314. Tandem dicitur quod præſcriptio non ſe extendit de perſona ad perſonam. Nam ſi Franciſcus præſcripſit ex hoc non præſcripſit Petrus. Hoc tamen aliqui intelligunt, vt in decimis perſonalibus, ſi in loco veniat noua perſona ad habitandum, decimæ perſonales illius non ad eum qui pręſcripſit, ſed ad Parochum pertinebunt. Ita Rebuff. *q.* 13. *num.* 62. *per cap. ad Apoſt. eod. tit.* Sed vt notat Moneta *num.* 111. dictum *cap. Ad Apoſtolicæ* in alijs terminis loquitur. Et potius ad rem facit *d. cap.*

Cum

Digitized by Google

Cum in tua, ex quo oppoſitum colligitur. Nam qui præſcripſit maiores decimas, cenſetur perſcripſiſſe minores, quia cenſetur perſcripſiſſe omnes fructus agri. Ita Populus Parochialis cenſetur veluti vnus ager, & qui decimas perſonales præſcripſit, cenſetur totius populi decimas perſcripſiſſe, ex nouo vero habitatore non fit alius populus, ſicut nec variatur ex eo quod diminuantur habitatores. Et ideo nec variatur ex hoc ius decimarum, & qui preſcripſit decimas perſonales ab omnibus etiam de nouo venientibus percipere poteſt. Gu.ier. *d. cap.* 21. *num.* 112. Barb. *de off. Paroch. cap.* 28. §. 2. *num.* 62. Quantum etiam ad decimas prædiales verum eſt, quod præſcriptio non ſe extendit de perſona ad perſonam diuerſam. Tamen obſeruari debet, quod ex variatione perſonæ contra quam poſſidetur, non alteratur ius ex parte poſſidentis. Rota *in Tolet. decim.* 15. *Iunij* 1643. coram Emin. Celſo. Et ſic præſcriptio tam ex parte poſſidentis quam illius contra quem poſſidetur, tranſit ad ſucceſſores.

SVMMARIVM.

315 *Priuilegia ſemper intelligi debent Salua congrua miniſtro.*
316 *Priuilegium exemptiuum, & acquiſitiuum.*
317 *Exemptio à decimis à nullo Principe laico poteſt concedi.*
318 *Nec ab Epiſcopo. Et an Epiſcopus partem decimarum cuius Eccleſia alij conferat.*
319 *Exemptionem à decimis fit à Pontifice ex iuſta cauſa.*
320 *In Priuilegijs Regularium iuſta cauſa eſt annexa.*
321 *Exemptio à decimis qualis conceſſa ex iure communi à tempore S. Greg. vſque ad Innocentium Tertium, & Concil. Lateranen.*
322 *Exemptio à Decimis cum maxima ratione conceſſa Regularibus.*
323 *Religioſi exempti non ſunt de iure Communi à prædialibus decimis de prædijs poſt Concil. Lateranen. acquiſitis; ſed ſolum à noualibus, &c.*
324 *Religioſi exempti à decimis perſonalibus, &c.*
325 *Regulares exempti à decimis de noualibus proprijs ſumptibus cultis.*
Quid ſit nouale nu. 325.
326 *Solum de proprijs noualibus non ſoluunt decimas.*
Soluunt de conductis nu. 326.
327 *Et de cultis aliorum opera.*
Dicuntur Regulares colere proprijs ſumptibus ſi per mercenarios ſoluta parte fructuum pro pretio, nu. 327.
328 *Noualia ſemper exempta.*
329 *Quid vbi ſola pars agri eſt noualia.*
330 *In dubio nouale non præſumitur.*
Ex pacto debitor decimæ de nouali, nu. 330.
331 *De nutrimentis animalium Religioſi non ſoluunt decimas.*
332 *Non eſt neceſſe, quod animalia pernoctent in Domo Religioſorum.*
Quid de animalibus Silueſtribus, nu. 332.
333 *Noualia, & animalia Religioſorum exempta etiam ſi ſeruiant illorum vſui.*
334 *Priuilegium de animalibus ſe extendit ad greges.*
335 *Religioſi non tenentur ad decimas de hortis.*
336 *Intelligitur de hortis ad vſum Religioſorum.*
Qui ſint horti, 335. 336.
337 *Nec ad decimas de virgultis.*
338 *Huiuſmodi Priuilegium conceſſum etiam ex ſpetiali gratia.*
339 *Ciſtercien. & Hoſpitalarij exempti à decimis de proprijs laboribus.*
340 *Hoc Priuilegium fuit reſtrictum ad prædia acquiſita ante Concil. Lateranen.*
341 *Deſtrictio non comprehendit noualia.*
342 *Nec ad decimas infeudatas, vel à laico poſſeſſas.*
343 *Nec ad animalium greges, & hortos, ſed ſolum ad prædia.*
344 *Priuilegium de laboribus conceſſum pluribus ante, & poſt Concil. Later.*
345 *Plena exemptio à decimis conceſſa Canon. Regul. & Caſinen.*
346 *Et Camaldulenſibus.*
347 *Et Ciſtercien.*
348 *Et Cæleſtinis.*
349 *Alia Priuilegia Cluniac. Monach. S. Bened. in Hiſp. Præmonſtrat. Monachorum Montis Virginis, ſed non ſunt vniuerſalia.*
350 *Vniuerſalis exemptio conceſſa Canon. S. Saluatoris.*
351 *Et ordini S. Antonij.*
352 *Et Carthuſianis.*
353 *Et Ordinis Prædicatorum.*
354 *Et monialibus eiuſdem Ordinis.*
355 *Et Ordini Minorum, & Monialibus S. Claræ.*
356 *Et Auguſtinianis.*
357 *Et Carmelitis.*
358 *Et Minimis.*
359 *Et Societati.*
360 *Et Ordinis B. Mariæ de Mercede.*
361 *Priuilegia Ord. Prædicatorum ab aliquibus nō admiſſa.*
Obiecta contra Priuilegium Ord. Præd. n. 361.
362 *Priuilegium Greg. XI. loquitur de decimis Ordinarijs, & de eiſdē loquitur Sixtus IV.*
363 *Ordo Præd. exemptus à decimis Ordinarijs* 362. 363. *& ſequent.*
Dictio quæcumque vniuerſaliſſima non admittit limitationem num. 363.
364 *Nomen decimæ propriè importat decimas ſpirituales ordinarias.*
Quando Priuilegium decimarum conceditur ſimpliciter intelligitur de ordinarijs 364.
365 *Equitum Hieroſol. priuilegium intelligitur de decimis ordinarijs.*
Dictio etiam implicat caſus maioris, eo dictinctos num. 365.
366 *Moniales Ord. Prædicatorum exemptæ à decimis ordinarijs.*
In Pontificijs priuilegia tanquam diſtinctè ponuntur exemptio à decimis, & exemptio à taxis &c. num 366.
367 *In iure nomen decimæ ſimpliciter prolatum importat decimas ordinarias.*
358 *Nomen decimæ ſimpliciter prolatum importat ordinarias.*
Dictio etiam augmentatiua, & extenſiua ad

caſum

caſum magis dubitabilem.

369 *Nomen decimæ ſimpliciter prolatum importat decimas, quæ tam in veteri, quam in noua lege ſunt de præcepto.*

370 *Cap. ex parte, & cap. nuper, nomine decimæ intelligunt ordinarias.*

371 *Bald. & alij DD. non loquuntur de Priuilegio, ſed de contractu in quo quis vendit agrum liberum à decimis.*

372 *Intellectus l. fiſtulas §. frumenta de contrahend. empt.*

373 *Obligans ſe ad caſus fortuitos, non ſe obligat ad ſolitos.*

Liberans ab oneribus in contractibus intelligitur liberare ab impoſitis num. 373.

Felin. reprehenſus num 373.

374 *Vendens frumenta, & promittens ſe præſtiturum damnum ab omni tempeſtate certum, teneretur etiam ad tempeſtates ordinarias.*

375 *Opinio volens quod exemptio à decimis intelligatur de extraordinarijs ſe fundat in falſa doctrina Baldi, male etiam applicata.*

376 *Priuilegium etiam in præiudicium Tertij latè interpratatur ſeruata proprietate verborũ.*

Non debet eſſe interpratatio, quæ diſpoſitionem reddat puerilem num. 376.

377 *Rota receſſit ab ea opinione, quod nomen decimæ intelligatur de extraordinariis.*

378 *Obiectum aliud contra priuil. Ord. Præd.*

Conſtitutiones editæ à Papa in Concilio Generali ſunt Apoſtolicæ num 378.

379 *Vbi expreſſe fuit derogatum conſtitutioni editæ in Concilio Generali, clauſula, & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis ſe extendit ad Conciliares.*

380 *Clauſula* quibus omnibus *ſe extendit ad Conciliares leges.*

381 *Conſtitutio Papæ edita in Concilio licet dicatur Conciliaris tamen propriè eſt Apoſtolica.*

382 *Decretum irritans ſignificat mentionem Papæ eſſe derogare legi Conciliari à ſe non ignorata.*

383 383 *Ignorantia concomitans non deducit defectum intentionis.*

Clauſula motus proprij, & ex certa ſcientia ſignificat derogatum fuiſſe legi non ignorata num. 383.

384 *Nam Ordo Præd. quam alii ſupranominati ſunt exempti à decimis prædialibus.*

385 *Priuilegia iſta ſecundum quid odioſa ſunt, & ſtrictę interpretationis ſunt nihilominus latè intelligenda intra proprietatem verborum.*

386 *Priuilegium reale decimarum non reſtringitur ad nouàlia.*

387 *Priuilegium Generale non ſe extendit ad decimas ſpeciali iure ob aliquo poſſeſſas.*

388 *Ex vnione Eccleſiæ ad monaſterium non conceditur exemptio à decimis.*

389 *Clauſula non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus non tollit immemorabilem.*

390 *Priuilegium decimarum nedum de laboribus ſed indefinitè datum ſe extendit ad noualia.*

391 *Priuilegium decimarum alicuius Eccleſiæ ſe extendit ad noualia.*

392 *Priuilegium indefinitè datum de exemptione decimarum ſe extendit ad futura.*

393 *Ex vi priuilegiorum Religioſi non ſunt exempti à decimis de prædiis conductis.*

394 *Quid dicendum ex vi priuilegiorum particularium.*

395 *Ex vi eorumdem priuilegiorum non ſunt exempti coloni.*

396 *Poteſt eſſe, quod ex vi priuilegii ſint exempti coloni.*

397 *Priuilegium decimarum reale, & perſonale.*

398 *Quando priuilegium cenſendum ſit reale.*

Plures formæ priuilegiorum num. 398.

399 *Diſtinctio priuilegii in reale, & perſonale difficilis.*

400 *Priuilegium exemptionis à decimis prædialibus ſemper eſt reale, & perſonale.*

401 *Priuilegium exemptionis, vel eſt ex cauſa vniuerſali, vel ex cauſa particulari.*

402 *Exempla exemptionis ex cauſa vniuerſali.*

403 *Equiualent Dominum de fructibus prædii non teneri ad decimas, & prædium eſſe exemptum.*

404 *Exemptio quando reſpicit dominum agri reſpicit agrum & ſemper Domino agri naſcuntur fructus, licet dominus illos cedat colono.*

405 *Non coloni ſunt exempti à decima quando priuilegium eſt reale, ſed Domini fundi, & ad eorum vtilitatem cedit exemptio.*

406 *Priuilegia Religionum realia.*

407 408 *An in materia decimarum priuilegia communicentur variè opinatum.*

409 *Exemptio à decimis non eſt difficilis conceſſionis Religioſis.*

Ad concedendam exemptionem non requiritur cauſa cognitio, licet requiratur cauſa iuſta num. 409.

410 *Dictiones omnia, & ſingula ſunt vniuerſalia, & non patiuntur limitationem.*

Priuilegium Communicationis vniuerſale omnia, & ſingula comprehendit num. 410.

411 *Clauſula ac ſi nominatim &c. habet vim ſpecialis expreſſionis.*

In Priuilegio Communicationis exprimuntur diſtinctè quæ communicantur num. 411.

412 *Dictio* qualiacumque *comprehendit ſine limitatione etiam non expreſſa.*

413 *Ex vi priuilegii communicationis vna Religio poteſt vti literis alterius.*

414 *Ratio Communicationis omnibus Religionibus Communis.*

415 *Per Communicationem priuilegiorum nullum fit præiudicium principali Domino decimarum.*

416 *Vbi in priuilegio fit mentio exemptionis decimarum intelligitur de ordinariis.*

417 *Ordini Præd. eſt Commune Priuilegium Conceſſum Conuentui Oriuellæ cum derogatione Cap. Nuper.*

418 *Papa nedum exemptionem à decimis, ſed etiã decimas vnius Eccleſiæ aliis etiam laicis concedit.*

419 *Priuilegium exemptionis decimarum ceſſat adueniente enormi læſione Eccleſiæ.*

420 *Et per renunciationem.*

421 *Et per compoſitionem.*

Et

422 Et ex alienatione in perſonas non exemptas.
423 Ex permutatione bons exempti in non exemptum non perditur exemptio.

Artic. X V.

De priuilegijs decimarum.

315. POntificem habere ſupremam poteſtatem, vel abrogandi, vel diſpenſandi in præcepto decimarũ indubitati iuris eſt. Quoniã verò ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ ſibi debetur ex iure diuino non poteſt Pontifex, nec ſuper illa diſpenſare. Ideo priuilegia decimas concedentia ſempec intelligi debent ſalua ſuſtentatione miniſtcorum quibus ſuſtentatio debetur congrua, & honeſta. Ec hoc ſolum probanc, quæ in hac materia à Canoniſtis antiquis adducuntur.

316. Diſtingui autem hic debet, ſicut in præcedentibus factum eſt. Priuilegium Papæ exemptiuum à ſolutione decimarum, à priuilegio acquiſitiuo, per quod decimæ debitæ alicui Eccleſiæ alteri conceduntur vel Clerico, vel Laico. Diſtinctè vero de vtroque tractandum eſt, quia valde inter ſe diſtinguuntur.

317. Cum vero certum ſit exemptionem à decimis à nullo Principe laico poſſe concedi, cum nec Reges, nec Imperator habeant Eccleſiaſticam iuriſdictionem nec poſſine in legibus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis diſpenſare, *Cap. Sua de decim.*

316. Epiſcopum autem per modum priuilegij non poſſe eximere aliquos à decimis dictum eſt ſupra. Neque enim poteſt ſuper iure communi diſpenſare, Epiſcopum tamen poſſe concedere, vt vna Eccleſia faciat partem decimarum alteri Eccleſiæ, dixit Pax Iord. *lib. 9. tit. 1. num. 412. ex cap Sicut duo*, & *cap. Statuimus 16. q. 1.* Reſpectu tamen Parochi alium interdicitue quæcumque diſmembratio, & vnio alteri Eccleſiæ facta. Sed quod in caſibus in quibus Epiſcopo conceſſa eſt facultas vniendi beneficia ipſe poſſit ſimul decimas Eccleſiæ vnitæ transferre ad Eccleſiam cui illa eſt vnita, non eſt dubium, ſed vbi Eccleſiæ remanent non vnitæ, quod Epiſcopus poſſit decimas de iure competentes vni Eccleſiæ, vel in toto, vel in parte alteri concedere habet difficultatem. Res enim Eccleſiaſtum non poteſt Epiſcopus alienare niſi ſeruata ſolemnitate Paulinæ, & ſine beneplacito Apoſtolico. Ec in meo Codice Decreti Gratiani non inuenio aliquod Cap. quod incipiat ſicut duo. In *cap. vero Statuimus 16. q. 1. & in cap. ſequent* dicitur quod diſtributio decimarum ſit ſub diſpoſitione Epiſcopi, ſed hoc verificatur de diſtributione decimarum Communium, & iam exactarum, ſed quod Epiſcopus poſſit ab vna Eccleſia auferre ius decimarum, & inuita, & extra caſum licitæ, compoſitionis aut vnionis, vt illud ius det alteri, non videtur iuſtum, quia non poteſt auferri ab Eccleſia quod illi competit, vel ex iure communi, vel ex Pontificia conceſſione, ant legitima præſcriptione. Et quod Epiſcopus non poſſit concedere alicui emptionem à decimis, vel priuilegium minus ſoluendi declarauit *S. Congreg. Epiſc. ex Regul. 16. Iulij* 1601. & refert Nicolius *tit. de decim. n. 4.*

319. Pariter indubitatum eſt Pontificem poſſe in particulari pec priuilegium eximere aliquem, vel aliquos à debito ſoluendi decimas, vt colligitur ex *tit. de decim. cap. A nobis cap. ex parte, & cap. Nuper, & infr. in hoc tit. cap. 2.* & vt ſupra *cap. 2 de Eccl. ædificand. & cap. vlt. vt lit. pend.* & conſtat ex praxi Eccleſiæ, & quam pluribus priuilegijs monaſterijs conceſſis. Huiuſmodi vero priuilegia intelliguntur concedi per modum diſpenſationis in iure communi, vel per modum applicationis fructuum decimalium ad ſuſtentationem Religioſorum.

320. Sine cauſa iuſta veco licite concedi nec poſſunt, nec debent. Conceſſio tamen huiuſmodi exemptionis facta Eccleſiaſticis habet annexam intrinſece iuſtam cauſam quæ eſt ſuſtentatio pauperum, & miniſtrorum diuini cultus *ea. quæſt. c. Decimas 18. q. 1.* Et quamuis in hoc immutetur aliqualitec ius commune, quo pacto decimæ applicantur alijs perſonis, quam illis quibus de iure communi fuerunt applicatæ tamen ad hoc minor cauſa ſufficit, & ipſa ſuperfluitas ædituum aliquorum, & neceſſitas aliorum miniſtrorum in Eccleſia præter Parochos, & horum indigentia præbet iuſtiſſimam cauſam illis applicandi decimas Rebuff. *q. 13. n. 103.* Suarez *d. l. 1. cap. 14. n. 13.* Tambuc. *de iur.* Abb. *t. 1. diſp. 15. q. 18. num. 30.* Lezana *decima n. 5.* Et quatenus ecam in his priuilegijs ceſſaret iuſta cauſa, priuilegia iſta, quæ ius diuinum non lædunt valida eſſent. Suarez *d. c 14. num. 13.* De conceſſione autem facta laicis dictum eſt ſup. *art. 11.*

321. Ex Eccleſiaſticis vero Regulares aliquam exemptionem habuiſſe à decimis ſoluendis conſtat. Exiſtimat autem Rebuff. *q. 13. nu. 37.* Eos ante S. Greg. Papam exemptos non fuiſſe, quia laici erant *Cap. Alia 16. q. 1.* & ideo tamquam laici, qui à ſacerdotibus ſpiritualibus paſcebantur, tenebantur ad decimas. Subdit vero *num. 30.* S. Gregorium ſtatuiſſe, quod monaſteria non cogerentur de ſuis prædiis decimas ſoluere & *n. 39.* quod Paſchalis 2. in Concil. Moguntin. decreuit quod Religioſi & Clerici communitec viuentes de ſuis laboribus ſeu nutrimentis decimas non ſoluerent, *Cap. Quæſti & cap. decimas 16. q. 1.* Sed notandum, quod in Concil. Mogunt. nihil horum habetur, vt notatur *d. cap. Quæſti* quod Gratian. refert ex Concil. Mogunt. Sed bene in Concilio Placentino Vrbani 2. exprimitur exemptio etiam à decimis prædialibus, cum hoc tamen quod eo Con. decimas ſoluant Eccleſiæ Parochiali *Caput vero decimas 16. q. 1.* à Gratiano ponitur tanquam editum a Paſquali 2. Sed non dicit ex quo loco illud fuerit ſumptũ, ſed neq; eſt verum, quod Paſqualis 2. præfuerit Concil. illo Mogunt. vt vult Tambuc. *tom. 1. diſp. 15. q. 8. n. 1.* Quamuis illi præfuerint legati Pontificis. Et in ea actum fuit de diſpoſitione Henrici 4. Imperatoris, vt videre eſt apud Binnium. Et *n. 40.* addit Rebuff. quod quia Religiones cæperunt

perunt

perunt creſcere, cum prius paucæ eſſent *cap. ſuggeſtum ſup. eod. tit.* vnde Parochiales grauabantur. Adrianus 2. Papa, vt patet *cap. Ex multiplici 3. eod. tit.* Et poſt eum Alex 3. ſolis Ciſtercien. Hoſpitalarijs, & Hieroſolymitanis indulſit, vt decimas laborum ſuorum quos proprijs manibus, vel ſumptibus colunt ſoluere non tenerentur *cap. ex parte 12. & cap. licet 11. eod. tit.* Quod cum aliqui reſtringerent ad noualia, idem Alex. tertius *cap. Ad Audientiam*, declarauit exemptionem præfatam intelligendam eſſe etiam de prædijs quæ proprijs manibus à Ciſtercien. coluntur *Cap. vero licet* 11. idem Alex. declarauit hanc exemptionem non extendi ad terras, quas præfati Monachi alijs tradunt excolendas ſicut idem Alex. *cap. Dilecti* 8. declarauerat hoc priuilegium non extendi ad decimas, quæ ex prædijs ab illis conductis ſolui debebant. Alijs vero Religioſis indultum fuit, vt de noualibus quæ proprijs manibus, vel ſumptibus colunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, id eſt de animalibus, quæ nutriunt, & de hortis ſuis quos colunt ad proprium vſum decimas non perſoluant *d. cap. Ex parte*. Sed Concil. Lateranen. ſub Innoc 3. reſtrinxit priuilegium Ciſtercienſium ad prædia quæ poſſidebant antea quatenus ex proprijs manibus, aut ſumptibus colerent, ſecus vero ſi alijs excolendos traderent, vel ipſi alienos agros conducerent, & voluit quod de prædijs poſtea acquiſitis, decimas ſoluerent, quæ de illo antea ſoluebantur. Quantum vero ad noualia eſſent exempti ſicut alij Religioſi, ſi ea proprijs manibus, & ſumptibus ad fertilitatem reducerent, & de hortis, ſi eos proprijs laboribus aut ſumptibus ad proprium vſum colerent. Poſt Concil. vero Lateranen: ſub Innoc. 3. non inuenitur in iure communi aucta, vel diminuta hæc exemptio. Et ita ex vi iuris communis Religioſi non habent maiorem exemptionem, vt colligitur etiam infra *in hoc tit. cap. 2. §. Cæterum*. Et notarunt Rebuff. *q. 5. num. 5. & 29. Cum ſequen. & q. 14. num. 30. &* 43. & aliquos refert Gutierez *l. 1. cap. 21. num.* 136. Suarez *d. cap. 18. n. 5.*

322. Et tamen valde conſideranda eſt ratio quæ in *d. cap. Decimas* ab eodem Paſqual. affertur. *Cæterum à Monachis ſiue Clericis communiter viuentibus. Nulla ratio,* inquit, *tenet, vt milites, aut Epiſcopi, aut perſona quali bet decimas de laboribus ſeu nutrimentis ſuis proprijs extorquere debeant* Nam vt ex S. Greg. ibidem habetur decimæ etiam in ſuſtentationem pauperum exiguntur, ideo ratio exigit illas non exigere ab illis qui relictis omnibus proprijs bonis in paupertatis ſtatu deſeruiunt. Et ad hoc magis vrgent verba quæ ex S. Greg. refert Rebuff. *num. 30. Statuimus, inquit, vt monaſteria ex ſuis prædijs nullo modo cogantur ſoluere decimas, quod ſi legitimè danda ſunt orphanis & peregrinis indignum eſt, vt ab eis exigantur, qui propter eum cuius ſunt decimę pauperes efficiantur. Nam ſi pauperibus domini ſunt hęreditas eius paupertas eroganda eſt, illis videlicet, qui pro illius amore quę poſſidere poterant dimittunt,* cuiuſque modi ſequentes, ſe poteſtati alterius ſubdunt. Et certe ſuppoſita inſtitutione Religionum in ſtatu paupertatis & approbatione huius ſtatus à ſede Apoſtolica ſimulque ſuppoſito quod decimæ inſtitutæ ſunt etiam in ſuſtentamentum pauperum, ratio ipſa dictat, vt Religioſi de neceſſarijs ad eorum ſuſtentationem decimas ſoluere non debeant, & quod non niſi cum maxima ratione illis exemptionem à decimis conceſſerunt.

323. Sed quantum ſit ex iure communi à decimis prædialibus de prædijs acquiſitis poſt Concil. Lateran. ſub Innoc. 3. ſoluere decimas debent etiam ſi ex proprijs manibus, & ſumptibus colant. Exempti vero ſunt à decimis perſonalibus, & à prædialibus quæ ex noualibus debeantur, & de hortis quos proprijs manibus, aut ſumptibus colunt ad proprium vſum, & de nutrimentis animalium, ideſt de animalibus, quæ nutriunt. Nam huiuſmodi exemptiones per d. Concil. Lateran in *d. cap. Nuper non fuerunt reuocatæ*.

324. Primo igitur Religioſi & Clerici in communi viuentes exempti fuere à decimis perſonalibus *d. cap. decimas 16. q. 1.* vt notant Sylu. *v. decima Angelus Alens q. 52. n. 7. art. 3.* Suarez *d. l. 1. cap. 18. num: 3.* Extenditur vero exemptio etiam ad Clericos in communitate viuentes, non quidem ad Clericos ſeculares habentes proprios reditus ex quibus viuunt Io. de Friburgo addit ad S. Raym. I. C. Suarez vbi ſupra, ſed ad Clericos regulares paupertatem in communi profitentes. Nam cum omnes iſti non ſibi, ſed ſuæ communitati laborent, & lucrentur, quæ communitas Eccleſia eſt, & quæ quod ſupereſt debet pauperibus erogare, merito fuerunt à perſonalibus decimis exempti. Et eadem ratione exempti fuerũt à decimis ſuorum noualium, & hortorum quos proprijs ſumptibus colunt, & animalium, quę nutriunt *d. cap. Ex pacto*.

325. Secundò de iure communi Religioſi omnes exempti ſunt à decimis noualium quę proprijs manibus, aut ſumptibus colunt *cap. ex parte 10. eod. tit.* & ibi Gloſſ. & Panorm. Hoſtien. Io: And. Anchar. & alij omnes Rebuff. *q. 14. n. 42.* & 56. Moneta *cap. 5. num. 10.* Gutier. *conſ. 5. n. 1.* Suarez *l. 1. cap. 19. nu. 2.* Tambur. *t. 1. diſp. 15. q. 18. num. 2.* Lezana ad mare magnum Prædicat. *num. 79.* Barboſ. *d. cap. Ex parte n. 4.* Rota *dec. 648. num. 1. p. 3 recent.* Nouale autem eſt ager de nouo ad culturam redactus de quo non exiſtat memoria, quod aliquando cultus fuerit *cap. Quid per nouale 21. de verb. ſignif.* ſed quia ſtat quod ager non cultus fructum reddat, vt patet de paſcuis, paludibus piſcatorijs, & nemoribus ad nouale in materia Decimarum requiritur; quod ſit ager ſilueſtris, & fructum non ferens *cap. Dudum 31. d. priuil.* Non quia ſit neceſſe, quod ſit terra arida, & infœcunda ſicut arena maris, ſed ſufficit ſi prius non producebat fructum in quantitate, & qualitate conſiderabili *d. cap. Quid per nouale* Gloſſ. *in cap. Commiſſum eod. tit.* Gutier. *practic. quæſ. l. 1. q. 18. num. 11.* Rebuff. *q. 14. nu.* 43. & 45. Moneta *cap. 4. num. 50.* Rota *in Conchen. dec. 25. May* 1602. coram Ortembergo, & *in Tolet. decim. 4. Maij* 1664. coram Eminentiſſ. Cerro decano Tambur. *d. q. 18. n. 11.*

Ad

Digitized by Google

326. Ad hoc vero, vt Religioſi ab horum noualium decimis ſint exempti neceſſe eſt primo, quod ſit illorum proprium ſecundo quod proprijs manibus, aut ſumptibus Religioſorum, ſit reductum ad culturam *d. cap. ex parte*, ibi noualibus ſuis quæ proprijs manibus, vel ſumptibus excolunt Gloſſ. *in v. laborum* Henric.Boic.*num.*2.Rebuff.*q.*14.*num.*43.*&* 45.Tambut.*d q.*18.*num.*5. Et propterea ex defectu primæ conditionis, ſi aliena ſint noualia, de eis decimæ ſolui debent Hoſtien. *d. cap. Ex part. num.*1.Rebuff.*q.*14.*num.*52. Moneta *cap.*4.*nu.*63. Tambur. d.*q.*18.*num.*5 Leand.*tom.*3.*tract.*6.*diſp.* 6.*q.*49. & ſic noualia ſi ſint conducta, aut in Emphyteuſim accepta quantum ſit ex vi *d. cap. Ex parte*, & de iure communi non ſunt à decimis exempta etiam ſi proprijs Religioſorum ſumptibus, aut manibus ſint ad fertilitatem redacta, vt d.DD. tradunt.

327. Ex defectu vero ſecundæ conditionis noualia non ſunt exempta ſi alij ea ad culturam redegerunt licet poſtea illa ad Religioſos peruenerint Hoſt. *d.cap. ex part. nu.*2. Anchar. *n.*4. Butr.*num.*6. Rebuff. *q.*14. *nu.*46.Tambur. *d.n.*5. vel ſi Religioſi alijs tradiderunt excolenda *cap. licet eod.tit.* & ibi DD. Rebuff. *num.* 47. Moneta *cap.*4.*num.*58.Ruin.*conſ.*163. *num.*15.*l.*9.Tamb. *d num.*5.Dicuntur vero Religioſi proprijs ſumptibus redigere agrum, vt ſit nouale, ſi id faciunt per laboratores mercenarios ſoluto illis certo pretio, vel certa parte fructuum pro pretio ſecus ſi locando agros id faciunt per Colonos partitarios, aut Cenſuarios ſoluentes pro agro certum cenſum Gloſſ. *in clem. eod. tit.* Panorm. *in d. cap Ex parte num* 2. *vide infra num.* 349 *priuil.Præmonſt.* ex quo hæc confirmantur.

328. Cœterum nouale ſemper eſt nouale quantum ad exemptionem à decimis quamuis vbi Eccleſia Parochialis tractu temporis grauiter lęderetur, quod detineret eſſe nouale, & religioſi tenerentur ad decimas de illo ſoluendas dixerint Moneta *d.cap.*4. *num.*61. *&* 62. & Tambur. *d. qu.*18. *num.*4. *per text. in d. cap. quid per nouale de verb. ſignif.* vbi etiam voluit Gloſſ. Sed hoc ex *d. cap. quid per nouale* non deducitur. Nam textus ibi vt etiam Gloſſ. aduertit reſpicit initium exemptionis, & vult priuilegium non competere, vbi noualia non ſunt ſimpliciter talia, ſed Eccleſia Parochialis ante ex eis decimas conſiderabiles percipiebat. Cœterum hoc remoto & loquendo de noualibus ſtrictè ſumptis, ex eorum exemptione Eccleſia non patietur detrimentum, quia ſi remanſiſſent non noualia, ſed terrà ſterilis vnquam ex illis Eccleſia decimas habuiſſet. Ideo in caſu, quod aliunde Eccleſia paſſa eſſet enormem lęſionem, Papæ eſſet videre an ei ſuccurrendum eſſet ex noualibus, vel potius aliunde; & ſic fieri deberet, vt ceſſarent exemptiones non noualium, ſed prædiorum ex quibus Eccleſia antea decimas percipiebat & in omni caſu cauſa enormis leſionis potius eſſent illæ ſoluendæ, non verò tollenda exemptio noualium ex qua Eccleſia non fuit grauata. Et ita per ſe loquendo ſtandum eſt *cap. fin. de priuil.* volenti noualia eſſe perpetuo exempta. Videantur dicta infra *numer.* 422.

329. Si tamen quod eſt reductum ad nouam culturam eſt pars agri fertilis, tūc illa pars non dicitur nouale, ſed pars culta trahit ad ſui conditionem partem incultam, ſi tamen pars culta ſit maior. Nam ſi pars inculta maior eſſet, & quid valde conſiderabile contineret tunc de illa reducta ad culturam, vt ſupra Religioſi non ſoluerent decimas, vt ex Ruin. *d. conſ.*163. *num.*14. *&* 25. notat Tambur. *d.q.*18. *num.* 7.

330. In dubio autem noualia non præſumuntur, ideo alleganti incumbit onus probādi Panorm. *d. cap. Quid per nouale in fin.* & ibi alij DD. Ruin. *d. conſ.* 163. *num.* 16. *&* 17. *l.*5. Tambur. *d.q.*18.*n.*7. Ex pacto etiam teneri Religioſos ad decimas noualium dixerunt Rebuff. *q.*11.*num.*53.Moneta *c.*4 *num.*59. Barboſa *d.cap. ex parte num.* 6. ſed videndum eſſet an pactum valeret.

331. Tertio de iure communi omnes Religioſi exempti ſunt à decimis de nutrimentis animalium ſuorum *d. cap.ex parte in eod. tit.* Nutrimenta vero animalium ſunt ordeum, herba, fœnum, &c. Lezana *in Mari Magno Auguſ.n.*29. ſed aliter alij explicant, vt idem ſit de nutrimentis animalium quod de animalibus quæ nutriunt Gloſſ. *Clem. eodem tit. v. animalium, & v. teneri & in cap. ex parte* Panorm. *in fin.* Anchar. *num.*2. Boic. *num.*1. Butr. *in* 3. *notab.* Rebuff.*q.*14.*num.*57. Vel quæ alijs dant nutrienda, & cuſtodienda ſuis ſumptibus Panorm. *d. num. fin.* Sed vtrumque eſt verum, quia ſcilicet nec de nutrimentis, nec de animalibus nutritis Religioſi decimas ſoluunt.

332. In hoc tamen caſu neceſſe eſſe, quod animalia veſperi reducantur ad Monaſterium, voluit Rota in Corduben. decim. 2a. Martij 1617. coram Manzanedo (quæ apud Tambur. tom. 3. eſt 94.) ex Rebuff. *d. qu.* 14. *num.* 57. quod, & admiſit Tambur. *d. q.*18. *num.*3. ſed non eſt videre vnde hoc colligatur. Nam verum quidem eſt quod monaſteria non dicuntur animalia nutrire ſuis ſumptibus ſi ea locent, & quomodocumque vtile dominium illorum in alios transferant, ſic enim animalia ſumptibus eorum, qui illorum habent vtile dominium aluntur; ſed ſi monaſterium per famulos mercenarios ſuis expenſis nutriat animalia intra, vel extra monaſterium nocte maneant. Hæc *text. d. cap. Ex parte*, hoc requirit ſed ſolum, quod de nutrimentis ſuis, ideſt Religioſorum nutriantur, & ratio Rebuff. *d. num.*57. euidenter deficit. Tandiu enim, inquit ſunt ſua, & ab ipſis nutriuntur quandiu conſuetudinem eundi, & redeundi habent ad monaſterium §. *Pauonum inſt. de rerum diuiſ.* Quaſi ſi habuiſſet Rebuff. gregem duorum vel trium millium ouium ille non eſſet ſuus, ſi extra eius domum maneret. Et lex adducta non facit niſi pro ouibus, vel animalibus ſilueſtribus quæ ſub dominio eſſe ceſſant ex quo libertatem reaſumunt, & conſuetudinem domus relinquunt. Et nihilominus iſta etiam animalia, vt dicantur ſua non eſt neceſſe, quod maneant in domo, in qua habitat dominus, ſed ſufficit, vt in quacumque illius domo vbicumque conſuetudinem manendi habeant.

333. Sed aliud etiam habet eadem Rota, & ex ea Tambur. *d. num.* 13. quod non ſubſiſtit, ſcilicet, quod priuilegium hoc intelligi debeat de animalibus quæ ſunt ad vſum religioſorum, vel ſaltem ſine diſtinctione loquuntur, & rem confundunt dũ ſimul hortos, & animalia, imo, quod peius eſt noualia enumerant, & de illis dicunt neceſſe eſſe, quod ſint ad vſum religioſorum, quoniam textus ſolum in hortis hoc requirit, & de hortis hoc aſſerunt Panorm. *d. cap. ex parte num.* 3. & Rebuff. *num* 57. *q.* 14. *à d.* Rota citati, ſed de noualibus, & animalibus hoc non requiritur, & alias euidẽs eſt noualia propria religioſorum, & eorum ſumptibus facta abſolutè eſſe à decimis exempta, vt omnes DD. docent; qui id etiam ſine limitatione de animalibus affirmant.

334. Ex his hoc priuilegium eſt amplum, & ſe extendit etiam ad greges, & armenta ſi ſint propria monaſteriorum, & eorum ſumptibus nutriantur. Quod, & admittit dicta Rota *num.* 4. ex Butr. *d. cap. ex parte in fin.*

335. Quarto omnes Religioſi de iure communi non tenentur ſoluere decimas de hortis. Hortus vero, vt ex Calepino deducitur eſt locus in quo arbores, & olera ideſt herbæ ſatiuæ, quibus veſcimur oriuntur; eſt vero aliqua diſtinctio. hortus in ſingulari eſt, in quo olera naſcuntur, horti vero in plurali dicuntur qui arboribus conſiti ſunt, & voluptatis gratia prouidentur.

336. Hic vero hæc verbalis diſtinctio non attenditur, ſed horti dicuntur loci in quibus vel arbores, vel olera ad veſcendum, vel etiam ad voluptatem oriuntur, & plantantur limitatur vero hoc in præſenti, vt exemptio non competat niſi pro hortis, quæ coluntur ad proprium monaſteriorum, ſeu religioſorum vſum Panorm. *d. cap. ex parte, num.* 3 Rebuff. *q.* 14. *n.* 57. Tambur. *d. q.* 18. *num.* 3. Rota *in d. Cordub. decim.* Quamuis vero hanc limitationem non admittat Leand. *d. diſp.* 7. . . . Tamen admitti debet, non tam ex ratione, quam adducunt citati DD. ſcilicet ad vitandam fraudem, quia poſſent de facili monaſteria in fraudem conuertere prædia in hortos, ſed quia ex vſu communi horti ad proprium vſum dominorum plantantur, & cuſtodiuntur. Textus vero debet intelligi de his hortis quæ in communi vſu ſunt, extenſio tamen, quam facit Lezana in Mari Magno Prædicat. *nu.* 76. vt ſub nomine hortorum veniant vineæ & olíueta, non poteſt admitti, neque enim communiter hæc veniũt ſub nomine hortorum, quamuis de vitibus, & oliui plantatis in hortis oleum ad proprium. vſum ſolui non debeat decima, quia hortus verè importat locum nedum olerum, ſed arborum.

337. In aliquibus priuilegijs particularium religionum dicitur de hortis, & virgultis. Dicuntur autem virgulta ex Calepino multitudo virgulrum pullulantium quæ lingua Italica dicuntur ceſpuglio, Et ſic virgulta dicuntur pauca ligna. & quidem non fructifera, quæ nõ niſi, vel ad ſæpes conficiendas, vel ad ignem, vel alium ſimilem vſum ſeruiunt, vel ſi fructum faciunt, non eſt magnæ conſiderationis, quia tamen non eſt videre, quæ eſſet neceſſitas dandi priuilegium de virgultis, quæ dicuntur ceſpuglio, & non fructificant. Videtur quod lex per virgulta intelligat paucas arbores fructiferas ad vſum religioſorum plantatas.

338. Hoc vero priuilegium, quod de iure communi competit omnibus religioſis, fuit poſtea omnibus ferè Religioſorũ Ordinibus ſpecialiter conceſſum. Et non eſt neceſſe huiuſmodi ſpecialia priuilegia recenſere cum non contineant, niſi ius commune videantur de his tractantes de Regularium priuilegijs, & præcipuè Barboſ. *d. cap. Ex parte, num.* 5. Tambur. *d. q.* 18. Lezana *v. Decimæ, & ad Mare Magnum Prædic. Min. Auguſ. & Carmelit.* Leand. *d. diſp.* 6. *q.* 34. Ordini Prædicatorum in ipſo ſui initio in Bulla confirmationis, quæ in Bulla Rom. eſt 2. Honorij III. fuit conceſſa exemptio de noualibus, & animalium nutrimentis. Et poſtea ab alijs Pontificibus multa vberior exemptio conceſſa fuit vt dicetur.

339. Quinto Ciſtercien., & Hoſpitalarij ex *d. cap. ex parte* exempti erant de prædijs, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colebant. Hoc autem priuilegium (vt dicunt) perſonale erat nec ſe extendebat ad colonos. Puteus *dec.* 522. *l.* 2. Seraph. *dec.* 827. Rota in Talc. decim. 17. Iunij 1 11. & 15. Decembr. 1615. coram Coccino. Vt autem dictum eſt ſimile priuilegium non ſe extendebat ad prædia, quæ colebantur per alios, & ideo non ſe extendebat ad culta per colonos pactitarios, ſeu per arrendararios, etiam ſi ipſi Religioſi aliquam exiguam culturam adhiberent, vt notat Barboſ. *d. cap. ex parte, num.* 2. ex Seraph. *d. deciſ.* 827. *num.* 3. *cum ſeq.* neque ad prædia locata pro certo pretio, & pecunia Rota *dec.* 2. *de priuil. in antiq.* & apud Put. *dec.* 150. *l.* 2. *& dec.* 23. *n.* 4. *& ſeq. p.* 2. *diuerſ.* & in Carth. *decim.* 29. Nouemb. coram Penn. Gloſſ. *in Clem.* 1. *v. excalend. eod. tit* & ibi Bellam. *num.* 240. Barboſa *d. cap. ex parte, num.* 2.

340. Sed per *cap. nuper* 34. *hoc tit.* abrogato hoc priuilegio, & reſtricto ad prædia acquiſita ante Concilium Lateranenſem ſub Innocentio III. duo ſunt neceſſaria ad hoc, quod hæc exemptio locum non habeat. Primum eſt, quod celebratum fuit anno 1215. vt ad illum annum notat Odericus, & Innocen. III. obijt de menſe Iulij 1216. ſolum igitur ad bona acquiſita ante illud Concilium ſe extendit priuilegium præfatum. Secundum requiſitum eſt quod de prędijs poſtea acquiſitis ſoluerentur decimę, vt patet ibi, *quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur*.

341. Vnde primo ſequitur, quod priuilegium exemptionis de noualibus non fuit per *d. cap. nuper*, reuocatum quia de noualibus antea decimæ conſiderabiles non ſoluebantur reuocatis vero antiquis priuilegijs reſtricta eſt ad prædia de quibus decimæ ſoluebantur Hoſtien. *d. cap. nuper*, & ibi Fagnan. *nu.* 23. Rota in Ferrarien. *decimar.* 11. Ianuarij 1658. coram R.P.D. Albergato.

342. Item ſequitur ſecundo, quod ſi acquiſitum fuit de nouo, vel acquiratur prædium infeudatum, vel alio modo priuilegiatum, de quo non ſoluebantur decimæ, ante acquiſitionem, Ciſtercien. aut Hoſpital. non tenentur

de

Digitized by Google

de eo ſoluere decimas, ſi illud proprijs ſumptibus colant. Quod R.P.D. Fagnan. extendit, etiamſi ex conſuetudine erat, quod de eo prædio decimæ non ſoluerentur. Nam hæc exemptio non habetur ex conſuetudine, ſed ex priuilegio, quod extenditur ad omne prædium, de quo antea de facto decimæ non ſoluebantur. Imo hoc extendit, vt verum ſit etiam ſi laico qui poſſidebat fundum conſuetudo, aut præſcriptio non ſuffragaretur. Nam adhuc Ciſtercien. vel ſimiliter priuilegiati, de illo prædio nouiter acquiſito, quia in eo non verificatur conditio *in d. cap. Nuper requiſita*. Et ſibi imputare deberet Parochus qui neglexit petere, & exigere decimas; quia non eſt conueniens vt hoc facere incipiat poſtquam prædium peruenit ad manus priuilegiati, ad quod facit *text. cap. Cum Apoſtolica* de his, quæ fiunt à *Præl.*

343. Inde etiam ſequitur, quod præfata reuocatio, nec extenditur ad hortos de nouo acquiſitos, vel ad animalia, & animalium greges, ſed ſolum reſtringitur ad decimas ſtricte prædiales, quia textus loquitur de prædijs de nouo acquiſitis poſt Concilium de quibus antea decimæ ſoluebantur Butr. *d. cap. ex parte prope fin. verſ.* Relinquetur ergo Rota *in d. Corduben. decim. ſeu dec.* 94. apud Tambur. *tom* 3. & ipſe Tambur. *d. q.* 18. *num* 1. *in fin.*

344. Hoc vero priuilegium, vt non ſoluantur decimæ de prædijs proprijs laboribus, aut ſumptibus cultis ante Concil. Lateranen. fuit conceſſum pluribus ordinibus Religioſorum nimirum Congregationi Vallis Vmbroſæ ab Innocentio II. anno 1130. & ab eodem Innocentio II. Cluniacenſibus, prout refert Tambur. *d. q.* 18. *num.* 11. *et* 14. ſed hæc priuilegia per Alex. III. poſtea *in d. cap.* Et per Innoc III. *in d. cap. Nuper. Ex parte* fuerunt reuocata, ſed poſt Alex. III. & Innoc. III. ſimile priuilegium fuit conceſſum Monachis Montis Oliueti per Pium II. *conſt.* 9. §. 6. quam etiam refert Tambur. *d. q.* 18 *num.* 17. Et per Greg. XIII. anno 1567. Monachis S. Baſilij apud eumdem Tambur. *num* 20.

345. Sed plena, & vniuerſalis exemptio à decimis nedum de noualibus, aut de terris proprijs ſumptibus cultis, ſed vniuerſaliter de omnibus illorum prædijs poſt Concil. Later. fuit conceſſa Canon. Regul. per Sixtum IV. conſt. 10. §. 18. & Monachis Caſſinenſib. pluries, vt in Bullar. Caſſinenſ. *conſt.* 58. Eugenij IV. data anno 1434. Et eſt motus proprius, & præcipuè *in conſt.* 59. eiuſdem Eugenij IV. quæ etiam eſt motus proprius, & fuit data eodem anno 7. Calend. Aug. In vtraque vero derogatur, Concilio Lateranenſi per clauſulam generalem. *Non obſtantibus Concilij generalis &c.* Et in conſt. 156: quæ eſt motus proprius, & ex certa ſcientia Pauli III. Et in alijs pluribus in eodem Bullario contentis. Verba autem conſt. illius 59. *num.* 11. Eugenij IV. ſunt iſta. *Inſuper vt liberis, ac commodius neceſſitatibus ſuis prouidere, ac hoſpitalitati & pauperum ſubuentioni vacare poſſint, volumus, & decernimus Monaſteria, Prioratus, Loca, Manualia, Grangias, Poſſeſſiones, & bona, quæ in præſenti ſunt ipſius, & erunt in futurum, ac Prælatos Monachos, & perſonas præfatas ab omni Impoſitione, Exactione, Collecta, Decima, Subſidio, aut alio quocumque grauamine quouis nomine cenſeatur per nos, aut ſucceſſores noſtros faciendo, ſeu imponendo; necnon à quorumcumque occaſione Legatorum etiam de Latere Subdelegatorum, Nunciorum Apoſtolicorum, Ordinariorum, Diæceſanorum, ſeu alterius cuiuſcumque etiam Apoſtolica, ſeu quauis auctoritate, tam impoſitorum, quam imponendorum per literas Apoſtolicas non facientes plenam, ac de verb ad verbum de huiuſmodi indulto, ac Congregatione ipſa mentionem ſpecialem; necnon à Charitatiui et alterius cuiuſcumque ſubſidij, et Impoſitionis, Collectæ, vel alterius cuiuſcumque exactionis, et oneris realis, perſonalis, vel mixti, ſolutione de cætero prorſus exemptos, liberos, et immunes fore, ita vt quoſcumque pro huiuſmodi oneribus et impoſitionibus, grauaminibus, exactionibus, et ſolutionibus minimè poſſint, et debeant. Nec non ab omnibus cenſibus, redditibus, et ſolutionibus, ratione recognitionis, aut ſubiectionis quæcumque iure hactenus debitis, aut in futurum debendis quibuſcumque Ordinarijs Capitulis, Collegijs, Congregationibus, Vniuerſitatibus, aut alijs quibuſuis perſonis de eiuſdem plenitudine poteſtatis; omnino liberamus et penitus abſoluimus. Non obſtantibus præſcriptionibus conſtitutionibus, conſuetudinibus, ſtatutis, decretis, et Priuilegijs Apoſtolicis, quibuſcumque in contrarium facientibus de quibus ſpecialis, et expreſſa, ac de verbo, ad verbum eſſet mentio facienda.*

346. Eandem vniuerſalem à decimis exemptionem Camaldulenſ. Eremitis conceſſit Leo X. *in conſtit. ſua* 2. §. 29. *data anno* 1513. *quarto nonas Iulij Et hæc conſtit.* Nullum habet derogatorium, ſed terminatur per conſuetam antiquitus clauſulam. Nulli ergo &c. Verba autem illius §. 29. quæ etiam refert Tambur. *n.* 10. ſunt ita. *Nec aliquod ex dicta de nouo erecta Congregationis monaſterijs, Prioratibus, grangijs, membris, manualibus & locis prædictis ad dandam ſeu ſoluendam aliquam Canonicam portionem ſiue decimam, aut quid aliud quod eorum loco, ſolui conſueuerit Archiepiſcopis, Epiſcopis, Capitulis, Parochianis Collegijs, vniuerſitatibus, Communitatibus, fabricis, & alijs quibuſcumque perſonis de iure, vel conſuetudine aut Statutis, vel priuilegijs quibuſcumque, aut ex quacumque cauſa hactenus ab eis forſan debita ſeu quæ deberi prætendentur quomodolibet in futurum.*

347. Idem priuilegium conceſſum fuit Ciſtercienſ. à martino quinto *in conſt.* 5. *in Bulla* Rodriquez, & apud Tambur. *d. q.* 18. *num.* 17. In ea vero fit mentio expreſſa Concil. lateranen. Nã occaſio addendi illam conſtitutionem fuit, quia d. monachi moleſtabantur a clericis ſecularibus volentibus, licet erroneę, quod ipſi ſoluerent decimas etiam de nouali bus, & hoc ex vi legis dicti Concilij Lateran:

348. Monachis etiam Cæleſtinis ſimile priuilegium conceſſum fuiſſe à Greg. X. an. 1242. vndec. Calen. April. & à Cœleſt. quinto anno 1294. quinto Calend. Octob. refert Tambur. *d. q.* 18. *n.* 13. ex Donato knoppin. *l.* 2. *n.* 5. vbi quod hoc priuilegium fuit canonicatum in curia Pariſiorum anno 1600. ſed præterea illud idem priuilegium Cœleſt. 5. toto eius tenore expreſſo fuit confirmatum ab Eug. 4. in ſua *conſt.*

18. apud Rodriquez, & in eo *n.* 9. ſic habetur. *Sanè de fructibus terrarum, et poſſeſſionum veſtrarum, ac etiam noualium, que proprijs manibus, et ſumptibus colitis, vel per homines veſtros, aut alios excoli facietis in proprijs predijs ſeu etiam alienis, ſive de hortis, piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere preſumat à quarum preſtatione vos totaliter liberamus*. Cæleſtini vero conſtitutio nullam habet derogatoriam, ſed terminatur conſueto ſtylo antiquo per clauſulam *nulli ergo &c.* conſtitutio vero Eugenij non habet niſi derogatorias generales, ad conſtitutiones Apoſtolicas & data fuit anno 1434. quinto Calend. nouem.

349. Succeſſiuè autem Tambur. *d. q.* 38. *n.* 14. ponit priuilegiũ Cluniacenſium, ſed illud ſolum eſt de non ſoluendis decimis de proprijs laboribus & *n.* 15. refert priuilegium monachorum Congreg. S. Benedicti Vallis ſaleti ex *conſt.* 7. Clem. 7. ſed illud ſupponit obligationem ad ſoluendas decimas, & in eo decernitur, quod in partitionem, & deſtributionem iſtius oneris monachi vocari debeant & *n.* 16. recenſet priuilegium Vrbani 3. pro Premonſtrat. ſed in illo minime decernitur exemptio de noualibus competere etiam ſi monachi reducant agros ad culturam per alias data ei parte fructuum pro pretio. Valet propterea hæc conſtitutio & declaratio ad confirmationem eorum quæ dicta ſunt ſupra *n.* 307. quia ſcilicet propriis ſumptibus dicuntur fieri noualia etiamſi fiant per mercenarios famulos data eis pro pretio certa parte fructuum. Et *n.* 17. recenſet priuilegium monachorum Montis virginis ſed illud ſolum concedit priuilegium de iure communi concesſum ſcilicet de noualibus &c. & fuit datum ante Concil. Lateranen. anno 1097. & habetur in *conſt.* 3. Cæleſtini Tertij.

350. Vniuerſalis vero exemptio à decimis ad fauorem Canonicorum S. Saluatoris motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis conceſſa fuit à Iulio II. in ſua conſtit. 30. data anno 1512. quarto nonas Aprilis in qua §. 8. ſic dicitur. *Nec aliquid ex dicta Congregationis, & earum Monialium, ſiue Sororum, Monaſterijs, Prioratibus, Grangijs, membris, manualibus, & locis prædictis, ad dandum, ſeu ſoluendum, aliquam Canonicam portionem, ſiue decimas, aut quicquam aliud, quod eorum loco ſolui conſueuerit Archiepiſcopis, Epiſcopis, Capitulis, Parochijs, Collegiis, vniuerſitatibus, Communitatibus, & fabricis, & alijs quibuſcumque perſonis de iure, vel de conſuetudine, aut ſtatutis, vel priuilegiis, quibuſcumque ex quacumque cauſa hactenus ab eis forſan debita, ſeu quæ deberi prætenderetur quomodolibet in futurum, etiam de relictis, donatis, & legatis, tam in vltimis voluntatibus, quam etiam inter viuos, ſeu alias quacumque occaſione conceſſis, et concedendis etiam ſi forte per nos, vel ſedem prædictam de legatis pie diſpoſitis, et relictis in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quota alteri piæ, vel non piæ rei, ex quauis cauſa hactenus et præſertim Eccleſiæ S. Petronij Ciuitatis noſtræ Bononienſis conceſſa fuiſſent vel in futurum concedi, ſeu ſolui, aut mandari contigerit quomodolibet teneantur, decernentes Congregationem, et Canonicos huiuſmodi, ac Moniales ſiue Sorores, et prædictas perſonas oblatas vtriuſque ſexus, et illorum Eccleſias Monaſteria, et loca, et eis legata, atque relicta aut alias in eorum fauorem diſpoſita in conceſſionibus, et mandatis huiuſmodi includi, ſeu comprehendi non debere*. In dicta vero conſtit. derogatur in ſpecie Concil. Lugdunenſi, & Viennen. & aliquibus conſtitutionibus Innoc. IV. Martini V. & Bonifacij VIII. & Caliſti, ſed nulla fit mentio Concil. Lateranen. Nec habetur clauſula generalis non obſtantibus conſtit. Conciliorum Generalium, &c. Sed ſolum derogatur conſtit. Apoſtolicis &c.

351. Ordini etiam S. Antonij conceſſum eſt idem priuilegium à Leone X. quamuis quia ſub illo non fuerunt expeditę literæ eas dederit Clemens VII. in ſua *conſt.* 2. in qua §. 6. dicitur *Eamque à quibuſuis impoſitionibus Apoſtolicis, vel ordinaria, aut alia auctoritate quacumq. ratione impoſitis, nec non decimis, omnibus, et alijs grauaminibus et ſolutionibus exemeriſſent Et §. 16. Quodque Abbas Monaſterij, et Præceptores, et alię religioſę perſonę Religionis huiuſmodi, etiam in Vrbe, et circa huiuſmodi occaſione queſtuum, votorum, eleemoſynarum, relictorum, confraternitatum, et aliorum piorum ſuffragiorum, et quorumcumq; bonorum mobilium, et immobilium, ad Solutionem alicuius decimę ſubſidij, aut alterius impoſitionis talliarum gabellarum, ſecundorum aduentuum, etiam Imperatorum, Regum Legatorum etiam de latere, ſeu nunciorum ſedis prędictę, etiam d. Romanę Eccleſię Cardinalium, et aliorum quorumcumq; Prælatorum Eccleſiaſticorum quauis etiam Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate, impoſitis ſeu imponendis minime teneantur, nec ad id compelli, aut propterea interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aggrauari, reaggrauari, et beneficijs ſuis priuari poſſent*. Non fit vero mentio Concil. Lateranen. aut alterius Concil. Generalis, ſed tamen habentur derogatoriæ generales ampliſſime, cum clauſula etiam ſi pro illorũ ſufficienti derogatione &c. & expreſſè derogatur conſtitutionibus munitis clauſulis derogatorijs derogatoriarum.

352. Carthuſiani quoque amplam exemptionem à decimis habent ſibi conceſſam à Martino quinto *conſt.* 4. §. 2. derogando in ſpecie Concilio Generali Lateranen.

353. Bonifacius autem nonus in conſt. quę incipit. *Et ſi pro cunctorum* data Romę quinto Calendas Maij, Pontificatus eius anno XIII. quæ habetur in Bullario Ord. Prædicat. eundẽ ordinem à ſolutione cuiuſcumque collectæ, pedagij, aut cuiuſcumque alterius generis exactionis de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prorſus exemit, & totaliter liberauit & infra clarius. *Quodque Magiſtri, Priores, Fratres, Sorores, Rectores, et Gubernatores præfati ratione domorum locorum, monaſteriorum, et hoſpitalium prædictorum, aut quorumcumque aliorum bonorum, aut poſſeſſionum, quæ in præſentiarum habent, et iuſtis modis præſtante Domino habebunt in futurum, ſeu alia quauis occaſione, decimam vel aliam portionem, aut annuos redditus, ſeu cenſum, vel procurationem aliquam, vel aliam ſubiectionem Legatis, vel Nunciis dictæ ſedis, aut ordinariis locorum, vel alijs quibuſcumque, aut pedagia, vel*

telo-

telonea, & alias exactiones, quibuſuis Regibus, ſeu aliis perſonis Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus dare, & ſoluere minime teneantur, nec ad id compelli poſſint, vel ſuper hoc aut alias, a quoquam quomodolibet conueniri per literas Sedis prædictæ, aut Legatorum, vel Delegatorum, ſeu Nunciorum ipſius, aut Diœceſanorum locorum vel Rectorum terrarum Eccleſiæ Romanæ, aut quorumcũque aliorum etiamſi in eiuſdem Sedis literis contineãtur expreſſe, quod ad quæuis exempta, vel non exempta loca, ſeu monaſteria ſe extendant, & aliqua eis cuiuſcumque tenoris exiſtat ipſius S. dis indulgentia non obſtant, niſi forſan d. literæ Apoſtolicæ, de dicto ordine, & præſentibus de verbo ad verbum, ac etiam monaſteriis, locis, et domibus, ipſorumque Rectoribus, ac Gubernatoribus, et perſonis prædictis, plenam, et expreſſam, ac etiam ſpecialitee, et notanter fecerint mentionem. Et cum ex priuilegijs Honor. III. Greg. XI. Martin. V. & Eugen. IV. idem ordo eſſet exemptus à decimis de nouali, bus, nutrimentis animalium hortis, & virgultis Sixtus IV. in mari magno, ſeu conſt. eius 7. in Bull. Rom. hanc exemptionem ad omnia bona, et decimas omnes extendit in §. 7. ibi *Indultum vero eiuſdem Gregorii prædeceſſoris de decimis non ſoluendis ad quæcumque bona dictorum fratrum, et quaſcumque decimas etiam quas vulgo papales appellant, et Apoſtolica Sedes pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut aliis imminentibus peclape neceſſitatibus indicit, et quæcumque alia onera, motu, et ſcientia prædictis extendimus, decernentes fratres ipſos Prædicatores, etiam ſi per quoſcumque exemptos etiam mendicantes ſolui mandarentur cum quibuſuis derogatoriis, et fortioribus clauſulis, ad illarum ſolutionem non teneri, et in illorum ſolutione ceſſando, cenſuras, et pænas aliquas non incurrere, niſi præſentibus non per generales, et alias clauſulas ſpecialem mentionem importantes nõ alias ſit derogatum ſpecifice eorum de verbo ad verbum inſerto tenore.* Non fit vero mentio *d. cap. Nuper.* Fit tamen mentio & derogatur expreſſe conſtitutioni de duabus dictis Concil. Later. & Concil. Vien. & conſtitutionibus Apoſtolicis, & habetur clauſula. *Quibus omnibus illa, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur, & derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continerent, præſentibus pro expreſſis habentes, & ſpecialiter, & expreſſe derogamus.*

354. Sed et Monialibus Ordinis Prædicatorum, hæc vniuerſalis exemptio à decimis fuit conceſſa à Bonifacio VIII. in conſt. Laudabilis Sac. Religio edita 15. Calend. Aug. Pont. eius anno tertio. In quod ſic habet. *Hinc eſt nos pium, & congruum reputantes, vt vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus fore proſpicimus opportunam vobis vniuerſis, & ſingulis auctoritate præſentium indulgemus, vt ad præſtationem decimarum de quibuſcumque poſſeſſionibus, & alijs bonis omnibus veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & iuſtis modis (præſtante Deo) acquiſiueritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum, & etiam legatorum, & nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talys, & collectis, ac ad exhibenda pedagia telonea, & alias exactiones quibuſuis Regibus, Principibus, ſeu aliis perſonis ſæcularibus minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenus valeatis nulli ergo, &c.* Eiſdem vero Monialibus idem priuilegium conceſſit Benedictus XI. in conſt. quæ incipit Sacra veſtra Religio, et fuit edita 3. Cal. Maij Pontificatus eius anno primo. Et in ea ſic loquitur. *Hinc eſt quod nos pium, & congruum reputantes, vt vos illa proſequamur gratia, quæ veſtris neceſſitatibus fore conſpicitur opportuna vobis auctoritate præſentium indulgemus, vt ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, & aliis bonis omnibus veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & iuſtis modis præſtante domino acquiſiueritis in futurum, vel ad exhibendum annuum redditum, ſeu cenſum veſtris Diœceſanis Epiſcopis, necnon pedagia telonea, & alias exactiones, quibuſuis Regibus, ſeu alijs perſonis ſæcularibus ac etiam ad dandum procurationes aliquas Legatis, vel Nuncijs Apoſtolicæ Sedis, ſiue ad decimam, vel aliam portionem, aut ſubuentionem aliquam, de veſtris prouentibus cuiquam exhibendam, vel ad contribuendum, in exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidijs aliquibus minime teneamini, nec ad id compelli poſſitis per literas Sedis eiuſdem, vel Legatorum eius, aut quorumcumque aliorum etiam ſi in eiuſdem Sedis literis contineatur expreſſe, quod ad quæuis exempta, vel non exempta loca, & monaſteria ſe extendant, & aliqua eius cuiuſcumque tenoris exiſtat ipſius Sedis indulgentia non obſiſtat, niſi forſan d. literæ Sedis eiuſdem de indulto huiuſmodi, & Monaſterijs veſtris plenam et expreſſam fecerint mentionem.* Habetur vero vtrumque priuilegium in Bull. Prædic. Illud ſcilicet Bonifacij VIII. fol. 66. & iſtud Bened. XI. fol. 73.

355. Ordini etiam Minorum eadem competit exemptio eidem per Sixtum IV. in mari magno Minorum, ſeu *conſt. eius 6. in Bull. Rom.* per ſimilia verba conceſſa *in §. 8.* Monialibus etiam S. Claræ ſimilis fuit conceſſa exemptio per Sixtum IV. Leonem X. Clem. VII. Paul. III. Greg. XIII. quæ exemptio fuit canonizata per Rotam *in Conchen. decim. 30. Ianuarii 1589. quæ eſt dec. 140. p. 4. diuerſ. & dec. 704.* coram Buratto. Verum hoc priuilegium non eſſe vniuerſale, ſed conceſſum ſolum pro monaſterijs, quorum reditus non ſufficiunt ad manutenendas moniales ad ratam 25. ſcuta auri pro ſingula moniali, dixit Rota *in Hiſpalen. decim. 20. Nouemb.* 1651. coram Reuerendiſſ. Cerro Decano & idem habetur *ex dec. 704.* Buratti. Et conſtat *ex conſt.* Greg. XIII. quam per extenſum refert Rodriq *tom. 3. q. 74. à 16.*

256. Pariter ad fauorem Eremitarum S. Auguſt. limitatas exemptiones à decimis à ſuis prædeceſſoribus conceſſas ampliauit, et in eorum mari magno apud Lazanam §. 34. Sic dicitur. *Et in præfati Eugenij litteris inſertas alias Alexandri per quas dicti Ordinis Profeſſoribus conceditur, quod ad ſolutionem collectarum, ſiue exactionum quarumlibet, vel viceſimæ cogi à nemine valeant, et in præfatis Eugenij præfati, et inſertis Innocentij prædeceſſorum prædictorum litteras prædictas in ea parte, in qua idem Innocentius prædeceſſor concedit dictis fratribus, vt de noualibus eorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colunt, ac de hortis virgultis, et piſcationibus eorum nullus ab eis decimas exigere præſumat, ad quæcumque bona dictorum fratrum, & quæcumque onera, quæ*

etiam

Digitized by Google

etiam ſub cuiuſuis alterius quote vel ſubſidij, etiã charitatiui, aut datij, pedatij, vel gabellæ, ſeu alii quouis nomine indicerentur, et per Apoſtolicæ Sedis Legatos, locorum Ordinarios, vel Clerum, aut populum, vel Sæculares Principes, & dominos temporales, aut alios quoſcumque exigerentur, quamuis etiam Apoſtolica authoritate, nec non ad quaſcumque decimas etiam quas vulgus Papales appellat, & Apoſtolica Sedes pro fidei Chriſtianæ defenſione, aut aliis imminentibus ei perſæpè neceſſitatibus indicit extendimus. Et decernimus dicti ordinis profeſſores etiam ſi decimæ, & onera huiuſmodi per quoſcumque exemptos etiam mendicantium Ordinum profeſſores ſolui mandarentur, cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, & efficacioribus clauſulis ad decimarum, & onerum huiuſmodi ſolutionem non teneri; & in illorum ſolutione ceſſando cenſuras, & pœnas aliquas non incurrere niſi præſentibus non per generales, aut alias clauſulas ſpecialem mentionem importantes ſed alias ſit derogatum ſpecificè eorum de verbo ad verbum inſerto tenore. Quamuis vero in huiuſmodi priuilegio non derogetur expreſſe. *Cap. Nuper* habentur tamen derogatoriæ ampliſſimæ, & ſimiles illis quæ in *mari magno* Præd. diximus contineri.

357. Carmelitis quoque idem ſub ſimilibus verbis, & derogationibus conceſſit idem Sixtus IV. vt in eorum *mari magno* apud Lezanum §.46.

358. Minimi quoque idem habent priuilegium illis conceſſum à Iulio II. *in conſt. ſua* 2. apud Peyrinum *tom.* 1. §. 30. quæ incipit *Virtute conſpicuos*, & in Bull. Rom. decima §. 28. ſub eiſdem verbis quibus expreſſum fuit ſupra priuilegium Prædic. & Minor.

359. Patres Societatis quoque amplum à decimis exempti enim habent à pluribus Pontificibus, & præcipuè à Gregorio XIII. conceſſum cum derogatione expreſſa *d. cap. Nuper*, vt *in Conſt.* Gregorio XIII. in Bullario Societatis, & apud Rodriquez *conſt.* 21. Et fuit hæc exemptio approbata per Rotam in Hiſpalen. decim. 4. Decem. 1628. coram Veroſpio, & alias pluries.

360. Etiam Ordini B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum conceſſa fuit exemptio à decimis à Greg. II. *in eius conſt.* 3. Edita anno 1373. prout refert Tambur. *d. q.* 18. *n.* 22. alia etiã huius ordinis priuilegia refert Leand. *d. diſput.* 7. quæ tamen non continent exemptionem vniuerſalem à decimis prædialibus.

361. His ergo priuilegijs ſic ſtantibus multi non admittunt illa priuilegia in quibus non eſt expreſſe derogatum *d. cap. Nuper*. Et in ſpecie priuilegium Ord. Prædicat. reiectum fuit à Rota in Vercellen. decim. 13. Nouemb. 1645. & 15. Ianuarij 1646. coram Cerro Decano, & in Dertuſen. decim. apud Poſt. *de manut. dec.* 157. *numer.* 4. & 5. & in Hiſpalen. decim. 15. Februarij 1647. coram Meltio, & Hiſpalen. decim. 25. Iunij 1649. coram Bichio. Tum quia non continet expreſſam derogationem *d. cap. Nuper*. Tum quia dictum priuilegium intelligitur de decimis extraordinarijs non vero de ordinarijs, quæ ſunt de iure diuino. Quia in his priuilegijs non veniunt illa, quæ de facili concedi non ſolent, vt ſæpiſſimè tenuit Rota. Et hoc idem priuilegium ita pluries interpræratã fuit Rota in Toletana decim. 26. Nouemb. 1607. coram Oſtembergo, & Coram Canaler. *dec.* 247. *num.* 11. Et in Hiſpalen. decim. 27. Iunij 1644. coram Emmin. Corrado. Tum tertio quia licet derogatio generalis Conciliorum cum clauſula *Quorum tenores* includat derogationem Concil. Lateran. vt dixit Rota in Conchen. exemptionis decim. 17. Maij 1598. coram Orano relata per Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 5. *num.* 29. In caſu tamen de quo loquimur derogatio loquitur ſolum de Concilijs Prouincialibus, quorum apellatione non venit Concil. Lateranen. vt declarando *d. dec.* reſpondit Rota in Cæſaraug. 17. Iunij 1611. coram Innoc. Decimo relata per adden. ad *dec.* Buratt. 704. *num.* 16. & in *d.* Hiſpalen. decim.

362. Sed hæc obiecta de facili ruunt. Primum enim de neceſſitate ſpecialis derogationis *Cap. Nuper.* Satis iam explicatum *ſup. cap. Licet* 1. *de conſt. quæſt. vn. art.* 13. *in hoc lib.* Secundum vero corruit ex lectura priuilegij de illis enim decimis loquitur Sixtus IV. de quibus loquutus fuit Greg. XI. quia ille iſtius priuilegium confirmat, & extendit Greg. vero XI. *in conſt. ſua* 7. §. 22. conceſſit, vt de hortis, & virgultis decimæ, non ſoluerentur huiuſmodi vero ſunt decimæ ordinariæ. Tum quia hoc priuilegium eſt in iure communi expreſſum *d. cap. Exparte*, & ex omnium DD. conſenſu priuilegium illud intelligitur de decimis ordinarijs. Tum quia Pontifex conceſſit, quod de hortis, & virgultis nulli decimas teneamur exhibere. Decima vero de fructibus eſt decima ordinaria. Cum igitur de decimis ordinarijs loquatur Greg. XI. de illis quoque loquitur Sixtus IV. qui cum Greg. dediſſet exemptionem ſolum de *hortis*, & virgultis hanc exemptionem ad omnia bona extendit.

363. Sed, & dictio illa *quaſcumque* ibi *ad quaſcumque decimas* manifeſte ſignificat, quod ſicut Sixtus concedere voluit exemptionem decimarum de quibuſcumque bonis ita, & à quibuſcumque decimis tam ordinarijs quam extraordinarijs. Dictio enim *quaſcumque* generaliſſima diſtribuit vniuerſale, ad ſingulas ſpecies, & illas comprehendit omnes. Quia imo dictio quæcumque includit etiam illa quæ impropria ſunt per Dec. *dec.* 599. *num.* 2. & 3. & tollit interpræetationem reſtrictiuam Alex. 118. *num.* 5. Et comprehendit illa quæ alias non comprehenderentur. Rota hæc approbans *dec.* 791. *num.* 10. *part.* 1. *diuerſ.* Vnde eſt quod etiam in materia odioſa, & ſtricta dictio quæcumque omnia comprehendit, etiam ſi alias ſpecialiter exprimi deberent, vt poſt Mandoſium dixit Rota *dec.* 1578. *n.* 5. coram Penna. Et quod dictio quæcumque includat omnia etiam maiora expreſsè dixit Rota *dec.* 680. *nu.* 5. *p.* 1 *recent.* Cum ergo Sixtus IV. expreſſe extenderit exemptionem à decimis, ad quaſcumque decimas manifeſtum, quod conceſsa fuit exemptio etiam à decimis ordinarijs. Nam quod decimæ omnes ſub vniuerſalibus verbis comprehendantur. Dixit Rota in Leodien. decimar. 22. Aprilis 1652. coram Meltio, & in Ferrarien.

tien. decim. 11. Iannuarij 1658. coram Albergato.

364. Sed præterea nec verum eſt quod ſub nomine decimarum veniant ſolæ decimæ extraordinariæ niſi aliud exprimatur. Et quidem quod nomen decimæ propriè ſignificat non temporales decimas, ſed ſpiritualis tradidir. *Add. ad dec.* 404. Greg. 15. *lit. B.* Rota in Ferrarien. *decim. ſeu dec.* 684. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ. & dec.* 128. *n.* 7. *& dec.* 180. *n.* 17. *p.* 7. *recent.* & in Mediolanen. reſciſſionis permutationis 21. Maij 1591. coram Card. Pamhpil. & in Albiganen. decim. 25. Maij 1627. coram Card. Virili laicales decimæ enim non ſunt decimæ, ſed decimationes vt ex Barr. *conſ.* 419. *num.* 1. *l.* 1. Bertazol. *conſ. eius* 10. *num.* 16. Barboſ. *de off. & pot. Epiſ. p.* 3. *all.* 121. *num.* 3. Rota *dec.* 684. *num.* 2. & in Taler. decim. de Capilla 2. Martij 1648. coram Veroſpio tradit eadem Rota in Ferrarien. decim. 11. Ianuarij 1648. coram Albergato non ergo poſt priuilegium decimarum limitari ad decimas temporales. Et ſic non eſt verum quod quando priuilegium exemptionis decimarum conceditur ſimpliciter, illud intelligi debeat de decimis extraordinarijs impoſitis ab homine nimirum de Datijs, Pedagijs, taxis, & ſimilibus quæ à Summis Pontificibus, legatis, vel Nuncijs ratione introductionis, & aſportationis bonorum imponuntur, vt voluit Rota in Hiſpalen. decim. de Barzona 16. Martij 1646. coram Cerro, quia iſtæ impoſitiones nec propriè ſunt decimæ, & ſunt impoſitiones temporales, non verò ſpirituales.

365. Vnde hæc eadem ratione improbatorũ huiuſmodi interpretatio de decimis extraordinarijs præfatis ſcilicet datijs Pedagijs, Taxis, &c. Quam tradunt Coce. *dec.* 279. *num.* 3 & Rota Hiſpalen. decim. 27. Iunij 1644. quæ eſt *dec.* 302. *p.* 9. *recent.* Ponderandum enim eſt diligenter priuilegium equitum Hieroſol. conceſſum à Pio 4. *conſt.* 9. Et conſiderandum eſt, quod imo quia in §. 64. expreſſe Pontifex loquitur de exemptione à datijs, Pedagijs, taxis, & ſimilibus exactionibus non potuit concludi quod priuilegium illud, de illis ſolis temporalibus intelligatur, ſed oppoſitum debuit dici, quia in §. 63. antecedenti conceſſit ne de quibuſcumque eorum bonis decimas aut Canonicam portionem &c. Soluere tenerentur ponderatur enim, quod Pontifex in diuerſis partibus ſuæ Bullæ, ſub diuerſis verbis, idem priuilegiũ ſuperflue diſponendo, & iterando verba non conceſſit, ſed diſtinxit inter temporales exactiones de quibus loquitur in §. 64. à ſpiritualibus decimis, de quibus in §. 63 Eo magis, quod conceſſio poſita in §. 64. eſt poſita tanquam diſtincta, & noua, & ſuperadita vt ex principio illius §. ibi *Addentes &c.* Et eo amplius, quod quarta Canonica eſt quid ſpirituale, nam & eſt quarta pars decimarum, vnde quando Pontifex conceſſit exemptionem à decimis, & quarta Canonica conceſſit exemptionem à decimis ſpiritualibus quam quarta debetur Epiſcopo. Et ita quando in fine §. 64. conceſſit exemptionem à decimis etiam de bonis patrimonialibus in eodem ſenſu accepit decimam maximæ, quod dixit ab omnibus decimis. Et quod hanc conceſſionem poſuit vt diſtinctam à conceſſione aſportandi libere bona ſine pedagijs, & datijs. Quod apparet ibi *Et bona etiam patrimonialia*, nam dictio *etiam* implicat caſus maiores, & diſtinctos ab expreſſis itaque tanquã quid diſtinctum & quid maius, quam ſit exemptio à temporalibus decimis, ſeu extraordinarijs conceſſit, vt de donis patrimonialibus. Equites illi non tenerentur ad aliquas decimas, ſed ab omnibus exempti eſſent. Imò ex quo Pontifex tanquam diſtincta enumerauit exemptionem à decimis, & exemptionem à pedagijs ſignificauit expreſſe aliud eſſe decimas, & aliud pedagia &c. Et ideo quod contra mentem illius eſt velle quod exemptio à decimis ſimpliciter conceſſa intelligatur de pedagijs, & non propriè de decimis.

366. Pariter ex hoc impugnatur expoſitio priuilegij conceſſi à Benedicto XI. monialibus Ord. Prædic. vt & illud intelligatur de decimis extraordinarijs, ſic enim expoſuit Rota in Vercellen. decim. 13. Nouem. 1645. & in Tolet. decim. 21. Iunijs 1649. contra quam expoſitionem tamen facit, quod in eo priuilegio Pontifex expreſſe exprimit exemptionem à decimis, vt diſtinctus ab exemptione à datijs, pedagijs, contributionibus, oneribus, exactionibus, collectis, ſubditis &c. Nedum enim primo concedit, vt morales, non teneantur ad decimas de prædijs acquiſitis, & acquirendis, & alijs bonis, ſed expreſſe eximens poſtea a redditibus, cenſibus, pedagijs, teloneis, & alijs exactionibus, & procurationibus dandis legatis, aut Nuntijs iterum reperit exemptionem à decimis vel alia portione, aut ſubuentione, aut contributione in exactionibus, collectis ſeu ſubſidijs. Vnde ex hoc magis confirmatur, quod ſub nomine decimæ non veniunt ſimpliciter niſi decimæ ſpirituales ordinariæ Parochis debitæ de iure communi. Quia Pontifex tanquam diſtincta poſſunt decimas, taxas, pedagia, collectas, ſubſidia, & alia huiuſmodi mera quæ extraordinariè imponuntur.

367. Quod confirmatur. Nam Pontifices in ſuis conſtitutionibus accipiunt nomen *decimæ* in ſignificatione legali in ea ſcilicet in qua illud nomen accipiunt iura a quocumque enim nomine vſurpantur in ſignificatione illa quæ eſt propria ſuæ artis, aut ſcientiæ, aut profeſſionis, & ſic Pontifices iuridicè loquentes in legali ſignificatione accipiunt nomen *decimæ*. At vero in iure nomen *decimæ* ſimpliciter prolatum ſignificat decimam partem fructuũ Deo debitam in ſubſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ ſuæ S. Raym. *tit. de dec. &c.* Hoſtien. *in ſumma* Syiueſtr. *verb. decim. num.* 1, Tabien. Armill. & habetur ex *cap. de decimis* 45. *cap. quaſt.* 46. *Cap. decimas* 47. *cap. Reuertimini* 65. Vbi Archid. & Turrec. *cap. decimæ* 66. 16. *quaſt.* 1. *&* 16. *q.* 7. *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8. Vt ex toto titulo de decimis tam in decretalibus, & præcipuè *cap.* 1. *& cap. Parochianos* 14. *Cap. Non eſt* 22. *cap. Tum nobis* 26. ex *cap. Cum non ſit in homine* 33. Quam in ſexto præcipue *cap.* 2. *& in Clem.* Et ratio eſt quia ſecundum regulam Philo-

Philoſophicam nomen analogum ſimpliciter prolatum dicitur de primo analogato, quod in præſenti eſt decima quæ ex diuina inſtitutione modo ſupra *n.1.* explicato dari debet in ſuſtentationem miniſtrorum diuini Cultus. Et in hoc ſenſu datum fuit antiquis in lege veteri præceptum decimarum, quod per Eccleſiam etiam ſtatutum eſt in lege noua.

368. Et inde eſt, quod imo ex quo iſtæ ſunt decimæ ordinariæ non de alijs poteſt accipere nomen *decimæ* ſimpliciter prolatum, quia iura nomina accipiunt in propria communi, & ordinaria ſignificatione. Vnde cum decimæ Papales ſint decimæ ſpirituales nihilominus in iure expreſſe nominantur, quando de illis aliquid decernitur. Imo aliquando conceſſa exemptione à decimis excipiuntur decimæ Papales. Et è contra in noſtro priuilegio, vt cognoſcatur concedi exemptionem à decimis Papalibus, hoc eſt ſpecialiter expreſſum, ibi *etiam Papales*, & appoſita fuit dictio *etiam* quæ eſt extenſiua Rota *dec.311.p.3.* Et exprimit caſum magis dubitabilem Rota 104. *n.6. p.1. recent.* Et implicat caſum diſtinctum maiorem ab expreſſis Rota *dec.* 100. *num.*14. & *dec.*316.*nu.*14. *part.*5. *recent.* Vt intelligatur quod ſub nomine *decima* ſimpliciter veniunt decimæ ordinariæ, ſed Papales quæ ſunt extraordinariæ ſub nomine decimarum non veniunt niſi id exprimatur vel expreſſe vel æquiualenter.

369. Et quod dicitur decimas eſſe de iure diuino hoc admiſſo in ſenſu explicato *art.1.* Ex hoc magis probatur, quod ſub nomine decimæ ſimpliciter prolato intelligitur quod Deo datur, & quod per leges tam veteris, quam noui teſtamenti præcipitur Deo offerendum in ſuſtentationem leuitarum, & Clericorum.

370. Et ideo, quod in priuilegijs nomen *decimę* ſimpliciter prolatum ſignificet decimas ordinarias illas ſcilicet, quæ ex quinto Eccleſiæ præcepto debent dari Parochis, aut alijs Clericis, habetur ex *d.cap. Ex parte.* Vbi per decimas laborum ſuorum non extraordinarias, ſed ordinarias decimas fuiſſe conceſſas Papa intellexit, qui dum hoc limitauit ad Ciſtercien. & Hoſpital. & dum ſubiunxit, quod alij Religioſi eſſent exempti à decimis de noualibus proculdubio intellexit concedi exemptionem ab illis decimis ſpiritualibus quæ ordinariæ ſolui debent Parochis, & ita conceſſionem illam intellexerunt Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabar. Butr. Io. Aud. Imola Auania. Hoſtien. Anchar. Panorm. Ripa, & alij omnes, tam Canoniſtæ quam Theologi. Et idem dicitur de priuilegio reſeruato Ciſtercien. *in cap. Nuper.*

371. Et contraria opinio volens quod in priuilegijs nomen *decimę* non intelligatur de decimis ordinarijs, niſi id exprimatur, nec etiam bene ſe fundat in DD. ab ea citatis. Et quidem primo Bald. *in l.Fiſtulas §. Frumenta ff. de contrahend. empt.* Franciſcus de Crema & Felin. *in cap. Sedes n.3. de reſcript* non tradunt regulam generalem, ſed loquuntur in caſu particulari vendentis agrum liberum ab omni decima. Et dicunt quod contractus intelligitur de decimis extraordinarijs non de Ordinarijs, loquuntur, ergo in caſu laici vendentis agrum, in quo verbum *decima* nec accipitur proprie, ſed communiter etiam, vt comprehendit temporales decimas, qui ſenſus omnino alienus eſt à Pontificibus diſponentibus ex publica auctoritate de ſpiritualibus, & qui nomine *decimę* non vtuntur niſi in vſitata legali ſignificatione quæ propriè, & principaliter comprehendit ordinarias decimas. Secundo caſus ille eſt caſus contractus, in quo facilius poteſt concipi, quod contrahens non intellexerit liberare emptionem ab oneribus certis, & ſolitis, ſed ſolum ab inſolitis, & fortuitis quorum non habetur notitia, & quæ adeſſe fundo vendito neſcitur, cum alias certum ſit fundum oneribus ordinarijs eſſe grauatum, ſed nos verſamur in priuilegio Principis diſponentis contra ius commune, & gratiam concedentis, qui non poteſt loqui, niſi in terminis iuris, & propterea dum liberat à decimis non poteſt non intelligere principaliter, niſi de decimis ad quas ius commune obligat.

372. Tertio nihilominus dicitur, quod ſententia illa Bald. eſt prorſus falſa, & Felin. ipſe id eſſe mirabile dixit, contra quod faciunt dicta à ſe ipſo fortiter & reſpondet, & explicat textum in *d.l.Fiſtulas*, cuius ſunt hęc verba. *Frumenta quę in herbis erant cũ vendidiſſes, dixiſti te, ſi quid vi aut tempeſtate factam eſſet pręſtaturũ ea Frumenta niues corruperunt, ſi immoderatę fuerunt, et contra conſuetudinem tempeſtatis, agi tecum ex empto poterit.* Ex Gloſſ. autem ibi textum explicat Felin. & aduertit, quod niues temperatæ, non erant caſus fortuitus, ſed vſitatus, & obligans ſe ad caſum niuium, non eſt veriſimile, quod cogitet de vſitatis, quia eſſet nimis grauis obligatio. Non ſequitur igitur idem in omni ſermone. Et ita textum illum interpretantur illi qui ſequuntur Bart. *in l.ſed, et ſi quis §. Quęſitum ff. ſi quis cau.* volendo quod renuntiatio caſuum fortuitorum non comprehendat inſolitos niſi exprimantur; vt etiam declarat Bald. *in cap. Quoniam vt lit. non conſtet.* Alex. *in l. Pręſtita in fin. ff. de leg. falcid.* Itaque textus ille loquitur in terminis caſuum fortuitorum. In caſibus vero fortuitis obligatio non ſe extendit ad ſolitos, & ordinarios caſus futuros, non præciſe, quia hæc eſſet nimis grauis obligatio eius qui ſe obligat, ſed quia ex quo caſus ſunt ſoliti, nec ſunt, nec cenſeri debent fortuiti, & ideo non poſſunt comprehendi ſub obligatione ad fortuitos caſus.

373. At vero qui vendit fundum, vt liberum ab omni decima non reſpicit decimam, vt fortuitam, & vt caſu futuram. Sed imo, vt certo impoſitam, licet etiam forſan augendam, In quo ſenſu, & ſolum forſan vera eſt doctrina, quod renuntiatio, ſeu liberatio comprehendit caſus ordinarios, non vero extraordinarios, quia hæc non reſpicit onera, vt fortuita, & caſualiter futura, ſed vt iam præſentia, & certa. Et hanc veritatem cognouit etiam Felin. Et non alia ratione ab ea receſſit, quam vere friuola, & minus digna Doctore veritatem amante. Hæc ſunt eius verba. *Tamen cum non inueniam aliquem contra dictum Bald. non intendo mutare ſtylum meum de non alterandis deci-*

ſioni-

ſionibus ab alijs non mutatis &c. Dicat vnuſquiſq; quanta fide dari poſſit Doctori qui videns alterius DD. opinionem non veram, & à ſe fortiter impugnatam illam approbat nihilominus ex ſtylo quem habet vt primus opinionem alterius Doctoris non impugnet. Cum imo Doctor qui ſcribit in conſcientia teneatur improbare opiniones quas non veras eſſe reperit.

374. Sed, & aliud conſiderandum, quod in textu illo non eſt dictio aliqua vniuerſalis; Nam ſi qui vendidit frumenta dixiſſet, ſe præſtaturum quidquid qualitercumque; aut quomodocumque tempeſtate corruptū fuiſſet tunc etiam ad caſus ordinarios vendens ſe obligaſſet ex vi dictionis vniuerſalis comprehendentis etiam vſus inſolitos, & qui alias non comprehenderētur. Ex quo etiam magis improbatur doctrina illa Bald. de vendente agrum liberum ab omni decima, nam ex vi dictionis omnis comprehenderetur etiam decima ordinaria, etiam ſi alias comprehendi non deberet.

375. Patet ergo ex his ſententiam aſſerentē priuilegium de decimis comprehendere extraordinarias, non vero ordinarias fundari in falſa doctrina Baldi, & vlterius nec eam falſam doctrinam applicari cum Bald. loquatur in caſu vendentis, & contrahentis, qui eſt omnino diuerſus à caſu Pontificis libere, & ex gratia, ſeu benignitate eximentis ab oneribus decimarum iam impoſitis, & ideo ab Ordinarijs, Nam imo ab extraordinarijs, vt puta à Papalibus decimis non eximit niſi id exprimat.

376. Ratio etiam illa, quod cum priuilegium ſit contra ius tertij debet ſtricte intelligi, non probat intentum. Tum quia, vt infra probatur non debet propter hoc extrahi a propria verborum ſignificatione, imo iuſta iſtam eſt latiſſime interpretandum. Tum quia nunquam debet admitti reſtrictio quæ diſpoſitionem Pontificis reddit ſuperfluam irriſibilem, & contemptibilem. Talis vero iudicaretur diſpoſitio Pontificis clare, & expreſſe eximentis ab oneribus datiorum, pedagiorum &c. in parte diuerſa ſi poſtea dum eximit à decimis nihil aliud concederet. Pontifices vero Ord. Præd. & eius moniales, ſicut, & alios Regulares expreſſe in parte diuerſa eximunt à quibuſcumque illis omnibus, quæ nec propriæ ſunt decimæ, & quæ extraordinariæ dicuntur.

377. Ideo Rota cum *in Ferrarien. decim. 26. Maij 1656.* coram R. P. D. Albergato dixiſſet priuilegium decimarum conceſſum Marchioni Entio Bentiuolo à Paulo V. intelligendum eſſe de decimis temporalibus, vel extraordinarijs, in alia deciſione poſtea in eadem cauſa 11. *Ianuarij* 1658. coram eodem merito receſſit à deciſis *in d. dec. 26. Maij* 1656. & à fundamentis illius, & principia communia, & ſolida amplexa fuit.

378. Tertium motiuum contra priuilegium Ordinis Prædicatorum ex hoc ſumebatur, quod non habet ſufficientem derogationem ad legem, *Cap. Nuper.* Quod an ſubſiſtat videamus. Hæc ſunt verba dicti priuilegij. *Non obſtantibus Conſtitutionibus Bonifacij, quibus cauetur ne quis extra ſuam ciuitatem & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra ciuitates & diœceſes in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas cōmittere præſumant. Et de duabus dietis in Concilio Generali, nec non quæ incipit: Super Cathedram Bonifacij. Et dudum Viennen. Concilij, ac Caliſti Papæ III. etiam prædeceſſoris noſtri litteris alijſque Apoſtolicis, ac etiam in prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis ſpecialibus vel generalibus, nec non Octonis, & Octoboni olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ Sedis legatorum conſtitutionibus, Eccleſiarum quoque, ac locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcumque dictorum Ordinum Fratrum Prædicatorum, & Minorum profeſſores, ac locorum ordinarios, ſeu rectores prædictos initis, & concluſis, ac hactenus obſeruatis pactis, & conuentionibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, nec non omnibus illis quæ Gregorius, Martinus, & Eu enim præfati prædeceſſores, in prædictis eorum litteris voluerunt non obſtare contrarijs quibuſcumque quibus omnibus illa ac ſi de verbo ad verbum infererentur, & derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continerent præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore remanſuris quoad præmiſſa ſpecialiter & expreſſe derogamus.*

379. Primo igitur conſiderandum, quod Pontifex derogat legi Concil. General. Lateranen. contentæ *in cap. Nonnulli de reſcript.* & legi Concil. General. Vien. contentæ *in Clem. Dudum de reſcript.* & etiam Conſt. Bonifacij VIII. & Caliſti III. Deinde vero derogat alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis. Quod vero conſtitutiones Conciliares, ſeu Pontificum in Concilijs Generalibus editæ ſicut eſt conſtitutio de decimis contenta *in cap Nuper.* quæ fuit Innocentij III. eius nomine promulgata in Conc. Lateranen. ſit vere, & propriè conſtitutio Apoſtolica imo non poſſit dici niſi conſtitutio Apoſtolica probatum eſt ſup. *cap. 1. de conſt. q. vn a. 13. num. 249. & 50.* Quod vero dictio alijs referat ſimilia expreſſis & cæteros modos expreſſe diſpoſitionis dixit Rota *dec. 200. num. 14. p. 7. recent.* Cum ergo Pontifex prius expreſſerit conſtitutiones Apoſtolicas, etiam à Papa editas in Concilio Generali, dum poſtea addit, & alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis, omnes Conſtitutiones Apoſtolicæ ſimiles comprehenduntur ſiue ſint editæ extra Concilium ſiue in Concilio Generali. Et eo magis quod conſtitutio contenta *in cap. Nuper*, eſt eiuſdem Pontificis cuius eſt conſtitutio *cap. Nonnulli*, & vtraque ab eodem fuit edita in eodem Concil. cum hac tamen differentia quod *cap. Nonnulli* habet expreſſas derogatorias derogatoriarum, quas non habet *cap. Nuper.* Pontifex ergo derogando alijs cōſtitutionibus derogauit etiam editis in Generali Concilio, & præcipue *cap. Nuper*, non habenti expreſſas derogatoriarum derogatorias.

380. Sed præterea conſiderari debet clauſula illa, *Quibus omnibus &c.* Sub illa enim comprehenduntur omnes conſtitutiones Apo-

Digitized by Google

ſtolicæ contrariæ priuilegio, ac ſi ad verbum eſſent inſertæ, & etiam ſi continerent derogatorias derogatoriarum etiam igitur dato, & non conceſſo, quod lex Pontificia edita in Concilio Generali haberet implicite derogatorias derogatoriarum, non obſtat quin ei ſit derogatum, cum ſit derogatum etiam conſtitutionibus habentibus derogatorias derogatoriarum.

381. Nec ſit qui dicat leges à Pontificibus editas in Concilio Generali eſſe Conciliares. Quidquid enim ſit de hoc imo hoc admiſſo non per hoc dici poteſt, quod non ſint leges Apoſtolicæ, & cum Papa expreſſerit legem, *cap. Nonnulli*, vt editam in Concilio Generali, & poſtea derogauerit ſimilibus conſtitutionibus, derogauerit etiam legi, *cap. Nuper*, quæ eſt ſimilis, & fuit edita in Concilio Generali non adiectis derogatorijs derogatoriarum. Sed ceſſat omnis difficultas in hac parte, quia Clemens VIII. *in Conſt.* iniuncti vobis edita 5. Octobris 1604. motu proprio ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine, & cum decreto irritanti habens omnes litteras Apoſtolicas huiuſmodi priuilegia, immunitates, exemptiones &c. pro expreſſis confirmauit, & approbauit ſupplendo etiam omnes defectus iuris, & facti, ſolemnitatum requiſitarum forſan omiſſarum &c. & derogauit in ſpecie Concil. Later. & alijs Concil. General. vt patet ex ſequent. verbis. *Non obſtantibus præmiſſis ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dictas aliquis auctoritate præſentium ad iudicium non trahatur, alijſque conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ac in Lateranen. & alijs Concilijs Generalibus editis eiuſdemque ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, Priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ordini illiſque Magiſtro, ſeu Procuratori Generalibus, alijſque Superioribus, & Fratribus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritationibus & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales ibidem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cõtrarijs quibuſcumque.* Et magis ceſſat omnis difficultas ex Cõſt. Vrb. VIII. quæ incipit in plenitudinem, & data fuit ratio Idus Maij anni 1625. In qua primo in narratiua enumeratis Pontificibus, qui Ordini Prædicatorum conceſſerunt priuilegia immunitatis &c. exemptiones à quacumque impoſitione collecta decima ſubſidio, quarta, & quinta funerali &c. In diſpoſitione omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, libertates &c. à prænominatis Pontificibus, & alijs conceſſa Ordini Prædicatorum, ſupplendo etiam defectus iuris, aut facti confirmauit, & innouauit. Et ſucceſſiue enumeratis pluribus litteris Apoſtolicis, per hæc verba. *Et in ſpecie illa quæ in quibuſdam Vrban. II. incipientibus cum vniuerſis, & alij Eugenij quarti. Et ſi monaſteria &c. Nec non alijs Sixti quarti incipientibus Regimini vniuerſalis, ſubdata Romæ 1474. & alijs eiuſdem Sixti quarti incipientibus dum attenta meditatione penſamus ſubdata Romæ 1476. ac alijs ipſius Sixti quarti incipientibus Sacri Prædicatorum, & Minorum ſubdata Romæ* 1479. (quæ eſt Bulla dicta aurea) Nec non alijs Iulij II. incipientibus *in ſacra B. Petri ſede*, ſubdata Romæ 1551. die 10. menſis Iulij, ac alijs Pauli quarti incipien. *Ex Apoſtolicæ ſedis* &c. quæ ſunt bullæ, in quibus priuilegia eiuſdem Ordinis confirmantur, & aliorum Ordinum priuilegia communicantur &c. Ac alijs eiuſdem Gregor. XIII. pro Societate Ieſu incipien. *Equum reputamus, vt ea quæ de Roman.* ſubdata octauo Calend. Iunij anno 1572. quæ eſt Bulla in qua Societati Ieſu cum derogatione *cap. Nuper*, conceditur exemptio à decimis, & pluribus alijs litteris Apoſtolicis eodem modo recenſitis) & iterum in ſpecie facta mentione de mari magno ibi. *Nec non etiã priuilegia, gratia, indulta. & immunitates in litteris Apoſtolicis, quæ appellantur* mare magnum Ordin. *Prædic.* omnia, & ſingula in præfatis ſic enumeratis litteris conceſſa de nouo conceſſit, & innouauit, & voluit quæcumque in eis contenta ab omnibus ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari, irritum, & inane decernens quidquid in contrarium contigerit attentari. Quibus ſic conceſſis diſpoſitis in contrarium derogauit ampliſſime. *Non obſtantibus* (inquit) præmiſſis &c. Et in Concilio Generali edita de duabus dietis. *Nec non Apoſtolicis etiam in Prouincialibus, & Generalibus Concilijs* editis *conſtitutionibus, & Ordinationibus &c.*

382. At valde eſt aduertendum, quod præmiſſis derogatorijs addidit decretum irritans. Vel ergo Sixtus IV. iudicauit, & voluit vere eſſe derogatum *d. cap. Nuper* contra quod diſpoſuit concedendo *in* §. 7. exemptionem à quibuſcumque decimis de quibuſcumque bonis, vel nec iudicauit, nec voluit illi eſſe derogatum ſi dicatur hoc ſecundum. Quid magis dignum riſu, & contemptu quam velle, quod ſit nullum, & irritum, quod ſit contra Statutum *dict.* §. 7. cum imo Statutum illud §. 7. etiã eiuſdem Sixti iudicio dicatur eſſe nullum, quia non derogatum contrario Statuto. *Cap Nuper* & ideo validum, quod ſit contra illud. Et quis vnquam audebit hoc affirmare de tanto Pontifice! *Sixtus* igitur iudicauit, & voluit *Cap. nuper* eſſe derogatum in quantum *d.* §. 7. eſt contrarium & ſi alius dixerit Pontificem ignoraſſe, quod faciebat & ex ſe iudicaſſe, & voluiſſe derogare, & propterea addidiſſe decretum irritans; ſed ignoraſſe, ſeuero non derogaſſe Sedes ipſa Apoſtolica ſe defendat contra tales, ita de diſpoſitionibus ſuis ſentientes, & obloquentes. Quamuis alias hæc ſacrilega obloquutio non ſuffragetur. Quia data hac ignorãtia, & nullo modo cõceſſa, ſed penitus reiecta, ad hæc talis ignorantia eſſet mere concommitans, & non cauſaret inuoluntarium, ſed cum illa ſtaret, quod Pontifex voluerit derogare, & de-

derogauerit, quia & derogauit, ſi expreſſiorem derogationem eſſe neceſſariam ſciuiſſet quia voluit irritum, & nullum eſſe quod contra ſtatutum *d.* §.7. fieret.

383. Cum vero conſtitutio præfata Sixti IV. vt patet ex §.2. ſit edita motu proprio, & ex certa ſcientia ſcienter igitur, & motu proprio Pontifex in eo §.7. diſpoſuit contra ſtatutum *cap. Nuper et in* §. 17. voluit nullum & irritum eſſe, quod contra ſtatutum *in* §.7. fuerit attentatum. Nulla igitur in Pontifice poteſt præſumi ignorantia, vel legis conciliaris inſertæ in corpore iuris, cũ hæc iura ipſe in pectore habeat, vel contrarietatis ſuæ diſpoſitionis ad dictam aliam legem. Eadem vero ratione, nec præſumi poteſt in eo ignorantia obligationis derogandi in ſpecie dictæ legi. Si hæc obligatio daretur, vel ignorantia veræ derogationis, cum ex certa ſcientia irritum decreuerit, quidquid contra ſtatutum *dict.* §. 7. fuerit attentatum. Sed quatenus hæc ignorantia præſumeretur in Pontifice, vel in eius miniſtris (quod verè fieri non poteſt) adhuc huiuſmodi ignorantia tanquam concommitans, non tolleret veram derogationem, nec ſufficeret ad præſumendum defectum intentionis in Pontifice.

384. Habet igitur Ordo Prædicatorum amplam exemptionem à quibuſcumque decimis ſoluendis de quibuſcumque bonis. Et idẽ priuilegium habent alij Ordines ſupra numerati, nec obiecta præfata contra illos militant.

385. Quamuis vero hoc priuilegiũ exemptionis à decimis, à multis inter odioſa numeretur, quia nedum eſt contra antiquum ius commune, ſed infert præiudicium Eccleſiis quibus decimæ ſoluendæ eſſent, vnde dicunt quod ſtricte eſt interpretandum Oldrad. *conſ.* 268. Gutier. *conſ.*5.*num.*15. & alii communiter nihilominus ſemper ſeruanda eſt proprietas ſignificationis verborum *Dec. conſ.*113. *num.vlt.* Bald. *conſ.*271 *in* 1. *volum.* Seruari enim debet voluntas Superioris, hæc vero ex verbis propriè intellectis colligi debet, niſi aliunde de eius intentione conſtet. Et in hoc ſenſu verum eſt, quod dixit Gloſs. *d. cap. Ad audientiam* ſcilicet hoc priuilegium latiſsimè eſſe interpretandum vtique quantum ad proprietatem verborum retinendam, & explendam neceſſe fuerit. Et quamuis regula iſta omnino non placeat Barboſ. *d. cap. Ad audientiam* 12. *eod. tit.* dicatque illam non colligi ex dicto textu, quia oportet, quandoque ex intentione concedentis reſtringere verba, & eam ſequi interpretationem, quæ nec bono communi, nec tertio præiudicet. Tamen veritas eſt quod priuilegium non ſe extendit quidem ad præiudicium alterius ignoratum. Et quod priuilegium decimarum ad ſummum reſtringitur ad propriam ſignificationem terminorum, at quia ſimul eſt fauor, & gratia Principis latè explicanda, ideo intra propriam ſignificationem verborum latiſſimè debet interpretari, vt tantum ſe extendat, quantum ſe extendit verborum ſignificatio *d cap. Ad audientiam*, vbi Panorm. Suarez *d. l.*1. *cap.*19. Palaus *tr.*10. *p.*10. *num.* 5. Surd. *conſ.*140. *num.*65. Rota in Ferrarien decim. 11. *Ianuarii* 1658. coram R. P. D. Albergato ſemper enim attendi debet regula *d. cap. Ad audientiam* quod ſi Papa aliud voluiſſet, id expreſſiſſet Tiraq. *l. ſi vnquam num.*3. Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 178. *et conſ.*140. *nu.*4. Gutier. *pract. l.* 3. *q.*22. *num.*7. Gonzal. *ad reg.* 8. Caual. Gloſſ. 9. §. 1. *num.*33. & Gloſſ. 24. *num.*11. Et verba debent ſemper in propria, & vſitata ſignificatione accipi *l. cum lege ff. de teſtam. leg.*1. §. *Quod autem ff. de aleat.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. l.* 8. *tit.* 18. *num.*35. Moneta *de diſtrib. p.*2. *q.*11. *nu.*100. Barb. *d. cap Ad audientiam num.* 4. Sed vlterius aduertendum eſt quod Decimæ Deo debentur, *cap. Tua nobis eod. tit.* & nedum primo, & remotè ſed proximè principaliter inſtitutæ ſunt fauore Eccleſiæ, & diuini cultus, non vero pro intereſſe particulari Parochorum, aut huius, vel alterius perſonæ. Quibus ſi addatur Religioſorum ſuſtentationem maximè eſſe in Eccleſia neceſſariam, alias vero Parochis ex iure diuino & naturali non deberi niſi congruam ſuſtentationem ſequitur, quod Parochis decimæ vltra congruam ſuſtentationem illorum non debentur niſi ex pura lege poſitiua, & diſtributiua decimarum, quæ lex ex temporum conditione mutationem patitur, quia Eccleſię vtilitas petit, vt ſalua congrua Parochorum decimæ diſpenſentur in aliam Eccleſiæ maiorem vtilitatem. Et ſic ius commune, quod diſtribuendo applicauit Parochis decimas vere fuit temporale, & conditionatum, niſi aliud requireret communis Eccleſiæ vtilitas at vero vtilitatem requirere, vt Religioſi ſint exempti à decimis habetur ex conſideratis ſupra *num.* 332. *& ex conſt.* Et ſi mendicantium Pii V. §.14. Igitur priuilegia Religioſorum eximentia à decimis ſimpliciter ſunt fauorabilia, & late interprætanda, quia fauorem Eccleſiæ continent huic principaliter decimæ debentur ſolum vero ſecundum quid ſunt odioſa, quatenus ex hoc Parochi non conſequuntur, quod illis non priuato illorum fauore conceſſum fuit ſed intuitu vtilitatis Eccleſiæ.

386. Hinc primo colligitur falſam eſſe opinionem quæ voluit, quod exemptio à ſolutione decimarum predialium non liberet à debito reali ſoluendi decimas quæ antea ex prędijs Parochiali debebantur & poſſidebantur ſed per ſimile priuilegium ſolum concedi exemptionem à decimis prædiorum noualium quæ Religioſi proprijs ſumptibus ad culturam reduxerunt ita ſentit Oldrad *conſ.* 268. Rebuf. *q.* 13. *n.* 114. & alij quos refert Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 14. Nam contrarium habetur expreſſe in iure determinatum *cap. Ad audientiam in eodem tit. et merito nam et in cap. Ex parte* Alex. III. diſtinguit, & ait ab Adriano conceſſum fuiſſe Ciſtercien. vt de prædijs, quos proprijs manibus colebant non ſoluerent decimas: Alijs vero Religioſis ſolum, vt eas non ſoluerent de noualibus, & hortis. Quod idem Alex: confirmauit ſi igitur ex vi prioris priuilegij exemptionis à decimis prædiorum quos Ciſtercien. proprijs manibus colebant, non fuiſſet conceſſa niſi exemptio à decimis prædialium noualium inepte, & inutiliter Pontifices diſtinxiſſent, & nihil amplius fuiſſet conceſſum Ciſtercien. quam alijs Reli-

gioſis fuerat conceſſum ſed, & hoc idem habetue ex *cap. nuper* nam Innocent. III. quod negat de prædijs poſt Concil. Lateranen. acquirendis ſcilicet, quod de eis ſoluantur decimæ etiam ſi proprijs manibus colantur ab habentibus priuilegium de non ſoluendis decimis caltum prędiorum, concedit de prædijs ante illud Concil. acquiſitis, vt ſcilicet etiam ſi ex illis ſoluerentur decimæ Parochijs antequam euenirent ad manus Ciſtercien. non ſoluerentur tamen poſtea ab illis ſi illi ea prædia proprijs manibus colerent & è contra concilium voluit quod nec Ciſtercien., nec alij Religioſi ſoluerent decimas de noualibus etiam poſt Concil. acquiſitis quia de iſtis non ſoluebantur decimæ alicui Eccleſiæ ſolum vero decernit de prædijs de nouo acquiſitis ſolui decimas ſi prius de illis ſoluebantur igitur per illa verba generalia, & non ſoluerent decimas de prædijs ſumptibus cultis Ciſtercien. conceſſa erat exemptio à prædialibus decimis etiam quantum ad reale debitum & ita docuerunt Panorm. *cap. Dudum de priuil.* Couar. *d. cap.* 17. *n.* 14 Gutierez. *d. cap.* 22. Suarez. *d. l.* 1. *cap.* 19. *n.* 2. Fagund. *l.* 3. *cap.* 3. Palaus Moneta *cap.* 5 *n.* 6.

387. Bene verum eſt, quod priuilegium concedens in generali exemptionem à decimis prædialibus licet comprehendat decimas, quæ ſolum de iure communi competerent alicui Eccleſiæ, Et ſic inferat illi Eccleſiæ præiudicium, non comprehendit tamen decimas quæ ſpeciali aliquo iure compoſitionis ſpecialis priuilegij, aut donationis, aut ſimili titulo cõpetunt ſpecialiter alicui Eccleſiæ, vel perſonæ niſi hoc in priuilegio ſpecialiter exprimatur, vel niſi priuilegiũ detur per verba, & clauſulas generales adeo, & pręgnantes, quæ etiam ſpecialia cõprehendant. Quia priuilegium generale non ſe extendit ad ſpecialia, quorum in Papa poteſt præſumi ignorantia, quia nec voluntas Papæ concedentis priuilegium ad ignorata ſe extendit iuxta *text. in c.* 1. *de conſt. ſupra in hoc* 6. Prout bene aduertunt Couar. Gutier. Suarez. Moneta & alij citati Franc. *inf. in hoc tit. in princ. n.* 2.

388. Sic etiam quia alia eſt vnio Eccleſiæ, & alia eſt conceſio exemptionis decimarum, ex eo quod aliqua Eccleſia ſit vnita Hoſpitali, vel monaſterio non per hoc ſit præiudicium Parocho, vel Epiſcopo quoad iura parochialia, vel Epiſcopalia, vt decernitur *cap. dudum ſuper eodem tit.*

389. Arbitratur vero Moneta *d. c.* 5. *n.* 56. poſt Coſſad. Crot & Henriquez, quod ſi in priuilegio adſit clauſula non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus tollatur etiam immemorabilis ſed oppoſitum probatum fuit *ſup. c.* 1. *de conſt in hoc lib. n.* 379. *pag.* 72. ex declaratione, Cong. Concilij, & alijs DD.

390. Sequitur ſecundo, quod priuilegium exemptionis à decimis prædialibus ſe extendit etiam ad noualia, quæ poſt conceſſum priuilegium à Religioſis priuilegiatis reducuntur ad culturam ſi priuilegium detur de prædijs proprio labore aut ſumptibus cultis priuilegium præfatum concedunt etiam Rebuff. *q.* 14. *n.* 28. Gutier. *d. c.* 21. *n.* 130. Hoc enim colligitur ex *cap. ad audientiã ibi. Nam ſi intelligeremus tantummodo de noualibus* Moneta *de decim. c.* 4. *n.* 67. Hieronim. Rodriq. *reſol.* 56. *n.* 80. Couar. *l.* 2. *var. cap.* 17. *n.* 15. Barboſ. de Iure Eccl. *p.* 3. *cap.* 26 §. 3. *n.* 14. Trullen. *l.* 3. *c* 3. *dub* 11. *n.* 4. Ex hoc enim deducitur, quod quando Papa conceſſit exemptionem de prędijs proprijs manibus cultis intellexit etiam de noualibus & idem argumentum ſumitur ex *cap. ex parte* 10. ibi *Ceteris vero, de noualibus ſuis illis igitur* quibus datum fuit priuilegium de proprijs laboribus gratia facta eſt nedum de alijs prædijs, ſed eſt de noualibus ſed hoc habetur clarius expreſſum in alio *cap. ex parte* 27. Vbi expreſſe diffinitur, quod priuilegium decimarum conceſſum Eccleſiaſticæ perſonæ ſe extendit ad noualia Religioſi vero ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ Nihilominus præfati DD. extenſionem hanc ad noualia negant in caſu, quod priuilegium decimarum prædialium concedatur abſolute, & indiffinite, & pro hac ſententia referunt Butr. & Socim. Sed non eſt aſſignare cauſam ſufficiẽtem huius diſcriminis. Nam non ſufficit dicere, quod hoc priuilegium ſit odioſum, & ideo reſtringendum. Nam, & odioſum eſt priuilegium decimarum de laboribus, & tamen ipſi hoc non reſtringunt, ſed dicunt extendi ad noualia. Et ſi dicatur extenſionem in illo caſu extendi, quia noualia proprie ſunt prædia propria Religioſorum, & ab eis proprijs laboribus coluntur, & ideo noualia proprie comprehenduntur ſub priuilegio de decimis prædiorum, quæ proprio labore coluntur, & ideo admittitur extenſio ad noualia, quæ proprie eſt comprehenſio, eadem ratio militat in priuilegio, per quod concedunt indefinite decimas, de prædijs proprijs, quia noualia proprie ſunt prædia Religioſorum propria, igitur, & hic habet locum cõprehænſio. Hæc valet ſi replicetur, quod in caſu priuilegij de proprijs laboribus nimis præiudicium fertur Parochiæ tunc quia hæc differentia non ſubſcribit quia monaſterium omnia ſua prædia poteſt ſuis laboribus, vel quod in idem redit ſuis ſumptibus colere, & ſic in hoc idem præiudicium fertur Parochiæ. Tum quia *vbi* præiudicium non ſit enorme, maius vel minus quod per accidens contingit non variat, nec limitat priuilegium quod debet intelligi, vt cõprehendat totum id, quod ſub propria verborum ſignificatione comprehenditur ſed ſi præiudicium ſit enorme vel debent ſolui decimæ, vel fieri congrua compoſitio iuxta *cap. ſuggeſtũ q. eodem tit. cap. Quid* per nouale de *verb. ſignific. cap Penult. de cleric.* non ceſidente & ideo dicitur quod priuilegium decimarum prædialium conceſſum Religioſis, ſeu Eccleſiaſticis perſonis ſe extendit ad noualia Suarez. *d. c.* 19. *n.* 6. Moneta *cap.* 5. *n.* 34. Franc. *inf. Hinc in hoc tit. cap.* 2. *in princ. n.* 2. *in fin.* Filliuc. *tr.* 27. *n.* 183. Leand. *tom.* 3. *tr.* 6. *diſp.* 6. *q.* 47.

391. Hinc eſt quod idem dici debet de priuilegio per quod alicui Eccleſiaſtico conceduntur abſolute, & indiffinite decimæ alicuius parochiæ, vt ſe extendat etiam ad noualia textu, enim *cap. tua* 1. *eod. tit. et cap.* 2. *in fine infra in tit. et lib. ex cap. Sane de priuil.* quos incon-

erà-

trarium refert R:b1f.n.22.ad rem non faciunt, cum in illis ſit ſermo de conceſſione decimarum facta à laicis qui nullam habēt iuriſdictionem circa ſpiritualia & in quibus iura voluerunt, quod conceſſio decimarum non ſe extendat ad noualia, vnde dato, quod laicus habeat decimas alicuius Parochiæ in feudum, neque hoc feudum, ſe extendit, ad noualia, neque ſi ille poſſit hoc feudum alteri tradere poteſt illi noualia concedere quod vero repetitur ſæpius de odioſitate priuilegij non concludit, quia ſolum attendi debet an verba priuilegij in proprietate ſumpta comprehendant decimas noualium. Nam priuilegium non obſtante, quod præiudicet tertio tantum ſe extendit quantum verba illius, vt eſt probatum Suarez. *d. c. 19.*

392. Sequitur tertio: quod priuilegium indiſtinctè ſeu abſolute conceſſum ſe extendit ad futura ſcilicet ad prædia vel bona poſt priuilegium acquiſita, & acquirenda. Contrarium [illegible]ius voluit Oldrad. *conſ.268.* quia priuilegium ſtricte ſit interpretandum, & quia res tranſeunt cum onere. Et quia priuilegium non ſe extendit ad futura *cap. cum contingat eod. tit.* ſed aſſertum noſtrum clare & concludenter in iure habetur. Nam Conc. Lateranen. vt habetur *cap. nuper eod.tit.* Statuit quod Ciſtercien.de prędijs in futurum acquirendis ſoluerent decimas, & iuxta communem ſenſum DD. in hoc reuocauit priuilegium illis conceſſum prius,vt de prædijs proprijs laboribus cultis non ſoluerent decimas, igitur hoc priuilegium ſe extendebat etiam ad prædia acquirenda ſi hoc fuit reuocatum. Et ſi ad huiuſmodi bona non ſe extendiſſet non fuiſſet neceſſe quod Conc. per nouum ſtatutum decerneret non extendi, ſed debuiſſet Concilium declarare quod priuilegium decimarum non ſe extendit ad futura non vero per legem nouam id ſtatuere, ſed habetur noſtra aſſertio expreſſa *in cap. quia circa de priuileg.*vbi Pontifex interrogans: an priuilegium ab Epiſcopo Monaſterio conceſſum de retinendis decimis extendatur ad poſſeſſiones acquirendas reſpondet affirmatiuè (ſi priuilegium fuit ſecundum ius conceſſum) *Quia inquit indiſinitè concedendo intellexiſſe videtur non ſolum de decimis illius temporis, ſed etiam de futuris.* Quæ deciſio fortius procedit in priuilegio Pontificis pro quo etiam magis vrgent rationes illæ à Pontifice ibi ponderatæ prima cum nihil exceperit, & potuerit excipere, *ſecunda quia in beneficiis pleniſſima eſt interpretatio adhibenda. Tertia quia non debet vna eademque ſubſtantia diuerſo iure cenſeri. Et quarta colligitur quia ſcilicet indefinita æquipollet vniuerſali.* Quod verum eſt quādo eſt eadem ratio in omnibus Couar. *l.1. var. c.13,num.fin.* Vnde ex his abunde manent ſoluta motiua Oldrad. non obſtat enim quod priuilegium decimarum ſit odioſum, quia hoc nō obſtante in eo latiſſima fieri debet interpretatio quārum patitur verborum ſignificatio. Res verò tranſit cum onere, ſi tamen onus non ſit per priuilegium ablatum Textus autem allegati de præſcriptione loquuntur non eſt vero eadem ratio de præſcriptione, & priuilegio, vt dictum eſt ſupra *a. 14.* Et ita hanc partem ſuſtinent Suarez *d.c.19.nu 7.* Moneta *cap.5 :nu.54* Filliuc:*tract.27 num;184.*Palaus *tr.10 p.11,nu.6* Io:de Cruce *de ſtat: Relig.l.2.cap,9.dub.4;concl.2.* Leander *d.tract.6 diſput.7. quæſt.48:*

393 Sequitur quarto religioſos priuilegiatos, quantum ſit ex vi priuilegij inſerti in iure communi teneri ſoluere decimas de prædijs conductis, ſiue ad breue, ſiue ad longum tempus, & ſiue in Emphyteuſim, & ſiue priuilegium concedat exemptionem decimarum de prædijs quæ proprijs ſumptibus colunt, ſeu de laboribus ſuis, ſiue ex proprijs fundis, ſiue ex fundis ſuis, ſeu de prædiis, aut bonis quæ habent aut poſſident, aut obtinent: Nam hoc certum eſt, quod de prædiis ſeu bonis conductis decimas ſoluere debent non obſtantibus præfatis priuilegiis quę bona conducta non comprehendunt, vt determinauit Alexan: III. *in cap: Dilecti, eodem tit:* ibi *Nec fuit intentionis noſtræ aut anteceſſorum noſtrorum, aut de poſſeſſionibus quas conduxiſtis decimas, non ſoluatis, &c.* Sic enim habetur clarum Pontificum tam anteceſſorū,tā ex conſequenti ſucceſſorum mentem in concedendo priuilegio decimarum ſub illis generalibus formis fuiſſe non comprehendere bona conducta ſed ſolum propria. Etenim vbi quis non haber prædiorum, aut bonorum dominiū directum ſed ſolum vtile illa nō dicuntur própria,nec dici poſſunt illius bona cum ſolū vtilitatis illorū nō vero illorū dominiū habeat. Et licet ille bona talia proprijs laboribus colat tamen labores insūpti in colendo alieno agro, licet ad fugiendam decimam perſonalem proprii dici poſſint non tamen ad euitandam decimam prædialem quæ prędiis eſt annexa: nam per exemptionem decimarum de laboribus non eximuntur directe prædia niſi ratione perſonarum vt notat Panorm:*d.cap.Ex parte*,non cadit vero exemptio in prædiis ratione perſonarum ſi prædia non ſint illarum: At vero bonorum conductorum etiam ad longum tempus etiam in Emphyteuſim Religioſi dominium directum non habent, & ideo vi illorum priuilegiorum generalium quæ continentur in corpore iuris non eximuntur à decimis de his bonis ſic conductis Panormit: & alij *in d. cap.Dilecti,& in d. cap.Ex parte,*Rebuff; *qu.14.num.52.*Suarez *d.c.19 num.9 & ſequent.* Filliuc. *tract.27.;num.* 184 Palaus *p.12. num.8. & 9.*Barboſa *in cap. Dilecti;* 8. *eodem tit.* & ibidem Io:And:Imola, Henric: Zabarell.Butr: Anch: Panorm: & alij Moneta *c.5. num.11:*

394 Verum ſi loquamur de priuilegio conceſſo Regularibus extra ius commune quod illud ſe extendat ad bona conducta, & præcipuè ad Emphyteotica dixerunt Io: de Cruce *de ſtat. Relig.l.2.c.9.d.4. concl.2.*Fagundez *de præcep:decim.l.2. cap.4.nu.1,*& apud eum Azor: Raphael de la Torre 22.*qu.87. diſp.7.p.* 580. Leander *d. tract. 6. qu. 49.* vbi pro hac ſententia citat Poſtium *de manut. obſeru. 73. num. 67.* & Durand: apud ipſum *deciſ.215.num.7.& 9.* Qui hoc non dicunt, idem vero tenuerunt *t.1. ad conſt.2.* Iulij 5.32.*nu,133.* Diana *p.10. reſol.50.*Anton: à Spiritu S *in Direct.tract:2.diſ.3.num.262,* & fundantur in hoc, quod hoc ſit expreſſe conceſſum Fratribus de Guadalupe per Greg: 2. & Paul. III vbi habetur in compendio D.Hieron: *tit.de decim.*

Digitized by Google

]decim:v.exemptio §.12. 15, & 16, ſed certe in hoc attendi debent verba priuilegiorum: Voluerunt vero Raphael de la Torre, & Diana quod ſi religioſi ſint exempti à decimis prædiorum quæ habent comprehendantur etiam conducta, quia habentur à religioſis, ſed hoc negauit Palaus quia talia habentur ſecundum quid & ad tempus, vel ſolum quantum ad dominium vtile. Vnde in ſtricta interpretatione non comprehenduntur inter habita ſimpliciter niſi aliud exprimatur:

395 Sequitur quinto, quod ex vi priuilegiorum, quæ in iure communi conceſſa ſunt religioſis non ſunt exempti coloni, à ſolutione illius partis decimarum, quæ illos contingit: Ita expreſſe decernitur *in.cap. licet* 11. *eodem tit.* Et ratio eſt quia cum per huiuſmodi priuilegia eximantur Religioſi ſolum à decimis prædiorum, vel noualium quæ proprijs laboribus colunt iam etiam religioſi tenentur ad decimas prædiorum quæ colunt per colonos, vt habetur *d.c.* licet multo magis igitur ad huiuſmodi decimas tenebuntur coloni ad partem decimarum, quæ illos tangit iuxta *cap. à nobis* 24. & *cap. Tua* 26. *eodem tit.*

396 Si tamen mutetur forma conceſſionis exemptionis decimarum poterit contingere, quod nec coloni teneantur Parochiali, vel alteri Eccleſiæ ad decimas quod verificabitur nõ quia coloni laici poſſint ſibi retinere decimas, quia huiuſmodi priuilegia non conceduntur ad fauorem laicorum, ſed quia religioſi, vel ex hoc poſſint augere penſionem laicis ſoluendam vel poſſunt ad ſui vtilitatem decimas recipere, quas laici Eccleſijs Parochialibus, aut alijs deberent ſoluere Suarez *d.c.* 19. *n.* 13.

397 Eſt autem circa hoc conſideranda illa diſtinctio priuilegij realis, & perſonalis, quam tradunt Gloſſ. *in Clem. eodem tit. v. Excolendas,* quam ibi omnes ſequuntur & Panorm. *cap. ex parte* 10. *num.* 5. *eodem tit.* ſed vt videatur quando priuilegia debent cenſeri realia, & quando perſonalia diuerſæ formæ priuilegiorum conſiderari debent vt dixit Gloſſ. citata. Quatuor autem formæ priuilegiorum diſtingui poſſunt.

398 Prima eſt qua vtitur ius commune ſcilicet de proprio labore vel de agris quas religioſi proprijs laboribus, & expenſis colunt. Et priuilegia ſub hac vel ſimili forma conceſſa perſonalia ſunt Panorm. *d.cap. Ex parte,* ſecunda eſt ſi dicatur, *Eximimus tales religioſos, & eorum prædia ob onere ſoluendi decimam.* Et priuilegium ſub hac forma datum eſſe reale dixit Rota, & hoc eſſe indubitatum ait Suarez *n.* 14. Tertia forma eſt ſi dicatur: *Eximimus tales religioſos à decimis ſoluendis de ſuis prædiis ſiue per ſe, ſiue per alios colant.* Et hoc priuilegium reale dici poteſt quia per illud prædia totaliter eximuntur ab onere decimarum, equipollent enim iſta duo ſcilicet eximimus à decimis prædia religionis, & eximimus à decimis fructus prædiorum religionis. Non eſſet tamen reale hoc priuilegium ſi diceretur religioſi non ſoluant decimas de fructibus ſuis, ſeu quæ ad illos perueniunt, quia tunc fructus pertinentes ad colonos non eſſent exempti nec etiam ad fauorem religioſorum: Quarta forma eſt ſi dicatur abſolute ſine aliqua reſtrictione *Eximimus* religioſos tales à decimis ſuorum prædiorum. Et hoc etiam priuilegium eſt reale. Quia ſi Papa voluiſſet reſtringere priuilegium ad prædia per ipſos religioſos culta id expreſiſſet, vt in ſimili dictum fuit *cap. Ad audientiam eodem tit.* Nam & antiqui Pontifices vbi voluerunt priuilegium reſtringi ad proprios labores id expreſſerunt Suarez vbi ſupra.

399. Mihi in hac parte difficilis videtur diſtinctio illa priuilegij realis, & perſonalis, quia non eſt rationabiliter poſſibile, quod detur priuilegium exemptionis à decimis prædialibus quod non ſit ſimul reale, & perſonale. Priuilegium enim perſonale tantum dici vere poteſt priuilegium exemptionis à decimis perſonalibus, quia decimæ à quibus datur exemptio ſunt perſonales, ſunt enim fructuum perſonarũ: & exemptio fauore perſonarũ cõceditur, & ſic tam ratione materiæ quam cauſæ ob quam datur exemptio eſt quid perſonale.

400 Priuilegium autem exemptiuum à decimis prædialibus, quod ſit mere & pure reale moraliter ſaltem loquendo non poteſt rationabiliter dari. Tale enim eſſet ſi tolleretur à prædio onus decimarum independenter à fauore cuiuſcumque perſonæ ita quod prædium eſſet liberum ab onere decimarum ad quaſcumque perſonas deueniret. Quod ſi fieret ex qua causa ſimile priuilegium iuſtificari poſſet? Huiuſmodi ergo priuilegium nec datum vnquam fuit, nec poteſt moraliter rationabiliter dari quotieſcumque autem eximitur prædium vel fauore domini illius, vel fauore Diœceſis, aut Eccleſiæ intra cuius fines reperitur vel fauore alicuius alterius perſonæ iam priuilegium ex cauſa eſt perſonale. Cæterum ex materia omne priuilegium eximens à decimis prædialibus eſt reale quia ſemper, vel in toto, vel in parte tollitur a prædio onus reale decimarum. Et ſic omne tale priuilegium eſt ſimul reale, & perſonale, quia tam prædium, quam perſona liberatur ab onere ſoluendi decimas, vel in toto, vel in parte. Et eo magis, quod eſt probatum vt ſupra onus decimarum prædialium non eſt mere, & pure reale ſed ſemper ſimul eſt perſonale imo potius ſimpliciter eſt perſonale lex enim pro perſonis datur, & perſonæ ſunt quæ de fructibus prædiorum tenentur ad decimas ſolum ergo poteſt dari diſcrimen inter magis, & minus, vt aliquod priuilegium magis vel minus habeat de reali per quanto magis, vel minus tollit de reali onere, quod habent predia in ordine ad decimas.

401. Alia igitur diſtinctione res hæc melius explicatur dicendo quod, vel priuilegium infert exemptionem à prædialibus decimis ex cauſa partiali, & particulari, & ſic ſolum ſecundum quid, & in particulari caſu, vel ex cauſa vniuerſali, & totali, & ſic ſimpliciter & in omni caſu, ſi enim eximatur dominus fundi ne v.g. ſoluat decimas ex frumento, non vero ex vino, vel de primis fructibus quos producit fundus non de alijs, vel de fructibus, quos producit quatenus ſit cultus proprijs laboribus,

Digitized by Google

bus, aut ſumptibus eius, hæc exemptio eſt partialis. Eo nihil ſ fundus non habet reale onus, vt de fructibus eius ſoluantur decimæ pro illa parte pro qua eſt exemptus niſi quatenus cultus per dominum hæc exemptio non ſe extendit ad Colonos, & tamen ad Colonos extenderetur. Si v. g. priuilegium abſolute eximeret à decimis frumenti licet non eximeret à decimis vini. Sed ſi intuitu domini abſolute, & independenter à modo culturæ eximatur prædiũ à decimis hac ratione abſolute ſumpta quia prædium eſt talis domini hæc eſt exemptio ex cauſa vniuerſaliſſima ad omnes agri fructus quorum nullus ex agro producitur; qui non ſit ager domini, & ideo non ſit exemptus, quod ſi Canoniſtæ hanc exemptionem volunt vocare realem, quia abſolute a decimis eximitur prædium, non contendo de vocibus. Et nihilominus aduerto quod non eximitur prædium, niſi intuitu perſonæ, quia non eximitur niſi quatenus eſt perſonę; dicitur enim eximimus Religioſos tales, & eorum prędia, ideo ſi prædia tranſeunt ad non exemptum reaſſumunt onus, & de illis decimę ſolui debent.

402. Sed nihilominus quatenus eſt illius Religionis eſt exemptus ex cauſa comprehendente omnes fructus quorum nullus eſt qui non oriatur ex agro illius Religionis ſi oriatur ex agro ſic exempto. Similiter vniuerſalis exemptio eſt ſi dicatur ex ſuis prędijs ſiue per ſe, ſiue per alium cultis, quia etiam tunc eximitur prędium hoc ſolo intuitu, quod ſit illius Religionis, & ideo exemptio ſe extendit ad omnes fructus talis prædij; idem enim eſt eximere prædium, & eximere fructus quia decimæ non de fundo prædij, ſed de prædij fructibus ſolui debent. Et idem dicendum ſi dicatur concedimus quod religioſi tales non ſoluant decimas de fructibus prædiorum ſuorum. Hoc enim idem eſt, ac ſi diceretur *eximimus ſua prædia*. Quia prædiorum onus non eſt niſi, vt de illorum fructibus ſoluentur decimæ à domino; idem igitur eſt eximere dominos ne ſoluant decimas de fructibus agrorum, & eximere agros ne ex illis ſoluantur decimæ.

403. Nec dicatur quod in iſtis duobus vltimis caſibus directe eximuntur domini non vero prædia, & ideo exemptio eſt perſonalis. Hoc enim multipliciter deficit, & primo quia ſupponit quod onus decimarum non ſit perſonale, quia imo perſonale etiam eſt, quia decimæ ſic ſoluendæ ſunt ex fructibus prædij, quod Eccleſia non poteſt per ſe ipſam ex prædio accipere eius decimas. Sed illas à domino, vel poſſeſſore fundi debet accipere. Nam nec decimæ debentur niſi ex fructibus collectis ex prædio, vt ſupra eſt probatum. Quando igitur Dominus fundi collectis fructibus, fundi ex eis non tenetur ad decimas nullum remanet in prædio, onus decimarum. Ideo ſecundo ex hoc dicitur, quod equiualent eximere prædium ab onere decimarum, & eximere dominum quia æquiualent eximere prædium, & eximere fructus collectos ex prædio, cum decimæ non niſi ex fructibus collectis debeantur igitur æquiualent eximere prædium, & eximere dominum ne de fructibus agri decimas ſoluat. Quod tertio explicatur. quia exempto domino agri ne abſolute de fructibus illius decimas ſoluat exemptus remanet quicumq; agrum poſſideat & de agri fructibus ſic collectis non tenetur ex illis ad decimas, quia ad illas non tenetur dominus fructuum.

404. Nec dicatur quod quando dominus colit agrum per Colonos tunc licet dominus ſit dominus agri non eſt dominus fructuum omnium, ſed ſolum partis illorum, quia exemptio non reſpicit dominium fructuum; ſed dominium agri nec dicitur quod dominus non teneatur ad decimas de fructibus prædij ſui. Præterea falſum eſt quod dominus prædij non ſit dominus omnium fructuum collectorum; habet enim illorum dominium directum, & naſcuntur illi propriùs, quam Colono, quia Colono dantur à domino in pretium culturæ. Et ſi non eſſent fructus domini, iam dominus teneretur Colono de pretio culturæ, & non ſufficeret ſi daret eis fructus non ſuos, ſed colonorum. Sunt ergo fructus domini licet dominus illorum dominium transferat in Colonos, ſed hoc eſt natura poſteriùs quàm fructus ſint collecti, & non decimandi ex priuilegio per prius enim eſt fructus oriri domino, & ſic non debere decimari, quia dominus eſt exemptus quam quod dominus transferat dominium illorum in Colonos.

405. Hinc eſt vera quod liceri exemptio numquam reſpicit fauorem colonorum, ſed dominorum, quibus exemptio eſt conceſſa & ideo Coloni non ſunt liberi à decimas, ſed dominus eſt, qui ad ſui vtilitatem integras decimas retinere poteſt vel fructus decimandos prius quam illos diuidat, cum colonis, vel augendo colonorum penſiones, vel decimas condonando ſic igitur ſi quis velit vti diſtinctione illa priuilegij realis, & perſonalis dicere debebit illud eſſe priuilegium reale per quod Religioſi ita eximuntur à ſuorum prędiorum decimis, vt per quoſcumque colantur poſſint ipſi retinere pro ſe decimas, & non permittere, quod à colonis ſoluantur.

406. Dicendum propterea eſt priuilegia conceſſa Religioſis à Pontificibus & ſupra relata iudicanda eſſe realia. Nec obſtat quod & eſſe perſonalia dixerint Barboſa *ad cap. Licet* 11. *eod. tit. n.* 2. & apud eum Rota *in Placent. decim.* 17. *Decem.* 1584. coram Blanchero, & *in Pampilonen. deciſ. Decemb.* 1615. coram Coccino, & *dec.* 23. *p.* 2. *diuerſ.* & apud Seraph. *dec.* 827. *n.* 2. & in *Leodien. decim.* 20. *Decem.* 1628. coram Virili. Nam opinio iſta vel ex ſolo aſpectu priuilegiorum cognoſcitur non vera cum Religioſi ex vi illorum habeant exemptionem de omnibus bonis, & à quibuſcumque decimis. Et ſic nec minimus fructus eorum ſit decimandus, nec prædia ſeu bona illorum habeant vel minimum onus decimationis. Et propter quod huiuſmodi priuilegia ſint realia, & ſe extendant ad Colonos modo explicato docuerunt Gloſſ. *in Clem. Relig. v. excolendas de dec. mand. de priuil. ad inſtar.* Gloſſ. 15. *num.* 4. quos ſequitur

Fa-

Fagund. 12. *cap.* 4. Io: de Cruce *lib.* 2. *cap.* 9. *d* 4. *concl.* 4. Eman. Rod. 1. 2. *q.* 44. *num.* 4 Riec. *p.* 6 *dec.* 2392. Hier. Garz. *in Polit. Reg. tom.* 1. *tr.* 96. *diff.* 3. *d.* 2. *p.* 4. Raphael de la Torre 22. *q.* 87. *diſp.* 6. *ad conſt.* 2. *Iulij* 2. *num.* 132. Philippus de la Cruz. *de decim.* §. 2. *n.* 9. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 19. Leand. *d. tr.* 6. *diſp.* 6. *q.* 40. *qui* ex Villalobos refert pluries ſic iudicatum fuiſſe in Hiſpania. Diana *p.* 10. *tr.* 12. *reſol.* 15. Priuileginm enim reale tranſire ad Colonos eſt certum ex Panorm. *C. ex parte el.* 1. *n.* 4. *de dec. & cap. ſequen. num.* 2. *eod. tit.* Put. *dec.* 522 *num.* 1. *lib.* 2. Corduba *in ſum. caſ.* 101. Guid. Pap. *q.* 207. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 26. *q.* 7. Filliuc. *tr.* 16. *num.* 302, Rodriq. *t.* 2. *q.* 44. *a.* 4. Hemiq. *l.* 7. *de Iudal. cap.* 27. *num.* 8. Pexr. vbi ſupra *num.* 132. Et alij DD. ſupra citati, Rota autem à Barboſa citata apud Seraph. *dec.* 827. loquitur in terminis priuilegij limitati ad prædia proprijs laboribns culta.

407. An vero priuilegia præfata communicentur inuicem omnibus, & ſingulis ordinibus habentibus priuilegium communicationis negant R. P. D. Fagnan. *d. cap. Nuper, num.* 33. & ibid. Barboſ. *num.* 4. Tambur. *t.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *num.* 36. Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *dub.* 11. *nu.* 4. Diana *part.* 10. *tr.* 12. *reſ.* 49. & apud eum Merolla *tom.* 3. *diſp.* 6. *cap.* 4. *d.* 8. *num.* 74. quia ſub communicatione priuilegiorum quæ ſunt difficilis conceſſionis, vt notant DD. *in l.* 2. vbi in ſpecie Iaſon. *num.* 2. & 22. *ff. de legat.* 1. Butr. *in celebr. conſil.* 19. Rota *in Cartag. decim.* 1609. coram Iullo, & *in ſequent. decim.* 30 *Octobris* 1600. coram Seraph. *dec.* 591. *num.* 1. & *in Tolet. decim.* 10. *Maij* 1613. coram Cavaler. inter eius impreſſ. *dec.* 207. *num.* 10. & *in Valent. decim.* 28. *Nouem.* 1603. corã Lancelloto, & *in Corduben. decim.* 13. *Maij* 1613. coram Manzanedo, & *in Concben. decim.* 12. *Maij* 1623. coram Buratto, & *in Mediolanen.* 10. *April.* 1606. coram Coccino. At vero exemptio à decimis prædialibus non ſolet concedi niſi cum magna difficultate Io: And. *in cap. Dudum, num.* 5. *eod. tit.* Secundo quia ſub priuilegiorum communicatione non veninnt priuilegia conceſſa quæ concernunt priuilegium Tertij, vt per DD. *in d. l.* 2. *ff. de leg.* 1. & per DD. quos refert Rota *in d. Valentina decim.* coram Lancellor. Hoc autem verum eſſe putant, etiam ſi in priuilegio communicationis fiat mentio exemptionis à decimis, quia verbum decimæ referri poteſt ad extraordinarias, quæ imponuntur ab homine, non autem ad ordinarias & prædiales quæ ſunt impoſitæ de iure diuino.

408. Sed è contra quod ſub communicatione priuilegiorum veniat etiam exemptio à decimis dixerunt Io: de la Cruz *Epit. priuil. l.* 2. *c.* 92. 4. Raphael de la Torre *d.* 2. *q.* 87. *à diſp. num.* 5. Lezana *p.* 2. *v. Decimæ, nu.* 8. Garzias & Philippus à Cruce apud Dianam loco citato Anton. à ſpiritu ſancto *in Direct. tr.* 2. *diſp.* 3. *num.* 168. Leander autẽ *d. tr.* 6. *diſp.* 6. *q.* 46. hoc idem tenet quando Pontifex communicando priuilegia ſimul illa concedit ſpecifice, & ſpecialiter.

409. Sed videamus, quam vim habeant argumenta primæ opinionis. Certe primum argumentum ſe ipſum iugulat, nam tantum abeſt, quod exemptio à decimis prædialibus ſit res quæ de facili non ſolet concedi Regularibus, quod vt ex ſupra dictis eſt manifeſtũ, de facto ferè omnibus Religioſorum Ordinibus eſt conceſſam. Quod vero ad conceſſionem eiuſdem exemptionis requiratur cauſæ cognitio, ſicut Io: And. & qui illũ ſequuntur intendunt, quod hæc cauſa debeat iudicialiter examinari, id eſſe falſum probat praxis Pontificia, quia Pontifices nulla præmiſſa huiuſmodi cauſæ iudiciali cognitione quotidie priuilegia, & exemptiones concedunt, ſi vero intenditur quod ad concedendam exemptionem à decimis requiratur cauſa iuſta, legantur litteræ Apoſtolicæ, in quibus vel talis exemptio conceditur, vel conceſſa vni Ordini alteri communicatur, & inueniet Pontifices ipſos iuſtiſſimas cauſas ſic faciendi reddidiſſe, & cauſas generales, & communes reddiderunt Paſqualis ſecundus, & prius S. Gregorius, vt notatum eſt ſupra.

410. Sed & maior propoſitio eiuſdem argumenti non ſubſiſtit, quia in priuilegio communicationis ſunt dictiones *omnes, & ſingulas gratias exemptiones &c.* Dictio enim omnis nata eſt comprehendere omnes omnino ſine exceptione. Quod eſt indubitanter verum, quando non eſt ſola, ſed habet conſortium illius alterius, & ſingulas. Quod enim hæc verba omnia, & ſingula comprehendant vniuerſa ſine aliqua limitatione conſtat ex *text.* Gloſſ. *in cap. Vt circa v.* omnia, & ſingula ſup. *de elect.* in hoc libro Iaſon. *in l.* 1. *ff. de legat. n.* 24. Crot. *conſ.* 14. *num.* 15. Orach. *conſ.* 90. *n.* 6. quos ſequitur Rota *deciſ.* 390. *num.* 5. *part.* 9. *recent.* Vbi *num.* 6. addit quod idem eſt dicere omnia, & ſingula quod dicere in omnibus, & per omnia. Et ſic priuilegium concedens vni; omnes, & ſingulas exemptiones conceſſas alteri omnino vniuerſaliter debet intelligi, vt ſcilicet in omnibus, & per omnia ille exemptus ſit ſicut alius.

411. Et eo magis quod ponitur clauſula, *Illa omnia, & ſingula, ac ſi nominatim exprimerentur pro ſufficienter expreſſis habentes.* Quæ clauſula vim habet ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis omnium illorum ad quæ fuit relata vt per Felin. *cap. Nonnulli, num.* 6. *de reſcript.* & alios innumeros DD. quos refert Barboſ. *clauſ.* 127. *num.* 4. Et eo magis quod in priuilegio communicationis Pontifex diſtinctè enumerat, quæ alijs fuerunt conceſſa, & quæ ille communicat. Vnde non poteſt obijci doctrina illa Rotæ coram Veral. *dec.* 121. *p. p.* & *dec.* 128. *num.* 5. *p.* 2. *recent.* quod clauſula quorum tenores non operatur circa non expreſſa vel non cognita. Pontifex enim communicans priuilegia exprimit fuiſſe illa conceſſa ennumerando diſtinctè omnia genera gratiarũ, & diſtinguendo inter gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta tam ſpiritualia, quam temporalia, & ſi per litteras Apoſtolicas, ſiue per Oracula conceſſa ſint, & ſic poſtea decernit omnia iſta, & ſingula habenda eſſe ac

ſi

ſi eſſent nominatim, & in indiuiduo expreſſa.

412. Et ponderanda eſt etiam dictio, *qualiacumque illa ſint*. Dictio enim iſta ſicut, & dictio *qualitercumque* compræhendit omnia vltra expreſſa, Rota *dec. 207. num. 14. p. 6. recēt.* Cum enim huiuſmodi dictiones poſitæ ſint ad ampliandum, & non ad limitandum; ideo vniuerſaliſſimę ſunt, nec patiuntur limitationem Rota *dec. 317. num. 3. p. 9. recent.* Et ſic qualeſcumque ſint immunitates, exemptiones &c. communicantur ſine exceptione, & limitatione.

413. Sed, & valde conſiderandum eſt, quod in multis priuilegijs communicationis, vt in priuilegio pro Ord. Præd. & Min. in Bulla aurea Sixti quarti, & in priuil. Leonis X. pro eodem Ord. Præd. in d. Bulla Ord. *fol.* 175. conceditur, vt illi quibus communicata ſunt priuilegia tam in indiuiduo, quam extra poſſint, vti litteris Apoſtolicis ad fauorem aliorum Ordinum conceſſis, ac ſi propriè illorum eſſent, ac pro ipſis emanaſſent. Et ſic Ordo Carmelitarum v.g. poteſt in iudicio vti litteris Greg. XIII. concedentis Societati exemptionem à decimis etiam cum derogatione *d. cap. Nuper*, ac ſi litteræ illæ pro Ordine Carmelitarum emanaſſent.

414. Addas etiam quod non adeſt cauſa limitandi priuilegium communicationis vbi ratio conceſſionis priuilegij quod alij communicatur vtrique eſt communis eadem vero eſt ratio quæ fuit expreſſa ſupra in omnibus Religioſis, vt ſint à ſolutione decimarum immunes de proprijs prædijs, & bonis. Et per hæc patet reſponſio ad ſecundum.

415. Circa quod conſiderandum eſt etiam quod per cōceſſionē exemptionis à decimis factam Religioſis nullum præiudicium fit Deo Domino decimarum cui debentur, *cap. Tua nobis, eod. tit.* & Eccleſiæ in cuius vtilitatem fuerunt principaliter inſtitutæ, ſed imo in hac parte priuilegium eſt valde fauorabile, & extendendū, vt dictum eſt ſupra, quia ex Religioſorum ſuſtentatione per decimas tanta bona Eccleſiæ proueniunt, quanta prouenire proteſtantur Pontifices in litteris, per quas huiuſmodi exemptiones conceſſerunt.

416. Recedit autem valde à veritate prima opinio volens, quod etiam ſi in priuilegio communicationis fiat expreſſio exemptionis decimarum ad hoc non cenſeatur communicata exemptio à decimis prædialibus, quia priuilegiū poteſt intelligi de decimis extraordinarijs impoſitis ab homine. Quomodo enim hæc interpretatio recedat à veritate probatum eſt, *num. 363. & ſequent.* Et male etiam illa opinio citat pro ſe Bald. Crenſeu. & Felin. qui non loquūtur de caſu priuilegij, ſed in caſu contractus, in quo qui vendit agrum ab omni decima liberum, & dicunt non comprehendi in hoc contractu decimas ordinarias, ſed extraordinarias. Quamuis & hoc ſit falſum, vt probatum eſt *d. num.* 371.

417. Et quia priuilegium communicationis reſpicit etiam eumdem ordinem, vt priuilegia conceſſa particularibus domibus intelligantur conceſſa toti ordini, vt in Conſt. Leonis X. *cum inter cæteros* edita 21. Iunij 1518 in Bull. Ord. Præd. *fol.* 185. & in Conſt. Iulij III. In ſacra Beati Petri edita 10. Iulij 1551. *in eod. bull. fol.* 210. & in alijs aliorum ordinum priuilegiis communicationis patet quia conuentus ſeu collegium D.H. ſucurſu Oriuelen. Ord. Prӕd. habet priuilegium exemptionis cum derogatione expreſſa *c. nuper eod. tit* Ideo, ex vi communicationis hoc priuilegium competit toti ordini nedum ex communicatione priuilegiorū quæ cum tali expreſſa derogante conceſſa fuerunt aliquibus aliis ordinibus, ſed etiam quia vni conuentui dicti Ordinis tale priuilegium fuit conceſſum.

418. Vſquemodo autem cum ſit actum de priuilegio exemptionis à ſolutione decimarum addendum eſt, quod Papa concedere poteſt decimas vnius Eccleſię alteri nedum Parochiali, & quod plus eſt etiam laicis, vt dictum eſt *ſup. art. vndec.*

419. Nunc ſupereſt videre Quomodo priuilegium exemptionis amittatur, quod breuiter explicatur quatuor enim modis poteſt amitti ſi curſu temporis cedat in enormem læſionem Eccleſiæ cui debebantur decimæ *cap. ſugeſtum q eod. tit.* & ratio eſt quia congrua ſuſtentatio debita miniſtris ab Eccleſia deputatis ex offitio ad diuinum cultum debetur de iure diuino & ideo priuilegium omne eximens à decimis habet imbibitam conditionem quatenus miniſtris, quibus debētur decimæ remaneat honeſta, & cōgrua ſuſtentatio, qua deficiente deficit conditio, ſub qua conceſſum fuit priuilegium & ideo etiam dici debet quod vbi hoc modo ſucceſſu temporis Eccleſiæ defficiente debita ſuſtentatione enormiter læſa ceſſat priuilegium. Et quidem ceſſat ipſo iure ſi tamen grauamen ſit notorium Leand. *d. diſp. 7. q. 52.* Arbitratur vero Panorm. *d. c. ſuggeſtum num.* 4. quod priuilegium hoc ceſſet in totum etiam ſi grauamen ſit in parte ſed hoc non deducitur ex *d. c. ſuggeſtum* ſuper quo ipſe ſe fundat, & contrarium decernitur infra in hoc *tit.* 5. *Vbi autē.* nec militat eius ratio, quia ſcilicet non apparet vnde magis ſubſiſteret pro vna parte, quam pro alia quia hoc non probat niſi, quod in dubio ſuperioris, eſt declarare pro qua parte ſubſiſtat, vel non, vel quod compoſitione grauamen tolli debeat, vt dicitur *in d. cap. ſuggeſtum* Imo ex hoc pròbatur, quod priuilegium non ſit nullum in totum, ſed vigeat, & ſolum prouideri debeat indemnitati Eccleſiæ grauatę, vel per auctoritatem ſuperioris vel per compoſitionem, alias vero priuilegium ex parte iuſtum nō poteſt dici ex toto nullum vt bene notat Suarez. *d. l. 1. c.* 20. *n.* 2. Sicut in dubio prædicto vnica via moderandi priuilegium eſt, vel auctoritas Papæ, qui conceſſit priuilegium, vel compoſitio partium Panorm. *in d. c. ſuggeſtum n.* 4. Barb. *c. Dilecti n. 4. eod. tit.* Filliuc. *tr. 27. n.* 135. Palanſ. *d. tr. 10. p. 13. n. 1.* Leand. *d. diſp. 7. q.* 52. niſi Papa alteri hanc cognitionem delegauerit, vt euenit Pampilonen. decim. 6. Aprilis 1615. quamuis vbi grauamen ſit manifeſtum poſſit etiam inferior iudex de grauamine cognoſcere, & illud auferre, vt idem Suarez no-

at, & dixit idem Panorm. *d. n. 4. & cap. cum ad hoc n. 7.* de Cler. non reſidente ſed in ſpecie loquendo de priuilegeo exemptionis decimarum Epiſcopi etiam eſt in dubio prouidere ne Eccleſia Parochialis maneat grauata vt decernitur *in f. in hoc tit. c. 2. §. Vbi autem*.

420. Secundo poteſt ceſſare priuilegium per renuntiationem expreſſam ſi fiat à Religione, particulares enim Religioſi, vel conuentus vel Prouinciæ non poſſunt renuntiare priuilegio ad fauorem Religionis conceſſo. Suarez. vbi ſupra Palans *n. 13.* Leand. *q. 53.* Per renuntiationem vero implicitam contentam in non vſu priuilegii poteſt priuilegium hoc ceſſare, ſi tamen concurrant neceſſaria ad hoc vt Eccleſia præſcribat contra priuilegium quæ præſcriptio ad minus debet eſſe quadragennaria Syl. *v. decima q. 7. n. 13.* Angel. *n. 7.* Rebuff. *q. 14. n. 54.* Suarez. *c. 2. n. 3. & 4.* Filliuc. *tr. 27. n. 185. DD. in c. accedentibus de priuil. & c. Illud de præſc. vbi Gloſſ.* & Panorm. Leand. *d. diſp. 17. q. 53.* ſed in Religionibus habentibus priuilegium, vt eorum iura non poſſint præſcribi niſi per ſexagenariam aut centenariam, aut ad aliud determinatum tempus ſit neceſſaria tanti temporis præſcriptio Suarez *d. c. 20. n. 3.* videantur dicta *ſup.* & quæ Leander *d. q. 53.*

421. Tertius modus eſt per compoſitionem hunc admittunt Syl. *v. decima n. 13.* Angel. *n. 7.* Rebuff. *q. 14. n. 57.* Filliuc. *d. n. 185.* Leand. *d. diſp. 7. q. 54.* Suarez. *d. c. 20. n. 5. ex d. c. Suggeſtum, & c. Dilecti* 8. *eod. tit.* Sed in prædictis textibus ſupponitur grauamen enorme Eccleſiæ & in hoc caſu ſi grauamen eſt manifeſtum debet tolli à Religioſis in conſcientia ſi vero in hoc ſit aliquod dubium compoſitio locum habere poſſet ex d. teſtibus ſed iam in hoc caſu priuilegium ceſſat primo modo, vt dictum eſt ſed extra caſum notabilis grauaminis compoſitio priuata, & non facta legitima auctor. non tenebit videantur tamen dicta *ſup. c. 1.* & præcipuè *c. 3.* de Pactis in hoc 6. *n. 11. & ſeq. pag. 656.*

422. Quarto deficit priuilegium ex alienatione bonorum in perſonas non exemptas Suarez *d. c. 20. n. 6.* Filliuc. loco citato Leand. *q. 55.* Nicolius *tit. de decimis n. 2.* Vbi refert hoc fuiſſe declaratum à S. Congregatione Epiſ. & Regul. in Ariminen. 28. Aug. 1621. Ex quo apparet verum eſſe quod ſupra dictum fuit, ſcilicet quod priuilegium decimarum nunquam eſt reale, & tale vt tranſeat cum prædijs, & bonis, ſed eſt ſimul ſemper perſonale tamquam conceſſum bonis inquantum ſit ſub dominio perſonarum Religioſarum ad quarum fauorem conceſſum eſt priuilegium,

423. Limitat tamen hoc Suarez, vt quando Religioſi ſic priuilegiati permutant bona etiam ſi non habeant priuilegium decimarum de bonis nouiter acquirendis nihilominus prædium, quod nouiter acquirunt ex permutatione tanquam ſubrogatum in locum exempti debeat eſſe exemptum quia huiuſmodi prædium non eſt ſimpliciter acquiſitum ſed ſubrogatum, in locum illius, quod prius fuerat acquiſitum & erat exemptum, & ideo ſapit naturam, & conditionem eius, quod ſubrogatur, nam & reuocatio facta per Concil. Lateranen. vt exemptio Ciſtercien. & aliorum priuilegiorum non ſe extendat ad poſterius acquiſita eſt odioſa, & ſtricte intelligenda. Tum quia ſeruatur intentio Concilij quæ fuit, vt non augerentur opus Eccleſiæ cum grauamine Eccleſiarum, quibus debentur decimæ, quod impletur, quia extenditur exemptio nam ſi vnum acquiritur exemptum datur aliud ſimile non exemptum, & ſic Eccleſiæ non grauantur. Et ita Religioſos non teneri ad decimas de nouiter acquiſitis ſi dederunt prædia libera in locum acquiſitorum S. Cong. Epiſ. & Regul. declarauit 26. Iun. 1595. & tanquam declaratum ad eadem Sac. Cong. tenet Nicolius *tit. de decim. n. 5.* Hoc autem idem Suarez. extendit nedum ad veram permutationem, ſed ad venditionem per quam vnum venditur, vt aliud ematur, ſic enim prædium emptum ſubrogatur in locum venditi.

SVMMARIVM.

424 *Eccleſiam poſſe petere decimas præteritas à nouo fundi poſſeſſore aliqui volunt.*

425 *Decimæ non ſunt propriè tributa.*

426 *Eccleſia non præcipit ſolui decimas niſi de fructibus collectis.*

Intellectus tex. in aliquibus de decim. 426.

427 *Eccleſia nunquam præcepit, vt nouus fundi poſſeſſor ſoluat decimas præteritas de fructibus, quæ non percepit.*

Fundi non ſunt hypotecati pro decimis 427.

Hypotecam inducere per argumentum à ſimili vanum eſt 427.

428 *Nouus fundi poſſeſſor non tenetur ad decimas præteritas.*

Sufficit *Eccleſiæ actio contra antiquum poſſeſſorem, qui fructus percepit 428.*

429 *Parochus non poteſt auctoritate ſua priuata compellere ad decimas per negationem Sacramentorum.*

Niſi in caſu notorij, qui non eſt facilis 429.

430 *Renuens ſoluere decimas poteſt excommunicari monitione præmiſſa.*

Nec poteſt abſolui niſi reſtituat, ſi poteſt 430.

431 *Prælati debent compellere ad ſoluendas decimas.*

An & quando ratione ſcandali abſtinendum ſit ab hac petitione aut compulſione 431.

432 *Prælati, & Parochi maiorē curam debent habere animarum, quam bonorum temporalium.*

Decimandi ius quomodo probetur 432.

433 *Aſſiſtentia iuris quando non iuuet.*

Mandatum de manutenendo quando ſe extendit ad decimas præteritas ante litem 433.

434 *An poſſeſſio ex cauſa vniuerſali valeat ad generale mandatum de manutenendo 434.*

435 *Vbi laicus eſt actor cauſa decimarum non eſt ſummaria.*

436. *Ex cauſa iuſta datur reſtitutio in integrum contra præſcriptionem.*

437 *In cauſa decimarum non datur appellatio ſuſpenſiua.*

438 *Hoc limitatur tripliciter.*

439 *Cauſa decimarum ſpectat ad forum Eccleſiaſticum.*

Art.

Artic. XVI.

Qualiter Eccleſia decimas non ſolutas poſſit recuperare.

424. ECcleſiam poſſe petere tam extra iudicium, quam in iudicio forenſi indubitati iuris eſt. Dubium vero eſt an Eccleſia à nouo poſſeſſore fundi poſſit petere decimas præteritas, quas antiquus fundi poſſeſſor de fructibus à ſe perceptis non ſoluit. Poſſe enim petere ſenſit Gloſſ. *in cap. Tua nobis eod. tit.* Et poſt. Io: And. & Hoſtien. Panorm *in cap. Paſtoralis num.* 5. Moneta *cap. 6. à num.* 18. Rebuff. *q. 9. num. 9.* Barboſa *d. cap. Tua nobis num. 13.* vbi pro eadem ſententia plures refert, ſed male citat Suarez *d. cap.* 38. quia ipſe ibi oppoſitum ſuſtinet, & probat.

425. Sed huius ſententiæ fundamenta vere friuola ſunt. Dicunt enim primo decimas eſſe tributa *d. cap. Tua nobis* eſſe vero hanc legem tributorum, vt tranſeant in nouum poſſeſſorem qui etiam prætetita tributa ſoluere teneatur. *l. Imperatoris ff. de Public. & Veſtigabil.* Sed vt bene aduertunt Suarez *d cap.* 38. *num.* 9. Raphael à Turre 2. 2. *q* 87 *num. 2. diſput.* 13. Nec decimæ ſunt propriè tributa, vt notauit etiam Gloſſa *in d. cap. Tua nobis in v. tributa*, nec Eccleſia legibus Imperatorum regitur ſed proprijs, & argumentum à ſimili in extendendis oneribus nullius valoris eſt, Eccleſia vero non præcepit niſi quod decimæ ſoluantur de fructibus collectis *Cap. Nuncioſ. 6. & cap. Cum homines 7. eod. tit.* Et ideo lex decimarum non obligat niſi dominos poſtquam collegerint fructus, vel eoſdem fructus, non decimatos poſſidentes.

426. Adducuntur quoque textus ex iure Canon. ſed extra rem. Nam *cap. In aliquibus* prohibentur domini locare prædia ſua illis, à quibus contradicitur ſolutio decimarum. Sed quid hoc facit, ad obligandum nouum poſſeſſorem ad ſoluendam decimam fructuum, quos non collegit Eccleſia vult, vt ſine contradictione ſibi ſoluantur decimæ à colligentibus fructus, vel eos indecimatos poſſidentibus, ſed nunquam præcipit, quod ſoluantur decimæ fructuum præteritorum, ab eo qui de nouo poſſidet fundum, ſed huic præcipit, quod in futuro decimas ſoluat. Et hic eſt ſenſus *cap. In aliquibus, cap. De terris eod. tit. & cap. ſi quis laicus 16. q. a.* 1. qui male allegantur ex aduerſo. Cum in illis euidenter ſermo ſit de onere ſoluendi decimas ex fructibus recipiendis ex prædijs, ab illis qui fundos poſſident, vel eorum fructus indecimatos recipiunt, iuxta explicata *ſup. a.* 5.

427. Sed tertio argunt., quia bona fidelium per generalem, & tacitam obligationem ſunt obligata ad fauorem decimarum, ad ſimilitudinem bonorum mariti ad fauorem dotis vxoris, & bonorum tutoris, ad fauorem pupilli. Barboſa alios referens *d. cap. Tua nobis num.* 13. Sed DD. iſti debuiſſent oſtendere legem, quæ hanc hypotecam induxerit, cum ipſi fideles ad hoc voluntariè non ſe obligauerint, alias enim velle inducere hypotecarias obligationes per argumentum à ſimili eſt verè vaniſſimum.

428. Dicendum igitur eſt obligationem decimarum non obligare nouum poſſeſſorem fundi, ad ſoluendam decimam fructuum præteritorum quos ipſe nullo modo indecimatos recipit Suarez *d. l. 1. c.* 38. Quia præceptũ decimarum non obligat fundum niſi in ordine ad fructus, & quatenus in virtute illos continet, ſic ad illos, vt præcipiendos, imo & dependenter ab eis collectis, quia directè non obligat niſi ad decimam fructuum ex fundo collectorum. Et onus reale quod adeſt fundo eſt conditionale, ſcilicet ſi ex eo obligantur fructus, vnde ſi non colatur, & fructus non producet, vel ſi fructus omnes perierunt antequam colligerentur de illis nulla ſoluitur decima. Et præterea nimis durum eſſet velle quod Eccleſia decreuerit eum qui nihil recepit de fundo, & ad quem fundus nullo modo pertinebat teneatur ad decimas, cum illa habeat actionem ſuam contra eum qui fundum vendidit, ſeu alienauit, & fructus percepit. Quod confirmatur, quia ſi venditor diuerſis alienauit ſua, vni, ſcilicet, fundũ & alteri fructus, indecimatos, actio Eccleſiæ contra poſſidentem fructus dirigi debet, quia iura Canonica expreſſe decernunt poſſidentem fundum eſſe deteriorem ratione fructuum. *Cap Cum in homine, cap. Paſtoralis eod. tit.* & ſic ſi ipſe non recepit fructus, ſed alius, non ipſe, ſed alius conueniri debet pro decimis.

429. Parochus tamen poteſt petere decimas, & ſi denegantur agere coram Iudice Eccleſiaſtico, vt ſoluantur; ſed non poteſt propria auctoritate per vim accipere, etiam ſi iniuſte à debitore detineantur. Et nedum per vim corporalem, ſed nec per vim ſpiritualem, negando ſacramenta Parochiano donec decimas ſoluat. Neque enim licet priuata auctoritate priuare aliquem ſua poſſeſſione. Parochus vero vel alij ſimiles miniſtri publicam, & forenſem iuriſdictionem non habent, eaque vti non poſſunt. Sed nec ſacramenta negare poſſunt niſi publice, & manifeſte, ſeu notoriè peccatoribus: At vero delictum negantis decimas non erit publicum, notorium, & indubitabile, ſi ille habeat aliquam excuſationem, & iuris prætenſionem. Non licet igitur Parocho auctoritate priuata per aliquam vim compellere Parochianos ad decimas ſoluendas Suarez *d. cap.* 38. *n.* 2. Nauar. *conſ. 2. de decim.* Filiuc. *tr. 27. num* 259. Palaus *tr. 10. p* 15. Trulleneh. *l. 3. cap. 3. d. 2. numer.* 9 Leander. *d. tr. 6. diſp. 2. q. 21. & 22.*

430. Superioris igitur habentis forenſem iuriſdictionem eſt compellere ad decimas ſoluendas. *Cap. omnes 16. q. 1. cap. decimas 16. q.* 7 Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 12. de reform.* Cum enim iniuſte detinentes debitas ſacrilegij crimen committant. *Cap. decimas 16. qu.* 7. nec poteſt abſolui niſi pœniteat, & ſi poteſt decimas ſoluat, poteſt per Eccleſiam compelli, vt ſatisfaciat. Et ob hanc cauſam poteſt, & debet excommunicari Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 12. de reform.* S. Raym. *de decim.* §. 4. Barb. *in cap. Peruenit. 5. eod. tit. num. 2. & cap. ad hæc 15. num.* 4.

num. 4. & cap. Ex parte 21. num. 3. 4 & cap. in aliquibus 32. num. 3. Rebuff. *q. 15. n. 13.* Moneta *cap. 8. num. 64.* Azor. *p. 1. l. 7. cap. 24. quaſt. 17* Suarez *d. l. 1. cap. 37.* Rota *in Motulen. decim 31 Ianuarij* 1614. coram Sacrato. In hoc tamen debet ſeruari forma *cap. ſacro de ſent. excomm.* vt ſcilicet præcedat trina monitio Marcheſ. *de commiſſ. p. 1. cap. 15. num. 22.* Moneta *d. cap. 8 num. 69.* Azor. & Suar. *locis citatis* Barb. *in d. cap. 12.* Concil. Trid. Imo ab hac excommunicatione non poteſt abſolui qui decimas non ſoluit, niſi præmiſſa reſtitutione integra Sanchez *in ſum. l. 2. cap. 20. num. 19.* Nouar *in ſingul. Iur. canon. conc. 6* Niſi ſit impotens ad tunc ſoluendum, quia tunc abſolui poteſt. Nauar. *in manual. cap. 16. num. 59.* Molin. *de iuſt. tr. 2. diſp. 756* Nouar. *d. conc. 6.* vel niſi is, cui decimæ debentur illas remittat Fagund. *d. l. 3. cap. 6. num. 4.* Palaus *p. 14. num. 1.* Trullench. *d. l. 3. cap. 3. dub. 8. num. 19.* Barboſa *l. 3. de iure Eccleſ. cap. 26. §. 4. num. 10.* Leand. *d. tract. 6 diſp. 2. q. 38.* Inſuper vero, qui non vult monitus ſoluere decimas, poteſt priuari Eccleſiaſtica ſepultura. *Cap. Prohibemus, eod. tit.* vbi Gloſſ. & Panorm. *num. 6.* Trullench *d. l. 3. c. 3. num. 19.* Rebuff. *quaſt. vlt. num. 16.* Andr. Hiſp. Lauor Spino, quos ſequitur Leander *tract. 6. diſp. 2. q. 4.*

431. Nedum vero Prælati poſſunt, ſed tenentur contra inobedientes procedere, & eos per cenſuras compellere, vt decimas ſoluant. Et hoc debent tum ex neceſſitate ſui officij, tum quia hoc eſt illis iniunctum per Alex. 3. *cap pervenit, eod. tit.* Imo ſi cum inobediente lis ſit de iure ſoluendi decimas non debet Prælatus abſtinere à lite etiam ratione ſcandali, iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. *q. 43. a. 8. in c. & ad 5.* Et in hoc laudatus merito fuit S. Thomas Cantuar. Iura enim Eccleſiæ tueri debent, & ſcandalum ex hoc certum, eſt paſſiuum. Sed vbi controuerſia ſit de temporali decima per iniuſtitiam negata poſſunt Prælati non exigere decimas ad vitandum ſcandalum, & in hoc ſæpe benefacient, quia maiorem curam habere debent boni ſpiritualis ſubditorum, quam colligendi temporalia, vt habet D. Thom. 2. 2. *q. 87 art. 1. ad 5.* Et vt aduertit, Caiet. *d. q. 43. a. 8.* aliud eſt bona ab Eccleſia poſſeſſa bene diſpenſare, & hoc eſt ſumme neceſſarium, nec male diſpenſati debent ad fugiendum ſcandalum, aliud eſt bona debita recuperare, preceptum vero recuperandi debita affirmatiuum obligat pro loco, & tempore, & ex prudenti arbitrio; ideo in hoc poteſt Prælatus ratione ſcandali vitandi non compellere ad decimarum ſolutionem. Sed in hac parte etiam diſtingui debet inter miniſtros priuatos Eccleſiæ, quibus debentur decimæ, & inter Prælatos habentes iuriſdictionem forenſem. Nam in iſtis maior eſt obligatio ad compellendum ad ſolutionem decimarum, maxime ſi pars inſtet. At Parochi ad ſcandalum vitandum multo facilius à petitione decimarum abſtinere poſſunt. Et maxime hoc locum habet vbi Parochianus conſuetudine non ſoluendi decimas vtitur vt habet D. T. *d. q. 4. ad 5.* quia conſuetudine ius abrogatur, & mutatur. Semper quoque aduertendũ erit, quod charitas miniſtros Eccleſiæ valde obligat quos ſimul obligat virtus Religionis, vt ex officio maiorem curam habeant ſpiritualium bonorum in populo promouendorum, quam temporalium colligendorum, ideo poteſt eſſe quod ratione ſcandali nec petere poſſint, nec compellere ad decimas ſoluendas, maxime ſi ſcadalum quod timetur ſit multorum; & maxime quod huiuſmodi ſcandala nedum in perniciem animarum, ſed etiam in detrimentũ boni temporalis Eccleſiæ ſæpe tendunt. Vnde poteſt contingere quod hoc periculum obliget vel ad honeſtas compoſitiones, vel ad decimas remittendas, & præcipue vbi, qui decimas detinet indiget ſaltem ad decentiam ſui ſtatus. Poſſunt enim remitti decimæ quando de ſolo commodo temporali agitur, & in his compoſitiones fieri poſſunt. Gloſſ. *in cap. Vt ſuper, de bon. Eccl. non alien. v. poſſeſſiones* Panorm. *cap. Cum homines num 7. de decim.* Suarez *d. c. 38. n. 6. & explicatum eſt ſupra.*

432 Decimandi aut ius quomodo probetur oſtendit Rota *dec. 273 num. 7. p. 2. recent.* quomodo etiam aſſiſtentia iuris non iuuet contra poſſeſſionem immemorabilem dictum eſt *ſup. num. 431.* ſic nec iuuat contra donationem Papæ, Rota in Cracouien. *decim.* 16. Nouembris 1650. coram Bichio. Nec contra ſententiam prius latam, Rota in Placent. ſeu Abulen. *decim.* 12. Decembris 1650. coram Eminentiſſ. Celſo.

433 Si etiam non ſit lis de iure decimarum, ſed de decimis recipiendis, quod mandatum de manutenendo ſe extendat etiam ad decimas præteritas etiam & ante motam litem non ſolutas, late probat Rota in Hiſpalen. *decim.* 10. Decemb. 1649. coram Bichio.

434 Quando etiam cauſa poſſidendi eſt vniuerſalis, qualis eſt, quæ prouenit ex iure vniuerſali Parochialitatis, quod per vnum actum particularẽ acquiratur poſſeſſio generalis quoad alia, quia in iſtis actibus poſſeſſionis magis attenditur cauſa actus, quam actus ipſe & eius exercitium, poſt Bart. Bald. Oldrad. & Grat. dixit Rota in Leodien. *decim* 27. Ianuar. 1651. coram Meltio, & *deciſ.* 583. *num. 1. par. 1. & dec. 272. num 1. p. 2. & dec. 484. num. 2. p. 3. recent.* Et in terminis Parochi exigentis quaſi in poſſeſſione exigendi certos fructus quod eo ipſo ſit in poſſeſſione quoad omnes, firmat Rota *in d. Leod. decim.* poſt Mareſc. Poſt. & Ruin. & Rotã *deciſ. 212. num 2. p. 2. recent.* Penn *dec. 558. nu. 2. & 3.* Addend. ad Greg. 15. *deciſ. 557. num. 10.* ſed certe vbi non conſtat quod alius poſſideat decimas de aliis fructibus, doctrina hæc procedere poteſt. Sed vbi conſtat alium poſſidere decimas aliquorum fructuum, non crederem, quod ille prouiſione ſua priuari poſſet. Quin nec latro poſſeſſione ſua priuari debet, niſi de furto conſtet.

435 Quod etiam vbi laicus in cauſa decimarum ſit actor cauſa hæc non debeat dici ſũmaria probat Rota *deciſ. 604. n. 3. p. 2. recent.* Et quod poſt præſcriptionem ex iuſta cauſa detur Eccleſiæ reſtitutio in integrum dixit Rota *dec. 428. num. 1. p. 1. diuerſ.*

436 In cauſa autem decimarum non datur

ap-

appellatio ſuſpenſiua, Barboſa *cap. Tua 26. eod. tit. num.* 9. Tambur. *t.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *nu.* 59. Rota Cæſaraug. *decim.* 12. Decemb. 1650. coram Meltio, Rebuff. *qu. vlt. num.* 21. Marcheſ. *de commiſ. p.* 2. *c.* 4. *num.* 15. Moneta *cap.* 8. *num.* 58. Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 18. *num.* 5. Limitatur autem primo vt hoc ſit verum quando pars fundatur in præſcriptione, vel conſuetudine, non vero ſi ſe fundet ſuper priuilegio, quia tunc valet appellatio etiam quantum ad deuolutiuum. Hoſtien. *in cap. Tua nobis* 26. *num.* 22. Io; And. *nu.* 7. Card. *num.* 2. Butr. *num.* 7. Panorm. *num.* 9. Tambur. *vbi ſup. nu.* 61. Rota in Cæſaraug. *decim.* 19. Ianuar. 1609. coram Penna, & 20. Nouemb. 1609. coram Card. Pamphilio apud Tamb. *dec.* 91. *nu.* 3. & coram eodem in Corduben. *decim.* 2. Decem. 1605. apud Marcheſ. *de commiſ. p.* 1. 687. Quod eſt verum etiam ſi priuilegium non ſit in forma probanti, vt notant Hoſtien. Rota in d. Cæſaraug. 20. Nouemb. 1609. & Tamb. Niſi prius detecta ſit inualiditas priuilegij, quia tunc ceſſat eius effectus, nec poteſt retardare ſolutionem decimarũ, Caputaquen. *d.* 349. *n.* 5. *p.* 2. & Rota in d. Cæſarauguſt. *decimarum* 17. Iunij 1611. coram Card. Pamphil. Tambur. *d. q.* 18. *num.* 63.

437 Ideo limitatur ſecundo, vt non procedat quando agitur cum perſona Eccleſiaſtica, quæ prætendit habere potiora iura, Hoſt. *in d. cap. Tua nobis, num.* 22. & ibi Henric. *num.* 7. Barboſa *num.* 9. Præpoſ. *in cap. fin de appellat.* §. *quoties, num.* 32. *q.* 6 & ibi Dom. *num.* 22. Tamb. *d. q.* 18. *num.* 64. Et idem dicitur ſi lis ſit inter Eccleſiam & Eccleſiam, aut locum pium. Hoſtien. & Henric. loco citato Scacc. *d. lim* 18. *nu.* 3. Rota in d. Cord. *decim.* 2. Decembr. coram Pamphilio.

438 Limitatur tertio, ſi collector decimarum excedat modum, quia à tali exceſſu datur appellatio, Scacc. *d. lim* 18. *num.* 4. Barb. *d. c. Tua nobis, nu.* 9.

439 Certum vero eſt vbi agitur de iure decimarum ſolum Eccleſiaſticum Iudicem eſſe competentem *cap. Prohibemus, & cap. Tua* 25. *eod. tit. Clement. vult. de iudic.* vbi gloſſ. *v. decimis,* & ex generali regula iuris, *cap. Decernimus, & cap. Quanto de iudic. & ex toto tit. de foro compet.* Tam enim ſpiritualia quam annexa ſpiritualibus ad forum Eccleſiaſticum ſpectant. Quod ſine exceptione aliqua verificatur etiamſi tribunal laicum habeat iudices Eccleſiaſticos, & generalis regula ſacrorum Canonum ſeruari debet, quæ vult Eccleſias cum illarum decimis, & omnibus rebus ſuis ad ordinationem, curam, & iuriſdictionem Prælatorum Eccleſiaſticorum pertinere, *cap Decretum eſt, cap. ſtatuimus, cap. in ſacris cum* 3. *ſequent.* 16. *q.* 1. *cap.* 5. & 2. *cap. Nullus, cap. In noualibus* 16. *q.* 7. Quandiù igitur agitur de decimis, vt decimæ ſunt, cauſa eſt Eccleſiaſtica. Fructus vero iam recepti ab Eccleſijs, & poſtea diſtracti ſunt temporales, nec habent annexionem ad ius ſpirituale, & ideo cauſa ſuper illis tota etiam ad laicum poteſt pertinere. Videantur de his DD. ad iura citata, Rebuff. *q.* 10. Couar. *practic. l.* 1. *cap.* 35. & Var. *l.* 1. *c.* 17. *num.* 8. & alij plures quos refert Rota *dec.* 296. *num.* 15. *par.* 3. & *dec.* 42. *nu.* 15. & *dec.* 458. *nu.* 2. *p.* 5. & *dec.* 107 *num.* 16. *par.* 7. Leander plures citans *tom.* 3. *tr.* 6. *diſp.* 2. *q.* 26. & *ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores non retrahant audientes à ſolutione decimarum.*
2 *An & qualiter decimæ ſint de præcepto.*
3 *Prædicatores præcedunt Minores.*

Tit. XVII.

Diſcretionis Veſtræ.

CAP. I.

1 GRegorius Nonus in hac decretali mandat Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, ne in eorum ſermonibus vel alibi aliquid proponant, quod audientes retrahat à ſoluendis decimis vel alijs rebus debitis Eccleſijs vel eorumdem audientium corrumpant animas, ſed imo potius verbo & opere informent fideles, vt ſint intenti & bonæ voluntatis ad earumdem decimarum ſolutionem, ſed de hoc videatur etiam Clem. 1. *eod. tit. & Clem. Cupientes* §. *& quia, de pœnit.*

2 Gloſſ. hic in *v. decimarum* refert plures opiniones circa hanc quæſtionem an decimæ ſint de præcepto, & inter alias refert opinionem quorundam Theologorum dicentium decimas non eſſe de præcepto, ſed ſufficere dare centeſimam, vel maiorem, aut minorem partem, ipſa vero ſequitur opinionem Innocentij volentis decimas deberi ex præcepto diuino, & quidem etiam ex præcepto etiã legis Moyſis quæ opinio vix ſaluari poteſt, ne ſit hæretica. Et quidem talis dicenda eſſet, ſi vellet, quod nunc lex Moyſis obligaret etiam quoad præcepta, quæ dicuntur moralia (quamuis præceptum decimarum etiam tunc fuerit iudiciale quantum ad determinationem partis decimæ, vt cum D Thom. 2. 2. *q* 87. *a.* 1. tradunt Theologi Communiter) quia de fide eſt, quod lex Moyſis in totum fuerit abrogata per Chriſtum, & ita quod licet præcepta, quæ dicuntur moralia ſeruari debeant, quia ſunt de lege naturali, non tamen licet ea ſeruare, quia ſint præcepta legis Moyſis quæ eſt reprobata. Dixit enim Paulus ad Hebr. 7. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem,* Et ad Galatas 3. dixit idem Paulus de lege. *Propter tranſgreſſores poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per Angelos in manu mediatoris.* Et infra. *Prius autem, quam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur, At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pedagogo.* Itaque vt docet D. Thom. *p.* 2. *q.* 98. *ar.* 2. *ad ſecundam* lex Moyſi vt infirma, & inutilis pro iſto tempore reprobata fuit. Et ſic hæreticum eſt dicere quod nunc lex decimarum data per Moyſen à fidelibus ſit obſeruanda. Quamuis vero falſum etiam ſit, quod Chriſtus legem

deci-

decimarum innouauerit, vt ab hæreſi excuſentur Innocentius & alij piè interprætari poſſunt vt ſenſerint legem hanc eſſe diuinam non quia nunc lex Moyſis duret, ſed quia Chriſtus hanc legem innonauit. Hoc tamen etiam eſt falſum non enim huius nouæ legis à Chriſto editę, aliqua mentio fit in ſcriptutis, vel Concilijs, vel Patribus. Dicendum igitur eſt cum communi ſententia Theologorum & Canoniſtarum modernorum, legem decimarum eſſe partim naturalem, & diuinam, partim de iure poſitiuo Eccleſiaſtico, ſcilicet quantum ad quotam.

3 Ex quo autem in hoc textu prius examinātur Prædicatores, quā Minores, colligit Franc. *n.* 1. quod Ordo Præd. præcedat Ord. Minorum, de quo hic per Gloſſ. & Archid. & DD. *ſup. cap. quorumdam de elect. in hoc lib.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium de decimis noualium certa Eccleſiæ, vt eas percipiat in ea portione qua eum veteres contingunt, non ſe extendit ad poſſeſſas ab alio, nec ad noualia alterius loci, nec ad maiorem portionem, quæ ſit illa, in qua veteres decsma percspiebantur.*

2 *Decretalis non continet ius nouum.*

Priuilegium præfatum eſt valde limitatum, ideo non mirū ſi vltra ſuo terminos non extenditur.

3 *Priuilegium decimarum non ſe extendit ad poſſeſſius iure particulari.*

4 *Priuilegium abſolute datū ſe extendit ad futura.*

5 *Priuilegium non extenditur ad præiudicium tertij, quod præſumitur ignoratum.*

6 *Impetrans priuilegium in præiudicium tertij debet facere mentionem poſſeſſionis quam ille bona fide habet.*

7 *Poſſidens per tempus immemorabile præſumitur poſſediſſe tempore dati priuilegij.*

8 *Priuilegium decimarum limitatum ad certum locum non ſe extendit ad decimas alterius loci.*

9 *Priuilegium limitatum ad portionem ſolitam, non ſe extendit ad maiorem.*

Cap. Satuto II.

1 IN ſeptem partes diſtinctas per §. diſtinguitur hæc decretalis. In principio autem declarando limitat tripliciter quoddam priuilegium noualium. Dicit igitur quod priuilegium conceſſum alicui de decimis noualium certę Eccleſiæ, vt eas percipiat in ea portione, qua eum veteres contingunt, Primo non extēditur ad decimas ab alio poſſeſſas, niſi de hoc fiat mentio. Secundo non ſe extendit ad noualia in alio loco exiſtentia. Tertio non ſe extendit niſi ad eam portionem in qua veteres decimæ percipiebantur.

2 Itaque Alexander IV. hic non condit ius nouum, ſed interprætatur priuilegium. Verum conſiderari debet, quod priuilegium de quo loquitur non eſt abſolutum, ſed limitatum, ad locum certæ Parnchiæ Eccleſiæ, & ad menſuſuram in qua veteres decimæ percipiuntur, & ideo non mirum ſi ſimile priuilegium ſit limitate intelligendum.

3 Dicitur vero primo, quod hoc priuilegium noualium, non extenditur ad decimas noualium ab alio poſſeſſas tempore impetrationis priuilegij non intereſt vero diſtinguere, quo iure ab alio decimæ poſſideantur, ſcilicet vel priuilegio, vel compoſitione, vel feudatione, vel præſcriptione, vel receptione de manibus laicorum, Gloſſ. *v. contingunt*, Archid. *nu.* 1. Et ideo huiuſmodi priuilegium conceſſum religioſis de decimis non ſoluendis, non extenditur ad decimas, quas laici per antiquum feudum poſſident. Ita ex Io: And. Dom. *n.* 5. Franc. *num.* 2. *Vide dicta ſup. ar.* 15. *num.* 399.

4. Ex quo autem in textu dicitur priuilegium non extendi ad noualia poſſeſſa ab alio tempore impetrationis priuilegij, quod priuilegium non ſe extendat ad futura colligunt Io: And. *in princip.* Archid. *num.* 1. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 2. Sed vt aduertit Franc. *num.* 2. hoc eſt verum in terminis huius priuilegij limitati ad portionem prius percipi ſolitam. Nam hoc textu priuileg um abſolute, ſeu indefinite conceſſum ſe extendit ad futura, vnde priuilegium noualium ſic abſolute conceſſum ad futura ſe extendit, vt dictum fuit *art.* 13. *n.* 404. & hic tenet Franc. *nu.* 2. *in Gloſſ v. contingat.*

5. Nam priuilegium non ſe extendit ad decimas ab alio poſſeſſas, quia priuilegium non ſe extendit in præiudicium tertij, quod à concedente priuilegium præſumitur ignorari, & ſic non volitum. *cap. Dudum de priuil.* Et hoc eſt verum abſolute de priuilegio. Anchar. *not.* 3. Dom. *num.* 2. Franc. *num.* 1. Fit vero præiudicium tertio ſi decimæ ab illo poſſeſſæ alteri tradantur, ſed non fit illi præiudicium ſi alteri concedantur decimæ, ad quas ille nullum ius habet; & ideo merito dicitur hoc priuilegium non extendi ad decimas poſſeſſas vſq; ad diem impetrationis priuilegij, extendi vero ad eas, quas forſan in futurum poſſideret.

6. Bene autem ex hoc colligitur, quod in impetrandis gratijs in præiudicium tertij fieri debet mentio poſſeſſionis, quam habet is, in cuius præiudicium cedit priuilegium. Quod eſt verum etiam in caſu, in quo res poſſeſſa non ſit verè illius, ſed alterius, ſi tamen ille bona fide poſſidet, ſecus ſi per violentiam poſſidet vel mala fide, Gloſſ. *in v. poſſideant.* Archid. *n.* 1. Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 9. Franc. *nu.* 3.

7. Aduertendum vero, quod ſi ille alius poſſidens probaret ſe poſſediſſe per tempus immemorabile, & adhuc ſe poſſidere mediam, vel aliam partem veterum præſumeretur, quod tempore indulti poſſediſſet. Barboſ. *num.* 3. Rebuff: *de decim. q.* 15. *num.* 35. Monet. *de dec. cap.* 4. *num.* 71. Sed de hoc videantur dicta ſupra *a.* 15. *num.* 436. *&* 437.

8. Secundo autem decernitur in textu, quod priuilegium præfatum non extēditur niſi ad locum, in quo priuilegiatus veteres decimas percipiebat. Quod procedit, quia in priuilegio ſolum conceduntur decimæ ad menſuram, in qua percipit veteres, non ergo extendi poteſt ad noualia exiſtentia in loco, in quo priuilegiatus nullas decimas percipiebat. Gloſſ. *in v. Nec ad alias*, Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 1.

9. Tertio demum ſtatuitur, quod priuilegium

gium huiuſmodi non extendatur niſi ad eam partem, quæ debetur tempore impetrationis litterarum. Et ſic etiam ſi debebatur dimidia pars, ſi tamen non dabatur dimidia pars, ſed tertia, priuilegium non niſi ad tertiam partem decimarum noualium ſe extendit. Gloſſ. *in v. Et pro ea.*

SVMMARIVM.

10 *Priuilegium limitatum ad menſuram antiquiorem, non ſe extendit niſi ad dimidiam.*
Hoc fallit in Ciſterien. & Hopit. num. 10.

11 *Conſtitutio declaratiua ſe extendit ad præterita.*

12 *Pontifex in hoc §. condit ius nouum.*
Conſtitutio continens plures partes non eſt declaratum in partibus, in quibus adeſt verbum ſtatuimus. num. 12.

13 *Non eſt Doctorum præſumere in diſpoſitione Papæ hoc vel illud eſſe inuerisimile; ſed eſt ſuperioris ex hoc priores diſpoſitiones limitare.*

14 *Taciturnitas eius quo expreſſo eſt veriſimile, quod Princeps non conceſſit, ſi illud ſit in genere expreſſum non vitiat priuilegium, licet faciat ad illud reſtringendum.*

15 *Priuilegium in præiudicium tertij, & decimarum, qualiter ſtrictè interpretandum.*

19 *Priuilegium unde dicatur odioſum, aut fauorabile.*

17 *Dictio* portio *ſignificat dimidiam partem præterquam in aliquibus caſibus.*
Aliquando ſub nomine partis comprehenditur totum. num. 17.

§. Statuimus, I.

10. STatuitur in hac parte, quod priuilegiū decimarum noualium limitatum ad menſuram antiquarum non extendatur niſi ad dimidiam partem decimarum, etiam ſi amplius in veteribus haberetur, quia non eſt veriſimile quod ſi tunc de plena, & integra perceptione veterum fuiſſet expreſſum; Apoſtolica Sedes pariter noualium decimas in tam graue Parochialium Eccleſiarum diſpendium induliſſet. Pariter tamen decernitur, quod hoc non habeat locum in Ciſtercienſ. & Carthuſian.

11. Hic etiam præterita priuilegia explicari & limitari videtur colligi ex illis verbis indulti ſiue impetrati iam, ſiue impetrādi, cuius ratio affertur, quia conſtitutio declaratiua ſe extendit ad præterita, vt poſt Io: And. aduertunt Dom. *num.* 3. & Franc. *num.* 2. Hæc vero conſtitutio eſt declaratoria: Nam licet Pontifex in hoc §. vtatur verbo *ſtatuimus*, tamen quia in principio dixit *declaramus*; hæc conſtitutio cenſeri debet declaratiua, & dici debet conſtitutionem eſſe declaratiuam, ſi in illius principio Papa vtitur verbo *declaramus*, licet poſtea vtatur verbo *ſtatuimus*. Archid. *nu.* 1. Dom. *num.* 4. Franc. *num.* 2.

12. Nihilominus tamen dici debet ſpectato diligenter textu, quod Pontifex ſolum in futurum diſponit, quia ſolum ſtatuit, quod deinceps in caſu iſto ſolum medietas decimarū poſſit vindicari, & licet in hoc Papa diſponat de præteritis indultis, tamen potius abrogando, quam declarando procedit, & ideo vſus eſt verbo *ſtatuimus*, & non diſpoſuit de decimis in vi præteritorum indultorum perceptis, ſicut diſponere debuiſſet, ſi per viam declarationis determinaſſet indulta ſic limitatè intelligenda, ſicut ipſe ſtatuit, quia tunc illæ integræ decimæ contra mentem indulti fuiſſent perceptæ, & ſic inuitè receptæ contra priuilegium. Et licet argumentetur à veriſimiliter præſumpta voluntate Pontificum, quia talia indulta conceſſerunt non tamen vtitur hoc motiuo ad declaranda ſimpliciter illa indulta, ſed ad hoc vt appareat rationabilis diſpoſitio, quam ille facit in futurum. Nec conforme rationi eſt, vt conſtitutio quæ habet plures partes diuerſas, & diuerſos caſus diffinit, dicatur in totum declaratoria ex eo, quod in principio ponitur verbum *declaramus*, ſed ſi Pontifex in vna parte vtitur verbo *declaramus*, & in alia verbo *ſtatuimus*, quod propriè nouam legem ſignificat, dicendum eſt illum nouum ius condere vbi vtitur verbo *ſtatuimus*, ſi enim intenderet ſolum legem veterem declarare vteretur verbo *declaramus*. Non enim Pontifices impropriè loquuntur.

13. Hinc cum Archid. *nu.* 1. inferat, quod ſub verbis generalibus non comprehenditur, quod eſt inueriſimile, *cap. Cum in generali, ſup. de off. Vic. in hoc lib. & infra cap. In generali, de reg. iur.* Nihilominus aduerti debet, quod notatum eſt ſup. *d. cap. Cum in generali, num.* 4. quia ſcilicet non licet cuicumque præſumere inueriſimile; ideo hoc procedit in caſibus in iure expreſſis; & declaratis, & ſuperiorum eſt in dubio hanc inueriſimilitudinem declarare, & ex eo præſcriptas diſpoſitiones limitare, ſicut factum eſt in textu.

14. Imo notandum eſt, quod taciturnitas qualitatis, qua expreſſa ſuperior veriſimiliter non conceſſiſſet tantum quantum conceſſit, non vitiat priuilegia, quando ſaltem in genere expreſſum fuit ſubiectum illius qualitatis, ſicuti hic factum fuit exprimendo, quod eam portionem accipiat priuilegiatus de noualibus, quam de alijs veteribus decimis percipiebat, ſed tunc priuilegium viget, licet ſit reſtringendum ad quantitatem veriſimilem, vt hic notant Dom. *num.* 2. & Franc. *num.* 1. Hæc tamen reſtrictio facta à Doctoribus erit ad ſummum probabilis.

15. Hoc tamen ſemper aduerti debet, quod priuilegium in præiudicium tertij ſtrictè debet interpretari. Dom. *num.* 3. Franc. *num.* 1. & *not.* 4. *num.* 2. Anchar. *not.* 7. Et ſic priuilegiū decimarum quatenus aliquo modo eſt odioſum ſit ſtrictè interpretandū. Tamen ſaluari debet proprietas ſermonis, vt dictum eſt ſup. *art.* 15. *num.* 397.

16. Quod etiam hic dicit Barboſa *num.* 7 quod, ſcilicet, diſpoſitio fauorabilis aut odioſa attenditur ex primario fine, per Sanchez *l.* 1. *de Matrim. d. ſp.* 1. *nu.* 4. 5. & ideo diſpoſitio dici poteſt fauorabilis ex quo emanauit ad fauorem alicuius, licet ex conſequenti cedat in præiu-

iudicium alterius, non admittitur, Nam vbi fauor vnius alteri præiudicat, priuilegium eſt mixtum & eſt partim fauorabile, & partim odioſum debet reſtringi vt minus lædat. Sic enim vt dictum eſt ſupra, priuilegium decimarum licet principaliter factum ad fauorem priuilegiati nihilominus etiam cenſetur aliquo modo odioſum.

17. Colligitur vero ex hoc textu quod appellatione portionis, ſeu partis in dubio debet intelligi dimidia. Io. Mon. *num.*2. Archid. *num* 1. Anchar. *not.*5. Probus *num.*1. Dom.*n.*5. Franc. *num.*4. Hoc tamen multipliciter limitant Dom. Franc. & Probus. Primo ſi iungatur aliquis terminus denotans minorem partem, vt in princ. huius textus. Secundo ſi nomen *pars*, *aut portio* iungatur cum relatione verificabili in minori quantitate etiam in minima, vt ſi iuſſum ſit aliquid partiri inter plures, quam duos. Vel ſi apponatur dictio aliqua, & dicatur aliqua pars, quia hoc eſt verificabile etiam in minima parte. Tertio ſi conſtet mentem loquentis eſſe vt appellatione partis includatur minor quam dimidia, *vt inf. cap.* 1. *de ſent. Excom.* ſecundum Dom. Quarto, quia ratione incertitudinis quandoque ſub nomine partis comprehenditur totum, vt in *l. Vxori, in princ. ff. de de legat.* 3. vbi dicitur, quod ſi teſtator legat vxori eam partem domus, in qua morari conſueuit, & teſtator tam tempore teſtamenti, quam mortis totam domum in vſu habuit, tota domus debetur ratione incertitudinis ſecundum Gloſſ. ibi.

SVMMARIVM.

18 *Priuilegium limitandum, ſi poſt factum incipit eſſe enormiter læſiuum.*
19 *Hoc eſt vniuerſaliter verum de omni priuilegio decimarum.*
20 *Dum Pap: bona vnius Eccleſiæ alteri concedit, illa non tenetur vltra poſſe.*
Et idem dicitur de donante. 20.
21 *Conceſſio decimarum notabiliter grauans non eſt ipſo iure nulla in totum.*
Epiſcopi eſt prouidere vt tollatur enormis læſio. 21.
22 *Decima veniunt ſub nomine prouentuum.*

§. *Vbi autem. III.*

18. IN hac tertia parte ſtatuimus, quod vbi per huiuſmodi decimarum conceſſiones Parochiales Eccleſiæ adeo grauentur, quod eorum Rectores de ipſarum reditibus congrue ſuſtentari, & iura Parochialia exhibere non poſſunt, debent locorum Ordinarij prouidere, quod eiſdem Rectoribus tantum de illarum prouentibus relinquatur, quo ex inde competentem ſuſtentionem habere, & Epiſcopalia iura ſoluere, aliaque onera ſupportare poſſint.

19. De omni vero vel priuilegio, vel conceſſione decimarum intelligi debet hæc lex vniuerſaliſſimè, & ſic non tantum de conceſſionibus factis duobus Ordinibus Ciſtercien. & Carthuſ. vt dixerunt Archid. & Io. Mon Sed de omnibus conceſſionibus etiam ſupra in hac Decretali nominatas, & non nominatas, vt poſt Io. And. dixit Franc. *n.*2. *not.*5. Et propterea aduertunt Archid. *num.*1. Anchar. *not.*9. Franc. *d. not.*5 quod quando Papa bona vnius Eccleſiæ concedit alteri, hoc intelligi debet ita vt ab illa Eccleſia non plus exigatur, quam ipſa facere poſſit. Quod Anchar. & Franc. extendunt etiam ad donatorem, vt cauſa donationis non poſſit ab eo exigi pluſquam facere poſſit deductio ne egeat, vt in *l. ſunt quidem. ff. de re iudic.* Propria tamen ratio ob quam vniuerſaliſſimè deciſio huius textus intelligi debet de omni conceſſione decimarum eſt, quia de iure naturali, & diuino Parocho debetur congrua ſuſtentatio. Nam alias ſi in ſola vi huius literæ vim faciemus, cum expreſſe textus dicat, per *huiuſmodi conceſſiones*, hoc non deberet intelligi niſi de conceſſionibus factis dictis duobus Ordinibus, vel ad ſummum de memoratis in textu antecedenter, ad iſtam determinationem.

21. Ex hoc tamen textu colligitur quod conceſſio decimarum notabiliter & enormiter grauans Eccleſiam, non eſt ipſo iure nulla in totum. Et tamen per Epiſcopum debet prouideri, & tolli enorme grauamen, & fieri vt vel de decimis, vel de alijs Eccleſiæ reditibus Parocho detur congrua ſuſtentatio, nedum pro ſe, ſed etiam vt onera Parochialia ſuſtinere poſſit, vt dicitur in textu. Vnde *ſup. art.* 15. *nu.* 439. 440. *&* 441.

22 Bene etiam ex hoc textu colligit Franc. quod decimæ veniunt ſub nomine prouentuum, cum ſint deputatæ pro ſuſtentatione Parochi, & miniſtrorum Eccleſiæ. *cap. Clericis* 2. 2. *q.* 1. *cap.* 2. *de off. cuſt.*

SVMMARIVM.

23 *Decima à laicis recepta in feudum non poſſunt concedi Religioſis ſine conſenſu Epiſcopi.*
24 *Recognoſcens ſe habere decimas ab aliquo, ex hoc cognoſcit illum dominum.*
25 *Dictio* abſque *hic ſumitur incluſiuè & eſt idem quod* ſine.

§. *Sanè. IV.*

23. REſoluitur in hoc textu, quod decimæ per laicos ante Concil. Lateran. receptæ in feudum, & vt tales a laicis recognitæ, non poſſunt religioſis concedi ſine aſſenſu Epiſcopi Diœceſani.

24. Huius vero textus intelligentia habetur ex dictis in *tit. artic.* 11. *n.* 30. Breuiter vero hic notandum ex Dom. *n.* 1. & Franc. *n.* 1. quod recognoſcens ſe habere in feudum decimas ab aliquo ex hoc recognoſcit illum eſſe dominum feudi.

25. Notatur etiam quod in hoc textu dictio *abſque* accipitur excluſiuè, cum tamen excludat, vt in *cap.* 1. *de conſuetud. ſup. in hoc lib.* Archid. *n.* 3. Franc. *n.* 1. Vtrobique tamen idem eſt, quod *ſine*, vt poſt Io. And. notat idem Franc.

SVM-

SVMMARIVM.

26 *Diœceſani compellunt Religioſos ad decimas ſoluendas.*
27 *Hic eſt caſus in quo exempti ſubduntur Ordinario.*

§. Diœceſani. V.

26. HVius §. concluſio eſt, quod Diœceſani compellant Religioſos exemptos ſoluere decimas Eccleſiis Parochialibus, ſi non agatur, de rebus exemptis.

27. De his etiam ſatis dictum fuit *ſup. in tit. art.8. num.186.* Interim hic notatur, quod his vnus eſt caſus in quo Religioſi exempti ſubduntur Epiſcopis. Franc. De his caſibus abunde dixi *tom.3. de ſtat. q.189. a.10. inſpect.10.*

SVMMARIVM.

28 *Religioſi tenentur ad decimas niſi muniti ſpeciali iure.*
29 *Exemptio à decimis, nedum priuilegio ſed praſcriptione habetur.*

§. Cæterum. VI.

28. DIffinitur hic, Religioſos etiam exemptos de poſſeſſionibus acquiſitis,&acquirendis debere ſoluere decimas Eccleſiis Parochialibus, niſi ipſi ſpeciali iure, ac priuilegio ſint muniti.

29. Et hæc quoque concluſio explicata fuit *ſup. in tit. art.15.* per totum. Dicitur vero in textu niſi ſpeciali iure, aut priuilegio ſint muniti, quia exemptio à decimis nedum ex priuilegio haberi poteſt, ſed etiam præſcriptione donatione, & conuentione, vt ſatis ſupra eſt explicatum.

SVMARIVM.

30 *Habentes decimas à laicis non eximuntur à futuris noualibus.*
31 *Donatio facta ab habente ius determinatum non ſe extendit ad nouas ſpecies.*

§. Nec vero.

30. REligioſi (decernitur in hoc textu) habentes à laicis antiquas decimas, vel earum partem, niſi alia ſubſit rationabilis cauſa, non poſſunt percipere, aut petere nouales ſuperuenientes.

31 Et de hac quoque concluſione dictum eſt vbi *ſup. ar.15. nu.402. & 403.* Aduertit vero Dom. quod donatio facta ab habente ius certum, & determinatum non ſe extendit ad ſpecies de nouo ortas, quæ eſſent eiuſdem naturæ ſpecierum donatarum.

Tit. XIV.

De regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.

DE materia huius tituli egi difuſè *in tom.3.* de ſtatibus, nimirum de profeſſione tacita, quæ incurritur ob delationem habitus profeſſorum, de qua tractatur in *cap. Is, qui,* egi ibid. *q.189. a 10. inſpect.6. à n.161. & pag. 684.*

De integritate vero anni probationis, quæ eſt materia *cap. Non ſolum, 2. & cap. Commiſſum 3.* Actum eſt ibid. *q.189. tract. de nouitiatu. inſpect.4. à n.43. & pag.104.*

De beneficijs autem nouitij, & quomodo non vacent, niſi ex profeſſione, quæ eſt materia, *cap. Beneficium. 4.* actum eſt ibid. *q. 189. ar.10. tract. de ſtat. Nouit. inſpect. 5. à n. 69. & pag.583.*

Qualiter vero, qui vouit religionem arctiorem, ſi profiteatur in laxiori, valeat profeſſio, quæ eſt materia *cap. Qui poſt. 5.* oſtenſum eſt ibid. *q.189. a.3. num. 103. & pag. 236.*

Qui vero poſſint valide recipere ad profeſſionem, quæ eſt materia *cap. Si ad totum, 6.* oſtenſum eſt ibid. *q.189. a.10. tract. de profeſſ. inſpect. 10 à n.297. & pag.694.*

Tit. XV.

De voto, & voti redemptione.

HVius etiam tituli materiam explicaui in *3. tom. de ſtat. q.189. a.10.* Vbi de profeſſionis effectibus,& præcipue quomodo profeſſio, & ſacer ordo impediant, & dirimant matrimonium, quæ eſt materia *cap. Quod votum vnic. explicatum fuit à num.586. & pag.770.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus. eiuſque ſumma.*
2 *Decretum Concilij Trid.*
3 *Conſtitutio cum Paſtoralis Pij V.*
4 *Conſtitutio decoris Pij V.*
5 *Conſtitutiones Greg. XIII.*
6 *Et Sixti V.*
7 *Et Pauli V.*
8 *Et Vrbani VIII.*
9 10 *Quid veniat ſub nomine clauſuræ Monaſterij.*
11 *Epiſcopi clauſura curam habere debent.*
12 *Cuius expenſis clauſura reſtauranda ſit.*
13 *Clauſura aliqua neceſſaria ex vi canobiticæ vitæ.*
14 *Ex vi profeſſionis non eſſe neceſſaria canbitica vita, & clauſura.*
15 *Abſolute valere poſſet profeſſio ſub conditione manendi in propria domo.*
16 *Moniales canobiticam vitam profeſſa ad aliquã clau-*

clauſuram fuerunt obligatæ.
Trullani canones non approbati nu. 16.
17 *Clauſura monialium qualis nunc eſt ſtatuta fuit à Bonif. VIII.*
18 *Hanc clauſuram promouere debent Epiſcopi & plura de illa.*
19 *Conſuetudo contraria an valeat.*
20 21 *Finis principalis huius legis eſt vitare periculum honeſtatis.*
Mulieres inſtabiles nu. 21.
22 *Mulierum clauſura ob antiquo etiam electa pro cuſtodia honeſtatis.*
23 *Exitus ille prohibitus in hac decret. qui poteſt eſſe occaſio inhoneſtatis.*
24 25 26 *Quomodo clauſura potuerit Monialibus præcipi variè fuit opinatum.*
27 *Papa, & Prælati poſſunt ea præcipere, quæ neceſſaria ſunt ad obſeruantiam regulæ.*
28 *Annus probationis datur ad regulæ experimentum.*
29 *Violatio clauſuræ, in qua ſpecie peccati ſit, ſecundum aliquos.*
30 *Lex præcipiens intuitu alicuius virtutis, conſtituit inobedientiam in ſpecie peccati oppoſiti illi virtuti.*
31 *Violatio clauſuræ eſt ſacrilegium.*
32 *Monialis exiens à domo priuata non violat clauſuram.*
33 *Quid ſi Moniales aſcendat ſuper tectum?*
34 *Quid ſi monialis intret Rotam Monaſterij, vel ſtet in liminari porta.*
35 *Quid ſi aſcendat ramum arboris qui extenditur extra clauſuram.*
36 *Extra clauſuram eſt Eccleſia, domus confeſſarii.*
37 *Ad incurrendas pœnas exitus debet eſſe perfectus.*
38 *Violat clauſuram ſaga, quæ à Dæmone defertur extra clauſuram.*
39 *Exitus inuoluntarius non eſt violatio clauſuræ.*
40 *Non datur in hoc caſu paruitas materiæ, ſi exitus eſt perfectus.*
41 *Violatur clauſura ſi Monialis exeat pro maiori parte.*
42 *Violatur etiam ſi Monialis pendula ſe agitet extra clauſuram.*
43 *Et ſi Monialis exeat vt claudat portam exteriorem.*
44 *Non debet permitti amplius limitari.*
45 *Monialibus profeſſis impoſita eſt lex clauſuræ.*
46 *Moniales triplici ex cauſa de licentia Epiſcopi exire poſſunt.*
47 *Id eſt verum ſi non poteſt euitari periculum niſi Monialis exeat.*
48 *Ex cauſa incendij etiam monialis particularis exire poteſt, & ſine licentia, ſi id ſit.*
49 *Cauſa infirmitatis lepræ conceditur exitus.*
50 51 52 *Sola epidimiæ propriæ cauſa concedi poteſt licentia exeundi.*
53 *Non vero ex cauſa morbi Gallici.*
54 *Conſtat in his de declarat. S. Congregationis.*
55 *Conſtitutio Pij V. non extenditur ad caſus ſimiles non expreſſos.*
56 57 58 *Non licet exitus ex cauſa infirmitatis incurabilis.*
59 *Defenſioni naturali poteſt quis cedere.*
60 *Nec ratione qualitatis monialis licet exitus ratione infirmitatis.*
61 *Prælati Regulares ex hac cauſa non poſſunt licentiam concedere.*
62 *Sine licentia Papæ non poteſt monialis exire, vt ſit Abbatiſſa.*
63 *Nec vt ſit magiſtra nouitiarum.*
64 *Nec vt fundet monaſterium.*
65 *Nec transferri omnes moniales ad aliud monaſterium.*
66 *Plura de hac translatione.*
67 68 *Nec quia incorrigibiles.*
69 *Nec vt videant ædificium.*
70 *Nec ratione tranſitus ad arciorem religionem.*
71 *Quæ in hoc tranſitu ſeruari debeant.*
72 *Dantur aliqui caſus in quibus licet exitus de licentia Ordinarij.*
73 *Ad præſtandum iuramentum fidelitatis licet.*
74 *Et ex neceſſitate defenſionis.*
75 *Et tempore belli ſi imminet periculum.*
76 *Et iniuſtè aggreſſa.*
77 *Et an poſſit Monialis fugere ſi iniuſte vexatur.*
78 *Et in caſu Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5.*
79 *Et ad fugiendam mortem.*
80 *Et quid ratione neceſſitatis queſtuandi ſit dicendum.*
81 *Requiritur licentia.*
82 83 *Requiritur licentia Epiſcopi.*
84 *Non ſufficit licentia Vicarij, niſi &c.*
85 86 *Quid de capitulo ſede vacante, & de Abbate.*
87 *Quid ſi licentia iniuſtè negetur.*
88 89 *Quid ſi non ſit tempus petendi licentiam.*
90 *Qualis debeat eſſe licentia.*
91 92 *Quid ſi licentia ſit irrationabilis.*
93 *Sufficit licentia Papæ data ſine cura.*
94 *Eggreſſa tenetur finito negotio ſtatim redire.*
95 *Et recta via.*
96 *Quas pœnas incurrant violantes clauſuram.*

Tit. XVI.

De ſtatu Regularium.

Cap. Periculoſo.

1. DE clauſura Monialium agitur in hac Decretali, quæ in quinque partes per
4. *diſtinguitur*. In quarum prima præmiſſa ratione ob quam Bonif. Octauus motus fuit ad edendam hanc conſtitutionem decernitur, quod Moniales quæcumque tacitè, vel expreſſe profeſſæ teneantur ad clauſuram, nec poſſint egredi à monaſterijs, quacumque ratione vel cauſa, niſi conſtet eas tali, ac tanto morbo laborare, quod non poſſint cum alijs, abſque graui periculo, vel ſcandalo commorari, Præterea ſtatuitur, vt nulli etiam honeſtæ pateat ingreſſus, vel acceſſus ad eaſdem, niſi adſit cauſa rationabilis, & manifeſta, ac de licentia legitimi Superioris. Et ita regulam hanc tenent & explicant Gloſſ. Io. Mon. Io. And. Lap. Archid, Anchar. Domin. Franc. & Barboſa.

2. Fuit autem innouata hæc conſtitutio quantum ad vtramque partem per Concil. Trid.

Trid. *ſeſſ.25. de regul. cap. 5. per hæc verba*. Nemini autẽ Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa, ab Epiſcopo approbanda: indultis quibuſcumque, & priuilegijs non obſtantibus. Ingredi autem intra ſepta monaſterij nemini liceat, cuiuſcumque generis, aut conditionis ſexus, vel ætatis fuerint, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſarijs, neque alius vllo modo poſſit, & vigore cuiuſcumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi.

3. Sed circa huiuſmodi clauſuram monialium plura alia ſtatuta fuerũt per ſummos Põtifices. Nam Pius Quintus in conſtit. quæ incipit circa paſtoralis data 4. Calend. Iunij 1566. & eſt in Bull. Rom. ſub n. 8. eam referunt Barboſ. *de off. & potes. Epiſc. all.* 102. & Peyr. *tom. 2. conſtit.* 6. Pij Quinti confirmauit hanc decretalem illamque extendit.

4. Idem vero Pius quintus in alia conſtit. quæ habetur in eodem Bull. ſub eodem *n.* 8. & incipit decori, & data fuit Calend. Februar. anno 1570. prohibuit ne moniales exeant à clauſura, niſi in quibuſdam caſibus ibid. expreſſis, quæ prohibitio comprehendit etiam comitantes, & recipientes, & ſuperiores exeundi licentiam concedentes.

5. Pariter Greg. XIII. in conſtit. *Deo ſacris* data 3. Calend. Ianuar. 1572. & eſt 8. in Bullar. Rom. multa edidit circa elæmoſinas monialium ſeruantium clauſuram. Idem autem Greg. XIII. in alia conſtit. quæ incipit *vbi gratiæ*, & data fuit idibus Iulij 1575. & eſt in Bull. 28. reuocauit omnes licentias ingrediendi monaſteria monialium quibuſcumq; viris conceſſas, & prohibuit vti licentiis conceſſis ab Epiſcopis aut alijs ſuperioribus pro caſibus neceſſarijs, niſi in neceſſitatibus vrgentibus. Et in alia conſtit. poſita ſub eodem *n.* 20. *& data* 13. *Decem.* 1581. quæ incipit *dubijs quæ emergerunt* declarauit præfatam priorem conſtitutionem, vbi deinde vero in alia conſtit. quæ incipit, *quæ ſanctimonialium* 8. Sept. 1584. quam refert Barb. *d. all.* 102. *n.* 34. item præfatas licentias reuocauit.

6 Omnes quoq; licentias ingrediendi monaſteria monialium ſecularibus mulieribus cuiuſcumque generis conceſſas reuocauit Sixtus Quintus, in conſtit. Sanctimonialium 5. Ianuarij 1589 vt aduertit Barb. *hic n.* 9.

7. Duas quoque conſtitutiones reuocatorias licentiarum ingrediendi monaſteria edidit Paulus quintus, alteram quæ incipit *facultatem*, & eſt 52. in bull. Rom. datam die 1. Sept. 1608. in qua plura de huiuſmodi ingreſſu & licentijs tradidit alteram datam 19. Iunij 1613. & eſt in eodem Bull. 74. & ſimiles quoque reuocationes fecit Vrbanus vero 8. in motu proprio incipien. *Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium* 27. Octob. 1624. apud Barboſam *hic n.* 12. declarauit conſenſum ex parte monaſterij requiſitum ad hoc vt habentes licentiam ingrediantur debere dari capitulariter.

8. Quæritur autem primo, quid ſit clauſura monialium, & quibus limitibus terminetur reſpondetur, quod monialium monaſterium importat clauſtrum, officinas interiora habitacula monialium, & omnem interiorem domum in qua moniales clauſæ habitant, non autem Eccleſiam exteriorem, aut parlatorium exterius, aut crates, aut domos, & habitationes contiguas deſeruientes pro famulis, aut confeſſarijs; imo nec monaſterium quod eſt in fieri, & actu fabricatur, licet aliquis ibi habitet pro fabricæ ſeruitio, prout colligitur ex Innocentio VI. Nicolao III. & Gregorio IX. in expoſitione regulæ Fratrum Minorum, & Sorbus v. Ingredi Monaſteria, inquit, ſic declaraſſe Cardinalem Alexandrinum nomine S. Cong. Card. Rodriq. *tom.* 1. *quæſt.* 47. *art.* 1. Scorria *in ſelect. conſt. Pont.* Othoſ. 335. Tambur. de Monial. *diſp.* 18. *quæſt.* 1. *num.* 8. Vnde multo minus ſub nomine monaſteriorum veniunt Granciæ, quas habent moniales, aut Regulares Graſſ. *in addit. fol.* 88. Hieron. Clamas *in cap. pend.* §. 12.

9. Clauſura propterea, quæ in propoſito concrete ſumitur pro loco clauſo ad habitationem monialium deputato, non eſt niſi ſpatium & locus, intra quam moniales ſiſtere debent, & à quo egredi non poſſunt, & huius clauſuræ termini ſunt muri exteriores, habentes ianuam vnam, vel plures ferro munitas, & clauſas; Et ſic quidquid eſt extra hos muros, aut ianuam vel ianuas extra clauſuram eſſe dicitur, intra clauſuram vero ſunt clauſtra, dormitoria, Cellæ, officinæ horti, habitacula, & quidquid intra muros, & ianuam, vel ianuas, in muris præfatis poſitas continetur. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *l.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. Sanchez in Decal. *t.* 2. *l.* 6. *cap.* 15. *numer.* 2. Nauar. *Comment. de Regul.* 4. *num.* 44. *not.* 4. Rodriq. *t.* 1. *q.* 44. *art.* 3. Bonac. de Clauſ. *q.* 1. *p.* 1. Lezana *p.* 1. *cap.* 25. *nu.* 18. Tambur. de iure Abbatiſſ. *diſp.* 18. *quæſt.* 1. Barb. *de off. & poteſt. Epiſ. all.* 102. *n.* 9.

10. Epiſcopi propterea operari debent, vt clauſura iſta exterius ſit circumſepta altis mœnibus, & vndique excelſis parietibus, ne è viciuorum domibus, quicumque illi ſint, interiora monaſteriorum inſpici poſſint maximè ſi Religioſorum cuiuſuis Ordinis, aut Clericorum ædes illis immineant; quo caſu mœnia altius extolli debent, vt declaraſſe & ſanxiſſe S. Carolum *in Conſil.* 1. *Mediolanen.* §. *de clauſura* refert Tambur. *d. q.* 1. *num.* 9. Muri vero iſti clauſuram terminantes, ſi fieri poteſt, vnam tantum ianuam habere debent clauibus, & ferris munitam.

11. Quod ſi muri huiuſmodi cadant, & ad illos reſtaurandos non ſuppetant facultates monaſterij, id fieri debere piorum eleemoſinis vel his deficientibus à monialium conſanguineis, quorum intereſt conſeruatio honeſtatis ſuarum conſanguinearum, vel, ſi illi pauperes ſint, à fundatore ſeu ab eo, cuius voluntate fuit erectum monaſterium, ex Moſcon. tradit Barb. *d. all.* 102. *num.* 10. & ex Barb. Tambur. *d. q.* 1. *num.* 10. In caſu vero quod muri extolli debeant, ne vicini monialibus dominentur, & interiora proſpiciant, hoc fieri debere expenſis

eorum, quorum Epiſcopi, & ij, qui monaſteriorum ſunt curatores, intereſſe putauerint, ſanciuit lococitato S. Carolus, vt Tambur. *refert d. num. 9.*

12. Quæritur ſecundò quo iure introducta fuerit monialium clauſura? Dicitur vero hanc clauſuram partim eſſe de iure naturali vitæ Cœnobiticæ; partim verò eſſe de iure humano. In hoc enim duo conſideranda ſunt, ſcilicet habitatio intra monaſterium, & non exitus ab illo niſi de licentia, ſeu permiſſione alicuius ſuperioris, ſaltem Abbatiſſæ, aut Priorisſæ, aut Præfectæ, aut ſuperioris alterius, & hoc modo clauſura vt importat obligationem non exeundi à monaſterio ſine licentia ſuperioris eſt de iure naturali non abſolute, ſed de iure connaturali & intrinſeco vitæ religioſæ Cœnobiticæ, vt probatum eſt *tom. 3. de ſtat. q. 189. art. 8. num. 567.* Vnde hæc clauſura eſt communis etiam viris Cœnobitis; Quia Cœnobitica vita eſt ſocialis, & eorum qui viuent in communitate, & conſortio aliorum ſub obedientia vnius ſuperioris, vnde ex vi huius vitæ ſic Religioſus debet viuere in Cœnobio, quod nullibi poteſt eſſe neſciente ſuperiore, cui ex voto tenetur obedire, & debet ibi eſſe, vbi ſuperior poſſit illum dirigere, & de eo diſponere ſecundum Regulam. Quamobrem quod moniales vitam Cœnobiticam in monaſterijs profeſſæ, non poſſint exire à monaſterio ſine ſuperioris licentia non eſt ſolum ex conſuetudine, vel ex aliquo ſpeciali ſtatuto, aut regula, ſed ex iure communi, & connaturali inſtitutionis Cœnobiticæ vitæ. Vnde hoc præceptum non obligat Religioſas etiam ſi tria vota profiteantur extra monaſterium, & ſolitariam vitam eligant, ſicut abſolute fieri poſſet, ſed obligat Cœnobiticeam vitam profeſſas.

13. Et hæc declarantur. Quod enim antiquitus Religioſæ virgines permitterentur habitare in domibus parentum colligit, Suarez *tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 1. c. 8. num. 11. ex Concil. Carthagin. Can.* 33. Vbi etiam præcipiebatur, quod vbi parentes earum defeciſſent, Epiſcopi eas vel in monaſterio virginum, vel grauioribus fœminis cuſtodiendas committerent. Et aduerti debet quod in mulieribus ex ſexu ad vitandum periculum honeſtatis ſemper fuit neceſſaria cuſtodia vel parentum, vel honeſtarum perſonarum. Sed ex vi ſtatus Religioſi non erat neceſſarium per ſe, quod religioſæ perſonæ viuerent in monaſterio. Quamuis vbi vouebant obedientiam vel Epiſcopo, vel alteri Superiori, ſemper ex vi voti, iuxta voti exigentiam debuiſſent iuxta Superioris arbitrium tam in habitando, quàm in exeundo, attendere Superioris voluntatem.

14. Et quia ex *cap. fin. qui Cler. vel vouentes*, abſolute valeret profeſſio eius, qui profitetur ſub conditione viuendi extra clauſtrum in domo propria, ſi etiam nunc admitteretur à Pontifice talis conditionata profeſſio, Monialis ſic profeſſa ad clauſuram monaſterij non teneretur. Sanchez *d. l. 6. c. 15. num. 17.* Tambur. *d. diſp. 18. qu. 6. num. 3.*

15. Sed quæ Cœnobiticam vitam in Monaſterijs profeſſæ ſunt, ſemper ad clauſuram huiuſmodi obligatæ fuerunt; & quatenus in hoc fuit aliquis defectus antiqua Concilia huiuſmodi clauſuram obſeruari mandauerunt, vt in *Concil. Carthag. 1. anno* 350. *& in Carthagin. 3.* ſub Cyriaco Papa *cap. 63. & in Cabilonen. 2. cap. 65. & in Conſtit. Caroli Magni anno* 800. *& in Lugdunen. 3. can. 3. Matiſconenſi can. 19. Aquiſgranen. can. 19.* In his enim Concilijs non fuiſſe ſtatutam clauſuram abſolute, ſed dependenter à licentia Abbatiſſæ aduerterunt Suarez *d. cap. 8. num. 11.* Tambur. *d. diſp. 18. q. 3. num. 1.* Pellizz. de Monial. *cap. 2.* Nec verificatur quod ait Tambur. *quod ſcilicet in d. Concil.* habentur potius conſilia quam præcepta clauſuræ, verè enim præcepta continent, ſed ad clauſuram illam præcipue obligant, ad quam Moniales Cœnobiticæ ex vi ſui ſtatus tenebantur. Adducunt etiam Suarez & Peliz. *can. 37.* Trull. quem dicunt attribui ſextæ Synod. ſed canones illi Trull. Hæreticorum fuerunt, & ab Hæret. *ſub* nomine 6. Synodi promulgati, vt notatur in principio eorumdem Canonum, poſt 6. Synodum videatur etiam Barat. *ad ann.* 693. *num. 5. & ſequen.* Et nihilominus neque in illo canon. 36. prohibetur monialibus exitus niſi ſine licentia Abbatiſſæ. Cæterum vbi aliqua monialis eggreſſa fuiſſet monaſterium non reuerſura, mandatum fuit eam ad reditum compelli, & ſi nollet reuerti eam communione priuari, vt in *Concil. Lugdun. 3. canon. 3. & Pariſien. 5. can. 22.* quorum verba refert Tambur. *diſp. 19. q. 1. n. 1.* Quod etiam S. Greg. ordinauerit negotia monaſteriorum monialium tractari per Miniſtros Epiſcoporum, ne moniales cogerentur exire à monaſterio refert Baron. *ad ann.* 593. *num.* 55.

16. Sed clauſura Monialium, qualis nunc eſt, vt ſcilicet Moniales non poſſint exire abſolute à Monaſterio, vel in certis caſibus de licentia nedum Abbatiſſæ, ſed ſuperiorum ſuorum, & Epiſcopi cauſa cognita, & licentia in ſcriptis obtenta, vel de licentia ſedis Apoſtolicæ eſt mere de iure poſitiuo, & primo fuit ſtatuta à Bonif. VIII. *in hoc cap.*

17. Et hæc eſt quam eſſe manu tenendam vbi eſt, & vbi non eſt eſſe introducendam iuſſit Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.* & Pius quintus *Conſt. 8. circa Paſtoralis, & Conſt. Decori*, & quidem qualibet contraria conſuetudine non obſtante, vt etiam decreuit S. Cong. *Epiſ. & Regul. in Virdunen.* 15. *Ianuarij* 1602. *& in Conſtantien.* 25. *Iunij* 1603. Dummodo Monaſteria habeant neceſſaria, alioquin Monaſteria extinguenda; omiſſa tamen mentione ſcandalorum *in Caligur.* 17. *Septem.* 1618. Et ſi renuāt prohibetur recepti, ad habitum. *in Panpilon. Februar.* 1. 1593. *& in Terracin.* 5. *Mart.* 1603. *& in Conſtantien.* 1616. *&* 13. *Aug.* 1622. Et vbi clauſura relaxata fuit, remitti debet, ſine rigore cum ſuauitate, & cautela temporiſque beneficio. 1604. Saluciar. 12. *Ian.* 2. *&* 27. *Iul.* 23. Et quatenus clauſura ſit nimis ampla debet reſtringi. 1618. Caſſinen. 6. *Iul.* 221. prout hæc omnia refert Nicol. *in Floſcul. v. Clauſura. num.* 1. 2. *&* 3.

18. Quamuis vero nulla conſuetudine obſtante ex vi Concil. Trid. & Conſtit. Pij quinti clauſura introduci debeat, vbi non eſt, nihilominus,

minus,quod per nouam conſuetudinem lex iſta poſitiua poſſit abrogari dixerunt Sanchez *d. l. 6. c. 15. num. 3. & 4.* Suarez *d. l. 1. c. 8. nu. 12.* Palaus *trat 16. diſp. 4. p. 9. num. 4.* Peli zar. *d. cap. 2. num. 12.* E contra tamen, quod contra legem huius capitis conſuetudo nonpoſſit præualere, quia eſt irrationabilis tanquam fouens periculum honeſtatis & ſcandala, dixerunt Dom. *num. 1.* & Franc. *num. 1.* Et verè difficile eſt, quod huiuſmodi conſuetudo non ſit abuſus non tolerandus. Facilius tamen eſſet, quod conſuetudine etiam rationabili remitteretur aliquis rigor iſtius legis.

20. Quæritur tertio quæ ſit vera cauſa finalis, propter quam Bonifacius VIII. & poſtea Concil. Trid. & Pius quintus, & alij Pontifices hanc ſtrictam, & perpetuam clauſuram pro Monialibus ordinauerint? Bordonus *Controuer. 19. quæſt. 1. num. 1.* relatis verbis huius textus, exiſtimat cauſam finalem huius legis eſſe auferre Monialibus materiam vagandi in præiudicium honeſtatis; & ideo concludit per illum ſolum exitum à Monaſterio violari clauſuram, qui præbet materiam vagandi, & periculoſus eſt honeſtati Monialium. Verumque horum propterea requirit ad violationem clauſuræ, & ideo ex hoc vult quod Monialis non frangat clauſuram, ſi fune appenſo ex liminari oſtij clauſuræ ſe pendula agitat intra, & extra clauſuram, quia hic motus non ſit aptus ad vagandum, imo ad id repugnat, ſed licet vagari extra clauſtra non deceat Moniales, imo nec viros Religioſos, & dici poſſit, quod tollere materiam vagandi ſit etiam finis minus tamen principalis huius legis. Et licet etiam verum ſit, quod diſcurſus Monialium extra Monaſteria per habitacula ſecularium, vt ex verbis textus per parentheſim interiectis colligitur ibi. *Quæ honeſtatis laxatis habenis &c.* Nihilominus dicendum eſt finem principalem, proprium, & vniuerſalem, & adæquatum fuiſſe occurrere periculo honeſtatis Monialium, vt patet ibi. *Periculoſo & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui (quæ &c.) prouidere ſalubriter cupientes.* Hoc vero euidentius patet ex Conſtit. *Circa Paſtoralis*, Pij quinti in principio, ibi Circa paſtoralis officij nobis, meritis licet imparibus, deſuper commiſſi curam quantum nobis ex alto permittitur inuigilanter, aſſidue ad ea per quæ ſingulis erroribus, & exceſſibus obuiatur, ac perſonis quibuslibet, præſertim fœminei ſexus virginitatem ſuam Altiſſimo vouentibus, ſub religionis iugo CHRISTO Saluatori in caſtitatis holocauſto famulari affectantibus, ſemita iuſtitiæ & honeſtatis declinantibus, ne quicquã in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, & diuinam merito poſſit offendere maieſtatem, opportune ſuccurritur, libenter intendimus, ac in his noſtræ vigilantiæ partes propenſis impartimur, prout id in Domino ſalubriter expedire conſpicimus; & in Conſt. Decori, ibi Decori & honeſtati omnium ſanctimonialium, quarum IESVS-CHRISTVS Dominus noſter ſponſus eſt, vt in puritate & caſtitate ſuperædificantes, in ipſo feliciter inhabitare valeant, conſulentes, ea quæ illarum exiſtimationi detrahere poſſent, decet nos conſulto ſubmouere. Nihil enim ibi habet Pontifex de vagando, ſed periculum violandæ pudicitiæ reſpiciens, & honeſtati ſimul & decori Monialium proſpicere volens, clauſuram ordinauit. Et eadem habentur ex *Conſtit. Deo ſacris Greg. 13.*

21. Et quamuis Tambur. *d. diſp. 18. q. 2. num. 4.* dicat motiuum condendæ huius legis fuiſſe, demere de Monialibus occaſionem vagandi, & vt à publicis & mundanis aſpectibus ſeiunctæ, Deo ſponſo liberius deſeruirent, ac dempta laſciuiendi occaſione, corda & corpora eidem in omni ſanctitate cuſtodirent. Nihilominus bene ipſe dixit præcipuum motiuum fuiſſe, vt Monialibus pericula violãdæ honeſtatis tollerentur. Ad quod probandũ merito retulit illud Dyon. Carthuſ. *in dial. de reform. Monial. ar. 3.* Nimirũ fœminæ ſunt ſpecialiter, & naturaliter multum inſtabiles, fragiles, molles, ac debiles ratione, ideo periculoſiſſimum eſt Monialibus inter viros apparere, ipſoſque inſpicere, alloqui, audire, nec aliqua lingua poteſt exprimere, quanta peccata, & ſcandala orta ſint, atque accidere creantur ex hoc, quod Moniales clauſtra ſua egrediuntur, & perſonas viſitant ſeculares viros quoque permittuntur ingredi ſua clauſtra.

22. Hinc eſt, quod mulieres caſtitatis amatrices, vt huiuſmodi pericula euitarent, ſolitudinem, & clauſuram ſibimetipſis conſtituerunt, vt de Iudith legimus, Iudith *cap. 8.* & de S. Anna prophetiſſa refert S. Cyrll. Hieroſol. *Cathec. 1.* & Baron. *in appar. Ann.* dicit, quod fœminæ quædam ex voto Deo addictæ tanquam intra ſepta Monaſterij degebant in nonaginta cellis à Solomone in circuitu templi extructis. Notum pariter mundo eſt ſolemne antrum in monte altiſſimo, & aſpero à S. Maria Magdalena electum in Gallia prope S. Maximinum, & quod eius ſoror S. Martha in Cœnobio cum deuotis mulieribus recondita ſub clauſura vixit vſque ad mortem. Quod feciſſe quam plures alias mulieres ante Bonifacium VIII. refert idem Tambur. *d. q. 2. num. 2.* Et ex Concilijs ſupra citatis, & tota antiquitate manifeſtum eſt, clauſuram ſemper fuiſſe iudicatam medium neceſſarium ad cuſtodiam honeſtatis Monialiũ, quamuis tunc cuſtodia non fuiſſet tam ſtricta, ſicut ſtatuta fuit à Bonif. VIII. quia temporum conditio & hominum & mulierum mores non tantum depravati, tam forti cuſtodia non indigebant.

23. Exitus ergo ille à Monaſterio eſt à Bonifac. VIII. & alijs Pontific. prohibitus Monialibus, & per eum violatur clauſura, qui quomodocumque; & quandocumque poteſt eſſe medium, vel occaſio Monialibus violandi votum caſtitatis; & ſic omnis ille exitus à Monaſterio eſt prohibitus, per quem Monialis ſit vbi quantum ſit ex parte exitus, & ſitus Monialis poteſt ſola cum ſolo homine reperiri, vel etiam ex quo præbeatur medium aliquod aut occaſio quæ deſeruire poſſit ad aſpectum, colloquium cum viris, vel qualitercumque deſeruire ad impudicas affectiones, vel excitandas, vel nutriendas, & fouendas in detrimentum voti caſtitatis, & honeſtatis, & decoris virginalis Monialium.

Quæ-

Digitized by Google

24. Quæritur quarto quomodo iam ſtricta clauſura potuerit à Pontifice ſtatui pro illis Monialibus, quæ ad illam non tenebantur ex regula. Hanc enim clauſuram non poſſe pro huiuſmodi Monialium imperari videtur probari ex *cap. Nec is*, 15. *q.* 1. *& cap. Integritas*, 32. *q.* 1. *& cap. præſens*, 20. *q.* 3. Cum etiam nemo creſcere compellatur, *cap. Geſta*, 74. *diſt.* Et ideo id dixit Oldrad. *conſ.* 96. hac motus ratione, quia aliter fruſtra eſſet datus annus probationis, de quo *in cap. Ad Apoſtolicam*, *de Regul* qui videtur dari, vt videns ſtatum regulæ ſciat ſe ita illam ſeruaturum, prout eam prægustat, & non aliter. Vnde ſi mutatur fruſtra præceſſit illa guſtatio, & videtur decipi. Hanc vero rationem æquiſſimam dixit Felin. *cap. Ad noſtram*, *n.* 6. *de appellat.* & addit quod non inuenit ei reſpondentem. Ipſe tamen dicit cogitandum ſi poſſet ad illam, quod annus probationis non datur principaliter, vt experiantur mores Religionis, ſed propriam ſui ipſius aptitudinem ad Religionem in genere. Vnde ſtatim, quod vnus eſt profeſſus, videtur ſe ſubijcere omni alterationi Religionis. Nec dicitur deceptus, qui cogitare poterat huiuſmodi euentus.

25. Sed Gloſſ. *in v. Præſentes* in ſecunda reſponſione diſtinguens inter Clericos Seculares, & Regulares vult, quod quia Regulares non habent velle vel nolle, ideo illis poſſit imponi arctior, & ſtrictior vita; & citat Innoc. *in cap. Super eo, de Regul.* Ad quam Gloſſ. poſt Archid. & Io: Andr. notant Dom. *num.* 10. Anchar. *n.* 2. Franc. *num.* 5. Quod Pontifex multa poteſt Regularibus præcipere circa externa bona fortunæ, vt in cibis, veſtibus modo viuendi, & ſimilibus, quæ cadunt in bonis fortunæ, ſed in bonis fortunæ, & gratiæ, vel gloriæ non eſt tanta poteſtas, quia Deus, cuius Papa vices gerit, in illis non transtulit poteſtatem in Papam. Doctrinam autem præfatam, & reſponſionem Gloſſ. amplexus fuit Panorm. *d. cap. Ad noſtram*, *num.* 4. *de appellat.*

26. Aliam reſponſionem præmiſerat Gloſſ. dicens, quod per clauſuram hanc ad regulam nihil adjicitur, ſed modus habitandi ſecundum eam taxatur. Ex quo Dom. *num.* 11. & Franc. *num.* 9. deducunt quod reſtrictio clauſuræ non inducit ſtrictiorem regulam, & quod propterea Ordo Carthuſiæ ex ſtrictiori clauſula non eſt ſtrictior. Sed Felin. *d. cap. Ad noſtram*, *n.* 6. *de appell.* reijcit hanc Gloſſ. reſponſionem, quod ſcilicet clauſura non inducat arctitudinem, quia hoc negant experiri. Hæc tamen Gloſſæ reſponſio vera eſt.

27. Dicitur ergo ad quæſtionem, quod non continet difficultatem, quia clauſura etiam ſtrictiſſima continetur virtualiter in qualibet regula Monialium Cœnobitarum tunc, & quãdo hæc clauſura ſit medium neceſſarium ad obſeruantiam regulæ, & voti caſtitatis. Eſt enim regula certa, quod nedum Papa, ſed Prælatus Religionis poteſt præcipere quod eſt medium opportunum & neceſſarium vel ad obſeruantiã regulæ, vel ad impediendum ne obſeruantia regulæ relaxetur. Quoniam vero Bonifacius VIII. vidit clauſuram huiuſmodi eſſe neceſſariam ad hoc vt Moniales votum caſtitatis illibate obſeruent, vt etiam in ſuis Conſtitutionibus obſeruant Pius V. & Greg. XIII. ideo non auxit regulam, non quia non induxerit de facto maiorem arctitudinem, quam ſit illa, ad quam prius Moniales non obligabantur, ſed quia hæc arctitudo non eſt noua, ſed continebatur virtualiter in regula, & ideo per eam non fuit facta additio ad regulam ſimpliciter. Et ſic nec ratio Oldradi ſupra poſita aliquid probat.

28 Nam licet falſum ſit, quod dixit Felin. ſcilicet, quod annus probationis non detur ad experiendum mores illius Religionis in ſpecie quam Nouitius vult profiteri, quia imo hoc experimentum eſt à ſac. Canonibus intentum & neceſſariũ ad hoc vt nouit ius ſciens, & prudens profiteatur. Sed quia nec eſt neceſſe vt nouitius experimento probet omnes regulę auſteritates, ſed ſufficit, quod illarum habeat notitiam, & inter alia hoc ſcire, quod ſuperiores non contenta in regula poſſunt præcipere, ſi regulæ obſeruantia id poſtulet, quomodo clauſuram Monialium poſtulet obſeruantia illibata caſtitatis in Monialibus. Et propterea vera eſt prima Gloſſ. reſponſio quam ſequuntur Archid. *num.* 1. Io. Mon. *num.* 1. Franc. *num.* 5. Probus ad Mon. *num.* 25. Dec. *d. cap. Ad noſtram*, *num.* 19. *de appell. in nou. edit.* D. Anton. 3. *p. tit.* 16. *c.* 17. Sylu. *v. Religio* 6. *qu.* 6. Dyon. Carthuſ. *opuſ. de reform. Mon. ar.* 3. Nauar. *com.* 4. *num.* 40. *de regular.* Vaſquez *p.* 2. *diſ.* 154. *cap.* 4 *num.* 29. Bannez 22. *q.* 1. *a.* 10. *dub.* 6. *in fin* Sanchez *d l* 6. *cap.* 15. *num.* 5. & apud eum *Palac* Corduba, Vega Spino, Galaza, & Llamas. Suarez *d. l.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. Sanchez *d. l* 6. *c.* 15 *num.* 5. Palaus *tr.* 16. *diſp.* 4. *p.* 9. *num.* 2. Pelliz. *de Monial cap.* 5. *num.* 3. Azor. *p.* 1. *l.* 13. *c.* 8 *q.* 2. & *cap.* 11. *q.* 19. Tambur. *d. diſp.* 18. *qu.* 4. Scortia. *Theor.* 12 Rodriq. *to.* 1 *q.* 44. *ar.* 1. Videantur de his, quæ dixi *tom.* 1. *de ſtat. q.* 186. *a.* 8. *dub.* 6. 7. 8. & Nouo. *à num.* 139. *pag.* 666.

29 Quæritur quinto in qua ſpecie peccati ſit illicitus eggreſſus monialis à monaſterio? Tambur. *d. diſp.* 18. *qu.* 7. aſſerit moniales Sanctæ Claræ, quas dicunt Vrbaniſas emittere quartum votum clauſuræ, quod licet ſit publicum, non tamen eſt ſolemne, cum non ſit de ſubſtantia religioſi ſtatus. Addit etiam, quod moniales primæ regulæ ſanctæ Claræ, ſub voto promittunt clauſuram non ex vi regulæ, ſed ex vi conſtitutionum, quales Romæ ſunt moniales Capuccinæ, & ſanctæ Claræ in monte Quirinali, & ſancti Vrbani Papæ prope Turrim Comitum, & etiam ſanctæ Suſannæ, & nonnullæ aliæ extra Tiberim. Per quod quartum votum non addunt nouam obligationem extenſiuam, ſed nouum titulum obligationis ad eandem rem ex Suarez *d. c.* 8. *nu.* 10. & Sanctarell *de orig. & clauſ. monial. in fin.* Et ſic dicit, quod moniales, quæ ex regula, & voto tenentur ad clauſuram eam violando tranſgrediuntur regulam, & ſimul votum, & præceptum Eccleſiaſticum, quod ſi neque ex regula, neque ex voto ad clauſuram tenentur, erunt reæ ſolius præcepti Eccleſiaſtici, quæ fuit ſententia Rodriq. *l.* 1. *qu* 44. *a* 2. Sanchez *d. l.* 6. *cap.* 15 *num* 19. Addit vero Pelizz. *d. c.* 5. *num.* 24. Eas moniales

quæ

quæ ad clauſuram non tenentur ex voto, eam violando committere ſolum talem peccatũ inobedientiæ, ſed quæ ad eam tenentur ex voto, committere duo peccata in confeſſione explicanda, ſcilicet ſacrilegij contra votum & inobedientiæ contra Eccleſiæ præceptum.

30 Sed præmiſſa doctrina illa ſcilicet quod vbi lex aliquid præcipit principaliter intuitu alicuius virtutis conſtituit transgreſſionem talis præcepti in ſpecie peccati eidem virtuti cõtrarij. Præmiſſo etiam quod inobedientia generalis, ſeu materialis generica eſt, nec cõſtituitur in ſpecie inobedientiæ, quia hoc eſt proprium inobedientiæ formalis, quando ſcilicet, qui non obedit ex contemptu præcepti, ſed conſtituitur in ſpecie illius peccati, quod eſt oppoſitum virtuti intuitu cuius emanauit præceptum, de quibus videri poſſunt quæ ſcripſi *tom.1. de ſtat. qu. 186. art.9. num.28. & ſequent. pag.728.*

31 Dicitur quod ſicut obſeruantia clauſuræ, venit ſub voto obedientiæ, vt declarauit S. Congreg. 16. April. 1619. apud Guant. in *man. Epiſc. v. Monialium clauſura, num. 2.* & Tamb. *d. diſp 18. qu.4. num 3.* Nam obedientiæ votum claudit etiam obſeruantiam paupertatis, & caſtitatis; ita violatio clauſuræ eſt inobedientia eius ſpeciei cuius eſt trangreſſio voti obedientię, quæ ſacrilegium eſt. Neque in hoc eſt diſcrimen inter moniales, neque enim propriè dicitur quod moniales ſanctæ Claræ, emittant quartum votum clauſurę, licet dici poſſit, quod illam voueant expreſsè. Cum tamen modo ſuppoſito præcepto clauſurę vniuerſali omnes moniales implicite clauſuram voueant, ſicut vouẽt, regularem vitam, ad quam iam clauſura eſt intrinſeca omnes igitur moniales violantes clauſuram peccãt peccato ſacrilegij contra votum caſtitatis & obedientiæ. Et hoc in omnibus eſt vnum peccatum, licet non nihil intenſius in illis, qui etiam ante præceptum Pontificium obligabantur ex voto clauſuræ expreſſo. Pręceptum vero Papæ, quod reſpicit eundem finem, & procedit ex eodem motiuo nec mutat ſpeciem virtutis, aut peccati, nec auget virtutem, aut peccatum niſi aliqualiter intra eandem ſpeciem. Videantur dicta *d. tom 1. de ſtat. q.186. a.9. num. 30. pag.729.*

32 Quæritur ſexto in quibus caſibus dici debeat, quod exitus à monaſterio ſine legitima licentia ſit violatio clauſuræ? Plures caſus cõtrouertuntur à DD. quos neceſſe eſt diſtinctè, cõſiderare exitus autẽ à monaſterio dicit motum incipientem à monaſterio & extra terminatum. Eſt autem certum primo, quod ſi monialis extra monaſterium in domo aliqua priuata incluſa maneat, non violat clauſuram ſi ex illa egrediatur, quia illa domus non eſt monaſterium, Sanchez *d l.6. c.15. num.9.* Tambur. *diſp.19. q.4. num.9.* Peli *cap.5. nu.82.* Lezana *p.1. cap.25. num.18.* & ex eo Barb. *all.102. n.*

33 Controuertitur autem an monialis aſcenſus ſupra tectum monaſterij violet clauſuſuram. Affirmat enim Bordon. *contr.19.* quia talis monialis fit extra clauſuram, tectum enim cenſeri terminus clauſurę, vt ſicut ſecularis per illud non poteſt introire, ita nec monialis exire. Oppoſitum tamen ſentiunt Sanchez *d l.6. c.15. num.7* Lezana *p.1. cap.25. num.18.* Barboſa *de off. Epiſ. all.102. num.9.* Palaus *tract.16. diſp.4. num.2.* Donat. *de clauſ. mon. qu.28.* Tambut. *d. diſp.19. qu.4.* Diana *p.5. tract.13.* Bonac. *q.100. p.1. num. 3.* Peliz. *d. cap. 5. num.74.* Addunt tamen violari clauſurã ſi monialis ex tecto monaſterij tranſeat ad alium locum extra monaſterij muros. Et hæc probantur, quia tectum non exigitur vt claudat & impediat egreſſum à domo, vel ingreſſum ad illam, ſed vt defendat à pluuijs, ventis, grandinibus, niue, &c. vnde non eſt terminus extrinſecus clauſuræ domus, ſed potius pars illius intrinſeca, & ita vt dicatur eſſe in domo, qui eſt in tecto. Quod explicatur ex praxi illorum locorum, in quibus domus non cooperiuntur tegulis, ſed ſupra muros ædificantur deambulacra, quas dicunt terrazze, quas ſternunt lapidibus, vel dura calce vt impediant pluuias, ſed eis vtuntur quaſi habitacula, vel ad fruendum ſerenitate, & puritatis aereis, vel ad exſiccandum linteamina, legumina, &c. vel ad delectationem florum, & arbuſculorum quos ibi plantant, vel ad alia ſimilia. Nec eſt vnde hoc non poſſet concedi monialibus, vbi ſine periculo, & ſcandalo id fiat, vt quia erigantur muri monaſterij, vel cancelli ſupra vt moniales aperto cœlò ibi eſſe poſſint, ita tamen quod à ſecularibus videri non poſſint, nec ipſe moniales cum eiſdem loqui, aut tractare poſſint. Et aliquid ſimile habetur Romæ in monaſterio ſanctæ Catharinæ Senenſis, in quo eſt turris ampla, & alta ſine tecto quidem, ſed in ſummitate vndiq; muris, & cancellis ſepta, ad quam moniales aſcendunt. Nihilo minus, quod S. Cong. Epiſc. & Regul. in Concen. 18. Septemb. 1609. & in Lician. 16. Septemb. eodem anno, mãdauerit abſolui quaſdam moniales, quæ bona fide aſcenderant ſupra tectum ad ſiccanda frumenta, & paſtas ab eis elaboratas, ſiue ad videndum quoddam feſtum, cum ſpeciali prohibitione illuc vltra aſcendendi propter quamcumque cauſam, refert Nicolius *v. Monialis num.35.* Cenſebitur vero monialis violare clauſuram ſi ex tecto monaſterij tranſeat ad aliud tectum, vel locum. Vel etiam, ſi ligato fune ſuperiori parti tecti, vel alteri parti monaſterij per illum deſcendat, & dimittatur, etiã ſi ad terram non peruenerit, quia iam tunc eſt extra monaſterium, cum ſit extra muros, & ſepta monaſterij, Peliz. *d. c.5. n.77.*

34 Dubitatur etiam an monialis collocans ſe intra rotam monaſterij, & volens aperturam rotæ verſus partem externam & extra monaſterium dicatur violare clauſuram. Affirmãt Donat. *de clauſ monial. q.26.* Comit. *reſp. moral. l.6. q.3.* Portell. *v. Clauſura monialium num.24.* Bonac. *qu.1. p.2. nu 3.* Sed dicitur monialem in hoc caſu non violare, quia non recedit nec egreditur à monaſterio. Sic enim nec monialis manens in oſtio monaſterij violat clauſuram, quia à monaſterio non recedit, & etiam ſi liminare oſtij aliquantiſper porrigatur extra murũ, quia tam liminare, quam murus eſt pars, quæ eſt intra monaſterium, & clauſura non violatur niſi per exitum à monaſterio. Tamb. *d. diſp.* Peliz. *d. cap. 5. num.72.* Lezana *p.1. cap.25.*

num.

*num.*16. Barb. *all.*102. *num.*9. *in fin.* Diana *tr.*2 *de reg.dub. reſolut.* 22.Bordon. *contr.* 19.*q.*3.qui tamen malè *num.*5. *in fin.* pro oppoſita ſententia citat Lezanam, & Dianam.

35 E contra vero licet arbor aliqua ſit plantata intra clauſuram monaſterij, ſi ramos extendit extra clauſuram protéditur,violat clauſuram,quia à monaſterijs ſeptis recedit, & vere extra monaſterium ſe ponit Donat.*q.*28.Pelizz. *d.c.*5.*num.*78.

36 Extra clauſuram vero monaſterij ſunt abſque dubio Eccleſia monaſterij exterior, & eiuſdem monaſterij porta exterior quæ patet ſecularibus, vt ex *conſt. Deo ſacris* 8. Greg.13. habetur. Item contiguæ domus famulorum vel etiam Confeſſariorum, contiguæ quoque aliorum domus, & monaſteria etiam eiuſdem Ordinis: vnde indubitatum eſt monialem violare clauſuram ſi à monaſteria ad aliquem ex huiuſmodi locis accedat.

37 Et nihilominus circa hunc exitum plura conſideranda ſunt, & quidem primo, quod debet eſſe perfectus, & completus, lex enim illa & præcipue cum ſit pœnalis ſolum completum actum, & exitum comprehendit, ideo in ordine ad incurrendas pœnas contra moniales violantes clauſuram per egreſſus pro parte, vt ſi monialis vnum pedem ponat extra ianuam monaſterij, vel ſolum ab illa pro parte exeat, vel ſi muro monaſterij inſidens ad modum æquitantis pro vna parte ſit extra murum Tambur. *diſp.*18. *qu.*1. & *diſp.*19. *q.*4.*num.*1. Palaus *d.p.*9 *num.*24 Donat *q.*24.

38 Conſiderari etiam debet an exitus ſit humanus, vel diabolicus. Nam ſi monialis ſaga permittat ſe deferri extra monaſterium à dœmone Pelizz. *d.cap.*5. *nu.*79. tenet hanc monialem violare clauſuram, etiam ſi ſolum ſupra tectum monaſterij ad notabilem altitudinem eleuetur. Quia aer, qui eſt ſupra tectum non eſt pars monaſterij, aliter aues ſupra tectum volantes dicerentur eſſe in monaſterio, quod patet eſſe falſum. Sed Donat. *q.*29.*num.*4. putat quæſtionem eſſe futilem, & caſum eſſe metaphyſicum non moralem, talemque monialem non de violatione clauſuræ,ſed de receſſu à fide in tribunali ſanctiſſimæ Inquiſitionis puniendam. Sed non eſt tam metaphyſicum, quam morale, quod monialis ſit ſaga, & per artem magicam procuret ſe portari à dœmone. In quo caſu etiam de violatione clauſuræ punienda eſſet ſi à monaſterio egrederetur.

39 Debet etiam attendi an exitus ſit volũtarius, nam non violat clauſuram monialis fatua, aut phrenetica,ſi exeat à clauſura. Tamb. *diſp.*19.*q.*4.*nu.*11. Et in caſibus, in quibus monialis non potuit, nec debuit præuidere ſui exitum à monaſterio, ſi v.gr. exiſtens in oſtio monaſterij vi impellatur extra illud, Donat. *qu.*24. *n.*4.&5.Peliz.*n.d.c.*5.70.vel ſi in ſomnijs non expergefacta exeat.Nec ſi ex leuitate aſcẽdẽs equũ intra monaſterium,ab eo extra portetur contra eius voluntatem,Donat. *q.*30.In his tamen caſibus non excuſaretur monialis ſi potuiſſet,& debuiſſet præuidere ſuum exitum, tunc enim debuiſſet illum impedire, vt citati DD. aſſerunt.

40. Præterea vero inſpici debet, an in hoc dari poſſit paruitas materiæ talis ſcilicet exitus, qui ſit adeo paruus, & minimus, vt non debeat æſtimari. Dari autem in hoc caſu paruitatem materiæ tradunt Sanchez *d. lib.*6. *cap.*16. *n.* 70. Bonac. *q.*1. *de clauſ. p.* 8. Diana *reſol.*52. *de Regul.* & *reſ.* 22. *de paruit. materiæ*. Sed DD. iſti, & alij plures per paruum egreſſum intelligunt egreſſum non completum, ſed imperfectum. Sed quod etiam ſi exitus ſit completus, quia monialis toto corpore exit a monaſterio, quod ad hoc dari poſſit paruitas materię quia v. g. exitus ad duos paſſus, ſit quid minimum ſi fiat ad breuiſſimum tempus, dixerunt Graff. *p.*1.*dec.l.* 4.*cap.* 23. *n.* 25. & *de caſ. reſeru. l.* 1. *cap.* 5. *num.* 45. Naldus *v. clauſ. num.*1. Peijrin. *ad conſt.* 6. Pij Quinti *nu.* 4. Merolla *tit.* 1.*diſp.*1 *cap.*2. *diff.*7. *num.* 502. Pelizz. *d. cap.* 5. *num.*19 Bordon. *controu.* 19.*quæſt.* 3. Sed oppoſitum verum eſt, vt tradunt Sanchez Bonac. & Diana citati Rodriq. *tit.*1. *p.* 49. *art.* 3. Io: de la Crux. *de ſtat. Reg. l.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. Comit. *l.*6. Mor. *q.* 3. Tambur. *diſp.* 19. *quæſt.* 4. *num.*1. Gibelin. *de ſanctim. diſp.* 1. *cap.* 2. §. 17. *conſect.* 2.*num.*23 Lez. *v. clauſ. num.* 7. Donat. *quæſt.* 25. *num.* 2. Paruitas enim materiæ hic non debet accipi vel ex diſtantia à monaſterio, vel ex breuitate temporis, cum Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reg.* prohibuerit exitum etiam ad breue tempus. Nec valet dicere, quod dari poteſt breuiſſimum tempus, quia conſiderari debet perfectio actus, ſcilicet perfectio exitus, in quo militat cauſa finalis prohibitionis illius, cum quilibet exitus etiam ad breuiſſimum tempus poſſit eſſe medium ad impudicitiam, ideo continet perfecte, & plene actum prohibitum.

45. Imo quamuis dictum ſit poſſe admitti paruitatem materiæ ſi exitus ſit imperfectus et pro parte hoc limitandum eſt, vt non procedat, ſi monialis pro maiori parte corporis exeat, vt eſt de mente Tambur. loco citato; & Donat. *d. q.*25. *num.*5. Quia maiori parte corporis exiſtente extra clauſuram, cenſendum eſt illam exiſſe toto exiſſe, cum in tali exitu militet maxime cauſa finalis prohibitionis exitus à clauſura.

42. Vnde etiam dicitur monialem violare clauſuram ſi pendula ſe per funem intra, & extra clauſuram agitet, vt tradunt Don. *q.* 27. & Pelizz. *d. cap.* 5. *num.* 71. Nec refert, quod ait Bordon. *contr.* 19. *quæſt.* 1. Quia nimirum, huiuſmodi motus non ſit aptus ad vagandum, cum ſit aptus ad impudicitiam, ſaltem ad hoc, vt ab amante monialis inſpiciatur, & ex eo tam ipſe, quam ipſa delectationem ſumat. Finis vero huius legis eſt tollere impudicitiæ periculum, & illibatam caſtitatem monialium cuſtodire quod etiam addit Bordon. ſcilicet huiuſmodi motum iocoſum etiam ſi non ſit violatio clauſuræ eſſe peccatum mortale attentis tot circumſtantijs nimirum monialis, generis motus, & ſitus loci, non videtur in quo fundetur. Si enim huiuſmodi motus non eſt violatio clauſuræ iam remanet ex ſe, & ex obiecto indifferens, & niſi ad ſit circumſtantia ſpecialis ſcandali alicuius, aut alia ſimilis, eſt res iocoſa, & ex ſe non mala ſaltem grauiter.

43. Sed nec probari poteſt, quod habet idem Bordon. *d. contr.* 19. *quæſt.* 15. quod ſcilicet

licet monialis portinaria exiens, vt claudat portam magnam, vt aiunt, per vnum aut alterum paſſum non violet clauſuram cum contrarium expreſſe diſpoſuerit Greg. XIII. *conſt. Deo ſacriſ.* 8. §. Nec breuitas diſtantiæ ſuffragatur, quia ex hoc non vitatur periculum alicuius in honeſtatis, cum bene intra vtramque ianuam poſſit reperiri vir, qui monialem dehonoret.

44. Tandem ad maiorem dictorum comprobationem facit, quod decreuit S. Cong. Epiſc. & Regul. 1601. *Città di Caſtello* 12. Martij 46. apud Nicolium *v. clauſura monialium num.* 44 ſcilicet quod liminare ianuæ, valde foras porrectum, debet amoueri, vel extra clauſuram declarari ſi enim non debet permitti liminare quod ſe extendat valde extra ianuam, & debet extra clauſuram declarari, indubitatum eſt multo magis extra clauſuram eſſe locum, qui etiam eſt extra liminare.

45. Quæritur 7. Quibus monialibus interdictum ſit exire à Monaſterio, & ſeruare clauſuram? Reſpondetur vniuerſaliſſimè omnibus monialibus, quæ in Religione approbata à à ſede Apoſtolica tacitè, vel expreſſe profeſſæ ſunt, impoſita fuit, lex clauſuræ, ſiue ſint primę regulæ, ſiue Tertiariæ aut dictæ de pœnitentia, & ſiue chorales, ſiue conuerſæ, & ſiue ante Concilium Trid. ſeruaſſent, ſiue non ſeruaſſent clauſuram, & ſiue ſint moniales ordinum Regularium, ſiue militiarum, etiam S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ dummodo in congregatione viuentes tria ſolemnia, & ſubſtantiale vota emittunt. E contra vero vbi mulieres non ſunt tacitè, vel expreſſe profeſſæ in Religione approbata per trium votorum ſubſtantialiū emiſſionem, etiam ſi viuant in congregatione ſub cura Abbatiſſæ, vel prioriſſæ, & ſic Tertiariæ huiuſmodi aut oblatę ad clauſurā non tenentur. Sicut nec tenentur nouitiæ quę propterea exire poſſunt, vel vt redeant ad ſeculum, vel vt in alio monaſterio recipiantur. Et in omni caſu egredictes à monaſterio non violant legē hanc clauſuræ, quæ ſolis tacitè, vel expreſſe profeſſis clauſuram imponit. Ita habetur ex hac Decretali, & ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.* & ex Pio Quinto *in d. conſt. Circa Paſtoralis, & Decori.* & ita ſentiunt ſine controuerſia DD.

46. Quæritur 8. Quæ ſint cauſæ ob quas moniales cum ſola licentia Ordinarij poſſint exire abſque violatione clauſuræ? Reſpondetur quod in hac Decret. vna ſola cauſa approbatur, ſcilicet ſi aliqua monialis tali ac tanto morbo ægrotet, quod ſit euidens eam non poſſe cum alijs, abſque graui periculo, aut ſcandalo commorari. Sed Concilio Tridentino *dicta ſeſſ. 25. cap.* 5. nullam cauſam ſpecificat, ſed ſolum rationabilem cauſam requirit. At vero Pius Quintus *in d. conſt. Decori* §. 2. tres cauſas exprimit, ſcilicet incendij, leperæ, & epidimiæ.

47. Eſt autem primo circa huiuſmodi cauſas aduertendum eas non ſufficere ad exitum monialium iuſtificandum ſi ſine exitu earum poſſit periculum euitari. Hoc enim fuit in hac decretali expreſſum ibi *quod non poſſet cum alijs abſque graui periculo, ſeu ſcandalo commorari.* Hanc autem decret. confirmarunt Concil. Trid. & Pius V. Ideo ſi imminenti periculo poſſit occurri abſque monialis exitu non poſſit Monialis exire. Sanchez *d. l. 6. c. 15. n. 32.* Rodriq. *to. 3. q. 31. a. 1. & tom. 1. q. 46. art. 4. & q. 47. art. 5.* Bonac. *de d. clauſ. qu. 1. p 9. num.* 1. Palaus *tr. 16. diſp 4 p. 9. num.* 12. Donatus *de clauſ. mon. q. 1. num* 5. Hoc idem vero colligitur ex *conſtit. vbi gratiæ*, Greg. XIII. ibi neceſſitatibus vrgentibus.

48. Prima ergo cauſa approbata à Pio V. eſt incendium monaſterij. Ne dum vero ſi ex hoc immineat morale periculum, & aliter ineuitabile reſpectu totius monaſterij, vt voluit Barboſ. *de off Epiſ. all.* 102. *num.* 24. ſed etiam reſpectu aliquarum, imo vnius ſolius moniales. Sicut enim ſi incendium vnam ſolam partem monaſterij deuaſtet non licet monialibus exire, ſi in alia parte periculum vitare poſſunt, ita ſi contingat vnam monialem eſſe in illa parte vbi viget incendium, nec poſſit ad aliam partem monaſterij tranſire, & in ea ſe ſaluare ipſa vt incendiū fugiat exire poteſt Suarez *t. 4. de relig. tr. 8. l. 1. c. 9. n.* 11. Pelizz. *d. cap. 5 n* 30. Imo in hoc caſu vrgente temporis penuria, monialis ſine licentia Ordin. poteſt exire, vt periculū fugiat Bord. *d. contr. 19. q. 10. in fin.* Addas, quod in hoc caſu non requiritur euidentia periculi ineuitabilis, ſed ſufficiet probabilitas.

49. Ex cauſa infirmitatis lepræ etiam poteſt monialis exire. Quod tamen intelligitur dumodo ſine graui periculo intra clauſuram leproſa curari non poſſit.

50. Pariter infirmitas epidymiæ cauſam iuſtam præbet moniali infirmæ exeundi à monaſterio. Cum vero epidymia multipliciter dicatur, vt pluribus declarant Rodriquez *p. p. q. 49. a. 4. &* Sanchez *d. l. 6. cap. 15. num.* 34. hic ſermonem eſſe epidymia large accepta, ita vt etiam ex ſimplici epidymia licet non ſit vera peſtis, & ſic ex quolibet morbo contagioſo poſſit moniali concedi ab ordinario licentia exeundi à clauſura, tradiderunt Rodriquez & Sanchez citati, Miranda de ſacris monialibus *qu. 3. art.* 5. Portell. *v. clauſ. num.* 18. Io: de la Crux *de ſtat. regul l. 1. cap. 5. dub:* 2. Suarez *d. l. 1. cap. 9. num.* 2. Palaus *d. cap. 9. numer.* 12. Tambur. *diſp.* 20. *q. p. & inclinat* Diana *p. 2. tract. 15. reſol.* 23. Mouentur vero DD. iſti primo ex hac Decret. cum etiam epidymia ſimplex ſit morbus qui eſt contagioſus, & non poteſt in monaſterio curari ſine graui periculo aliarum monialium. Secundo quia Pius Quintus adiunxit lepram, quæ nihil peſtis, habet, ſed ſolum infectionis aliarū monialium, ſignum igitur eſt, quod Pius Quintus per epidymiam intellexit morbum ex quo aliæ moniales infici poſſunt. Tertio quia cum nomen epidymiæ ſit genericum, & hæc conſtitutio de clauſura ſit rigidiſſima, & aſperima, & pœnalis, nimis durum eſt velle reſtringere epidyminam ad ſolā illam ſpeciem, quæ ſit peſtis. Quarto quia aliter Pius Quintus nimis reſtringeret hanc decretalem, illamque corrigeret, ſi denegaret exitum ex morbo contagioſo, qui non ſit lepra, vel peſtis, cum huius decret. diſpoſitio ad omnē morbum contagioſum, ſe extendat, & ipſam confirmauerit nedū Conc. Trid. ſed ipſe Pius V.

51. Sed oppoſitum ſentiunt Rodr. retractans ſe ipſum *tom. 3. ſum. cap. 96. num.* 2. quem

refert, & ſequitur Donat. *de clauſ. monial. q. 3.* Nicolius *v. Clauſura n.47.* & hanc ſententiam in praxi ſequendam eſſe, ſi vera ſit declaratio S.Cong.Conc. de qua infra, dixit Lezana *p.1. c.25.n.20.* Fundatur vero hæc opinio in quadam declarat. S.Cong.Conc. de qua mentionem faciunt Diana, & Tambur. citati, eamque refert Barboſa *de off. Epiſc. alleg.* 102. *num.24.* ſub his verbis. *Sacra Congreg. Cardinalium Concilij Trident. interpretum ſupradicta opinionum varietate, ſingularumque rationibus diligenter perpenſis declinauit in ſententiam Doctoris Ludouici de la Valle medici Cameræ Hiſpaniarum Regis, cuius in reſponſo à ſe edito zelum & prudentiam in aſſequenda Sanctæ mem. Pij V. mente plurimum in Domino commendauit eiuſdem Pij V. Conſtitutionem de clauſura Monialium loquentem nomine epidimiæ eam tantum epidimiam intelligere, quæ eſt vera, & realis peſtis, itaut ob alias infirmitates huic aliquo pacto conſimiles, ſed tamen benigniores, etiam ſi epidimia nuncupentur, nullo pacto monialibus profeſſis ex monaſterio exire liceat, atque hoc decretum ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruari mandauit.*

52\. Sed & Nicolius *d. n.47.* tanquam deciſum à *S.Congreg. Epiſc. & Regul.* refert, quod non datur licentia moniali exeundi ad Balnea, vel mutandum aerem propter quamcumque infirmitatem extra caſus contentos in Bulla Pij V. incendij, lepræ, & epidymiæ licet morbus eſſet alias contagioſus 1594. *Carmelit.* 20. *ſeptemb.* 305. *Hiſpaniæ* 8. *Nouemb.* 353. 1602. *Carmelit.* 12. *Martij* 15. 8. *Maij* 26. 1603. *Neap.* 27. *Maij* 40. Et hæc ſententia eſt vera, quia extra infirmitatem lepræ ſola peſtis propriè dicta facit, vt infirma non poſſit ſalua aliarum monialium incolumitate curari intra monaſterium. Quia enim peſtis habet cauſam vniuerſalem proximam, quæ eſt aeris infectio, & remotam, quæ conſiſtit in Cœlorum peſſimo influxu, ideo tempore peſtis etiam moniales ſanæ ex his cauſis ſunt diſpoſitæ, vt de facili venenum monialis infirmæ alijs communicetur, & ab illis recipiatur. Sed extra tempus peſtis difficile eſt, vt contagium locum habeat; Et experientia conſtat, quod ipſi morbi peſtilentiales, vt ſunt inſpetigines, bubones, parotides, & alij morbi ſi ſimiles de facili abſque aliorum contagio curantur, quia deeſt cauſa vniuerſalis, & communis diſponens ad recipiendum infirmorum venenum. Extra tempus peſtis propterea moraliter loquendo non eſt magnum periculum infectionis, ſed ſi monialis aliquo morbo alias peſtilentiali, ſeu contagioſo laboret poteſt de facili abſque aliarum monialium periculo curari intra monaſterium, & ſic ceſſat ratio exitus. Ideo non eſt dicendum quod Pius V. limitauerit, aut correxerit hanc decretalem, ſed illam declarauit, quia ſcilicet caſus huius decretalis, qui eſt, vt monialis poſsit exire ſi laboret tali morbo, qui ſine graui damno, & periculo non poſsit in monaſterio curari, non habet locum niſi in lepra, vel epidymia quæ ſit vera peſtis; quoniam in alijs morbis etiam alias contagioſis periculum contagij eſt leue, & cui de facili poteſt occurri.

53\. Ideo dicendum quoque eſt, quod morbus gallicus, vel alius quicumque ſimilis non præbet cauſam ſufficientem ad exitum, quia facillime infirma tali morbo poteſt curari abſque aliarum periculo; quia contagium huius morbi non niſi ex maxima familiaritate, & coniunctione cum infirma contrahi poteſt.

54\. Quod vero ex Guuanto *v. Monialium clauſura num.7.* adducatur in contrarium declaratio *S.Cong. Epiſ. & Regul.* non debet nos mouere, cum conſtet de contraria declaratione dictæ *S.Cong.* ſæpius repetita, de qua mihi conſtat etiam aliunde quam ex Nicolio ſupra citato.

35\. Quæritur nono, an diſpoſitio Pij V. admittentis exitum Monialis in cauſa incendij, lepræ, & epidymiæ extendi poſſit ad alios ſimiles, vel etiam vrgentiores. Affirmant Sanchez *d l.6. cap.15. num.37.* Nauar. *com.4. de Regul. num.48.* Rodriq. *tom.1. q. 49. ar.3.* Suarez. *d.l.1. cap.9. num.3.* Io: de la Crux *de ſtat. Regul. l.1. d.4. concl.2.* Graſſ. *p.1. dec. l.4. cap.23. nu.17.* Bonac. *q.1. p.3. in fin.* Diana *p. 2. tr.15. res 23. & p.5. tr.3. reſ. 137.* Merolla *tom.2. diſp.4 & 9.* Barboſa *d. alleg. 102. num.10.* Doratus de Clauſ. Monial. *q.2.* Pelizz. *d.1. q. art. 5.* Palaus *d. p. 9. num.13.* Multis vero DD. iſti ſuam ſententiam probant adducentes plures caſus in quibus admittitur extenſio ratione ſimilitudinis. Sed hoc modo non niſi incertum, ex incerto probant. Quod vero lex ad caſus non expreſſos, ſeu non contentos ſub verbis legis, non poſſit extendi ex ſola generica, vel ſpecifica ſimilitudine rationis legis, probaui *tract. de elect. cap.5. q.2. per totam. Et ſup. in hoc 6. cap. Diſpendia, de reſcript. q.1. a.1.* Quod in propoſito eo eſt verius, quia nec adeſt ſimilitudo, ſi res benè penſetur. Et quod lex iſta Clauſuræ, & facultas exeundi à Monaſterio in præfatis caſibus conceſſa non debeat ad alios caſus extendi etiam ratione ſimilitudinis docuerunt Caſa rub. *v. clauſ. Monial. nu.5.* Terola *in praxi Epiſ. p.1. v. Moniales* §.16. *& p.2. eod. v. i fin.* vbi dicit hoc declaraſſe S.Cong. quod etiam refert addit. ad Nauar. *conſ.10. in fin. de Regul.* Fuſcus *de viſit. l.2, cap.18. num.17.* Cacheran. *conſ 22. num.7.* Bull. *in Oecon. Canon. claſſe 3. cap.4. nu.10.* Gutier. *canon. l.1. cap.14.* per totam. Cened. *ad ſextum collect. 31. num.2.* Ricc. *in praxi for. Eccl. dec.545. in p. edit. & reſol. 541. in 2. edit.* Miranda *de ſacr. Monial. q.3* Et ab ea non eſſe recidendum dixit Campanil. *rub.12. cap.10. n.22.* Quæ ſententia etiam magis confirmatur ponderando caſus in quibus dicitur huiuſmodi facultatem poſſe extendi.

56\. Primus caſus eſt Monialis infirmæ tali infirmitate, vt certo ſit moritura niſi exeat, & extra monaſterium curetur, In hoc enim caſu poſſe moniali concedi facultatem exeundi dixerunt Suarez *d.l.1. cap.9. n. 9.* Nauar. *com. 4. de Regul. num.49.* Azor. *p.1 lib.13. cap.8. q.1.* Io: de la Crux *l.1. de ſtat. Regul. cap.5. d.4 concl. 2.* Llamas *in Methodo curationis in Append.* §.10. Penna *l.1. C. de comment l. 12.* Peyrin. *t.2. ad conſtit.6. Pij V. num.24.* Nouar. *in lucern. Regul. v. Clauſura* Graſſ. *deciſ. p.1. par. lib.4 cap 23. nu.*

17.Diana

Digitized by Google

17. Diana *p.2. tr.15.reſ. 23. & 3 p.tr.2. de dub. Regal. reſol.*105. *& p.5.tr.3. reſol.*137. Et hoc idem probabile putat Palaus *d.p.6.num.*15. Mouentur iſti DD. ex eo, quod defenſio propriæ vitæ ſit de iure naturali, quæ nulli eſt tollenda. *Clem.Paſtoralis* §. *Cæterum, de re iudic.* Secundo quia leges humanæ non obligant cum graui periculo mortis. Tertio quia non eſt credibile Pontifices cum tanto diſpendio voluiſſe Moniales ad clauſuram obligare. Quarto quia quod charitate inductum eſt, non debet contra illam retorqueri, ex charitate autem clauſura inducta fuit.

57. Sed certè ſi huiuſmodi rationes concluderent, quotidie exirent moniales, quia non deeſſent Medici, qui dicerent moniales non poſſe in monaſterio curari. Et alias vbi monaſteria ſunt ſita in malo ſitu & ſanitati contrario, exire poſſent moniales de facili vt malam conſtitutionem aeris fugerent. Sciendum igitur eſt, quod moniales vſque ad mortem profitentur regulam, & libere ſe ſubijciunt, etiam cauſis mortis, quæ ſunt naturales, vnde licet vita regularis ex ſua aſperitate cauſet quamplures infirmitates, & ſæpiſſimè mortem acceleret tam Religioſis, quam monialibus, omnibus iſtis religioſi libere ſe ſubmittunt, & proprio iuri, & libertati cedunt. Et propterea tam Bonif. 8. in hac *decret.* quam Pius V. conſulere voluerunt bono communi monialium, nō tamen bono priuato infirmarum, quia in hac parte ex libera aſſumptione Religioſi ſtatus, moniales proprio bono cedunt, Et ideo quod non liceat monialibus exire à monaſterio niſi in triplici caſu expreſſo à Pio V. declarauit S. Cong. ſcribens ad Nuncium Hiſpaniæ, vt refert Lezana *v. clauſura*, *num.*15. & Barboſa in *ſumm. Apoſt. v. Moniales* quantum ad egreſſum, per ſequentia verba, *Monialibus*.

58. Declaratio autem illa, quam refert Suarez *d.c.9.n.3.* non facit in contrarium, quia imo illa fuit diſpenſatio ſpecialis, & conceſſio facta ab Apoſtolica ſede, vnde ex ea magis probatur, quod id ſine tali conceſſione fieri non poteſt. Ideo quod moniales infirma, non poſſit ſine licentia Papæ intuitu propriæ infirmitatis periculoſæ exire à monaſterio docuerunt Caſarub. *v Clauſ.Monial.* & ibi Corduba. Rodriq. *tom.1.p.49.a.3.* Miranda *de Monia..q.3. a.4.* Ricc.*p.p.praxis dec.*545. *in p.edit. & reſol.* 541. *in 2. edit. & p 4. reſ.*293. Eminentiſſ. Bellar. *ad cap.5. ſeſſ.* 25. Concil. Trident. Cened. *in collect. cap. vn. de ſtat. Regul. in hoc lib.* Portell. *v.Clauſ.Monaſt. num.*23. Gutier. *Canon. l.1.c.14. num.7.* Sanchez *d.l.6. cap.15.num.*39. Bonae. *q. 1.p.9.num.*18. Batt. *d.all.* 102. *num.*21. *& ad c. 5. ſeſſ.* 25. Concil. Trid. *num.*29. Io: Anton. Nauar. *2.p. ſum. Bull. tit.de clauſ. num. 6.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum in *Curia Archiep. Neapol. anno* 1633. Merolla *t. 2.d.4. cap.9. corall. 2. num.* 144. Gibalin. *de clauſ. ſanctimon. diſp.1. cap.6.* §.6. *conſect.2. num* 46. Lez. *part.1.cap.25. nu.*20. *& v. clauſ. num.*13. Tambur. *diſp.20.q.4.* Donatus *q.4.* Peliz. *d.c.5. num.* 33. Et hanc ſententiam probabiliorem eſſe docet etiam Diana *p.5.t.3.reſ.*137.

59. Ad primum in oppoſitum dicitur non procedere vbi quis defenſioni naturali ceſſit, & voluntariè ſtatum elegit, cui defenſio non competit. Quamuis in hoc caſu aliud etiam conſiderari debet, quod ſit incertiſſimum an egreſſus iuuare poſſit, & potius mutatio poſſit eſſe periculoſa. Et ita ad ſecundum dicitur, ſuppoſita electione ſtatus, & boni communis monialium exigentia potuiſſe, & poſſe Pontifices hunc exitum prohibere non obſtante bono priuato huius, vel alterius monialis. Et per hæc patet reſponſio ad tertium & quartum.

60. Hinc contra Rodriq. *d. q. 49. a. 2.* & Hier. Rodriq. *reſol. 26. nu.* 51. dicitur, quod etiam ſi monaſterium ſit in deſerto, & monialis ex voto ad clauſuram non teneatur, & monialis ſit anus, & non vulgaris auctoritatis, quia fuit Abbatiſſa, vel Prioriſſa, adhuc intuitu propriæ, & periculoſæ infirmitatis non poteſt de licentia ſolius Ordinarij exire. Nam in hoc egreſſu non militat niſi priuata vtilitas monialis, & hic caſus neque eſt ſimilis caſibus expreſſis à Pio V. & ſi adeſſet ſimilitudo adhuc id non liceret, cum caſus iſte ſit alius & valde diuerſus à caſibus præfatis in Conſtit. Pij V. expreſſis, & ideo hanc partem tenent Sanchez *d.l.6.c.15.n.41.* Tambur. *d.*20.*q.5.* Miranda *d. q.3.a.2.concl.2.* Donat. *q.4.n.23.*

61. In hoc autem caſu integrum eſſe Generalibus, aut Viſitatoribus non punire Prouincialem, qui dederit moniali licentiam exeundi, dixit Rodriq. *d.q.49.a.3.in fin.* quod approbat Sanchez *d.cap.15.num.42.* & Giball. *vbi ſup.* Sed Donatus *d.q.4.num.*24. dicit de hoc eſſe cogitandum præcipuè quantum ad forum fori. & attenta Conſtit. *Inſcrutabili* Greg. XV. *de exempt.priuileg.* Sed & in vlterius inſpici debet, quod iam non licet Regularibus Prælatis concedere licentiam hanc niſi ſimul adſit iudicium ordinarij cauſam approbantis, vt infra in hoc *cap.5.probatur*.

62. Secundus caſus plures continet, & reſpicit vtilitatem ſpiritualem, nimirum, vt monialis aliqua fiat Abbatiſſa in alio monaſterio, vel vt fundet aliud monaſteriū, vel vt aliud monaſterium reformet, vel cauſa correctionis, vel ſi monialis ſit incorrigibilis. Quod enim poſſit de licentia ordinarij egredi monialis vt fiat Abbatiſſa in alio monaſterio, voluit Gloſſ. hic in *v. perpetua*, Io. And. *n.5.* Dom. *n.11.* Franc. *in fin.* Syl. *v. religio 7. q.16. dicto 2.* Nauar. *conſ. de ſtat. Monach. num.3. & com.4. de Regul. num.* 48. *not.4.* Caſarub. *v. Clauſura Monialium caſu.3.* Gutier. *Canon. lib.1. cap.14. num.*10. *&* 11. Rodriq. *tom. 1. q.49. a.1. coroll.* 1. Sanchez *d.l.6. c.* 15. *n.*45. Suarez *d.l.1. cap.9. num.5.* Peliz. *d. cap.* 5. *n.*46. Et ducuntur ex ſimilitudine rationis, quia hic caſus concernit vtilitatem communem monaſterij. Et quia poteſt eligi Abbatiſſa ex alio monaſterio eiuſdem ordinis, vt deffiniuit Concil. Trid. *ſeſſ.25.cap.7.* Sed aliud eſt, quod monialis vnius monaſterij poſſit eligi in Abbatiſſam alterius monaſterij eiuſdem ordinis, ſi in eo monaſterio non ſit monialis habens ætatem, & requiſita ad Abbatiſſam in terminis *d. cap.7. ſeſſ.25. de Regul.* Aliud eſt, quod hoc fieri poſſit inconſulta ſede Apoſtolica. Pri-

mum eſt verum, non vero ſecundnm, vt probaui *tract. de elect. cap.40. num.66.* Et hoc ex decreto Pauli V. publicato die 22. Decembris, & Procuratoribus Generalibus Regularium intimato, de quo Caſtell. *de elect. cap.17.num.5.* Diana *p.3. tr.2. reſol.99.* Nicol. *v. Moniales num.19.* Ex quo magis apparet quod huiuſmodi à ſede Apoſtolica non ſunt approbatæ.

63. Et ex his omnino etiam reijcitur, quod ex Rodriq. & Catarub. addidit Sanchez *d. c. 15. num. 46.* ſcilicet quod poſſit monialis vnius monaſterij exire vt in alio fiat Magiſtra nouitiarum, vel vt præficiatur muneri ad commune totius monaſterii bonum valde neceſſario, vt eſt cuſtodia portæ, vel Rotæ. Hoc enim non habet in iure fundamentum, & multo magis reijci debet, quod nec vt ſit Abbatiſſa poteſt ſine licentia Apoſtolica ad aliud Monaſterium tranſire.

64. Quod vero cauſa fundationis noui Monaſterij, vel reformationis alterius monaſterij eiuſdem Ordinis, vel cauſa correctionis alicuius monialis, quæ in proprio monaſterio corrigi non poteſt, plures etiam docuerunt, ſcilicet Nauar. Com. 4. *de Regul. numer.* 48. *&* *conſ.* 57. *de Regul.* Rodriq. *d. q.* 49. *ar.* 5. Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 46. Portell. *v. clauſ.* Mon. *num.* 20. *&* 21. Pro hac ſententia vero Barboſa *d. alleg.*102.*num.* 25. refert Diana *part.* 3. *tr.* 2. *de dub.regul. reſ.*99. *&* 127. *Caſtell. de elect.c.*17. *num.* 6. Ganant. *v. Clauſura Monialium num.*14. qui expreſſe tenent oppoſitum, ſicut oppoſitum tenet Tambur. *diſp.* 21. *quæſt.* 3. Et ita tenent etiam Lezana *p.* 1. *cap.* 25. *nu.*20. Bonac.*par.*9. *num.* 10. Donat. *qu.* 17. Et ita omnino dicendum eſt ex præfato decreto Pauli V. prohibentis translationem monialium de vno ad aliud monaſterium ex quacumque occaſione, etiam occaſione Prioratus, vel alterius officij ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ toties quoties obtinenda.

65. Hinc eſt, quod (quidquid in contrarium dixerint Sanchez *d. c.* 15. *num.* 53. Palaus *d. p.* 9. *num.* 17. Barboſa *all.* 102. *num.* 27. Rodriq. *d. qu.* 49. *art.*5. Miranda de Sacr. Monial. *qu.* 3. *numer.*3. Bonac. *d. qu.* 1. *p.* 9. *numer.* 8.) nec poteſt totum monaſterium monialium transferri ad aliud nouum ædificatum ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, prout declarauit Sacræ Cong. in vna Barcinonen. anno 1615. 10. April. apud Donat. in Lucern. Reg. v. tranſlatio, Barboſa *in ſumma Apoſt. v. Monialium. translatio, num.* 7. Monat. *quæſt.* 17. *numer.* 17 Et pariter quod Ordinarij non poſſint moniales transferre in monaſteria recenter erecta pro nouitiarum introducendarum inſtitutione, niſi obtenta licentia à Pontifice, vel S. Cong. declarauit eadem S. Cong. Epiſ. & Regul. in Torto nen. 27. Maij 1603. apud Lezanam *p.* 3. *v. clauſura num.* 17. *&* Barboſa *vbi ſup. numer* 2. Nec eſt vnde Ordinarii ſe fundent in decreto Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *de Regul.* Nam facultas, quæ in transferendis monialibus ad noua vel alia monaſteria ipſis competebat vel ex iure communi vel ex Concil. Trid. eis ablata fuit per conſt. Decori. Pij Quinti, vt declarauit S. Cong. Epiſ. & Regul. 30. Maij 1631. apud Nicolium *v. Moniales, num.* 29.

66. Et circa huiuſmodi translationes nonnulla aduertenda ſunt. Primò ſcilicet, quod noua monaſteria debent eſſe erecta authoritate Apoſtolica, & antequam in eis introducantur moniales debent viſitari, & conſtare ea eſſe accomodata monialium habitationi & ita abſoluta, vt Artificibus nulla remaneat vlterius ingrediendi neceſſitas vt declarauit S.Cong.Epiſ. & Reg.17.Iulij anno 1615.apud Lezanã *d.n.*17. & Barboſ. *vbi ſup. num.*2. Habita vero facultate translationis faciendæ moniales in autora, vt à paucis videantur transferri debent, & ab honeſtis viris & proximioribus conſanguineis deduci S. Cong. Concil. apud Lozanam *v. clauſ. num.* 18. *&* Barb. *vbi ſup num.*18. Non debent vero moniales transferri in monaſteria adeo diſtantia, vt neceſſe ſit nauigare, vel longum iter peragere S.Cong.Epiſ. & Regul 1602.Carmelit. Deſcalceat. 29. Maij 65. apud Nicolium *v. Moniales num.* 22. Nec pro regimine aliarum Religionum debent transferri niſi duæ moniales regulariter 1603. Mazzar. 23. Iul. 37. & transferendæ debent eſſe eiuſdem Ordinis 1603. Panorm. 19. Aug. 64. Nec poſſunt cogi ad id, ſed ſolum hortari 1604. Bar. 8. Nouem. 74. Et ita vt primum monaſterium non remaneat ſine regimine 1603. Capacc. 23. Iul. 55. Ita ex eodem Nicolio *numer.* 23. 24. 25. & 27. Quando autem vna monialis ad alium transfertur relinquit dotem primo, & ſoluit nouam dotem ſecundo, 1603. Meſſin. 29. April. 33. Nicol. *vbi ſup. num.* 20.

67. Hinc quoque ſequitur non poſſe moniales exire, vel ſcilicet Abbatiſſam, vt viſitet filiales, & ſibi ſubditas Eccleſias, vt ex Archid. & Io: And. notant Anchar. *not.* 3. Dom. *nu.* 7. Vel Abbatiſſam & alias moniales ad viſitandos conſanguineos etiam infirmos, vel ad ſubueniendum neceſſitati parentum, aut conſanguineorum, nec vt curam habeant Nepotum, nec ex alia ſimili cauſa S. Cong. Concilij apud Lezanam *par.* 3. *v. clauſura, num.* 12. Barboſ. *in ſum. Apoſt. v. Monialium clauſ. quoad egreſſum num.* 4 Donat. *qu.* 1. *num.*7. Sed & expreſſe huiuſmodi egreſſus eſt prohibitus à Pio V. in *d. conſt. Decori*.

68. An autem titulo incorrigibilitatis poſſit monialis eijci ab vno monaſterio, & transferri ad aliud. Sanchez *l.* 6. *in Decal. cap.* 9. *num.* 6. dicit quod in rigore monialis poteſt eijci à monaſterio vt incorrigibilis, ſi in nullo monaſterio poteſt corrigi; quamuis addat, quod ipſe id non faceret inconſulto Romano Pontifice vel Nuncio. Et Bord. *contr.* 19. *q.*13. *in fin.* refert (nec reijcit) Barboſ. *in cap.* 5. *Concil. Trid. ſeſſ.*25. *num.*37. dicentem deciſum eſſe monialem omnino incorrigibilem cuius emendatio in nullo ſperatur monaſterio eijci poſſe ſicut eijciuntur viri profeſſi ſed Barboſa *num.* 37. dicti loci nihil de hoc habet, oppoſitum vero docet expreſſe *num.* 33. Ceterum quod ſaltem ratione incorrigibilitatis poſſit monialis de proprio monaſterio transferri in aliud docuerunt Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 47. Miranda de Monial. *q.* 3. *art.* 2. Bonac. *qu.* 1. *par.*9.*num.*16. Palaus *tr.*16. *diſp.*4. *par.*9. *nu.*17.

Barboſa

Barboſa *ad cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul. numer. 32.* Tambur. *diſp. 21. quæſt. 3.* Bordon. *d. contr. 19. quæſt. 13.* Et addit Barboſa quod Ordinarij, & ſuperiores Regulares de vno Monaſterio in aliud transferre poſſunt moniales ſibi ſubiectas ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati, & ex Sell. *art. ita fuiſſe deciſum per S.Congr.Epiſ. & Regul. 16. May 1603.* Monet vero Bordon. quod in hoc requiritur conſenſus Abbatiſſæ, & monialium ſecundi monaſterij; quia in caſu ſeditionis, & incorrigibilitatis poſſunt contradicere, cum iuſte timere poſſint ſibi præiudicium, & damnum. Sed hæc omnia nunc non verificantur. Et quidem quod moniales ratione incorrigibilitatis non poſſint ſimpliciter eijci à Religione eſt certum, vt ex DD. quos retuli *tom. 3. de ſtat. q. 189. art. 8. num. 663.* Et etiam ex decreto S. Cong. 27. Maij 1603. ſed quod neque ex cauſis huiuſmodi ſeditionis, incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati poſſint moniales ad aliud monaſterium transferri, habetur à S. Cong. deciſum ſub die 17. Maij 1603. ſub his verbis. *Monialem nullam ſibi ſubiectam ex vno monaſterio ad aliud tranſmittere poſſunt locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares etiam ex cauſa ſeditionis, incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati.* Quam deciſionem referunt Barboſa *in ſum. v. Monialium tranſlatio*, Tambur. *diſp. 21. quæſt. 3.* Et ſic neq; admitti debet, quod habent Sanchez *d. num.* 47. & Palaus *d. par. 9. num.* 17. ſcilicet quod vbi Monialis debet puniri pœna intruſionis, vt de moniali ſimoniace recepta dicitur, *cap. Quoniam, de ſimonia*, quod tunc poſſit in aliud monaſterium retrudi. Hoc enim & alia ſimilia correcta ſunt per Conſtit. Decori Pij Quinti. Et moniales criminoſæ intra proprium monaſterium corrigi debent, & ſi opus in carceribus detineri. Et ſic ex huiuſmodi S. Cong. decretis ſemper magis eſt manifeſtum, quod non approbatur extenſio egreſſus monialium à monaſterio ad caſus, quos dicunt ſimiles (qui nec veriſimiles ſunt) ſed quod ſtandũ eſt d. Conſtit. vt inconſulta ſede Apoſtolica non ſit licitus huiuſmodi egreſſus niſi cauſa incendij, Lepræ & Epidymiæ.

69. Eſt vero etiam certum, quod nec Abbatiſſa, nec moniales poſſunt exire extrinſecus vt videant ædificium monaſterij, & an artifices bene vel male ædificent, Sanchez *d. c. 15. n.* 52. Tambur. *diſp. 19. qu. 4. num.* 14. Barboſa *d. alleg.* 102. *num.* 21. Bonac. *d. p. 9. nu.* 3. Donat. *qu. 1. num. 6.*

70. Sed nunquid ſaltem moniales de licentia Ordinarij poſſunt exire vt tranſeant ad arctiorem Religionem Affirmant plures maximè & *cap. Virgines 20. qu. 4. & ex cap. licet, de Regul.* Quod enim facultas tranſeundi ad arctionem non fuerit ſublata per hanc decretalem notat Gloſſ. *in verb. perpetua.* Et propterea id fieri poſſe tenuerunt Archid *num.* 1. Dom. *n.* 15. Panorm. *cap. fin. de ſtat.* Monach. Sylu. *religio 4. qu. 16. dicto* 6. Et quod hodie etiam non obſtante Concil. Trid. & Conſtit. Pij V. Decori id liceat, dixerunt Sanchez *l. 6. in Decal. c. 7. num.* 11. & apud eum Mandoſ. Tapia, & Zerela, Rodriq. *tom. 3. qu. 52. art. 6.* Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp. 21. qu.* 1. Barb. *d. alleg.* 102. *nu.* 27. *& ad hunc text num.* 18. Et apud eum Barth. à S. Fauſto. Bonac. *de clauſ. qu. 1. par. 3. à nu.* 11. Bordon. *contr. 19. qu.* 12. Pelizz. *d. cap. 5. nu.* 14. Sed veritas eſt, quod huiuſmodi facultas reuocata fuit à Pio V. in dicta Conſtit. Decori, & ita ſępius declaraſſe S.Cong. Concilij, & Sacr. Congreg. Epiſc. & Regul. refert R.P.D. Fagn. *d. cap. licet num. fin. & cap. Recolentes num.* 48. *de ſtat. Monach.* Et in ſpecie hoc fuiſſe declaratum à S. Gong. Epiſ. & Regul. in vna Naſſeten. 26. Ianuarij 1615. & in vna Redonen. 31. Ianuar. 1617. referunt Barboſ. *l. 1. de iure Eccleſ. cap. 44. num.* 76. Donat. *de clauſ. qu.* 18. Et certe vt patet ex probatis à me *tom. 3. de ſtat. qu. 189. ar. 8. à num.* 53. per Sedem Apoſtolicam toties fuit prohibitus tranſitus ad arctiorem inconſulta Sede Apoſtolica, vel licentia non obtenta, vt licet huiuſmodi prohibitiones emanauerint pro particularibus Ordinib. nihilominus colligi debeat, quod Sedes Apoſtolica iudicauerit hunc tranſitum eſſe dignum examine eiuſdem Sanctæ Sedis, maximè in monialibus quæ in hoc facilius errare & decipi poſſunt. Vnde cum Pius Quintus exitum monialium à monaſterio prohibuerit ex quacumque cauſa, exceptis caſibus incendij, Lepræ & Epidymiæ, merito indicatum eſt & declaratum, quod ſit excluſus etiam exitus ratione tranſitus ad arctiorem, qui ob ſui grauitatem merito iudicium Apoſtolicæ Sedis requirit.

71. Et ideo S. Congregatio non niſi cum maxima circumſpectione hunc tranſitum concedit Monialibus, & vt referunt citati DD. Fagnan. Barb. & Donatus non illum concedit, niſi ſub his conditionibus, ſcilicet licentia ſuperiorum monaſterij, & monialium transferendarum aſſenſus. ſecundo, vt prius adſit conſenſus Monaſteriorum ad quæ moniales tranſire volunt, & ab eis fuerunt capitulariter receptæ. Tertio vt dotem dari ſolitam eiſdem Monaſterijs perſoluant. Quarto vt tranſitus fiat comitantibus honeſtis matronis, ſi fieri poteſt, conſanguineis, vel alijs pijs, & honeſtis perſonis. Quinto quod ab vno ad aliud Monaſteriũ rheda clauſa, vel ſaltem earumdem Monialium otis parte velata, & ea modeſtia, qua ſponſa Chriſti decet, & tranſitus fiat via recta, ſine diuerticulo. Sexto vt nullibi pernoctent, niſi hoſpitij cauſa apud honeſtas perſonas, vel vbi monaſteria monialium inuenerint apud moniales, quas de licentia Ordinarij beneuolas inuenerint receptrices. Septimo ita vt ſpes omnis redeundi ad primum monaſterium penitus cenſeatur ablata.

72. Quæritur 10. an prædictis non obſtantibus dentur caſus præter tres exceptos à Pio Quinto, in quibus auctoritate Ordinariorum, ſeu ſuperiorum moniales poſſint exire à monaſterio? Reſpondetur dari aliquos, non quia ex rationis ſimilitudine cenſeantur comprehenſi inter caſus exceptos, ſed quia ex ſpeciali ratione cenſendi ſunt non comprehenſi in d. motu proprio.

73. Primus caſus eſt, qui continetur in hac decretali infra §. Verum nimirum, ſi ex pacto infeudationis ſibi factæ à Principe laico,

Ab-

Digitized by Google

Abbatiſſa tenetur ad præſtandum perſonaliter iuramentum fidelitatis. Hic enim caſus, in lege Pij V. non eſt comprehenſus, & prohibitus non præciſe, quia ſit in iure expreſſe permiſſus, ſed quia ſi eſſet prohibitus præiudicaretur iuri Principis laici, & pacto, & inſtrumento infeudationis. At vero Pontifices non præiudicant iuri tertij, niſi id exprimant. Et nihilominus ſi Dominus, qui feudum Monaſterio conceſſit eſſet Eccleſiaſticus, Abbatiſſa nec deberet, nec poſſet exire à monaſterio, vt præſtaret perſonaliter hoc iuramentum, vt notat Gloſſ. *in v. temporali*, ſicut neque ad id teneretur, nec poſſet, ſi ex infeudationis inſtrumento ſufficeret præſtare iuramentum per Procuratorem, vel Dominus contentus eſſet admittere iuramentũ à Procuratore præſtitutum, Franc. §. *Rerum not 2. num.* 2. Sic igitur vbi iuramentum fidelitatis Domino feudi ſit præſtandum perſonaliter, poterit Abbatiſſa exire ſumptis ſecum duabus vel pluribus ex antiquioribus monialibus & ſuo Capellano & honeſtis viris, vt illud præſtet, ſtatim reditura ad monaſterium. Syluеſ. *v. Religio* 7. *q.*16. Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 51. Palaus *d. p.*9. *num.* 17. Bonac. *q.* 1. *p.* 9. *nu.* 9. Pelizz. *c.* 5. *num.* 63. Bord. *contr.* 19. *q.* 10. Suarez *cap.*9. *num.*5. Donat. *q.*15. Barboſ. *in cap.* 5. *ſeſſ.*25. Concil. Trid. *num.* 27. Aduertunt vero Silues, Sanchez, & alij in hoc caſu neceſſariam eſſe licentiam ſuperioris, ſi tamen iniuſtè negatur, & iniuſtitia ſit manifeſta & non dubia poterit Abbatiſſa licentia petita, & non obtenta exire.

74. Secundus caſus plures eiuſdem conditionis continens eſt grauis violentia externa, quæ ſit ineuitabilis alio medio, quam per exitum à monaſterio. Continet vero hic caſus duas cõditiones ex quibus omnino dici debeat hunc caſum non eſſe comprehenſum, & prohibitum per motum Pij V. Primum eſt extrema, & ineuitabilis neceſſitas defendendi propriam vitam, aut pudicitiam contra violentum inuaſorem; ſecundum, eſt impoſſibilitas recurrendi in tempore neceſſario, ad Sedem Apoſtolicã. Quia igitur extrema neceſſitas legem non habet, nec ſub lege cadit, ideo merito dicitur exitum in hoc caſu non eſſe reſeruatum iudicio Sedis Apoſtolicæ, ſed eſſe relictum diſpoſitioni ſuperiorum proximorum. Quia imo nec horum licentia eſt neceſſaria, ſi neceſſitas vrgeat, nec admittat tempus petendi à ſuperiore licentiam.

75. Hinc eſt primo, quod ſi immineat bellum ab hæreticis, vel infidelibus, imo etiam à Chriſtianis talibus, quod poſſit, & debeat timeri præiudicium monialium in vita, vel pudicitia, & honore, nedum poteſt Epiſcopus, ſe debet prouidere monialium periculo, & in loco honeſto, & tuto eas collocare. Etſi repentina ſit monaſterij aggreſſio poterunt moniales ipſæ fugere omni meliori modo & ſe defendere Nauar. *conſ.* 4. *de regul. num.*48 Gutier. *Canon. l.*1. *cap.*14. *num.* 9. Cenedo *Collect.*31. *ad hunc textum num.*2. Azor. *p.*1. *l.*13. *c.*8. *q.*3. *ad fin.* Sanchez *d.c.*15. *nu.*44. Palaus *d. p.* 9. *num.* 13. Bord. *contr.* 19. *q.* 10. Suarez *d. l.* 1. *cap.*9. *num.*3. Pelizz. *c.*5. *num.*45. Barboſa *all.*102. *num.* 20. Donat. *q.* 11. Vnde, quod moniales quædam, quæ ex neceſſitate egreſſæ fuerant à Monaſterio, ex eo quod viarum graſſatores, & Banniti in eo ſe fortes fecerant, illiſque recedentibus ſtatim in monaſterium reuerſæ fuerant, non incurrerint excommunicationem latã contra violantes clauſuram, declarauit S. Congr. Epiſc. & Reg. 1603. Capaccio 15. Aprilis 28.

76. Eadem ratione excuſatur, quælibet Monialis, ſi hoſtiliter aggreſſa, vel à viro, vel ab alia moniali non poſſit ſe defendere, niſi fugiendo extra monaſterium, ſic enim iure naturali à violentia ſe defendit *l. vim ff. de ius & iur*. Nec lex humana iuſtam defenſionem aufert, *cap. Paſtoralis, de re iudic.* Donat. *q.* 4. *num.*9. *& q.*11. *num* 11. Pelizz. *cap.*5. *nu* 63.

77. An vero monialis iniuſtè vexata ab Abbatiſſa, ſi ſæpius vocauit ſuperiorem illeque non venit, poſſit ſine licentia exire. Non poſſe niſi illi immineat periculum vitæ, dixerunt ex Victorell. Tambur. *diſp.*19. *q.*4. *num.*8. & Pelizz. *cap.*5. *num.*64. Idem tamen Pelizz. *nu.*58. dicit, quod monialis iniuſte damnata ad carcerem perpetuam, vel ſi iniuſta ſit executio carcerationis, vt ſi cuſtos carceris negat illi cibum, aut veſtitum, aut ignem ad vitæ ſuſtentationem neceſſarium, poſſit fugere. Imo *num.* 59. addit eamdem poſſe fugere ſi ſibi immineat pœna mortis, aut mutilationis licet iuſte infligenda. Donatus vero *q.* 13. negat in priori caſu monialem poſſe fugere iniuſtum carcerem, ſi immineat ſcandalum, addit *nu.* 5. moraliter eſſe impoſſibile, quod ſi monialis non pareat ſententiæ illi ſed exeat, non ſequatur ſcandalum, & eo magis, quod & non eſt poſſibile quod damnatæ deſint ſorores & alij, qui illam defendant contra iniuſtitiam. Et quantum ad ſecundum caſum aduertit. Monialem non poſſe damnari ad pœnam mortis, aut mutilationis, niſi poſt eius degradationem, aut depoſitionem certè in his caſibus multum cogitandum eſſet, vt videretur, quid prudentia dictaret. Videantur quæ de viris Religioſis diffuſe dicta ſunt à me *tom.* 3. *de ſtatib. q.* 89. *num.*9. *inſpect.*2. *per totam à num.* 406. *pag.* 460. & aduertatur difficilius eſſe iuſtificari fugam monialis quam viri Religioſi tum ratione ſexus tum ratione ſtrictioris obligationis ad clauſuram. Cæterum quod ex D. T. 12. *q.* 69. *a.* 4. retulit Donatus de ſcandalo, aduertendum erit an ſcandalum ſit actiuum, vel paſſiuum, & malitioſum, & non datum, ſed acceptum, quia ſi eſt acceptum peccatum non erit ex parte fugientis, & iure ſuo vtentis.

78. Ex hac tamen eadem cauſa fugiendi violentias iniuſtas, arbitratur R.P.D. Fagnan. quod per conſtit. Pij V. non ſit correctum *c.*5. *ſeſſ.*25. *Concil. Trid. in fine.* vbi concedit facultatem Epiſcopis, vt monaſteria monialium ſita extra mœnia Vrbis, vel oppidi, & malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus ſine vlla ſæpe cuſtodia expoſita, poſſint reducere intra vrbes, vel oppida frequentia vel ad noua, vel ad antiqua monaſteria, quia totum hoc ordinatur ad violentias externas fugiendas. Hoc vero ex Vveyms extendit Barb. *d. cap.*5. *n.*116.

Digitized by Google

ad alios ſimiles caſus ex contagio, vel aere infecto, quemadmodum Epiſcopo Nolano per Sac. Cong. Conc. fertur reſcriptum, vt monialibus Collegij Nolani petentibus tranſitum ad aliud monaſterium ſub eadem regula propter peſtilentem quemdam aquæ defluxum ex vicino monte benigne deberet annuere, ſi ita eſſet. Sed aduertendum eſt, quod hæc fuit ſpecialis conceſſio facta à S. Congregatione. Ex qua non poteſt concludi, quod in ſimilibus caſibus Monialium translatio poſſit fieri ab Epiſcopo inconſulta S. Congregatione. Quia huiuſmodi non ſunt caſus a Concilio *d. cap. 5. approbati*, & quia Concilium ſolum ad vitandas imminentes violentias malorum hominum conceſſit, vt Monaſteria extra Vrbes, & Oppida extructa poſſint reduci iuſra.

79. Ex eadem vero externæ violentiæ cauſa egredi poſsũt Moniales, ſi immineat illis periculum allunionis,& innondationis Moneſterij, vel ruinæ eiuſdem Monaſterij, exterremotu, vel alia ſimili cauſa, & neceſſitate fugiendæ mortis; & ita quod in his quoque caſibus, ſi neceſſitas non patiatur moram petendæ licentiæ, aut obtinendæ à Superiore, liceat exitus aut non obtenta, aut etiam non petita licentia, Suarez *d. l. 1. cap. 9. num. 3.* Palaus *d. p. 3.* Pelizz. *cap. 5. num.* 45. Barb. *d. all.* 102. *num.* 22. Tambur. *diſp. 20. q. 3. num. 3.* Scortia *in Conſtit. Pont. Theor.* 228. & ex Merolla Donat. *q. 2. num. 12. & q. 11. num. 2.*

80. Tertius caſus generalis eſt ex paupertate & mendicitate Monaſterij & neceſſitate quærendi eleemoſinas. Ex hoc tamen capite exire non poſſunt Moniales chorales, ſed ſolum Conuerſæ. Quantum vero ad Connerſas, Greg. XIII. *in Conſtit. Deo ſacris*, §. *aliqualiter* limitas Conſt. Pij V. *Circa paſtoralis*, & permiſit vt præter Conuerſas profeſſas intra manentes, ſi neceſſitas eleemoſinarum duret, poſſint ad hoc miniſterium extra Monaſterium in domibus propinquis aliquæ conuerſæ profeſſæ habitare, & in futurum etiam recipi. Et prohibuit, ne plures poſſint recipi, quam ſint neceſſariæ. Et ſic licet Conuerſæ teneantur ad clauſurã, ita vt nec ad ornandum altare in Eccleſia exteriori poſſint exire prout declarauit S. Cong. *Epiſ. & Regul. 18. Octob.* 1592. tamen vbi eſt neceſſitas, & conſuetudo, quod Conuerſæ exeant ad quæſtum, poteſt tolerari, habitis tamen neceſſarijs requiſitis,& ſint ætatis ſaltem 40. annorum, nec pulchræ, nec foris pernoctent, neque plures quam octo deſtinentur ad quæſtum, & ceſſante neceſſitate ceſſent à quæſtu. Quæ declarata fuiſſe à S. Cong. *Epiſ. & Regul.* referunt Gauant. *v. Monialium clauſura, num. 18. & ſequent.* & Lezana *p. p. cap. 25. num. 17.* Barboſa *d. all. 102. num. 27.* Et de Monaſterijs conuertitarum hæc eadem diſpoſita fuiſſe, tradunt ijdem DD. & Barb. *in cap. 5. ſeſſ. 25.* Concil. Trident. *num.* 28. Sed alia ex Nicolio habentur. Nam *v. Clauſura, num.* 46. refert deciſum ab eadem S. Cong. tolerari non debere permitti, quod Moniales extra Monaſterium quæſtuantes morentur extra clauſuram pluſquã ſit neceſſarium, neque in conſanguineorum domibus. 1601. *Nullius Caſtri duran.* 17. *Martij.* 53. Et verb. *Eleemoſina*, *num.* 12. addit, quod non conceditur, quod Conuerſæ exeant ad quæſtuandum niſi tempore meſſium, & recollectionis fructuum. 1578. Tern. 29. Nou. 15. & 1529. Papien. 2. Sept. 103. Et quod mittantur quatuor vel ſex, quæ ſint ad minus 40. annorum, minuſque periculoſæ, & magis mortificatæ; quæ neceſſitate vrgente ad pernoctandum extra ſuum Monaſterium, id faciant in alijs Monaſterijs ſi congrue fieri poterit, vel apud conſanguineos, vel alias perſonas honeſtas. Et Ordinarius id non permittat, niſi quando viderit Moniales aliter viuere non poſſe. 1579. Piſtorien. 24. Iulij 53. 54. & Papien. 6. Octob. 111. Nec huiuſmodi Moniales extra poſſunt lauare pannos, vel alia ſeruitia facere præter quæſtum. Nec S. Cong. intendit vnquam hanc licentiam dare niſi Monaſterio, quod ſit de Ordine Mendicantium. 1579. Pauia. 21. Iulij 91. Et Ordinarius non poteſt concedere licentiam mittendi profeſſas ad quæſtuandum. 1579. Pauia. 2. Septem. 103. 6. Octob. 111. Et quod mulieres ſeculares, quæ non ingrediendo clauſuram quærunt eleemoſinam pro Monialibus merentur commendari. 1481. Lucca. 11. Iul. 96.

81. Quæritur 11. An præter cauſam iuſtam in iure approbatam ad hoc vt Monialis licitè exeat à Monaſterio requiratur ſemper licentia Epiſcopi? Vbi vero Moniales ſunt ſubditæ Epiſcopo indubitatum eſt eas non poſſe exire ſine eius licentia. Et hoc idem dicitur vbi Moniales ſunt exemptæ, ſed nulli alij ſuperiori ſubiectæ ſunt, ſed immediate ſubduntur Romano Pontifici. Horum enim vtrumque conſtat ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. c. 5. de Regul. & Conſtit. Cum paſtoralis, & Conſtit. Decori Pij quinti.* Sed loquendo de Monialibus, quæ ſubduntur Regularibus, quod ſufficiat ſola licentia Generalis, aut Prouincialis, & non ſit neceſſaria licentia Epiſcopi, voluit Rodriq. *tom. 1. q. 49. a. 6.* Nauar. *conſ. 5.* (non 6. vt citat Barb.) *num. 6 de ſtat. Monach. & conſ. 4. de Regul. num.* 69. *miranda q. 3. a. 6. concl.* 1. Et pro hac ſententia Barboſa *d. alleg.* 102. *num.* 28. citat Nauar. *cõſ. 6. num. 6. de ſtat. Monach.* Bonac. *de clauſ. q. 1. p. 8. num.* 1. Suarez *l. 1. cap. 9. num.* 13. Lezan. *p. 1. cap. 25. num.* 21. Tambur. *diſp. 20. q. 6.* Sed Bonac. Suarez, Lezana, & Tambur. *q. 5. nu. 6.* expreſſe oppoſitum ſentiunt, & probant, Azor. *p. 1. l. 13. cap.* 8. Sanchez *l. 6. in decal. cap. 15. num.* 28. Palaus *d. p.* 9. Pelizzar. *cap. 5. num.* 37. Barboſa *d. num.* 28. Et eſt hoc manifeſtum ex *d. cap. 5. ſeſſ.* 25. Concil. Trid. & euidentius ex *Conſt. Decori Pij quinti.*

82. Huiuſmodi tamen conſtitutionem non eſſe vſu receptã in Hiſpania, ideo ibi non obligare dixerunt Rodriq. Miran. Sanchez, Palaus, Bonacina,& alij. Sed Suarez ſibi non conſtare, ait, de hoc non vſu,& optimè addit, quod leges Canonicæ non indigent ad ſui valorem acceptatione ſubditorum, & ſic per ſolum non vſum non tollitur earum virtus, niſi per contrarium vſum conſuetudine legitimè præſcripta abrogentur, & maxime vbi agitur de præſcribenda iuriſdictione. Niſi igitur conſuetudo legitimè præſcripta obſtet, non ſufficit Monialibus Re-

gu-

gularibus in caſibus expreſſis in iure ſola licentia ſuorum ſuperiorum, ſed tequiritur licentia Epiſcopi.

83. Ideo hac legitima conſuetudine præciſa, ſi Monialis de ſola licentia Superiornm Regularium exeat, & ſi Superiores Regnlares id permittant, ſunt excommunicati, & incidunt in alias pœnas in eadem Conſtir. Decori Pij V. contentas. Et nunc virtute Conſtit. *Inſcrutabili* Greg. XV. *de exemptorum priuilegijs*, tam Moniales, qnam Superiores in hoc delinquentes poſſunt puniri ab Epiſcopis.

84. An veto ſufficiat licentia Vicarij generalis Epiſcopi? Reſpondetur ſufficere, ſi huiuſmodi faculras ſit illi ſpecialiter tributa ab Epiſcopo. Sed quidquid in contrarium dixeriut Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 30. Bonac. *de clauſ. p.* 8. *num.* 1. Bordon. *contr.* 19. *q.* 16. Barb. *de all.* 102. *num.* 28. Pelizz. *cap.* 5. *num.* 37. & aliqui alij. Ex vi generalis mandati, non poteſt Vicarius in ijs ſe ingerere, quæ ſpecialiter Epiſcopo delegantur. Nec verum eſt, quod Vicarius ſit Ordinarius, vel veniat verbo Ordinarij, ſed eſt Ordinarij Vicatius, cui ex vi mandati generalis ſpecialia non competunt per *notat. ſupra cap. Licet, & cap. Cum in generali de off. Vicarij in hoc* 6. Donat. *de clauſ. quoad egreſſum q.* 5. *num* 2. Vnde idem multo magis dici debet de Vicario Capituli ſede vacante.

85. Capitulum vero ſede vacante eamdem habere facultatem voluerunt citati DD. Quod quidem verum eſt de facultate Ordinaria, quã habet Epiſcopus in Monaſteria ſibi ſubiecta, & in qua illi ſuccedit Capitulum ſede vacante. Sed in iuriſdictionẽ per Concilium, aut ſedem Apoſtolicam delegatam Epiſcopo in Exẽptos non ſuccedit Epiſcopns, vt per notata ſup. *cap. Si Epiſcopus*, 3. *de ſupplenda neglig. Prælat. num.* 22. *& cap. vnico n.* 8. *& ſequent. de maior. & o ed. in hoc lib.*

86. Ideo nec Capitulnm, imo nec Prælati inferiores Epiſcopo licet habeant iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem; & ideo in Moniales ſibi ſubiectas iuriſdictionem habeant, non tamen habent eam iuriſdictionem in exemptas Moniales, quam Concilium, vel Sedes Apoſtolica delegauit Epiſcopis, hæc enim delegatio induſtriam perſonæ & Dignitatem Epiſcopalem reſpicit, nec ad alias ſe extendit. Quod circa conſtitutionem Greg. XV. *Inſcrutabili*, 18. *de exempt. priuil.* declarauit expreſſè S. Cõg. Concilij *dub.* 4. Ideo concurrente caſu neceſſitatis ſede vacante in quo, Monialis debeat exire, ſufficiet ſola licentia ſui Superioris. E cõtra vero licet Monaſterium ſit in territorio Abbatis, aut alterius ſimilis Superioris, præter licentiam Superioris Regularis erit neceſſaria licentia Epiſcopi, intra cuius Diœceſim eſt territorinm illud exemptum, minimè vero erit neceſſaria Abbatis licentia, aut alterius ſimilis Superioris, cui nulla eſt in Monaſteria exempta conceſſa iuriſdictio.

87. Quæritur 12. An ſi licentia iniuſtè negatur, ſufficiat licentiam fuiſſe petitam. Certum eſt, quod in dubio non ſufficit; Nam in dubio obediendum eſt ſuperioti, & præſumitur in dubio Superiorem iuſtè negare licẽtiam, quam negat. Videantur probata *tom.* 3. *de ſtatibus*, *q.* 186. *a.* 8. *inſpect.* 3. *à num.* 232. *pag.* 639. *& ſequent.* Sed vbi iniuſtitia Superioris negantis licentiam petitam eſſet enidenter manifeſta, adhuc non eſſet licitus huiuſmodi exitus ſine licentia, ſi ex illo immineret ſcandalum graue; ſecus ſi ſine ſcandalo, quia tunc neceſſitas exenndi certa, & manifeſta non eſt ſubdita iudiſcretioni Superiotis iniuſtè licentiam negantis, ſed Monialis à lege licentiam habet, Sanchez *d. cap.* 15. *n.* 51. Palaus *d. p.* 9. *num.* 11. & poſt Pennam & Peyr. Donatus *q.* 5. *num.* 11. Quidquid in contrarium ſenſerint Suarez *d. cap.* 9. *num.* 6. & Pelizz. *cap.* 1. *num.* 40. Qui ſi non admiſiſſent licitum exitum niſi ex cauſis expreſſis in iure, ſicut vere non debet admitti, vidiſſent etiam non adeſſe periculum vel ſcaudali, vel infamiæ Religionis per ſe, & regulariter loquendo, ſi data manifeſtè & indubitanter cauſa exeundi in iure expreſſa, & ideo etiam conſtito de euidenti & manifeſta iniuſtitia denegationis licentiæ egrediendi Moniales vtantur iure ſuo.

88. Quæritur 13. An ſi neceſſitas vrgeat, & non det tempns petendi licentiam exeundi à Superiore, vel etiam ob eius diſtantiam, non poſſit ſine graui damno & periculo ſuperiorẽ adiri, poſſit Monialis in caſibus licitis exire licentia non petita? Reſpondetur poſſe, quia neceſſitas legi non ſubeſt. Ita Dom. *hic v.* 8. Franc. *num.* 4 Sylu. *v. Religio* 7. *q.* 16. *dicto* 1. Coſatubias *v. Clauſura Monial. caſu p.* Rodriq. *p. p. q.* 49. *a.* 2. *fin.* Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 62. *&* 70. Suarez *d. l.* 1. *c. cap.* 10, *nu.* 17. *in fin.* Donatus *q.* 5. *num.* 12.

89. Pendente tamen adhuc exitu, quia videlicet Monialis quæ exijt, non eſt teuerſa ad Monaſterium, ſed adhuc extra manet, eam teneri monere Superiorem de exitu, & cauſa exitus, quia poſſet ſuperior cauſam non approbare, & non permittere quod Monialis maneret extra clauſtrum, ſed ad clauſuram remittere, dicunt Sanchez citatus & alij, ſed Donatus abſolute & in omni caſu ſine limitatione id aſſerit, quia Monialis tenetur exitum ſuum iuſtificare, & ſe à vexatione eximere. Sed hoc erit neceſſarium ſolum, ſi Monialis vexetur. Alias vero ex vi præcepti de clauſura ſolum tenetur petere licentiam vt exeat, ſi petere poſſit, & ideo ſaltem ſi aliud non potuit tenetur licentiã petere manendi extra, ſi hoc poteſt, & ſic tenetur, ſi fieri poteſt, manifeſtare exitum ſuum ſuperioti, & ſi coacta fuit ſine licentia exire.

90. Quæritur 14. qualis debeat eſſe licentia ad hoc vt cum illa Monialis exeat ſine culpa. Eam debere eſſe expreſſam, & in ſcriptis datam toties quoties manifeſtũ eſt ex Conſtir. Decori Pij quinti. Hoc autem nedum pro foro externo, ſed & pro interno eſſe de forma legitimi exitus, ita vt nec in conſcientia ſit ſecura Monialis, ſi cum licentia aliter data egtediatur dixerunt Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 18. Mirand. *q.* 3. *a.* 6. *concl.* 2. Suarez *d. cap.* 3. Tambur. *diſp.* 19. *q.* 6. Sed Pelizz. *cap.* 5. *num.* 39. poſt Homobon. Belloch. & Dianam *p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 129. tenet eſſe ſolemnitatem accidentalẽ,

quod

quod licentia detur in ſcriptis, ideoque licentiam alias iuſtam valere in foro conſcientiæ etiam ſi non ſit data in ſcripis. Et vere regulariter ſcriptura tequiritur ad probationem licentiæ, non ad valorem. Et licet in Conſtit. Pij V. dicatur, *aliter autem, quam vt præfertur egredientes excommunicationi &c.* nihilominus dicitur, quod dictio aliter reſpicit ſubſtantialia prohibitionis, & ſic reſpicit ſubſtantiam licentiæ neceſſariæ, quam habita Monialis ſimpliciter non exit aliter quam vt præfertur, niſi ſecundum quid. Et non eſt veriſimile quod Papa voluerit Monialem, quæ habeat cauſam iuſtam, & licentiam exeundi, & exit ex eo præciſe eſſe excommunicatam quod licentia exeundi non ſit in ſcriptis.

91. Quæritur 15. An Monialis excuſetur, ſi exeat à clauſura cum licentia irrationabili & vere non iuſta? Reſpondetur, quod niſi Monialem excuſet bona fides, non excuſatur à culpa, & pœna, ſi ex licentia medijs fauoribus, aut importunitate, aut etiam pecunia irrationabiliter obtenta, & non iuſta exit à clauſtro. Suarez *d. c. 9. num.* 14. Donatus *q. 7.* Pelizz. *cap. 5. num* 41. Et nihilominus aduertendum, quod in dubio Monialis bona fide procedens debet ſtare iudicio ſuperioris legitimi vim non patientis, ſed ex proprio iudicio cauſam approbantis libere & plena deliberatione.

92 Alias vero bene aduertendum quod licet quantum ſit ex vi Conc. Triden. ad exitum ſufficiat cauſa, quæ ab Epiſcopo viſa fuerit iuſta, tamen ex vi conſtit. decreti Pij V. Epiſc. non poteſt licentiam concedere niſi in tribus caſibus ibi expreſſis, vel alijs pariter in iure expreſſis, & ſupra explicatis, ideo ſi in alijs caſibus moniales exeant videtint an ſint tutę in cõſcientia; ego enim tutàs eſſe non credo per ſe loquendo.

93 Quia tamen Pontifex his legibus non tenetur, tuta erit monialis, ſi exeat ex Papæ licentia, aut diſpenſatione etiam data ſine legitima aliqua cauſa. Quia in iure humano Pontifex valide diſpenſat, etiam ſine iuſta cauſa, Donat. *q. 7.*

93 Quæritur 16. An monialis egreſſa ex cauſa, finita neceſſitate cum negotio, ex quo exiuit, teneatur ſtatim redire ad monaſterium. Indubitatum eſt eam teneri redire ſtatim. Quod habetur ex hoc textu, §. Verum ibi *è veſtigio reuerſura*. Vbi illud *è veſtigio*, ac ſi dictum fuiſſet *ſtatim* vel *continuo*, intelligunt Gloſſ. Io: And. *num.* 3. Archid. *num.* 3. Anchar. *not.* 7. Dom. *num* 4 Franc *num.* 2. Et idem habetur ex conſtit. Decori, Pij V. ſed pariter eſt certum, quod hoc ſtatim debet intelligi moraliter. Sanchez *d. cap.* 15. *num.* 60. Palaus *d. p. 9. num.* 19. Donatus *qu. 6.* Rodriquez *p. p. qu. 47. ar.* 11. Tambur. *diſput. 7.* Mirand. *q. 3. a. 5.* Peliz. *cap. 5. num.* 55. Bonac. *d. q. 1. p. 9. num.* 21. Quod etiam colligitur ex *d.* §. *Verum*, ibi ſie, quod *in fraudem reſidentiæ, ſine mora clauſtralis, nihil fiat omnino*, Et ſic excluditur moroſa fraus; vnde breuis mora non eſſet contra hoc præceptum. Breuem autem moram eſſe in propoſito moram vnius, vel duorum dierum dicunt Sanchez, Palaus, & Tamb. Sed neſcio an hæc approbarentur à ſacra Cong.

95 Quæritur 17. An monialis de licentia egrediens ad aliquem locum recta via debeat locum illum petere? Ita fieri debere eſt certum. Sed & hoc eſſe moraliter intelligendum dici debet, quia ſumus in moralibus. Paruam autem deuiationem in præſenti eſſe, quæ fiat ad octo vel nouem leucas dicunt Sanchez *d. cap.* 15. *n.* 61. Palaus *d. p. 9. num.* 19. Peliz. *d. cap.* 5. *nu.* 55. *ſeu* 20 *aut.* 24. *milliaribus*, Bonac. *d. p. 9. nu.* 21. Tamb *diſp.* 29. *qu.* 7. *num.* 3. Et ſic excuſant monialem ſi vel cauſa deuotionis, vel cauſa inuiſendi conſanguineos ad hanc diſtantiam à recto itinere diuertat. Citatur etiam Gutierez Canon. *lib.* 1 *cap.* 14. & Barb. *d. alleg. c. 2. num.* 58. Et de his quoq; dubito, an à S. Cong. admitterentur.

96 Queritur 18. Quam pœnam incurrant egredientes ſine licentia? Et reſpondetur eas incurrere pœnam excõmunicationis latæ ſententiæ Papæ reſeruatam. Ex conſtit. Decori Pij V. quam incurrunt etiam dantes licentiam egrediendi quomodcumque nec non comitantes, & eas recipientes. Inſuper tam moniales egredientes, quam dantes licentiam egrediendi priuantur dignitatibus, officijs, & adminiſtrationibus, An vero ab hac excommunicatione ſi ſit occulta abſoluere poſſint Epiſcopi, vel etiam Regulares quæritur à Doctoribus citatis. Sed de his videantur *dict. tract. de elect.* Aliæ autem pœnæ ſcilicet priuatio dignitatum, &c. non incurruntur niſi præcedente ſententia declaratoria, vt probaui *tract. de elect.* & tenet Tambur. *d. 19. quæſt.* 3. plures referens. Aduerte vero quod comitantes, & recipientes, ſi non cooperantur violationi clauſurę, ſed eas comitantur ad bonum finem, vt earum conſulant honori, & honeſtati, & eas ad monaſteria reducant, non ſunt excommunicati Nauar. *com. 4. de regul. num.* 51. Sanchez *d. l. 6. c. 15. num.* 72. Donat. *qu.* 8. Tambur. *diſp. 19. q. 2. nu. 4.* Azor. *p. 1. l. 13. cap. 8. q. 1.* merito autem Tambur reijcit Rodriq. *tom.* 1 *q. 49 ar. vlt.* qui non audet excuſare eos, qui ſola cauſa vitandi opprobrium, vel inurbanitatem, vel cauſa amicitiæ, aut cognationis huiuſmodi moniales egreſſas comitantur, quia imo oblata cooperatione præſata agere poteſt eſſe actus virtutis. Non bene etiam d. Rodriquez loco citato dixit quod moniales iſtæ ſic egredientes incurrunt excommunicationem latam in Conc. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de regul.* cum ibi ſolum excommunicentur ingredientes ſine licentia, vt aduertũt Sanch. *num.* 63. & Tamb. *num.* 4. & alij communiter. Videantur ſcribentes ſuper Bullam cœnæ, & tractantes de receptatoribus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

97 *Non patet ingreſſus in Monaſteria ſine cauſa manifeſta & licentia.*

98 *Conſtitutiones Concilij Tridentini & Pontificum.*

101 *Dubium circa intellectum conſtit.* 28. *Gregor. XIII.*

Per illam prohiberi abſolute ingreſſum in moſteria monialium plures probant, n. 101.

102 *Ponderantur verba conſtit. Greg. XIII.*

103 *Lex non extenditur ad caſum non expreſſum ex ſimilitudine rationis communis.*

104 *Motiuum prohibendi non ſemper eſt maior grauitas peccati.*

505 *Non valet conſequentia à mente vnius Pontificis ad mentem alterius.*

106 *Greg. XIII. declarauit mentem ſuam fuiſſe prohibere ingreſſum intuitu licentiarum.*

107 *Stylus Curiæ reſpicit ingreſſum mulierum in monaſteria virorum.*

108 *Papa vel Pænitentiaria abſoluens ab aliquo caſu, non per hoc illud reſeruat.*

109 *Quomodo ſit verum, quod ſtylus Curiæ facit ius.*

110 *Violatio clauſuræ ad malum finem eſt caſus reſeruatus.*

111 *Greg. 13. voluit compeſcere audaciam ingredientium prætextu licentiarum.*

112 *Conſtit. Greg. 13. afficit ingredientes prætextu licentiarum.*

113 *Nomine Abbatum, vel Abbatiſſarum veniunt ſuperiores quilibet, ſed nomine Conuentus non veniunt niſi religioſi vt vnum caput conſtituunt.*

114 *Ordinarii licentiam ingrediendi concedere non poſſunt niſi in caſu neceſſitatis.*

115 *Licentia ſubreptitia an ſufficiat.*

116 *An ſufficiat neceſſitas tempore ingreſſus.*

117 *Diſcrimen inter conſtit. Greg. 13. & Pauli Quinti.*

118 *Prohibitus eſt ingreſſus intra ſepta monaſterij.*

119 *Etiam infantium ingreſſus eſt prohibitus.*

120 *Et amentium.*

121 *Et Imperatorum & Regum.*

122 *Et monialium alterius monaſterij.*

123 *Et Fundatorum.*

124 *Et Cardinalium, & Vicelegatorum.*

125 *Et Epiſcoporum in monaſteria non ſubdita.*

126 *Licentiam ingrediendi in monaſteria non exempta dat Epiſcopus, vel de mandato ſpeciali eius Vicarius.*

127 *Non Abbatiſſa, niſi ei ſit ſpecialiter conceſſum.*

128 *Nomine ſuperioris intelligitur ille cui commiſſa eſt iuriſdictio in moniales.*

129 *Qualis licentia ſit neceſſaria.*

130 *Non ſufficit cauſa iuſta ſine licentia niſi in repentinis.*

Et an tunc ſit neceſſaria licentia Abbatiſſæ.

131 *Ad quem ſpectet dare licentiam ingrediendi monaſteria.*

132 *Epiſcopi non poſſunt introducere puellas in monaſteria ſine conſenſu Prælatorum Regularium.*

133 *Quod ex hoc puncto conceſſum eſt Epiſcopis competit Prælatis inferioribus,*

134 *Quid de monialibus S. Claræ.*

135 *Minores ingredi non poſſunt monaſteria monialium.*

136 *Conſenſus monialium pro ingreſſu, debet dari collegialiter.*

137 *Cauſa ſeu neceſſitas moralis & manifeſta requiritur per ingreſſum in monaſteria.*

138 *Tres conditiones neceſſariæ ad legitimum ingreſſum.*

139 *Cauſa debet eſſe honeſta & neceſſaria.*

140 *Et quod opus pro quo datur ingreſſus non poſſit fieri per moniales.*

141 *Et quod illud opus non poſſit fieri extra monaſterium.*

142 *Stabula non permittuntur intra clauſuram.*

143 *Iuſta cauſa ingrediendi eſt neceſſitas ſacramentorum pro infirmis.*

144 *Plures neceſſitates corporales ob quas conceditur licentia medicis.*

145 *Nec ancillæ nec mulieres ſeculares ingredi poſſunt, & manere ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.*

146 *Nec educandæ.*

147 *Superior quando ingredi poſſit intuitu electionis.*

148 *Et ad expellendum malefactorem.*

149 *Excommunicatio Conc. Triden. non eſt reſeruata.*

150 *Plures caſus in quibus incurritur hæc excommunicatio.*

151 & 152. *Superiores quando ingredi poſſint,* 153.

De ingreſſu intra Monaſteria Monialium.

97 IN ſecunda parte principij huius textus diſponitur de ingreſſu intra monaſteria monialium, & acceſſu ad eadem, & diſponitur quod nulli etiam honeſtæ perſonæ pateat ingreſſus, vel acceſſus ad monaſteria monialium niſi ex rationabili & manifeſta cauſa, ac de legitimi ſuperioris ſpeciali licentia. Vnde vt aduertunt Anchar. *not.* 4. Dom. *num.* 5. & 9. Franc. *nu.* 5. tria omnino coniunctim ſunt neceſſaria ad huiuſmodi ingreſſu, ſeu acceſſum legitimum & inculpabilem, ſcilicet cauſa rationabilis, & hæc manifeſta, & licentia legitimi ſuperioris.

98 Sed quia de his diſpoſuerunt etiam Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 5. Pius Quintus in conſt. 8. circa Paſtoralis, & conſt. Decori, & Greg. XIII. in conſt. 8. Deo ſacris, & conſt. 28. Vbi gratiæ, & conſtit. dubijs, quæ emergunt & Paulus V. in conſt. 52. facultatem, & conſt. 74 Et Vrbanus VIII. in conſtit. ſacroſanctum Apoſtolatus, &c. non nulla in genere circa huiuſmodi conſt. præmittenda ſunt, vt videantur poſtea magis in ſpecie, quæ perſonæ prohibitæ, ſint ingredi, vel accedere ad monaſteria monialium, & ex quibus cauſis, & qua licentia huiuſmodi ingreſſus, aut acceſſus permittatur, & qua pœna illegitimus ingreſſus, aut acceſſus puniatur.

99 Eſt autem primo grauis difficultas circa intelligentiam conſt. 28. Greg. XIII. *Vbi gratiæ*, & ex conſequenti circa conſtit. 52. & 74. Pauli V. Quæritur igitur primo an conſt. 28. *Vbi gratiæ* Greg. XIII. abſolute prohibeat ingreſſum intra monaſteria Monialium, vel potius ſolum prohibeat ingreſſum vi facultatum, & licentiarum quas ipſe in ea conſtit. reuocat. Et non eſt dubium an huiuſmodi ingreſſus ſit abſolute prohibitus fieri ſine cauſa rationabili, & ſpeciali licentia, & an hoc ſupponat Gregorius XIII. in ea conſtit. Sed dubium eſt, an ex vi dictæ conſtit. prohibeatur iterum huiuſmodi ingreſſus abſolute, & ſic ingredientes abſolute

ſolute ſine rationabili cauſa, & licentia ſubdā-tur pœnis illius conſt. Vel potius dici debeat per illam conſt. ſolum prohiberi ingreſſum ex vi & prætextu licentiarum & facultatum, quas ibi reuocat.

100 Prohiberi enim ingreſſum abſolute, & non ſolum ex prætextu licentiarum reuocatarum dixerunt Nauar. *com.4.de regul. nu.62.*& in Manual.*cap.27.num.*15. Quaranta *in ſum. Bull. v. Monaſteria Monial.* Beia *p. part. caſu* 30. Vbi quod hæc ſit praxis Italiæ. Villagutier. *de cenſur.q.35.num.vlt.* Vbi quod audiuit à quodam ſuo Prælato ſic reſpondiſſe Greg.XIII. conſultum à ſancto Carolo Card.Borromæo Azor. *p.p.l.13.cap.8.qu.vlt.* Rodriq. *p.p. q.48. ar.2.* Vbi quod ita practicatur in ſuo Ordine ex quadam declaratione authentica, quam extendit in *ſequen.ar.3.*Zechius *de repub. Eccleſ. tit. de regul. cap.3.num.*1. Graff. *p.p. deciſ.l.4.cap.23.*Comit. *l.6. qu.47.* Filliuc.*tract.29.cap.8 num.*170. Pet. *ad 6.conſt. Pij V. q.13. num.* 35. Merolla, Flauu. Cherub. Homob. Reyn. Ricc. Corial. quos refert, & ſequitur Donatus *de clauſ. monial. quantum ad ingreſſum num.6.*

101. Mouentur primo quia finis *conſtit* Greg.XIII. qui eſt ne quies, & tranquillitas, & ſpiritualia exercitia monialium perturbentur, militat etiam in ingreſſu abſolute ſumpto ſi fiat ſine cauſa, & licentia, igitur, & in ingreſſu prefato locum habet eiuſdem conſtit. diſpoſitio. Nam lex etiam pœnalis ob identitatem rationis extenditur ad cauſam ſimilem, præcipue fauore Religionis, & animarum, vt per DD. quos idem Donatus refert *numer.* 8. quia hæc non ſit extenſio, ſed comprehenſio, & incluſio. Nec obſtat regula quod pœnæ non ſunt extendendæ, quia regula non habet locum in extenſione quam exigit iuſtitia legis.

Secundo quia longe grauius peccatū eſt ingredi abſq; vlla prorſus licentia, vel huiuſmodi ingreſſum admittere quam inhærendo prætenſæ licentiæ; ergo à fortiori ille ingreſſus compræhenditur ſub pœnis *d. conſt.* Gregor. XIII.

Tertio, quia cum Pius Quintus edidiſſet ſimilem conſtitut. contra mulieres ingredientes clauſtra virorum, vt *in* ſua Conſt. 20. Regularium perſonarum, nihilominus ipſe declarauit eam legem comprehendere etiam mulieres abſolute. Et idem declarauit in alia conſt. quæ incipit *Decet Roman. Pontificem* edita anno 1570 die 16. Iulij, quam refert Confetius, igitur idem dicendum eſt de conſtit.Greg.XIII Tum primo quia vtriuſque idem eſt ſeu ſimilis motus proprius. Tum ſecundo quia Gregor. XIII. teſte Nauarro, qui tunc Romæ erat, & Stephano Quaranta faſſus eſt, ſe habuiſſe eamdem intentionem, quam habuit Pius Quintus. Tum tertio quia non eſt veriſimile viros tantæ auctoritatis mentiri.

Quarto quia ſtylus Curiæ facit ius *cap. Quā grau. 6. de crim. falſi, & cap. Ex literis* 11. *de conſtit.* At vero ſtylus Sacræ Pœnitentiariæ eſt, vt ingredientes abſolute ſi ſine cauſa, & licentia id faciant comprehendantur ſub pœnis conſt. Greg. XIII.

Quinto quia Clemens VIII. inter excommunicationes Papę reſeruatas ponit excommunicationem ingredientis monaſteria monialium ob malum finem. Hæc vero non poteſt eſſe niſi excommunicatio contra *d.* conſt.Greg. 13. quia excommunicatio lata Concil. Trid. *ſeſſ.25 c.5.*non eſt reſeruata.

Sexto quia aliter diſpoſitio de Conſt. Greg. XIII. eſſet inutilis, quia ingredientes dicere poſſent, ſe non ingredi prætextu facultatum, & ſic mens Pontificis eluderetur.

102. Hęc tamen minime probant, & huiuſmodi opinio violenter extorquet ſenſum Conſtitutionis Gregor. XIII. & illum extendit. Nam Pontifex in dicta Conſt.28. *vbi gratiæ* §.1 nihil aliud decernit, niſi quod reuocat, & caſſat omnes licentias ingrediendi monaſteria à quocumque, & quomodocumque conceſſas. Et poſtea §. 2. ſubdit. *Inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine, niſi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impetrari, ne ipſarum licentiarum prætextu Monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeant.* In qua prohibitione duo ſunt manifeſta. Primum quod prohibitio ſit ſolum illis qui licentias ingrediendi monaſteria obtinuerunt. Et illos ſolos comprehendit ſecundum eſt quod nec huiuſmodi afficiuntur pœna excommunicationis, niſi ingrediantur prætextu licentiarum obtentarum, & reuocatarum.

103. Doctrina vero extendens leges ad caſus non expreſſos, nec comprehenſos ſub verbis legis, ex rationis ſimilitudine, & præcipue ſi lex ſit pœnalis, & ſtrictæ interpretationis, eſt communiter reprobata, vt etiam dictum eſt ſupra. Semper enim cauſa applicandi generales rationes ad caſum expreſſum in lege eſt propria talis caſus, nec ad alios ſe extendit, & maxima æquiuocatio eſt in illo alio quod additur, ſcilicet quod hic non ſit extenſio, ſed comprehenſio. Ad hoc enim, vt caſus dicatur comprehendi ſub lege, neceſſaria eſt comprehenſio ſub verbis legis, & non ſufficit comprehenſio ſub generica, vel communi ratione legis, ſi caſus nullo modo ſub verbis legis comprehenditur. Neque enim ſub lege comprehenditur finis legis, neque enim finis præcipitur, aut prohibetur; ideo ſub præcepto non comprehenditur, niſi caſus ſub verbis præcepti, aut prohibitionis comprehendatur. Nam nec ſub ratione propria, & adæquata legis comprehenditur, quod ſub verbis legis, vt præcipientis, aut prohibentis non continetur.

104. Ad ſecundum dicitur, quod motiuū prohibendi non ſemper eſt maior grauitas peccati, ſed aliæ circumſtantiæ, & præcipue maior facilitas aut audacia, aut propenſio delinquendi, & perturbatio boni communis, quæ ſæpius, ex minoribus peccatis facilius contingit, vt potè frequentioribus. Ideo ſæpe legislatores maiora crimina relinquunt diſpoſitioni iuris antiquioris, & ex ſpeciali motiuo nouis legibus prohibent minora peccata. Sicut in propoſito Greg.XIII. ingreſſum in monaſteria abſolute reliquit antiquiori iuri Concil. Trid. & Pontificum. Solum vero iudicans per nouam legem neceſſarium eſſe reuocare licentias

Pro huiuſmodi ingreſſu conceſſas, ſimul volnit ingredientium ſub prætexta licentiarum compelcere audaciam, & ideo in illos protulir pœnam excommunicationis: ſic ſemper debet oſlendi quid ſit id quod præcipitur, aut prohibetur, & hoc ſolum cadit ſub lege, quidquid an in ſuo genere ſit grauius peccatum, vel minus graue.

105. Ad tertium reſpondetur negando conſequentiam, imo retorquendo argumentum. Nam diuerſi ſunt caſus conſlitutio enim Pij V. prohibet ingreſſum mulierum in monaſteria virorum, qui antea ſub graui pœna non erat prohibitus, ideo veriſimile eſt, quod Pius V. intenderit prohibere ſimilem ingreſſum nedum ſi fieret intuitu facultatum reuocatarum ab eo, ſed abſolute. Et nihilominus, ſi ipſe id non declarauit dicendum potius fuiſſet, ſub eius conſlitutione non comprehendi niſi ingreſſum mulierum prætendentium habere ad id ſacultatem. Sed Greg. XIII. in ſua conſtit. prohibet ingreſſum tam mulierum in monaſteria virorum, quam virorum in monaſteria monialium, quorum primum erat iam ſub pœnis grauiſſimis prohibitum à Pio V. & ſecundum erat prohibitum à Bonifacio VIII. in hac decretali, & à Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. vnde non erat quantum ad hoc neceſſaria noua diſpoſitio, longe ergo diuerſa eſt vtriuſque conſtitutionis ratio, & caſus. Imo ſicuti opus fuit, quod Pius V. per ſpecialem conſtitutionem declararet mentem ſuam fuiſſe prohibere ingreſſum mulierum in monaſteria monialium abſolute, ita hoc debuiſſet facere, & feciſſet Gregor. XIII ſi id intendiſſet.

106. Sed nunc nos ſumus in claris, & euidentibus, quia ipſe Gregor. XIII. declarauit ſub conſtitut. Pij V. comprehendi ingreſſum virorum in monaſterijs monialium ſimpliciter, ſub ſua vero conſtitut. non comprehendi niſi ingredientes prætextu ſacultatum. Quam declarationem refert Fagnan. *cap. Nuper nu.* 36 *de ſent. excom. ſub his verbis*. Epiſcopus Comen. decretari petijt, an Bulla Sanctiſſimi imponens pœnã excommunicationis ingredientibus monaſteria vigore ſacultatum Apoſtolicarum, etiam eos comprehendat, qui abſque talibus facultatibus ingrediuntur, vt ſciri poſſit an abſolutio ſit reſeruata Summo Pontifici; S. Congregatio cenſuit agendum cum Sanctiſſimo, quia Concilium non reſeruauit Papæ, & non videtur adeſſe maioritas rationis, quia abutentes litteris Apoſtolicis maiori pœna digni ſunt. Sanctiſſimus declarauit Bullam non comprehendere eas perſonas, quæ ingrediuntur propria auctoritate abſque licentijs Sed. Apſtolicę: & quod attinet ad Bullam Pij V. de ingredientibus monaſteria virorum, ex quo idem Pius V. declarauit comprehendere etiam illos, qui abſque litteris Apoſtolicis ingrediuntur, ſtat firma declaratio. Et hanc eandem declarationem Gregor. XIII. haberi in regiſtris S. Congreg. Concilij in vna Iſnerien teſtatur Nicolius in Canon. *l.* 5. *tit.* 39. *num.* 172. qui huiuſmodi regiſtra ex ſuperiorum mandato ſæpius vidit, & reuoluit, Nec eſt verum, vt bene aduertit Fagnan. quod Nauar. dixerit Greg. XIII. declaraſſe oppoſitum, ſed ex propria opinione dixit credendum eſſe mentem Greg. XIII. fuiſſe illam quam habuit, & declarauit ſe habuiſſe *Pius* Quintus.

107. Ad quartum dicitur quod vt aduertit Nicolius *d. num.* 172. hic æquiuocatum eſt; Nam ſtylus curiæ reſpicit conſtitutionem Pij V. prohibentis ingreſſum mulierum in monaſteria virorum. In quo neceſſe fuit recurrere ad ſtylum curiæ. Quia cum conſtitutio Pij V. declaratiua ſuæ mentis, non fuiſſet promulgata per ſolitos curſores D. Papæ prout eſt neceſſarium, tamen quia per ſtylum Curiæ, & S. Pœnitentiariam vſu recepta fuerit, ex hoc habenda fuit ac ſi per Curſores publicata fuiſſet, vt habet Marcus Palaus Leo in praxi ad literas ſummi Pœnit. *p.* 3. *tit. pro Religioſo*, qui introduxit &c. *pag. mihi* 348.

108. Et licet forſan contigerit, aut contingat quod Pontifex, aut ſacra Pœnitentiaria det literas abſolutionis etiam pro eo qui non eſt ingreſſus prætextu licentiarum ſed abſolute, & ſimpliciter ingreſſus eſt ſine legitima licentia monaſteria monialium, vt retulit Beia citatus, tamen vt bene aduertit Fagnan. *d. cap. Nuper. num.* 32. ex hoc non bene infertur ad vniuerſalem reſeruationem. Nam Papa per generalem conſtitutionem mentem ſuam declaraſſet ſi id intendiſſet, non autem id fecit, per particularem prouiſionem datam ad particularium inſtantiam. Nam cum Papa ſit proprius ſacerdos omnium, ex quo abſoluit in aliquo caſu, nec facit caſum illum reſeruatum nec derogat inferiorum poteſtati, vt per Innocen. *cap. Bonæ l.* 2. *in fin. de poſtul. Prælator.* Specul. *in titul. de præſcript. verſ. illud* Panormit. *conſ.* 101. *in præſcript. numer.* 6. Gloſſ. *in cap. fin.* & ibi Butr. *de ſent. excommunic.* docet Fagnan. *num.* 34.

109. Et nihilominus addi debet, quod quando dicitur quod ſtylus Curiæ facit ius, *cap. Quam graue, & cap. licet de crimine falſi* aduertendum eſt *ex not. ſup. cap.* 1. *de conſuet. q.* 1. *art.* 2. *in hoc lib.* quod ſtylus curiæ non eſt niſi conſuetudo curialium, & ideo nullum ius facere poteſt, niſi quod facere poſſit conſuetudo. Nullus vero poteſt contra alios conſuetudinem obligantem inducere, vt patet ex *not. ſup. d. q.* 1. *art.* 4. *num.* 141. Ideo ſtylus curiæ directe ſolum curiales obligat vt in ſcribendo, aut iudicando ſtylum obſeruent. Sed non obligat, non curiales. Ideo *in capit. citatis* ex non ſeruato ſtylo curiæ inſcribendo colligitur falſitas literarum ſcriptarum non ſecundum ſtylum curiæ, quia ex quo non fuit ſeruatus ſtylus, quem ſcribentes ſeruare debent, præſumitur literas non fuiſſe ſcriptas in curia, & à miniſtris curiæ, cum non præſumatur miniſtros ſcripſiſſe non ſeruato ſtilo, quem tenentur ſeruare. Et ſic quod dicatur ſtilum curiæ obligare, & facere ius circa ingeſſum mulierum in monaſteria virorum non eſt propriè dictum, ſed conſtitutio præfata *Pij* Quinti illa eſt quæ ligat, & obligat, ſtylus vero curiæ, ſeu Pœnitentiariæ habuit vim publicationis dictę Conſtitut. quæ per officiales D. Papæ fuit publicata ex quo ab illis fuit ad vſum redacta. Hic ergo

ſtylus

Digitized by Google

ſtylus licet poſſit habere vim publicationis Conſtitutionis Papalis, quo ſtante conſtitutio ipſa licet non publicata per Curſores vim habet, non poteſt habere vim Conſtitutionis Apoſtolicæ inducentis ius contra totam Eccleſiam, & eam totam obligantis, quia non eſt officialium Domini Papæ, Conſtitutionis Papalis declarare, aut extendere auctoritatiuè, & vniuerſaliter, ſed hoc ſolius Papæ, eſt qui leges Eccleſiam obligantes edere poteſt. Ideo dato & non conceſſo, quod Curia S. Pœnitentiariæ intelligeret Conſt. Greg. XIII. vt prohibentem abſolute ingreſſum in monaſteria monialium, hæc eſſet priuata declaratio, quæ non faceret ius, neque obligaret Eccleſiam, neque neceſſitaret ingredientes in monaſteria monialium ad recurendum ad S. Pœnitentiariã pro abſolutione à tali ingreſſu, qui niſi ſit ex prætextu facultatum non ſubditur excommunicationi latæ à Greg. XIII. in dicta Conſtit. 28. Vbi gratiæ. Sic enim ex quo Rota ſolita ſit circa iuris interpretationem ſequi vnam opinionem, non per hoc facit ius niſi circa perſonas litigantes & reſpectum illius cauſæ particularis, quam diffinit, & liberum eſt DD. & Iudicibus contrariam ſequi opinionem, & ſecundum illam, ſi ſibi videtur verior, iudicare.

110. Ad quintum negatur minor ſubſumpta; Nam licet Concil. non reſeruauerit excommunicationẽ à ſe latam; hanc tamen voluit Clemens VIII. eſſe reſeruatam in caſu, in quo violetur clauſura ad malum finem. Et vt ex formis S. Pœnitentiariæ quas ponit Marcus Polus Leo loco citato, & *tit. Abſolutio* apparet S. Pœnitentiariam dare literas in hoc caſu ſcilicet, in caſu violationis clauſuræ, ad malum finem.

111. Ad ſextum dicitur, quod cum Gregorius XIII. in ſua Conſtit. voluerit compeſcere audaciam illorum, qui non obſtante reuocatione licentiarum à ſe facta audent prætextu eorumdem licentiarum ingredi monaſteria monialium, ſi eſſet hæc audacia, & prætextus, Conſtitutio effectum à ſe intentum conſequitur, aliter ingrediente nihilominus ſubiecto pœnis alias à iure contra ſic ingredientes latis.

112. Ideo quod Conſtitutio Greg. XIII. in illo §. 2. non afficiat niſi ingredientes prætextu licentiarum à ſe reuocatarum docuerunt Sanche. *l. 6. in Decal. cap. 16. num.* 76. Suareſ. *de cenſ. diſp.* 32. *ſect. 6. num.* 11. Saytus *de cenſ. l. 3. cap. 31. num.* 10. Rodriq. *part. 1. quæſt.* 47. *ar.* 1. *& quæſt. 496. ar. 2. &* Hieron. Rodriq. *reſol. 26. num.* 19. Miranda de Monial. *quæſt. 2. art. 10. concl.* 2. Barboſa *de poteſt. Epiſ. all.* 102. *nu.* 37. *& l. 3 de Iure Eccleſ. cap. 46. numer. 116. & in cap. 5. ſeſſ. 25. Concil. Trid. num.* 75. Diana *p. 2. tract. 16. reſ.* 32. Zerola *in praxi p. 1. v. Moniales, quæſt.* 8. Portell. *v. Abbatiſſa ad miſſ.* Secul. *nu.* 1. *& v. clauſ. num.* 1. Tambur. *de iure Abbat. d.* 22. *quæſt. 1. num.* 10. Pelliz. de monial. *cap. 5. n.* 92. Palaus *tract. 16. num.* 10. §. 1. Bonac. *de clauſ. quæſt. 4. par.* 5. qui licet dicat contrariam opinionem eſſe tutiorem, ſi conſtet de praxi S. Pœnitentiariæ ab illa contraria opinione allegata, tamen in ſequentibus iuxta hanc opinionem caſus plures reſoluit, Bordon. *contr. 19. qu.* 21. *num.* 27. Lezana *part. 3. v. Clauſura numer.* 35. circa principium, Nicolius in Canon. *lib. 5. tit. 39. num.* 172. Fagnan. *cap. Nuper num.* 36. *de ſententia Excom.*

113. Et ſic pariter, dum Greg. XIII. in dicta Conſt. *Vbi gratiæ* §. 3. prohibet Abbatiſſis, Abbatibus, & Conuentibus ſub eadem excommunicationis pœna, & priuatione dignitatum beneficiorum, & officiorum ſuorum, & inhabilitatis ad alia obtinenda, prohibuit non ſimpliciter, ſed ne prætextu licentiarum præfatarum reuocatarum aliquem in monaſteria ingredi faciant, vel permittant.

114. Sub nomine vero Abbatiſſæ veniunt Prioriſſæ, ſeu illæ, quæ præſunt monaſterio, quocumque nomine vocentur. Similiter ſub nomine Abbatum veniunt Priores Conuentuum, Guardiani, Prouinciales, & Generales, & quocumque nomine vocentur omnes illi Regulares qui habent gubernium monaſteriorum, & ſine quorum conſenſu non poteſt ingredi in monaſteria. Sub nomine Conuentus vero non veniunt Religioſæ, vel Religioſi particulares vt ſinguli, quia ipſimet ſinguli in præſtant, nec præſtare poſſunt iuridicum conſenſum volentibus vti licentijs ingrediendi; & præterea ſub nomine Conuentus ex propria ſignificatione non veniunt Religioſi niſi vt ſimul vnum corpus conſtituunt, & ſic nomine Conuentus veniunt Religioſi vt ſimul congregati. Quia igitur in licentijs regulariter ponitur conditio, conſenſus Abbatiſſæ, & Abbatis, & Conuentus intra quem, qui habet licentia vult ingredi, ideò Pontifex prohibet huiuſmodi Abbatiſſis, Abbatibus, & Conuentibus, ne prætextu præfatarum licentiarum aliquem ingredi faciant, & permittant. Et ita præfatas pœnas non incurrunt Religioſi aut Religioſæ, ſimplices, ſi priuata facultate etiam prætextu dictarum licentiarum aliquem in monaſterium ingredi faciunt, aut permittant.

115. In §. 4. autem loquitur Pontifex de licentijs in poſterum concedendis ab Ordinarijs, & duo ſtatuit. Primum eſt, quod declarat & decernit Ordinarios non poſſe concedere licentiam ingrediendi monaſteria niſi cauſa neceſſitatis tantum, ſub eiſdem pœnis prohibet quibuſcumque ne prætextu licentiarum ab Ordinarijs conceſſarum ingredi prǽſumant in monaſteria pro libito, ſed ſolum neceſſitatibus vrgentibus, & ne moniales eos admittere præſumant.

116. Itaque Greg. XIII. voluit prouidere, ne quis licentia Ordinariorum abutatur. Et ne ingreſſus pateat in monaſteria niſi cauſa vrgentis neceſſitatis. Hac igitur exiſtente licitum eſt ingredi habentibus Ordinariorum licentiam, & non incurret pœnas huius conſtitutionis etiam ſi alias licentia ſubreptitiè, aut obreptitiè fuiſſet obtenta Bonac. de Clauſ. *q. 4. par. 5. num.* 6. Tambur. *diſp. 22. qu. 1. num.* 11. ſed ſi non adſit neceſſitas, & licentia ſit in hac parte ſubreptitia, vel obreptitia quia vel falſa neceſſitas fuit expoſita, vel id fuit tacitum, quo expreſſo manifeſtum fuiſſet non adeſſe neceſſitatem, vel quia tempore ingreſſus neceſſitas iam ceſſauit, tam qui ingrediuntur vi præfatarum

rum

Digitized by Google

rum licentiarum, quam qui illos admittunt, ſubduntur præfatis pœnis.

117. Arbitrantur vero Tambur. *num.* 12. & Peli. non eſſe locum his pœnis ſcilicet non adfuerit neceſſitas tempore conceſſionis licentiæ, illa tamen adfuerit tempore ingreſſus, ita vt dummodo non ſit factum in fraudem, liceat ex adueniente neceſſitate ingredi. Sed aliter dicendum eſt; Nam ſi motiuum concedendi licentiam fuerit neceſſitas præſens, & ſi licentia data fuit pro præſenti neceſſitate, licentia non poteſt extendi ad neceſſitatem futuram, quia licentia ſuos terminos non extendit. Imo poteſt eſſe quod in hoc caſu licentia ſit inualida ex ſuggeſtione vel obreptione. Sed ſi licentia ſit data pro neceſſitate tali & ſpecificè, quæ abſtrahat à præſenti vel futura, tunc poterit ingredi virtute talis licentiæ, quando neceſſitas aderit. Ideo bene conſiderari debebit forma conceſſionis.

118. Pariter vero conſtitutio 74. Pauli V. nô afficit niſi ingredientes monaſteria prætextu licentiarum, quas ipſe reuocauit. Vtraque vero conſtitutio punit eos, qui ingredi audent ſine licentia. Sed in hoc eſt diſtinctio quod conſtit. *Vbi gratia* 28. Greg. XIII. abſolute prohibet Abbatiſſis, Abbatibus, & Conuentibus ne faciant ingrediendi facultatem, vel id permittant, vnde à pœna non excuſat ignorantia craſſa, quæ tamen excuſat à pœna conſtit. illius 74. Pauli V. quæ lata eſt contra audentes, vel præſumentes introducere, vel admittere, aut admiſſas retinere. Item aliud eſt diſcrimen, quod prohibitio Greg. XIII. comprehendit, Abbatiſſas, Abbates, & Conuentus, ſed Conſt. Pauli V. comprehendit Abbatiſſas, & Superiores, nulla facta mentione de Conuentibus.

119. Ex quo igitur conſtitutiones Greg. XIII. & Pauli V. ſupra relatæ prohibent ingreſſum in monaſteria monialium prætextu licentiarum, quas reuocauerunt: vnde nunc vix contingere poteſt caſus in illis prohibitus, quæritur ſecundò qualis ingreſſus ſit prohibitus in hac Decretali, & in Concil. Triden. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. Verba huius decretalis ſunt. *Nulli ingreſſus, aut acceſſus pateat ad eaſdem.* Vnde prohibetur ingreſſus abſolute, & mandatur vt ingreſſus non pateat; Quamobrem lex iſta nedum comprehendit ingredientes, ſed etiam admittentes, qui faciunt, vel cum prohibere poſſint, & debeant, non impediunt, quia per ipſos patet, ingreſſus, prohibitum vero eſt patere ingreſſum. Non tam ampla eſt prohibitio ſpecialis ſub pœna excommunicationis facta à Conc. Trid. *d. cap.* 5. vbi dicitur, *Ingredi autem intra ſepta monaſterij nemini liceat, cuiuſcumque generis, conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint & ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.* Nam lex illa ſolos ingredientes comprehendit, non vero admittentes, vel ingredi permittentes Sanchez *l.* 6. Mor. *c.* 16. *num.* 80. Donat. de Clauſ. *q.* 28. Septa autem monaſterij illa intelliguntur loca è quibus exire non poſſunt moniales niſi violata clauſura.

120. Quæritur tertiò, quibus perſonis prohibitus ſit ingreſſus in monaſteria monialium? Certè Concilium Trid. *d. c.* 5. vniuerſaliſſimè loquitur, & ingreſſum hunc prohibet perſonis cuiuſcumque generis conditionis, ſexus vel ætatis. Nihilominus plures ſunt DD. qui perſonas aliquas excipiunt. Et primò dicunt non comprehendi infantes vſum rationis non habentes. Sed certum eſt nec infantibus cuiuſcumque ſexus licite patere hunc ingreſſum. Sic enim determinauit S. Cong. Epiſcoporum, & Regular. in Tudert. 7. April. 1573. & in Neapol. 22. Mart. 1580. & in Comen. 16. Mart. 1593. & in Taurinen. 10. Iun. 1650. vt refert Nicolius in Floſc. *v. Clauſura num.* 29. Vbi ait tolerari non debere, quod puellæ licet paruulæ ingrediantur, & exeant ad libitum ad ediſcendum legendi, vel aut pingendi modum. Sancta Cong. in Piſtorien. 24. Februar. 1579. Et Abbatiſſam, quæ hoc permittit priuari officio, voceque paſſiua. Sanctæ Cong. in S. Seuer. 8. Maij 1595. Sed mihi compertum eſt eamdem S. Congr. in pluribus alijs occaſionibus declaraſſe infantes non poſſe intra ſepta monaſteriorũ admitti. Et merito, nam in hac decretali prohibitum eſt, ne perſonæ etiam honeſtæ pateat ingreſſus, Concil. vult vt cuicumque perſonæ cuiuſcumque ætatis non liceat ingredi. Vndeouit fundamentum communis opinionis, quod eſt, quia cum infantes non ſint capaces vſus rationis, non cumprehenduntur ſub lege, quia hoc eſt verum de lege directe reſpiciente perſonas, non vero de lege prohibente directe ingreſſum ipſum, & declarante illum eſſe illicitum & nolente quod ingreſſus alicui perſonæ pateat. Quamuis enim infantes non peccent ingrediendo, ex defectu vſus rationis, per illos tamen res illicita fit, ſi ingrediuntur, & peccant & legi aduerſantur, qui illos admittunt. Eo magis, quod ad hunc ingreſſum ſe extendit finis legis, cum huiuſmodi ingreſſus monialibus poſſit eſſe occaſio alicuius turpis cogitationis, & malæ ſuggeſtionis.

121. Hinc eſt, quod multo magis eſt illicitus ingreſſus amentis etiam ſi talis ſit à natiuitate, & perpetuo fatuus, cum amens nedum occaſionem præbere, ſed etiam ad impudicitiam prouocare, illique cooperari poſſit, monialeſque perturbare, turpiter iocare, loqui turpia, & alia facere honeſtati, & decentiæ valde diſſona. Nauar. *Com.* 4. *de regul. numer.* 135. Sanchez *l.* 6. *c.* 16. *num.* 8.

122. Multi quoque excipiunt ab hac lege Imperatores, Imperatrices, Reges, Reginas, & filios, & filias. Sed oppoſitum dicendum eſt, quia in illis quæ ſalutem animæ concernunt, ſub verbis generalibus veniunt etiam ſupremi Principes, & Imperatores. Nec obſtat, quod Greg. XIII. in motu proprio vbi gratiæ, vbi prius reuocauit licentias ingrediendi monaſteria conceſſas perſonis cuiuſcumque conditionis, addit id verificari etiam ſi illæ ſint comitiſſæ &c. Quia primo non fundatur noſtra aſſertio ſolum in clauſula illa generali, cuiuſcumque generis &c. qua vtitur Concilium Trident. *d. c.* 5. Sed etiam quia abſolutè decernitur in hac decretali, vt nulli perſonæ etiam honeſtę pateat ingreſſus ad hęc monaſteria, ſecundò. Quia clauſula cuiuſcumque generis, aut conditionis &c. comprehendit omnes omnino, niſi limi-

Digitized by Google

limitetur ab ipſo legislatore per alterius clauſulæ adiectionem, & expreſſionem, ſicut eam limitauit Greg.XIII. in d. motu proprio.

123. Multi etiam excipiunt moniales ſaltem eiuſdem Ordinis, ſi itinerantes accedant ad monaſterium hoſpitij gratia, quia huiuſmodi moniales, cum ſint eiuſdem ordinis non cenſentur extraneæ. Imo ſi monialis aliqua eſſet extra monaſterium ex cauſa recuperandæ ſanitatis, ſi veller gratia animi recreandi, aut moniales inuiſendi intrare aliud monaſterium einſdem ordinis, id licite fieri poſſe dicunt Sanc.ez *d.l.c.6.nu.*10. Tambur. *q.3.num.*7. Donat. *q.*14.*num.*1. Sed certe ratio allata hoc non probat, quia monialium monaſteria licet eiuſdem ordinis diſtincta ſunt, & ſeparata à quocumque illorum extranea eſt quæcumque monialis alterius monaſterij. Non enim ſicuti in Religioſis viris eiuſdem ordinis omnia monaſteria vniuntur in vnum corpus Prouinciæ, aut Ordinis, ſub vno Prouinciali aut Generali, ſed ſe habent ſicut antiquitus ſe habebant Monachorum monaſteria, quæ erant ſeparata, nec ſimul vniebantur in vnum corpus, licet ſub eadem Epiſcopo eſſent, ſed ſeparata erant tanquam corpora ſeiuncta & diſtincta. Potius ergo attendi deberet, moniales honeſtè extra monaſterium habitare debere, & hoc dato dici poſſet eas poſſe recipi ad hoſpitium intra monaſterium. Sed hæc ratio vniuerſaliter militaret etiam in monialibus diuerſorum Ordinum, prout voluit Llaulas *in Methodo curationis* §.11.*in fin.* Sed puto ſuppoſitionem huius grauis neceſſitatis hoſpitandi intra monaſterium non poſſe de facili dari, niſi tranſitus eſſet per loca infidelium, aut tempore belli, & in locis vbi eſſent milites inſolentes, vel etiam latrones, & viri perditi, à quibus violentia, aut graue ſcandali periculum timeri deberet, nec tuto monialis tranſiens extra monaſterium cuſtodiri poſſet, & alias non poſſet adiri ſuperior, & ab eo licentia ingreſſus poſtulari.

124. Fundatrices etiam monaſteriorũ poſſe ingredi illa dixit Donat. *q.*13.*n.*1. Sed, niſi id expreſsè habeatur in literis erectionis monaſteriorum, non licet, vt decreuit *S.Cong.Epiſc. & Reg.* 17. *Aug.* 1629. & refert Nicolius *in Floſc. v. Fundator num.*2. Barb. *ad cap.*5. Conc. Trid. *ſeſſ.*25.*num* 48. addens hoc in genere fuiſſe reuocatum à Paulo V. anno 1612. & multo minus id poſſunt Fundatorum, aut Fundatricium conſanguineæ eadem *S. Congreg.*14. *Iunij* 1606.

125. Imo nec Cardinales ſine neceſſitate, & licentia ſepta monaſteriorum monialium ingredi poſſunt Donat. *q.*24. Nec Vicelegati. Donat. *q.*24.

126. Propterea nec Epiſcopi ingredi poſſunt monaſteria monialium, ſibi non ſubdita. ſine licentia ſuperioris Monaſterij. Nauar. *com* 4.*num.*39. Genatian.*diſcept.*393.*nu.*5. & 20. Tambur. *de iure Abbatt. diſp.*24. *q.*9.*n.*1. Barb. *d.cap.*5 *num.*61.

127. Quær.4. Ad quem ſpectet dare licentiam ingrediendi monaſteria monialium? Eſt vero certum Epiſcopi eſſe ſeu ordinarij dare licentiam ingrediendi monaſteria monialium non exempta, & ſibi ſubiecta. Quod idem poteſt Epiſcopi Vicarius, ſi ad hoc habet ſpeciale mandatum, vel etiam ſede vacante Vicarius Capitularis. Non tamen hanc facultatem habet Vicarius Foraneus. *S.Cong.Epiſ.& Reg. in Piſtor.*3.*Decemb.*1602. Nicol. *in Floſ. v.Clauſura num.*18. In monaſterijs tamen à Ciuitate remotis debet Ordinarius delegare alicui Eccleſiaſtico facultatem dandi has licentias, quas tamen in principio anni ipſe recognoſcet. *Sac. Cong. in Papien.*6.*Februar.*1607. Nicol. *v.clauſuram.n.*19.

129. Abbatiſſa quoque non poteſt hanc licentiam concedere, cum non veniat ſub nomine Epiſcopi, vel ſuperius abſolutè prolati. Nauar.*Com.*4. *de regul. n.*59. Azor. *part.*1. *l.*13. *c.*8 *q.*6. Rodriq.*q.*46.*a.*2. Sanchez *d.l* 6.*c.*16.*n.*22. Bonac. *q.*4.*p.*2.*nu.*5. Barb. *d.cap.*5. *num* 64. Quamuis ſuperior poſſit Abbatiſſis, vel Confeſſarijs concedere facultatem, vt in caſibus frequenter occurrentibus concedant licentiam hanc ingrediendi ne paſſim ſuperior, qui non tam præ manibus habetur adiri debeat. Rodr. *d a.*2. Sanch. *n.*23. Bonac. *n.*5. Barb.*n.*64.

129. Nomine etiam ſuperioris intelligitur ille cui commiſsa eſt iuriſdictio in monaſterium. Quod ſi auctoritate Apoſtolica monaſterij cura commiſſa eſt priuatione v. g. cuidam Clerico ſeculari, vel ſuperiori conuentuali, non poterunt Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior puta Prouincialis, vel Generalis hanc licentiam concedere, cum nullam iuriſdictionem in illud habeat. Quamuis ſuperiores huiuſmodi poſsint in viſitatione inquirere, an ille inferior, cui commiſſa fuit monaſterij cura legitime illa fuerit vſus. Rodr, *p.*1.q.47.*a.*5. Bonac. *d.q.*6.*p.*2.*n.*4. Sanchez *d.cap.*16.*num.*16. Barb.*d.c.*5.*n.*62.

130. Hæc vero licentia debet eſſe ſpecialis & expreſſe conceſſa pro ingreſſu, *& debet dari in ſcriptis*. Et non ſufficit generalis, & vnico, ac primo actu finitur. Extendi autem ad ſocium obtinentis ex Rodriq. Galet. & Ricc. reſoluit Barboſ. *ad cap* 5.*ſeſſ.*25. Conc. Trident. *num.*9. Quod tamen non credo verum eſſe, ſi alias indecens non ſit eum qui licentiam obtinuit ingredi ſolum ſeruiens. Deberi vero hanc licentiam obtineri in ſcriptis certum eſt ex Concil. Trid. loco citato. Hoc tamen non eſſe de ſubſtantia validitatis licentiæ (quidquid plures in contrarium dicant) ſed ſcripturam requiri ad ſolemnitatem, & probationem licentiæ bene dixerunt Mirand. de monial.*q.*3 *in fin.* & alij. Si alias adſit cauſa iuſta ingrediendi, quia hoc eſt quod lex intendit, vt ſcilicet ſine neceſsitate & licentia non detur ingreſſus, parum vero intereſt, vt licentia ſit vel non ſit ſcripta vbi adeſt cauſa ingrediendi, & approbatio, & conſenſus ſuperioris. Vnde etiam ſequitur, quod ad vitandum peccatum mortale, & excommunicationem ſufficiet licentia tacitâ. Eadem enim eſt ratio taciti & expreſſi, ex iuribus vulgatis, & ſeruatur ſubſtantia præſcripti, ſi quis non ingreditur ſine cauſa & conſenſu ſuperioris. Sic pro illis, qui ingrediuntur ſimul cum Epiſcopo non eſt neceſſaria alia licentia in ſcriptis obtenta. Donat. *q.*20.

Digitized by Google

q.20.n.5. Et in repentinis etiam hæc ſcriptura non eſt adhibenda. Donat.*num.6.* Et his etiam conſuetudo multum valet, & attendi poteſt.

131. Non ſufficit tamen cauſa iuſta etiam certa, & manifeſta, imo & notoria, ſed requiritur licentia ſuperioris. Textus etiam huius Decret. & Concil. Trid. vtrumque horum requirunt. Et ideo ſolum in repentinis, ſi neceſsitas non patiatur moram licet ingreſſus non obtenta licentia. In quo tamen caſu, ſi ſuperior delegauit facultatem concedendi licentiam ingrediendi vel Confeſſario, vel Abbatiſſæ, vel alteri, neceſſe erit petere, & obtinere ab iſtis licentiam, ſi neceſsitas hanc moram patiatur. Et vniuerſaliter peti, & obtineri debebit licentia Abbatiſſæ. Præſumitur enim hanc eſſe voluntatem legis, & ſuperioris, vt vbi pro ingreſſu non poteſt conſuli ſuperior ſaltem conſulatur Abbatiſſa ſi fieri poteſt, cum ipſa ſit, quæ habet gubernium monaſterij. Rodriq. *tom.1. q.40. num.2. fin. & q.47.n.4. fin.* Sanch. *d. c.16. num.37.* Bonac. *q. 4. p. 3. nu.12.* Barb. *d. cap.5.nu.72.* Sed quamuis hoc poſtulet decentia, & conuenientia, vt nullus ingrediatur ſine licentia Abbatiſſæ, qui tamen in caſu neceſsitatis poteſt ingredi ſine licentia Epiſcopi, non eſſet excommunicatus, ſi ingrederetur ſine licentia Abbatiſſæ, quia Concilium requirit ſolum licentiam ſuperioris. Nec aliud habetur in hac Decretali.

132. In monaſterijs vero exemptis,& præcipue in ſubditis Regularibus, quod concedere licentiam ingrediendi ſpectet ad ſolum Prælatum Regularem priuatiuè ad Epiſcopum voluerunt communiter DD. quos latè refert Donatus *de clauſ.* Mon. quantum ad ingreſſum *q.17.* Et id expreſſe fuit declaratum à S. Cong. Conc. *9. Iunij* 1598. prout referunt Bullar. *ad d. cap.* 5. *Conc. Trid.* Tambur. *diſp.* 23. Barb. *de off. Epiſ. alleg.* 102. *nu.* 41. Donat. *d. q.* 17. Et vere ſtando in puris terminis Concil. Trid. ſic dicendum eſſet. Sed ex ſtatutis ſpecialibus à S.Congreg. editis auctorit. Apoſtolica aliter dicendum eſt. Nam licentias huiuſmodi ingrediendi monaſteria monialium ſubditarum Regularibus debere ſubſcribi, nedum à Prælatis Regularibus, ſed etiam ab ordinarijs facultatem ſibi facta à Pontifice decreuit eadem S. Cong. Concilij 13. *Nouemb.* 1610. Et hoc fuit de mente S. Cong. Epiſc. & Regul. etiam ab antiquo, 24. *Auguſt.* 1597. etiam non obſtante prima illa declar. S. Cong. Conc. quia huiuſmodi decretum non tantum fundatur in doctrina eiuſdem S. Concil. Trid. quantum in ratione boni regiminis, vt ex eadem Sac. Cong. Epiſc: & Regul. *in Bononien. 26. Aug.* 1597. & *Auximen. 3. Septemb. & in Nucer. 24. Nouem.* eiuſdem anni refert Nicolius *v. Clauſura n.*17. Et quia Ordinarij maiorem notitiam habent qualitatum perſonarum, & facilius poſſunt punire tranſgreſſores S. Cong. *in Brixien. 26. April.*1594. Imo huiuſmodi negotio in S.Congreg. Concil. iterum propoſito *die 26. Maij 1630.* & SS. relato, ipſoque annuente, inſuper decretum fuit, quod vbi ſit conſuetudo, quod huiuſmodi licentiæ concedantur à ſolo Epiſcopo, eadem conſuetudo ſeruari debeat. Quod decretum referunt Barb. *de iure Eccl. cap.14. & in ſum. Bull. v.licentia,* & alij. Quamuis vero in ſupradicto decreto S. Cong. dato 3. Nouemb. 1610. derogatum ſit conſuetudinibus etiam immemorabilibus, nihilominus noua conſuetudo legitimè præſcripta vires ſuas habebit, vt ibi hæc adſit, adhuc ſufficere debeat licentia Prælatorum Regularium. Videantur dicta de conſuetudine *ſup.cap.1 de conſuet.q.1.a.3.*

133. Quod tamen Epiſcopus, neque de mandaro S. Cong. poſſit ponere puellas ad explorandam voluntatem, in monaſterijs monialium ſubiectis Regularibus, nec alijs licentiam ingreſſus dare, ſine conſenſu ſuperioris eorum docet Nicolius *v.Clauſura num.16.* tanquam deciſum à *S.Cong.Regul. in Ferrarien.12. Nouem.* 1581. *& in Piſana 22 Maij* 1582. *& in Regien. 16. Decemb.*1533. *& in Piſaur.28. Nouem.*1602.

134 An vero quod in hoc puncto conceſſ. m eſt Epiſcopis intelligi debeat conceſſum Abbatibus, vel inferioribus Prælatis habentibus territorium, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Dicendum eſt competere, quia decreta S.Cong. loquuntur de Ordinarijs non vero tantum de Epiſcopis, Prælati vero præfati propriè ſunt Ordinarij ſui territorij. Et idem dicitur de capitulo ſede vacante. In his tamen legitimè præſcripta conſuetudo ſeruari debet.

135. Quantum vero ad ingreſſum in monaſteria Sanctæ Claræ non ſufficere licentiam Prælati Regularis, aut Epiſcopi exceptis caſibus in Regula earum expreſſis, ex priuilegijs pluribus Pontificijs tradunt Caſarub. *v. ingredi monaſteria monialium à num.1.*Miranda *q.2.a.3.* Rodr. *p.1.q.46. a.3.* Sanchez *d. l.6. c.16.n.27* Ronac. *q.4.p.2. n.1.* Tambur. *d. 23.q.4.* Donatus *q.18.* Quamuis vero Rodriq. *p.1.q.46. a 6.* exiſtimet etiam quantum ad monaſteria S. Claræ, ſtandum eſſe determinationi Concil. Trident.*d.c.5.ſeſſ.25.* & ſic quod ſufficiat licentia data ab Epiſcopo, vel ſuperiore iuxta diſpoſitionem Concilij, tamen merito hoc non admittitur à Miranda, & Sanchez *d. c.16 num.20.* Donat. *q* 18.quia concilium ibid. non derogat, nec relaxat ſtrictiores leges obligantes ſpecialiter aliqua monaſteria ad ſtrictiorem clauſuram, vt manifeſtè apparet ex eodem Concil. *ſeſſ.25.cap* 22. Quare ſtandum eſt regulæ, & antiquis legibus dicti Ord. niſi per noua priuilegia, vel legitimam conſuetudinem contrarium ſit diſpoſitum.

136. Specialiter vero interdictum eſt ipſis Minoribus ingredi, nedum Monaſteria S. Claræ, ſed quæcumque monaſteria monialium ſine Pontificis licentia, vt citati DD. tradunt. Vnde licet Cardinalis aliquis, vel Epiſcopus habeat licentiam ingrediendi aliquod monaſterium eum totis à ſe electis, non poterit eligere aliquem fratrem minorem. Sanchez *num.* 18. Hoc tamen non intelligitur de Prælatis habentibus curam monaſteriorum,& cauſa viſitationis, aut exercendi legitime officium ſuum ingredientibus; ſicut nec de fratribus à Prælatis aſſumptis cauſa viſitandi interius mona-

naſterium ex priuilegio Leonis X. tradunt Rodriq. *q.* 47 *num.* 8. & Sanchez *d. c.* 16. *num.* 19. Vbi quod cum indultum hoc Leonis X. contineat priuilegium reale, non eſt abrogatum per Conſt: Vbi gratiæ Greg. XIII. reuocantis licentias perſonales ingrediendi, non vero priuilegia realia.

137. Præter licentiam vero ſuperiorum ad legitimum ingreſſum, neceſſarius eſt etiam conſenſus monialium, quando licentia ſub huius conſenſus conditione eſt conceſſa, & tunc huiuſmodi conſenſus à monialibus capitulariter congregatis, & per vota ſecreta præſtari debet, aliter licentia non ſuffragatur, & ingredientes ſubijciuntur pœnis, vt declarauit Vrb. VIII. conſt. Sacroſanctum 23. *Sept.* 1624. Sac. Cong. 20. *Sept.* 1694. Donat. *q.* 22. Nicol. *v. clauſ. num.* 15.

138. Quæritur 5. quæ ſit cauſa legitima ingrediendi intra monaſteria monialium? In hac decretali ſolum requiritur cauſa legitima ad ingreſſum monaſteriorum, quæ tamen ſit manifeſta; non eſt tamen neceſſaria euidentia mathematica, ſed ſufficit certitudo moralis, & ex probabilibus deducta. Vnde cauſa dubia non ſufficit ad hoc, vt ſuperior legitime & ſine culpa concedat huiuſmodi ingreſſum. Verum rationabilitatem hanc interpratatum fuit Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 5. vt verificetur de ſola neceſſitate & Greg. XIII. in conſtit. *Vbi gratiæ* id intelligi voluit de neceſſitate vrgente. Quod tamen intelligi debet de neceſſitate morali, & quæ iudicetur rationabilis. Et hæc cauſa latitudinem habet, nam minor cauſa requiritur in ingreſſu mulierum, quam virorum, & matris, aut ſororis, quam extraneæ, & ingrediendi in loca vicina portæ clauſuræ, quam interiores officinas, & ad ingrediendum de die, quam de nocte. Sicut & neceſſitas ingrediendi multiplex eſt, ſcilicet, communis, & ordinaria, & frequens, & extraordinaria, & de raro contingens. Alia quoque eſt pro temporali commodo, & alia pro ſpirituali.

139. Semper tamen debet eſſe neceſſitas, & non ſufficit, quod ingreſſus ſit neceſſarius, ſed quod ſit neceſſarius finis, ad quem ingreſſus conceditur. Vnde eſt quod tres conditiones requiruntur ad hanc legitimam neceſsitatem. Prima eſt, quod opus propter quod datur ingreſsus ſit monialibus neceſſarium. Secunda quod illud opus non poſſit haberi per moniales ſed ſolum per extraneum. Tertium quod nec poſsit haberi per alium extra monaſterium, ſed ad id ſit neceſſarium extraneum intra monaſterium ingredi.

140. Et ideo primo finis iſte ingrediendi debet eſſe honeſtus & neceſſarius, & qui monialibus conueniat, vnde cauſa recitandi aliquã comediam, vel muſicam audiendi, vel videndi ioculatores, aut hyſtriones audiendi, vel ſimiles non eſſent rationabiles, quia huiuſmodi nec moniales decent, nec illis ſunt neceſſaria. Ideo nec de licentia Epiſcopi poteſt concedi licentia ingrediendi ad videndas comedias, ſeu repręſentationes recitatas à monialibus Sac. Cong. Epiſc. & Regul. *in Ancon.* 1. *Octob.* 1627. Nicol. *v. clauſ. num.* 27. Nec ad viſitandas filias in articulo mortis. Eadem S. Cong. Nec cauſa aſpergendi monaſterij in ſabbato ſancto vel alio tempore ead. S. Cong. *in Aret.* 4. *Sept.* 1596. Nicol. *num.* 27.

141. Ex defectu vero ſecundæ conditionis regulariter loquendo non licet concedere extraneis licentiam ingrediendi ad conficiendum panem S. Cong. Epiſ. & Regul. *in Rauenaten.* 15. *Iulij* 1603. Nec ad lauandos pannos. Eadem S. Cong. *in Bononien.* 22. *Iulij* 1596. quia huiuſmodi, & ſimilia opera regulariter haberi poſſunt per moniales Nicol. *v. clauſura nu.* 23 & ideo nec eſt ſufficiens cauſa ingrediendi monaſterium videre an locus ſit ſufficiens & capax pro recipiendis puellis, ead. S. Cong. *in Vercell.* 15. *Nouemb.* 1606. Neque cauſa collocandi in Monaſterio mulierem ead. S. Cong. *in Bonon.* 16. *Aug.* 1596.

142. Pariter ex defectu 3. conditionis non debet concedi licentia, ad ea, quæ ab exiſtentibus extra monaſterium perfici poſſunt. Ideo miſſa non poteſt intra clauſuram celebrari, non obſtante qualiber contraria conſuetudine. Eadem S. Cong. *in Bonon.* 2. *Ianuar.* 1601. Neque ibidem Euchariſtia monialibus miniſtrari eadẽ S. Cong. *in Cracouien.* 23. *April.* 1616. Neque in hoc regulariter S. Cong. ſolet diſpenſare ead. S. Cong. *in Mantuan.* 13. *Iun.* 1591. Nicol. *v.* Clau. *num.* 38. Miſſam etiam & Euchariſtiam recipere poſſunt Moniales à Sacerdote extra miniſtrante. Sic eadem ratione nõlicet ingreſſus intra Monaſterium cauſa velandi moniales S. Congreg. nec cauſa recipiendi aliquam ad habitum, aut ad profeſsionem. Pariter neque ad exorciſandum licentiam ingrediendi concedunt Ordinarij, vt *in Reggien.* 15. *Maij* 1601. Nec S. Cong. illam concedere ſolet. Et ſi concedatur intelligitur tantum pro benedicendis cellis de infectione ſuſpectis, vt notat Nicol. *v. Exorciſmus num.* 4. ex S. Cong. in *Imolen.* 22. *Februar.* 1595. *&* *in Mediolanen.* 2. *Maij*. Quamuis vbi ſit conſuetudo, vt Monialis in Eccleſia externa profeſſionem emittat, id fieri permittatur eadẽ S. Cong. Pariter nec officium Procuratoris, aut ſyndici præbet cauſam ingrediendi, cum ſine ingreſſu perfici poſſit S. C. *in Licien* 19. *Mart.* 1595. *&* 4. *Iun.* 1610. Nicol. *v. Clauſura num.* 20. Neque ad docendam aliquam artem puta ſerici, vel texturæ, niſi cum conuerſa perita non poteſt inueniri S. C. *in Mediolanen.* 11. *Mart.* 1586. *&* 16. *Maij* 1588. *& in Nucer.* 14. *Febr.* 1614. *& Ianuen.* 28. *Nouemb.* 1620. *& in Neapol.* 20. *Decem.* 1624. *& in Lucen.* 24. *Ianuar.* 1653. Vnde multo minus ad iuſtificandũ ingreſſum neceſſitas videndi ordiri telas ab aliqua perita; ſed ad hunc effectum deber poni feneſtrella, quæ non deſeruiat ad alium vſum Sac. C. *in Hiſpan.* 20. *Ianuarij* 1592. Nicolius *num.* 23.

143. Et ſic quantum fieri poteſt auferri debet neceſſitas ingreſſus. Vnde ne v. g. cauſa deferendi aquam intra monaſterium, intus accomodari debent ciſternæ S.C. *in Alatr.* 3. *Maij & 6. Octob.* 1603. Nec intra monaſterium permitti debent ſtabula, aut alia neceſſaria pro ſeruitio animalium, & iumentorum, ſed hæc extra clauſuram poni debent S. C. *in Capuana* 9.

Ian. 1595. *& in Bonon.* 2. *Ian.* 1601. Nicol. *n.* 39.

144. Vbi vero concurrunt neceſſitas aliquid operandi intra monaſterium. Et illud opus non poteſt exerceri per moniales, adeſt ex hoc cauſa legitima dandi licentiam ingreſſus. Et ſic ex cauſa ſpirituali miniſtrandi ſacramenta infirmis monialibus poſſunt ingredi confeſſarij. De quo videantur dicta *in* 2. *tom. de ſtatib. q.* 187.

145. Pro neceſſitate vero corporali ingredi poſſunt Medici, etiam non graduati, Chirurgici, ſeu Minontores, & Tunſores, Architecti, Fabricatores, Fabriliguarij, Molitores, Putearij, Putatores, & alij Artifices ad res neceſſarias, quas Moniales parare vel non poſſunt, vel neſciunt, Baiuli ad portandum, quo à Monialibus commode portari non poſſunt. Vbi etiam in monaſterio eſſet aliqua mulier, quæ teſtari poſſet, & teſtandi neceſſitatem haberet poſſet introduci Notarius cum teſtibus S. Cong. *in Catunz.* 15. *Febr.* 1595. Nicol. *n.* 28. Ex his vero Medici, & Chirurgici etiam de nocte, ſi opus ſit, ingredi poſſunt; quod alijs nõ permittitur. Ideo *in Ferarien.* 10. *Februar.* 1593. reprobatum fuiſſe edictum Epiſcopi prohibentis ne Confeſſarius, Medicus, & Barbitonſor Ordinarius poſſent ingredi de nocte pro quolibet caſu, abſque licentia ſpeciali, refert Nicolius *v. clauſura num.* 35. Medici tamen extraordinarij non ingrediuntur ſine ſpeciali licentia.

146. Poſſe etiam concedi vt Ancillæ ſæculares intromittantur in obſequium monialium tradiderunt Sanchez *d. l.* 8. *cap.* 16. *num.* 66. Et alii, quos ſequitur Barboſa *d. cap.* 5. *ſeſſ.* 25. Conc. Trid, *num.* 88. Sed nullæ mulieres ſæculares, ſeu Ancillæ introduci poſſunt in Monaſteria de licentia Ordinarij, ſed ſolum de licentia Sedis Apoſtolicæ, vel S. Congregationis & ſedes Apoſtolica regulariter hanc licentiam denegat ſed huiuſmodi inſeruientes manere debeat extra clauſuram in domibus antiquis, vnde de facili campanuli, ſono vocari poſſint. Imo monaſterijs habentibus ſæculares mulieres inſeruientes quouſque illas habent non datur licentia veſtiendi conuerſas. Ancillis vero de licentia Sedis Apoſtolicæ receptis pro ſeruitio particularium Monialium debentur expenſæ à conſanguineis illarum, aliter dimittuntur. Ancillæ autem huiuſmodi nedum non poſſunt recipi abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, vel Sac. Congregationis, ſed nec in locum deficientem ſubrogari. videantur de his ancillis plura alia apud Nicolium *v. Ancilla*. Præcipue vero recipi non poſſunt intra monaſteria coniugatæ ſine licentia S. Congregationis, vt in Papien. 15. *April.* 1603. Non ſolet vero S. Congr. hanc licentiam concedere pro illis monaſterijs in quibus eas recipiendi non eſt conſuetudo, vt *in Venet.* 4. *Aug.* 1603. Et non niſi ad breue tempus *in Mediol.* 1. *Octob.* 1655. Et non ſufficit, quod Monaſteria conſueta ſint recipere Virgines, ſed neceſſe eſt, quod conſueta ſint recipere coniugatas, aut viduas, vt *in Neapol.* 12. *Maij* 1626. Nicolius *in Floſc. v. Coniux. nu.* 5.

147. Poſſe etiam introduci puellas intra Monaſteria educationis cauſa docent communiter DD. ſed neque hoc fieri poteſt de licentia Ordinarij, ſed ſolum de licentia Sedis Apoſtolicæ, aut S. Congregationis vt decretum refert Nicolius, *v. Educanda in Auximen.* 13. *Decem.* 1589. *& in Viterbien.* 17. *April.* 1602. *& in Feltren.* 4. *Iunij & in Vulteren.* 1. *Sept.* 1603: *& praxis confirmat*. De his vero videantur Sanch. *d. c.* 16. *nu.* 61. Suarez *t.* 4. *de Relig. l.* 1. *c.* 10. Barboſ. *ad d. cap.* 5. *à num.* 92. Nicol. *in Florſcul. v. Educanda*.

148. Licitum quoque eſſe ingreſſum ſuperioris intra monaſterium quando electio Abbatiſſæ canonicè fieri non poteſt, niſi ipſe ingrediatur, dixi *in tract. de elect.* & tradunt Sanchez, Bonac. Rodriq. Miranda, quos ſequitur Barboſa *ad d. cap.* 5. *num.* 87.

149. Vbi etiam malefactor ſit intra monaſterium, nec velit exire, nec poſſit per moniales expelli, poſſe de licentia Epiſcopi ingredi Iudicem & alios ad eum expellendum dixerunt Rodriq. t. 1. *q.* 47. *art.* 4. *fin.* Sanchez *d. cap.* 16. *num.* 7. Barb. *d. c.* 5. *num.* 98.

150. Cum igitur ad legitimum ingreſſum requiratur licentia, & neceſſitas, ſeu cauſa legitima altero horum deficiente violatur clauſura & ingrediens incurrit excommunicationem non quidem Papæ reſeruatam, vt vult Nicol. *v. clauſura num.* 40. Quia non eſt vniuerſaliter lata excommunicatio ingredientibus ſine licentia, & neceſſitate, niſi in Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *num.* 5. quæ tamen non eſt reſeruata & patet ex dictis *q.* 1. *à num.* 103.

151. Sic ergo ex defectu neceſſitatis excõmunicationem incurrit mulier ſi non habens ad id licentiam à Sede Apoſtolica ingreditur ad viſitandas conſanguineas etiam infirmas. Vel ſi mulieres, ſeu viri intrent deferentes vnum ſaxum, vel lignum, vel quodlibet aliud, ſub prætextu deferendi neceſſaria pro fabrica Sac. Cong. 11. *Maij* 1583. Et qui habens licentiam pro vno ſeruitio ingreditur pro alio S. Cong. *in Ferar* 6. *Aug.* 1601. *& in Piſau.* 14. *Iun.* 1630. Pariter, ſi quis pro aliqua neceſſitate habuit licentiam ingrediendi, ſi hæc ceſſauit, vel præterijt, nec adeſt tempore ingreſſus, non poteſt ille ingredi, qui etiam legitime ingreſſus fuit pro aliquo negotio, eo terminato debet ſtatim egredi. Et ſi id non faciat incidit in cenſuram S.C. *in Aſſien.* 4. *Aug.* 1602. *& in Sulmonen.* 4. *Sept. & in Cremonen.* 17. *Sept. eod. anno*. Hoc vero Nicol. *v. clauſura num.* 42. extendit etiam ad Moniales id permittentes. Sed iſte Doctor in hoc ſequitur opinionem iam reprobatam, ſcilicet, quod motus proprius Greg. XIII. *Vbi gratiæ* prohibeat abſolute ingreſsũ & permiſsionem illius in Monaſteria. Alias enim ſtando intra terminos Concil. Trid. cenſura nõ afficit permittentes ingredi, vt dictum eſt. In hoc tamen dari paruitatem materiæ, & eum, qui breui tẽpore immoratur in inuiſendis monaſterij officinis excuſari etiam à culpa veniali tradunt Rodriq. *t.* 1. *q.* 47. *a.* 11. Molſ. *tr.* 3. *cap.* 10. *num.* 42. Mirand. *q.* 9. *a.* 10. Sanch. *d. cap.* 16. *num.* 69. Barb. *ad d. cap.* 5. *nu.* 99.

152. Ex defectu vero licentiæ ſi prælia, aut vidua temere ingrediatur ad ſuſcipiendum habitum incidit in cenſuras. Et in hoc caſu

Ab-

Abbatiſſa id permittens debet grauiter puniri, & ingreſſa debet expelli, nec amplius admitti ſine ſpeciali licentia Sac.Congr vt ab eadem fuit decjſum in Teonen. 18. Decembr.1601. & in Alatren. 12.Mar. 1602. & alias plures. Ingreſſa tamen non ad malum finem, poſt quam exiuit abſoluitur cum pœnitentia ſalutari, abſque vlla pœna pecuniaria. S. Congr. in Fulgin, 20. Nouemb.1654. Nicol.*num.*41. ſic etiam ex inſeruientibus monaſterio, qui illud ingreditur ſine licentia amouetur à ſeruitio ſac.Congr. in Ferarien. 3. Septembr. 1903. & alias 10. Septemb.1610.

153 Quæritur 6.Qualiter ingreſſus in monaſteria ſit permiſſus ſuperioribus: eſt autem certum ſuperiores ingredi poſſe monaſteria monialium cauſa viſitandi clauſuram, vel ex quacumque alia neceſſitate, quæ ſit talis, pro qua ipſi alijs licentiam ingrediendi poſſunt cōcedere, Nauar. *conſ. 9. de ſtat. monach.* Rod.*t.*1. *qu.*45. *in princ.*Azor.*p* 1. *l.*13.*c.*8. *qu.*9. Sanchez *d.l.*6 *cap.*16.*num.*25. Mirand.*q.*2.*ar.*14. Llamas, Viceyras, Bonac. & Ricc. quos ſequitur Barb. *d.cap.*5. *num.* 77. & habetur ex conſt. *Vbi gratia* Greg. 13. vbi prohibitum eſt ſuperioribus ingredi in monaſterio ſine neceſſitate. Voluit vero Nicol. *v. clauſura numer.* 12. quod ſuperiores Regulares ingredi non poſſint in monaſteria ſibi ſubiecta ſine licentia Ordinarij, ex Sacr. Congr. Epiſc. & Regul. in Taurinen. 23.Ianuar. 1651.& Ciuitatis Pen.18. Iun. eodem anno. Sed hoc verum erit vbi ex communi neceſſitate, tanquam vnus ex alijs velit ingredi, & ſimus in loco, vbi ad ingreſſum eſt etiam neceſſaria licentia Ordinarij, ſed non procedit, vbi ſuperior ingreditur ex officii ſui neceſſitate. Verum in his modo ſeruanda eſt conſtir. Alexand.VII. quæ incipit Fœlici ſacrarum Virginum ſtatui, &c. & data fuit 13. Cal. Nouemb.anno 1664.

S V M M M A R I V M.

154 *Prohibitus acceſſus ad moniales.*
155 *Sed non poſthoc prohibitum eſt ſcribere literas.*
156 *Niſi vbi de hoc ſit ſpeciale ſtatutum.*
157 *Prohibita allocutio cum monialibus, & multa de his.*
158 *Prohibitio comprehendit omnes.*
159 *Excuſantur patres, matres, &c.*
160 *Non tamen magiſtri muſicæ, nec famuli per ſe loquendo*
161 *Regularibus omnibus prohibitus acceſſus ad moniales.*
162 *Excipiuntur Superiores, Viſitatores, & Confeſſarij.*
163 *Trangreſſoribus impoſita pæna priuationis vocis actiuæ, quæ in conſcientia non obligat ante declaratoriam.*
164 *Incurritur pæna ſi Regularis alloquatur monialem per quodcumque modicum tempus.*
165 *Et culpam mortalem continet hæc collucutio.*
166 *A præfatis pænis non poſſunt abſolui à ſuis Superioribus.*
167 *Quarto in anno concedi poteſt licentia conſanguineis in p. & 2. gradu.*
168 *Licentia debet eſſe ſubſcripta etiam à Prælatis Regularibus.*
*Non vitantur pænæ, niſi ſeruetur forma licentiæ n.*168
169 *Dare licentiam alloquendi moniales ad quos ſpectet.*
170 *Requiritur cauſa neceſſaria.*
*Conſanguinitas eſt cauſa ſufficiens,n.*170.

De Acceſſu ad Monaſteria Monialium.

154 TErtium quod prohibetur in hac decretali eſt acceſſus ad monaſteria monialium ſine cauſa & licentia legitima. Et hoc idem habetur ex *cap.monaſteria,de vit. & honeſt. cler.*

55 Intelligitur vero hæc prohibitio de acceſſu corporali, & perſonali, vnde neq; ſub hac decretali,neq; ſub prohibitione facta per Epiſc. ne quis accedat ad monaſteria monialiū comprehenditur, qui accedit per literas ab eo moniali ſcriptas,Tamb.*diſp.*25 *q.vlt.*Donat.*tra.*6.*q.* 10. Barboſa *ad d. cap.*5. *ſeſſ.*25. Conc. Trident. *num.*111. apud eum Ricc. Homob. & à Cunha.

156 Vbi tamen eſſet ſpeciale ſtatutum prohibens etiam ſcribere literas monialibus illud ſeruandum eſſet. An vero in eo caſu ſcribens ſubderetur pœnis latis contra ſcribentem, ſi literæ, non perueniſſent ad monialem, verba ſtatuti ponderari deberent; ſi v. gr. prohibita fuiſſet miſſio literarū, ad incurſum pęnarū ſufficeret miſſio licet deficeret literarum receptio.

157 Sed neque prohibitus eſt merus acceſſus perſonalis phyſicus; poſſunt enim exteri accedere ad Eccleſias monialium, & etiam ad externa loca non ingrediēdo clauſuram; ſed prohibitus vel acceſſus ad moniales ipſas cauſa alloquendi illas, vel etiam cauſa aſpectus illarum tam actiui, quam paſſiui. Sanchez. *d.l.*6. *c.*56. *num.*112. Sic ergo prohibita eſt allocutio,ſed ſi quis loquatur lingua, quam monialis non intelligit, non dicitur proprie alloqui monialem. Cæterum parum intereſt an quis cum moniali lingua loquatur vel potius per nutus & ſigna, quia alloquutio non eſt niſi repræſentatio conceptus loquentis per exteriora ſigna. Ideo etiā dici debet prohibitam eſſe alloquutionem per interpretem,quia & hæc eſt propria alloquutio, non tamen ſi quis loquatur per nuncium Non ſola vero colloquutio, ſed alloquutio etiam eſt prohibita, ideo etiam ſi monialis non reſpondeat, incurret pœnas qui cum moniali loquitur. Acceſſus autem materialis non debet attendi, ſed ſufficit acceſſus formalis;ideo pœnas incurret, ſi quis de domo ſua accedat ad locum intra domum, vbi cum moniali ſermonem habeat. Hic vero ſub nomine monialium venit etiam Abbatiſſa. Non veniunt tamen puellæ ſæculares, niſi exprimantur, ſicuti exprimuntur in decreto pro Regularibus iuſſu Vrbani VIII.edito anno 1623.& hæc dicta ſunt ſpectato iure communi. Nam alias in edictis particularibus Epiſcoporum eorum verba conſideranda erunt.

158 Prohibitio vero vniuerſaliter compre-

 hendi

hendit omnes ſubditos ſiue laici ſint, ſiue Clerici, ſiue Regulares, & ita quod inferiores miniſtri vt Vicarij Epiſcoporum, & Regularium ſine licentia non poſſint alloqui moniales, quãuis Epiſcopi ſuis Vicarijs generaliter hanc licentiam concedere poſſint, & concedant ex eo, quod illis delegant monialium curam. Hæc tamen conceſſio non ſe extendit ad alloquutiones extraneas, & alienas ab officio, quod illis eſt commiſſum. Ideo inter Regulares nec Supprior Conuentus, aut Vicarius Prioris, ſeu Superioris localis poteſt alloqui moniales ſine licentia, niſi ex abſentia ſuperioris illi commiſſa remaneat monialium cura. Quod tamen per ſe nõ eſt neceſſarium; quia poteſt eſſe, quod hæc cura in abſentia ſuperioris ſit commiſſa Confeſſario, vel alteri ſpeciali Vicario. In quo caſu ſupprior, vel Conuentus virorum Vicarius, cum non ſit monialium ſuperior, illas ſine licentia alloqui non poteſt.

159 Et nihilominus, quod patres, matres, fratres, & filij non indigeant licentia vt alloquantur moniales eaſdem in temporibus non prohibitis, tanquam deciſum 15. Ianuarij, & 15. Martij, reſoluit Barboſa *ad d.cap.5.nu.*108. Idem de mulieribus honeſtis, & pueris Nicol. *v.monaſterium num.*10.

160 Ita tamen licentia indigeat Magiſtri muſicæ. Et per ſe loquendo etiam famuli, miſſi à dominis ſuis, vt deferant munera monialibus, niſi eos excuſent metus cadens in conſtantem virum, vel etiam praxis recepta in triæceſibus, ſeu quia iuxta morem loquuntur cum ſolis rotarijs. Excuſant vero aliqui mulieres, ſi id fiat ſine dolo, & ſcandalo, & in ſuis conſuetudo legitima ſeruari poteſt.

161. Regularibus autem præcipuè, exceptis Superiore, Viſitatore, & Confeſſario prohibitum fuit alloqui moniales, ex decreto edito à ſac. Congreg. Epiſc. & Regul. iuſſu Sixti Quinti, anno 1590. quod habetur apud Quaran. *v.Monaſ.Monial.* Peyr. *tom.2.conſt.6. Pij V.* Bonac.*q.3. de clauſ.num.*3. Donat. *tract.6 qu.* 5. Tambur.*diſ.*25.*qu* 4. In illo autem decreto prohibitum eſt ſine licentia eiuſdem S.Cong. accedere ad monaſteria, aut domus quarumcumque monialium ad colloquendum, ſeu tractandum cum illis. Imo, & cum quibuſcumque perſonis intra clauſuram degentibus, prohibitio vero iſta comprehendit religioſos cuiuſcumque Ordinis, gradus, & conditionis & qualitatis, & dignitatis, etiam Milites Hieroſolym. qui proprie religioſi ſunt, & vniuerſaliter in quacumque mundi parte decretum hoc ſeruari debet ſacr. Congr. in Aueníonen. 15. Ianuar. 1597.

162 Excipiuntur vero Superiores, Viſitatores, & Confeſſarij; ſed nihilominus declaratum fuit huiuſmodi contrafacere dicto decreto, & ſubdi pœnis eiuſdem, ſi alloquantur moniales extra præciſam ſui officij neceſſitatem. Sac. Congreg in Ianuen. 4. Maij 1618. Et nomine ſuperioris intelligi debet ſuperior monialium, non vero ſimplex ſuperior Religioſorum tantum, vnde non ſunt excepti ſuperior, Vicarius, imo nec ſuperior localis, vt puta Prior, aut Guardianus, ſi illis non eſt commiſſa monialium cura. Ideo nec ſunt excepti, ſed expreſſe incluſi Concionatores ad concionandum, & Sacerdotes ad celebrandum miſſi ad monaſteria monialium.

163 Tranſgreſſoribus vero imponitur pœna priuationis officiorum & vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto. Hanc vero pœnam incurrere per vnicum acceſſum Bonac.*qu.3.p.4. num.*5. Barboſ. *ad d.cap.5.num.*102. Donat.*tr.6.q.7.* Sed quidquid in contrarium dixerit Bonac. citatus *num.6.* Religioſus in conſcientia non tenetur hanc pœnam ſubire ante ſententiam declaratoriam, Donat.*q.*8. Videantur ſcripta *in trac.de elect.* vbi vniuerſaliter probatur huiuſmodi pœnas non obligare in conſcientia ante ſententiam declaratoriam.

164 Dari etiam in hoc paruitatem materiæ, eoſque affici ſuis pœnis, qui loquuntur ex vrbanitate, aut ex alia cauſa iuſta, & neceſſaria per quadrantem horæ, ex Verricell. *tract.8. q.66.num.*31. tradit Donat. *qu.7.* Sed nouiſſimè hoc fuit reiectum per S.Congreg. Concilij, ſequentis tenoris.

Die 11. Maij 1669. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, habita notitia quod nonnulli Regulares, abſque licentia, crates Monaſteriorum Monialium adire, & frequentara non dubitent, prætendentes non eſſe interdictum per breue tempus, etiam vſque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliaſque perſonas intra clauſuram exiſtentes, alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirmant, diſſeminent, & forſan etiam ſcriptis euulgent, proprias grauiter illaqueantes conſcientias, ſcandala conſouentes, ad huiuſmodi pernicioſos erroras eliminandos, opinionem prædictam improbans, reyciens ac damnans, declarauit. Regulares cuiuſcunque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad monaſteria monialium, quamuis ab Ordinarij iuriſdictione quomodolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubiecta, vel aliàs ſpeciali mentione digna, abſque legitima facultate, accedunt, colloquendo, etiam per quodcunque modicum temporis ſpatium, cum monialibus, aut alijs intra clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, aliiſque contra Regulares, accedentes ſine licentia ad monaſteria monialium, ſtatutis pœnis, poſſe ab Ordinario, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, coerceri.

Et die 7. Iunii eiuſdem anni, facta relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas Sua præſentem declarationem approbauit, ac Typis dari, ſeruarique iuſsit.

165 Diſputatum etiam fuit an decretum huiuſmodi continens legem pœnalem obligat in conſcientia ad culpam mortalem. Sed eamdem ſac. Congreg. declaraſſe accedentes ad monaſteria monialium contra formam ſuperioris decreti incurrere etiam pœnam peccati mortalis referunt Peyr. ad conſtit. Pij V. *num.*36. & Barboſ. *de iure eccleſiaſt.cap.*44 *num.*155. Donat. *d.tom 6 q.5. num.6.* & ex relato decreto S.Congreg. hoc iam eſt magis manifeſtum.

166 Ab huiuſmodi pœnis in dicto decreto latis, non poſſe regulares per ſuos ſuperiores rehabilitari dixit Nicol. *in Floſculis v. Acceſſus num.2.* referens ſic deciſum per ſac. Congr. in Vdnet. & Nucer. 14 Decemb. 1604. Sed hoc expreſſe decernitur in decreto ſac. Congr. dato iuſſu Vrbani VIII. 1. Decembr. 1623. in quo etiam decretum de anno 1590. innouatur.

167. In hoc tamen decreto iuſſu Vrbani VIII. edito conceditur facultas Ordinarijs, vt quatenus opus ſibi viſum fuerit expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno cuicumque Regulari, Moniales ſibi in primo & ſecundo conſanguinitatis gradu tantum coniunctas conuenire, & alloqui poſſit Id vero non aliter, quam ſeruata ad vnguem hac forma, vt id non liceat in diebus feſtis, nec id Aduen. & Quadrag. Feria ſexta, Sabbato, & Vigilijs. Secundo, quod licentia ab Ordinario, vel ab eo, ad quem ſpectat obtenta præſentetur, & conſignetur Confeſſario ordinario Monaſterij, qui illam apud ſe retineat. Tertio, quod Confeſſarius aſſociet Regularem, ſitque alloquutioni præſens ſimul cum ordinarijs auſcultatricibus, non alijs. Quarto, quod huiuſmodi licentia pro die, & hora certa in ſcriptis concedatur, & in libris Cancellariæ annotetur. Quinto, quod Ordinarij nec per plures vices, nec pro coniunctis in vlteriori gradu huiuſmodi licentiam concedere poſſint. Sexto, quod non ſeruatis ſupra dictis, Regulares ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent præfatis pœnis ſint addicti.

168. Eſt vero aduertendum huiuſmodi licentiam ſubſcribi debere pro Monaſterijs ſibi ſubiectis etiam à Superiore Regulari iuxta morem, & conſuetudinem, & regiſtrari, & Confeſſario conſignari. Non excuſatur vero Regularis ab incurſu pœnarum, ſi non ſeruet præfatas conditiones, etiam ſi v. g. Confeſſarius nolit adeſſe, vel ſi Regularis loquatur ita ſubmiſſe vt vel Confeſſarius, vel Auſcultatrices non audiant S. Cong. 27. Aug. 1627. Nicol. *v. Acceſſus*, *num.* 7. Neque excuſatur, ſi alloquatur aliam Monialem ab illa, pro qua licentiam obtinuit.

169. Abſolutè autem dare licentiam ad alloquendum Moniales ſpectat ad illos Superiores, ad quos ſpectat dare licentiam pro ingreſſu. De quo ſupra. Et quod omnino ſit neceſſe quod licentiæ ſint ſuſcriptæ ab Ordinario etiam pro Monaſterijs exemptis refert Nicol. *v Monaſterium*, *nu.* 11. ex S. Cong. in Aquil. 22. Feb. 1647. Et hoc non obſtante conſuetudine etiam immemorabili. Sed noua conſuetudo poteſt contra hanc legem præſcribere. Addit vero Nicol. *num.* 12. Huiuſmodi licentias in Ciuitatibus prius debere eſſe ſubſcriptas ab Epiſcopo, vel eius Vicario, in Suburbanis vero prius à Superiore Regulari. Relatas vero Regulares non poſſe aliquid addere, vel minuere, aut mutare de licentia data ab Epiſcopo ex Lezana docet Nicolius, *v. Moniales*, *n.* 28. Sed in his puto ſeruandam eſſe conſuetudinem, quæ in huiuſmodi rebus maximè viget.

170. Cauſa vero legitima eſt neceſſaria ad licentiam huiuſmodi concedendam, quamuis minor ſufficiat ad alloquendum Moniales quam ad ingrediendum Monaſteria, ſolam vero conſanguinitatem non ſufficere dixerunt hic Hoſtien. & alij, *ex cap. Diffinimus* 18. *q.* 2. Sed ibi eſt ſermo de acceſſu Monachorum & licentia accedendi non negatur ibi, ſed illi forma aſſignatur. Et aliud eſt, quod excedens frequentia vitari debeat, & aliud quod ſit inconueniens conſanguineum loqui de licentia Superioris non conſanguinea.

SVMMARIVM.

171 *In Monaſterijs Monialium tot poſſunt recipi, quot poſſunt ſine penuria ſuſtentari.*
172 *Diſtinctio inter decretum huius decret.* & Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3.
173 *Habenda eſt ratio onerum Monaſterij.*
174 *Decretum huius tex. quantum ad irritationem profeſſionis eſt abrogatum.*
175 *Licentia S. Cong. eſt neceſſaria, vt recipiatur ſupranumeraria: Et alia plura de hoc.*
176 *Qualiter ſubueniendum Monaſterio pauperi.*

§. *Sanè.*

171. IN Monaſterijs Ordinum non Mendicantium non poſſunt recipi niſi tot Moniales, quot de Monaſteriorum prouentibus poſſunt ſine penuria ſuſtentari. Hæc eſt regula textus. Fuit vero confirmata huius textus diſpoſitio à Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. & à Pio V. Conſt. *Circa Paſtoralis* 8. §. 2.

172. Eſt tamen inter huiuſmodi ſtatuta diſcrimen. Nam in hac decretali ſolum de Monaſterijs Monialium non Mendicantium præcipitur, vt non recipiantur Moniales ſupra numerum. Sed Concil. Trid. & Pius V. hoc vniuerſaliter in omnibus Monialium Monaſterijs ſeruari mandarunt. Secundo in hac decretali irritatur profeſſio Monialis ſupernumerariæ, vt notant Gloſſ. *in v. irritum*, Dom. *num.* 3. Franc. *ver.* 3. Butr. *in cap.* 1. *num.* 2 *de inſtitut.* & ibi Panormit. *num.* 4. Card. *in fin.* Anchar. *num.* 2. Imolà *num.* 2. Sylu. *v. Religio* 7. *q.* 16. *dicto primo*. Sed hæc irritatio non habetur in decreto Concil. Trid. & Pij V. Tertio Concil. Trid. expreſſius loquitur, & clarius dicens non poſſe admitti Moniales plures, quā poſſint commodè ſuſtentari vel ex redditibus, vel ex conſuetis eleemoſinis: Dictio enim *commodè* expreſſior eſt, & clarior, & benignior quam ſit illa, quæ habetur in hac decretali, ſcilicet *ſine penuria.* Nam Moniales dicerentur poſſe ſuſtentari ſine penuria, etiam ſi cogerentur mendicare ad vitæ ſuſtentationem; quod tamen eſſet valdè incommodum in locis in quibus vel non eſſet conſuetudo vt Moniales non mendicarent, vel perſonarum dignitas id non poſtularet. Vt aduertunt Gloſſ. *in v. abſque penuria*, Dom. *num.* 4 Franc. *num.* 1. Gloſſ. *cap.* 1. *in v. abſque penuria*, *de inſtit.* & ibi Panorm. *num.* 4. Imola. *nu.* 3. Huiuſmodi vero difficultatem & incommoditatē abſtulit Concil. Trid. volens non poſſe admitti ſupranumerarias vltra nu-

numerum earum, quæ commode ſuſtentari poſſunt.

173. Et bene aduertit Panorm. *d. n.* 4. In hoc habendam eſſe rationem onerum Monaſterij, vt inſtaurationis ædificiorum, ſuſtentationis Confeſſarij, Capellani &c. Quia omnes hi ſumptus fleri debent, ex redditibus Monaſterij.

174. Duo autem aduertenda ſunt, primũ, quod conſuetudine abrogata eſt hęc decretalis quantum ad irritationem profeſſionis. Secundum, quod vbi Moniali ſuprannmerariæ detur dos proportionata & ſufficiens, & ſic tollitur periculum incommodæ ſuſtentationis, non eſt prohibitũ admittere ſupernumerarias. Nauar. *de reddit. Eccleſ. q.* 1. *monito* 72. *num.* 2. Gutier. *Canonic. l.* 1. *c.* 32. *nu.* 63. Suarez *de Relig. tr.*3. *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 17. Sanchez *in præcep. Decal. l.* 7. *c.* 23. *num.* 4. Barb. *ad cap.* 3. *ſeſſ.* 25. Concil. Trid. *num.* 25.

175. Et nihilominus ad ſupranumerarias Moniales recipiendas non ſufficit Epiſcoi licentia, vt ex *S. Cong. Epiſ. & Regul. in Fulginat.* 18. *Nouemb.* 1578. & Boruadus 12. *Martij* 1601. & Imol. 5. *Decem. eod. anno* colligit Nicol. *v. Supernumeraria, num.* 1. Vbi, quod Epiſcopus nec poteſt eas recipere etiam ſub conditione beneplaciti Apoſt. vt *in Panorm.* 12. *Decem.* 1600. Nec regulariter S. Cong. concedit hanc licentiam, niſi detur dos dupplicara, *in Ianuen.* 11. *Aprilis* 1601. *& in Peruſ.* 25. *Iunij*. Quamuis ex cauſa, vt ſi recipienda excellat in aliqua virtute, vel ſit de familia ſundatoris Monaſterij, vel ſit orbata vtroque parente, vel ſit nuper conuerſa ad fidem, vel ex alia ſimili cauſa, & maxime ſi Monaſterio aliquando concedatur vt poſſit recipi aliqua ſupernumeraria, vt refert Nicolius vbi ſupra.

176. Vbi vero Monaſteria Monialium penuria laborant, & in neceſſitate ſint, ſeruanda eſſent, quæ ſtatuit Greg. XIII. *in Conſtitut. Deo ſacris*, 8. *edita* 30. *Decem.* 1572. Saltem iuxta moderationem Clem. VIII. De quo vide Nicolium *in v. Moniales, num.* 10. *& in v. Neceſſitas, num.* 5. *& ſequent.*

SVMMARIVM.

177 *Cauſa præſtandi iuramentum fidelitatis, Abbatiſſa poteſt exire à Monaſterio.*

§. *Verum, II.*

177. AGitur in hoc §. de Abbatiſſis obligatis ad præſtandum iuramentum fidelitatis in manu Domini, & decernitur, quod ſi ſint obligatæ ad præſtandum hoc iuramentũ perſonaliter, & non poſſit id fieri per Procuratorem, poſſint exire cum decenti, & honeſto comitatu, ſed poſt præſtitum iuramentum, ſtatim redeant ad propria Monaſteria. De hoc autem dictum eſt ſupra *n.* 73.

SVMMARIVM.

178 *Non poſſunt Moniales cogi vt adſint in iudicio.*

§. *Porro, III.*

178. DEcernitur hic, vt Domini temporales ab Ordinarijs per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur vt admittant Moniales in curijs ſuis litigare per Procuratores. Eccleſiaſticis vero Prælatis mandatur, vt ad omnia negotia à Monialibus coram ipſis tractanda, etiam ad homagia, & iuramenta fidelitatis Procuratores earum admittant. Sic igitur ratione litium, aut negotiorum, non licet Monialibus à clauſura exire.

SVMMARIVM.

179 *Epiſcopi etiam auctoritate Apoſtolica procurare debent clauſuram Monialium.*
180 *Decretum Alex. III. in Concil. Lateranen.*
181 *Decretum Concil. Trid.*
182 *Conſtit. Greg. XV.*
183 *Epiſcopi eſt clauſuram Monialium ponere vbi non eſt, & poſitam conſeruare.*
184 *Epiſcopum non poſſe introducere clauſuram in Monaſterijs Regularium, quidam dixerunt.*
185 *Epiſcopi ex vi Conſtit. Pij V. poſſunt ſimul cum Superioribus Regularium clauſuram in eorum Monaſterijs introducere.*
186 *Facultas iſta non priuatiuè competit Epiſcopis, ſed cumulatiuè.*
187 *Epiſcopus ſolus ex vi Conſtit. Pij V. non poteſt in Monaſterijs Regularium.*
188 *Id poteſt ex vi Concilij.*
189 *Epiſcopus poteſt viſitare clauſuram, non monito Superiore Regulari.*
190 *Epiſcopus poteſt toties quoties ſibi bene viſum fuerit clauſuram viſitare, etiam inuitis Superioribus Regularibus.*
191 *Hoc extenditur ad omnia Monaſteria intra Diœceſim, etiam ſi alteri Epiſcopo ſubiecta.*
192 *Hac facultas non tranſit in Vicarium, neque in Suffraganeum.*
193 *Nec in Capitulum ſede vacante.*
194 *Nec ad Prælatos inferiores, licet habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
195 *Excommunicatio Epiſcopi contra accedentes ad Monaſteria Monialium comprehendit accedentes ad Monaſteria exempta.*
196 *Et etiam comprehendit Regulares ſi exprimantur.*
197 *Epiſcopus poteſt in terminis Concil. Trid. procedere contra Regulares, ſi delictum ſit publicum.*
198 *Hoc idem poſſe fieri ab Epiſcopo, etiam ſi delictum non ſit publicum ex vi Conc. Trid.* ſeſſ. 25. c. 5. *aliqui aſſerunt.*
199 *Hoc negatur.*
200 *Id fieri poteſt ex vi Conſtit.* 18. *Greg. XV.*
201 *Etiam ſi delicta non ſint publica.*

Et

§. *Et quoniam III.*

179. DAtur hic regula valde conſideranda per quam ſtatuitur, quod Ordinarij locorum in monaſterijs ſibi ſubiectis propria auctoritate, in exemptis vero auctoritate Apoſtolica clauſuram procurare tenentur, etiam ſi opus ſit inuocato brachio ſeculari. Et tamen per hoc in alijs caſibus eis iuriſdictio in exemptos eſt attributa.

180. Etiam in Conc. Lateranen. ſub. Alex. III. decretum fuerat, quod monaſteria monialium ſi quis Clericus ſine manifeſta & rationabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, ab officio Eccleſiaſtico reddatur immunis, & ſi laici excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.

181. Concil. autem Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 5. Conſtitutionem hanc Bonifacij VIII. confirmauit. *Bonifacij VIII. inquit Conſtitutionem, quæ incipit Periculoſo renouans Sancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis, Ordinaria, in alijs vero Sedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram Sanctimonialium vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita compeſcentes, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis &c.* Hoc vero decretum Concil. ſimul cum Conſtit. hac Bonifacio VIII. confirmauit Pius V. in conſtit. quæ incipit, *circa paſtoralis* ſub dat. 4. Kalend. Ma. 1566.

182. Sed & Greg. XV. in Conſt. 18. in Bull. Rom. quæ incipit *inſcrutabili*; ſub dat. 9. Februar. 1622. inter alia ſic ſtatuit, §. 4. *Ad hæc tam ſeculares, quam Regulares huiuſmodi nullis priuilegijs, & exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem monaſteriorum Monialium etiam Regularibus ſubiectarum ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant.* Et §. 6. in fin. *Ita vt Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquomodò delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſq; pœnas, vti eiuſdem ſedis delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant.* Hoc autem locum habere non ſolum in delictis notorijs declarauit S. Cong. Conc. Vrbano VIII. approbante, vt habetur in eodem Bullar. *in reſp. ad* 13.

183. Epiſcopi igitur eſt clauſuram monialium introducere vbi non eſt, & violatam reſtituere, & inuiolatam cuſtodire, vel auctoritate Ordinaria in monaſteriis ſibi ſubiectis, vel delegata à Sede Apoſtolica in exemptis.

184. Tria ergo cum tribuantur Epiſcopis, ſcilicet clauſuram introducere, reſtituere, & cuſtodire, circa primum quæritur primò, hanc Epiſcopi poſſint in monaſteriis ſubiectis regularibus clauſuram introducere. Aliqui enim hoc negant, quia in Concil. Trid. ſolum conceditur, vt clauſuram violatam reſtituant, & inuiolatam conſeruent, nihil verò de introductione clauſuræ dicitur Superiorum igitur Regularium eſt in ſuis monaſteriis clauſuram indicere, non vero Epiſcoporum & ponderandum eſt illud verbum Concilii *reſtituere*, quod ſupponit clauſuram prius inſtitutam, nec propriè dicitur clauſuram reſtituere, qui illam primò inſtituit, ſed qui prius inſtituam, & poſtea violatam in ſtatum priſtinum reponit. Et poteſt hoc confirmari ex textu ponderando, quod Bonif. dat Epiſcopis facultatem introducendi clauſuram in monaſteriis quæ immediate ad Romanam ſpectant Eccleſiam, hæc vero ſunt, quæ immediate ſubſunt Romano Pontifici, & non ſunt ſub cura alterius Prælati, Talia vero non ſunt monaſteria quæ ſubſunt Prælatis Regularibus; & aliis Prælatis, vnde de iſtis non loquitur Bonif. in priori parte, in qua dat Epiſcopis facultatem introducendi clauſuram. Sed monaſteria huiuſmodi ſubiecta Regularibus comprehenduntur ſub ſecunda parte, in qua præcipitur Abbatibus, vt Prælatis inferioribus vt & ipſi procurent, vt huiuſmodi clauſura in ſuis Monaſteriis introducatur. Nec obſtat Decretum Concilii Trid. Quia imo ex vna parte hanc Bonifacii conſtitutionem confirmat, ex alia vero parte, nihil contrarium diſponit, quia nihil dicit de introductione clauſuræ, ſed ſolum de illius reſtitutione & conſeruatione diſponit. Et ita hanc ſententiam tenuerunt Nauar. *Com.* 4 *de Regul. num.* 60. Sanchez *l.* 6. *in* Decal. *cap.* 15. *nu.* 21. Hieron. Rodriq. *reſol.* 26. *nu.* 29. Bonac. *de clauſ. quæſt.* 1. *par.* 6. *num.* 1. Tambur. *diſp.* 24. *quæſt.* 9. *num.* 5. Peyr. *tom.* 2. Priuil. *ad conſt.* 6. Pij §. 9. *num.* 19. Pelliz. *de clauſ.* Mon. *cap.* 5. *ſect.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 6. *in fin.*

185. Sed primo dicitur hoc eſſe certum ex Conſtit. Pij V. *Circa Paſtoralis*, Epiſcoporum quod in monaſteriis etiam mediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, qualia ſunt monaſteria Regularibus ſubiecta clauſuram introducere poteſt Epiſcopus ſimul cum eorum ſuperioribus, vt patet ibi. *Quatenus in monaſterijs monialium ſibi Ordinario iure ſubiectis ſua, in his vero, quæ ad Romanam mediate, vel immediate ſpectant Eccleſiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate, vna cum ſuperioribus eorumdem monaſteriorum clauſuram ſeruari procurens.* Clauſula enim iſta *clauſuram ſeruari procurent*, ampla eſt, nec reſtringitur ſolum ad reſtaurationem clauſuræ prius introductæ, & poſtea violatæ, ſed comprehendit omnem caſum in quo clauſura ſeruari debeat, & non ſeruatur. Ex vi autem Conſtit. Bonifacii VIII. & Pij V. clauſura introduci debet, & ſeruari etiam vbi antea non ſeruabatur, Epiſcopi igitur ſimul cum ſuperioribus Regularium procurare poſſunt vt clauſura ſeruetur etiam vbi numquā fuit ſeruata, & ſic clauſuram introducere.

186. Nihilominus dicitur Regulares Prælatos ex vi huius Conſtit. poſſe introducere clauſuram etiam per ſe ipſos, ſine Epiſcopo, nam facultas Epiſcopis conceſſa fuit nō priuatione quoad ſuperiores Regulares, ſed cumulatiuè, nullum enim eſt Verbum in hac Decret.

vel

Digitized by Google

vel in alijs conſtituit. aut in Concil. Trid. per quod hæc poteſtas ſit ablata à Regularibus. Imo in hoc §. diſtinctè mandatur Abbatibus, & Prælatis Epiſcopo inferioribus vt procurent in ſuis monaſterijs clauſuram introduci, & ſeruari. Donat. *tract. 3. quæſt. 4. num. 5.*

187. Sed quid dicendum, ſi Prælatus Regularis interpellatus ab Epiſcopo vel negligat, vel recuſet clauſuram hanc introduci? Poterit ne tunc Epiſcopus ſolus clauſuram introducere? Affirmat Donatus *d. num. 5.* ſed confundit introductionem clauſuræ cum illius viſitatione & cuſtodia, de quibus alia eſt ratio, quia adſunt de illis ſpecialia iura infra conſideranda. At loquendo de introductione clauſuræ, cum hæc à Bonifacio VIII. in monaſterijs exēptis mediate Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, & habentibus proprios Prælatos, ſolis huiuſmodi Prælatis hoc commiſerit, Pius V. vero illam Epiſcopis non deleget niſi vna cum ſuperioribus monaſteriorum, non poteſt Epiſcopus ſolus ex vi dicta Conſt. Pij V. hanc clauſuram introducere, quia non eſt illi conceſſa iuriſdictio niſi ſub hac conditione. Niſi igitur ſit noua aliqua alia lex, quæ hanc facultatem tribuat ſoli Epiſcopo, illi non competit. Nec dicas, cum Donato, quod dictio *vna* non dicit dependentiam, ſed ſimultatem; quia in caſu ex quo dicit ſimultatem, claudit dependentiam, quia vbi non habenti iuriſdictionem datur facultas agendi ſimul cum alio hæc forma eſt ſeruanda, nec iuriſdictio adeſt niſi ſub conditione ſimultatis cum alio.

188. Sed nihilominus dicitur, quod cum leges præcipiant monialibus ſeruare clauſuram. Vbicumque lex iſta ſeruari debet, & non ſeruatur lex clauſuræ, violatur, & violatur ſimul clauſura, quia clauſuram violare non eſt aliud, quam contra legem clauſuræ ingredi, vel egredi à ſeptis monaſteriorum. In idem igitur coincidunt legem clauſuræ violare, & violare clauſuram, & ſic hanc reſtituere eſt legis obſeruantiam violatam in ſtatum obedientiæ reſtituere: Et ideo vbicumque lex clauſuræ obligat, & non ſeruetur, poteſt Epiſcopus etiam ſolus compellere ad illius obſeruantiam etiam moniales ſubditas Regularibus. Vbi tamen lex clauſuræ non obligaret, vel ex priuilegio vel ex fundatione, aut ſtatuto Apoſtolica auctoritate roborato, vel etiam ex conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta, quia tunc lex clauſuræ non eſſet violata, non poſſet Epiſcopus clauſuram introducere in monaſterijs non ſibi ſubiectis, quia imo lex clauſuræ illa monaſteria non obligaret, nec in illis clauſura eſſet violata, vnde nec haberet locum decretum Concil. Trid.

189. Circa ſecundum & tertium vero, ſcilicet circa reſtitutionem clauſuræ violatæ, & cuſtodiam inuiolatæ, quæritur ſecundo. An Epiſcopus ad effectum reſtituendi, aut conſeruandi clauſuram poſſit ingredi monaſteria monialium, etiam exempta, & etiam ſine ſuperiore monaſterij exempti, & toties, quoties ſibi bene viſum fuerit? Primo autem communiter à DD. reijcitur ſententia Mirandæ de Monial. *qu. 2. art. 14. num. 3.* exiſtimantis Epiſcopum non poſſe intrare monaſteria monialium exemptarum & ſubditarum Prælatis regularibus prætextu videndi an clauſura fuerit violata, niſi publicè conſtet eam fuiſſe violatam, & nec in hoc caſu, niſi poſtquam eadem de re ſemel & iterum ad monuerit ipſarum monialium Prælatum Ordinarium. Ratio eſt, quia in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.* prudentiæ & vigilantiæ Epiſcopi abſolutè commiſſa eſt cura vel reſtituendi clauſuram violatam, & inuiolatam conſeruandi in omnibus & ſingulis monaſterijs ſitis intra ſuam Diœceſim. Quanuis igitur vt dictum eſt ſupra nec Epiſcopus poſſit intrare monaſteria monialium niſi ex rationabili cauſa, & neceſſitate, tamen hæc rationabilis cauſa adeſt, ſi probabiliter ſuſpicetur clauſuram fuiſſe violatam, vel fore vt violetur, & ſic rationabiliter iudicet præſentiam ſuam eſſe ad hoc neceſſariam intra monaſterium.

190. Et quia Concil. ibid. non dat Epiſcopo iuriſdictionem cum dependentia à Prælatis Regularibus, vel alijs ſuperioribus monialium, ſed abſolutè vult Epiſcopos Clauſuram monialium vel reſtituere, vel conſeruare in quibuſcumque monaſterijs, ideo non eſt neceſſe, quod prius ſemel & iterum moneant Prælatos vel Regulares, vel ſeculares ſuperiores monialium, & ſine illorum ſocietate, & illis inſcijs, imo & illis inuitis, toties quoties ſibi benè viſum fuerit poteſt prætextu viſitandi clauſuram intrare monaſteria monialium, & clauſuram viſitare. Sic enim ſæpe fuiſſe à S. Congreg. declaratum referunt, & docent. Bellar. *ad d. cap. 5. Concil. Trid.* Gallet. in Margar. *caſ. conſc. v. Clauſura.* Gauant. in Manual. *v. Monialium clauſura n. 47.* Sellius *in ſelect. Canon. cap. 8. num. 2.* Choch. *de iuriſd. Ord. in exemp. par. 2. quæſt. 45. num. 15. & 80.* Campanil. *in diuerſ. iur.* Canon. *Rubr. 12. cap. 13. num. 83.* Nald. *v. Clauſ. nu. 2.* Victorell. *de clauſ. §. An Epiſcopi Superioris* Donat. *de clauſ.* Mon. *tr. 3. quæſt. 4. num. 5.* Barb. *lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 11. §. 8. num. 216. & cap. 44. n. 107. & de off. & poteſt. Epiſ. all. 102. à numer. 7. et ad d. cap. 5. ſeſſ. 25. Concil. Trid. num. 12. et ſequen.* Sormendar. *in recopil. legum* Nauarræ *l. 1. tit. 18. l. 7. numer. 44. et 91* Nouar. *in Lucer. numer. 4.* ſpecialiter vero, quod in hac viſitatione non ſit neceſſaria præſentia Superiorum Regularium tanquā deciſum in Vercellen. 22. Aprilis 1617. tenent Sell *d. cap. 8. num. 25. et* Barb. *ad d. cap. 5. num. 15.* Inter alias vero declarationes S. Cong. Concilij habetur vna data 26. Maij 1640. ſequentis tenoris. *Sacra Congreg. Concil. cenſuit Epiſcopum Colimbrienſem vti Sedis Apoſtolicæ deputatum potuiſſe quoad clauſuram monaſterij monialium Conuentus de Cellas Ordinis Ciſtercien. Regularibus eiuſdem Ordinis ſubiectum viſitare, etiam aſſumpto ſecum Vicario Generali, et Confeſſario earumdem monialium, monialeſque ipſas in ijs, quæ ad eamdem clauſuram pertinent examini ſubijcere, ſemotis etiam ſuſpicione violatæ clauſuræ, ac quacumque ſuperiorum Regularium negligentia, ipſiſq; inconſultis, et irrequiſitis. Ac inſuper eidem Epiſcopo licuiſſe Rectorem Collegij dicti Ordinis ex ſupradicta cauſa inobedientem declarare in pœnam excommunicationis, ac alias comminatas incurriſſe &c.* Card. Pamph. Quam declarationem refert Barb. *d. all. 102. n. 8. & ad d. c. 5. ſeſſ. 25. Conc. Trid n. 13.*

Exten-

Digitized by Google

191. Extenditur vero hæc facultas Epiſcopi ad omnia monaſteria ſita intra Diœceſim etiam ſi alteri Epiſcopo ſint ſubiecta, vt tanquam deciſum tenent Gallet. vbi ſupra *v. Monialis num.*4. Barb. *d.alleg.*102.*n.*6. *& ad d. cap.*5. Concil.Trid.*n.*18. Imo & monaſteria monialium nullius Diœceſis, ſi intra fines ſuæ Diœceſis ſint poſita, vt docet R.P.D.Fagnan. *cap. Nullus num. 26. & 30. de Paroch.* ſecus vero vbi monaſteria ſint extra Diœceſim omnino & in territorio alterius vel Epiſcopi, vel Abbatis, vel alterius Prælati, licet aliquando fuerit de Diœceſi, vt idem Fagnan. aduertit.

192. Hæc vero facultas non tranſit in Vicarium generalem Epiſcopi, niſi ex ſpeciali delegatione. Sell. *d.cap* 27.*num.*8. vbi quod hoc fuit reſolutum 13. Maii 1628. Non quæ ex ſpeciali iure competunt Epiſcopo non conceduntur vicario ex vi generalis mandati, vt probatum eſt ſupra *cap.*2.*&* 3. & præcipue *cap* 3. *de off. Vicarij in hoc* 6. Et neque ſuffraganeo Epiſcopi competit hæc facultas niſi ei ab Epiſcopo fuerit ſpecialiter commiſſa, cum non habeat vſum iuriſdictionis niſi in quantum ei concedit Epiſc. Et ſic fuiſſe deciſum 11. Maij tradunt Sell.*d cap.*8. Barb. *ad d. cap.*5. Concil. Trident. *num.* 17.

193. Ideo hæc facultas neque tranſit in Capitulum ſede vacante, & multo minus in in eius Vicarium. Non enim capitulum ſede vacante ſuccedit in iuriſdictione conceſſa Epiſcopo ex delegatione, & ſpeciali iure, vt probatum eſt ſupra *cap.* 3. *num.* 22. *de ſuppl. negl. Præl.*

194. Abbates antem, ſeu Prælati habentes proprium territorium exemptum & in eo iuriſdictionem Epiſcopalem poſſunt quidem, & debent in ſuis monialium monaſterijs clauſuram introducere, & cuſtodire. Hoc enim eis committitur in hac Decretali. Sed eis non conceditur vt id facere poſſint in monaſteriis ipſis non ſubiectis, ſed ſolum in ſubiectis. Facultas quoque conceſſa à Concil. Trid. *d.cap.*5. Epiſcopis fuit conceſſa, & ſpecialiter fuit delegata, in huiuſmodi vero delegationibus, quæ tertij præiudicium inferunt, & ideo ſunt ſtrictæ interpretationis ſub nomine Epiſcopi non veniunt inferiores Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Facultatem vero conceſſam Epiſcopis à Greg.XV. non extendi ad huiuſmodi Abbates, & Prælatos inferiores declarauit S.Congreg. vt habetur in *Bull. Rom. ad conſtit.*18. Greg.XV. Neque enim ratio ſuadet, vt in his magis confidendum ſit Abbatibus vel ſimilibus Prælatis, quam proprijs Monialium ſuperioribus, & Prælatis quibus monialium earumdem cura ordinaria fuit commiſſa.

195. Quæritur tertiò An excommunicatio lata ab Epiſcopo contra accedentes ad monaſteria monialium afficiat accedentes ad monaſteria exempta. Controuerſa fuit hæc quæſtio apud antiquos alijs affirmantibus alijs negantibus, quos abunde refert Tambur. *diſp.* 25.*q.*7. Et de hoc dixi *ſup. cap. Vt animarum* 2. *de Conſt. q.*2. *a.*1 *n.*553. Et licet ibi ſpectata ratione acceſſus phyſici dixerim hunc eſſe terminatum, tamen ſi conſideretur, quod ſolus acceſſus phyſicus ad monaſterium non prohibeatur, vnde non eſt excommunicatus, qui accedat, vt videat ædificium, vel picturas, vel cauſa recreationis non vt videat, vel loquatur cũ monialibus, acceſſus vero ille moraliter non conſumatur niſi intra monaſteriũ exemptum, & ſic niſi extra diœceſim, opinio illa affirmans eſt dubia. Sed hodie quæſtio locum habere non poteſt quia cum Epiſcopus iuriſdictionem habeat etiam vt compeſcat delicta commiſſa circa clauſuram, & circa perſonas monialium in monaſterijs exemptis. Et acceſſus ad moniales cauſa illas vel videndi, vel alloquendi ſpectet ad quandam violationem clauſuræ, modo infra explicando iam conſtat quod Epiſcopus hunc acceſſum auctoritate Apoſtolica poteſt prohibere reſpectu etiã monaſteriorum exemptorum. Solum igitur in hoc attendi debent verba edicti Epiſcopalis an ſcilicet comprehendant ſolum monaſteria Epiſcopo ſubiecta, an vero omnia alia etiam exempta.

196. Quæritur quarto. An excommunicatio Epiſcopi contra accedentes ſine licentia ad monaſteria monialium afficiat Regulares ſine licentia acccedentes. Hæc quoque quæſtio controuerſa fuit antiquitus. Et de Regularibus habentibus priuilegium, & non poſſint excommunicari negantem partem ſecuti ſunt DD. plurimi quos referunt Barb. *de off & poteſt. Epiſc. all.*102. *n.* 73. & Tambur. *d. diſp.*25. *q.*8. Et quantum ſit ex vi ſolius decreti Concil. Trident omnino ita dicendum puto non poſſe ab Epiſcopo excommunicari Regulares habentes priuilegium vt excommunicari non poſſint Quod etiam declaraſſe *S. Cong* 9. *April.* 1583. refert Quaranta *v. Monaſteria monialium*, & eamdem declarationem ad verbum refert Tambur. *d.*25.*q.*9.*n.*1. Sed cum modo Epiſcopi contra Regulares circa perſonas monialium, aut circa clauſuram delinquentes nullo obſtante priuilegio poſſint procedere per cenſuras ex vi citatæ, *Conſt. Inſcrutabili* Greg XV. non eſt amplius locus dubitationi huic. Sic enim & in decreto S.Cong·Conc. hoc anno publicato, & ſupra *n.*164. recenſito hoc idem continetur, ſcilicet quod Epiſc. poteſt contra huiuſmodi delinquentes per excomunicationem procedere. Et ita quod nunc Epiſcopus poſſit prohibere acceſſum ad monaſteria monialium ſub pœna excommunicationis ſibi reſeruatæ. Et quod hæc excommunicatio liget etiam regulares, imo & moniales, facta de illis mentione, adeo vt ſuperiores Regulares ab hac excommunicatione abſoluere non poſſint, & quod hoc declarauerit S.Cong. in *vna Viterbien.* 26. *Iunij* 1626. docent Barb. in *ſum. v. Epiſcopus n.*1. Nauar. *in lucerna v. Epiſcopus, quoad Regulares. nu.* 7. Peyrin. *in additam. in decreto* 5. Leʒana *in ſum. v. Epiſcopus n.*13. Donatus *de Monial. tract.* 7. *q.*4.*n.*9. ſolum igitur debet attendi, quod cum regulares digni ſint ſpeciali expreſſione, ſub generalibus verbis edicti Epiſcopalis non comprehendentur Regulares, niſi nominatim exprimantur, vel clauſulæ ſint adeo vniuerſales & prægnantes, vt æquiualeant expreſſioni ſpecificæ,

197. Quæritur quinto. An Epiſcopi poſſint punire Regulares ſine licentia accedentes ad monaſteria monialium, & illas alloquentis. Non eſt in hac parte difficultas, ſi huiuſmodi acceſſus & colloqutio cum monialibus ſit publica, & notoria, & ſcandaloſa. Nam cum acceſſum ad monaſteria Regularium ſine licentia ad colloquendum cum illis Regularibus ſub pœnis grauibus ſit interdictum, & ex conſequenti hic acceſſus ſine licentia ſit delictum, & quidem extra eorumdem Regularium clauſtra commiſſum, ſi vlterius ſit publicum, & notorium, & populo ſcandalum inſerat, iam tamen in caſu Concil. Trid. *de Regul. & poteſt. Epiſcopus* hoc delinquentes capere, & puniendos ad ſuos ſuperiores remittere, in terminis dicti decreti Concil. de quo videantur, quæ ſcripſi *tom. 3. de ſtat. q. 189.*

198. Sed dubium eſt, an in quocumque caſu etiam ſi delictum hac non ſit publicum, & ceſſet ſcandalum poſſit Epiſcopus hoc debitum punire, & ita quod Regularis delinquens nec ſit remittendus ad ſuperiores ſuos puniendus, ſed immediate per Epiſcopum puniri poſſit. Affirmant vero aliqui hanc facultatem competere Epiſcopis ex vi decreti Conc. Trid. *d. c. 5. ſeſſ. 25.* & ita R.P.D. Fagnan. loco citato, & mouetur quia in auctoritate conſeruandi clauſuram continuetur ſacultas ad ea, quæ clauſuram comitantur, vt per *l. 2. ff. de iuris om. Iud. & cap. Præterea de off. deleg. & cap. De prudentia, de dote poſt diuort. reſtituen.* docet hic lo. Mon. *num. 2.* Ac vero ad clauſuram cuſtodiendam experientia teſte, maximè conducet, vt Regulares ad monaſteria monialium non accedant ſine licentia, idcirco enim tot prohibitiones emanarunt hac in re, & ſub grauibus pœnis à ſede Apoſtolica. Huiuſmodi Regularium clandeſtinæ collocutiones, valdè ſuſpectæ ſemper fuerunt ſacris Canonibus, etiam ab antiquiſſimo tempore, vt patet ex ſeptima Synodo *can. 20. & ex Concil. Hiſpalen. cao. 11.* Et ideo vt reſert Fagnan. *cap. Quanto de Priuil. num. 23.* cum Epiſc. Bellunen. retuliſſet S. Cong. Conc. nonnullos abuſus circa facultatem alloquendi moniales Regularibus ſubiectas, S. Cong. reſpondit, hoc caput, quod clauſuram eiuſque conſeruationem & reſtitutionem reſpicit ad iuriſdictionem Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati pertinere.

199. Sed quod fortè hæc non tranſirent ſine difficultate aduertit idem Fagnan. *num. 24.* Et merito hoc dicitur. Nam in Concilij decreto ſolum datur Epiſcopis facultas reſtituendi clauſuram violatam, & inuiolatam conſeruandi. Et proculdubio eſt ibi ſermo de clauſa materiali. Nam neque hoc nomen clauſura monialium importat niſi quod ſepta monaſteriorum ſint clauſa, ita vt nec moniales egredi nec alij ingredi valeant, vt ſupra eſt explicatū, at vero accedens ad externa loca monaſteriorum ad colloquendum cum monialibus non frangit clauſuram, neque enim ingreditur, vel ex hoc frangit aliquem murum, vel aliud ex quo frangatur clauſula. Quod vero hic acceſſus poſſit eſſe medium ad fractionem ordinatum, vel eius occaſio; hoc eſt nimis remotū, & per accidens, nec videtur ſufficiens ad dandam Epiſcopo iuriſdictionem in exemptos, quam de iure non habet. Neque puto quod quis diceret, quod ex hoc Epiſcopus habet iuriſdictionem vt puniat Regularem ſcribentem moniali licet hoc poſsit eſſe medium, aut occaſio aut cauſa fractionis clauſuræ. Sic igitur videtur quod ſolum in caſu in quo acceſſus, vel collocutio actu ſit ordinata ad fractionem clauſuræ, intrabit Epiſcopi iuriſdictio. Nam alias neque hunc acceſſum per ſe regulariter comitatur violatio clauſuræ, ſed valde raro, & per accidens. Et quamuis hic acceſſus vt malus, & prohibitus, nam per hoc eſt violatio clauſuræ. Nec declaratio citata obſtat, quia nec exprimit, qui abuſus fuerint illi, & poteſt eſſe, quod illi clauſuram concernerent.

200. Sed attenta conſtit. inſcrutabili Gregor. XV. ſupra relata, in qua tribuitur Epiſcopo facultas puniendi etiam Regulares delinquentes circa clauſuram, vel circa perſonas monialium. Non enim negari poteſt, quod hoc delictum non ſit circa clauſuram, & cuſtodiam monialium, licet non ſit delictum commiſſum intra clauſuram, & pariter non poteſt negari quod colloqutio cum moniali nō ſit delictum commiſſum circa perſonas monialis cum inducatur colloqutio contra prohibitionē Sedis Apoſtolicæ, quæ nec in moniali eſt ſine peccato, cum ad minus cooperetur peccato viri ſine licentia colloquentis. Et hoc magis indubitatè procedit, ſi colloqutiones ſint turpes, vel ſi adſint tactus non honeſti, aut huiuſmodi tales adeſſe præſumi poſsint attentis circumſtantijs, ſed etſi non ſint turpes, adhuc ſi ſint vani, & otiosè detineant moniales in confabulationibus, quæ aliquo modo ſint peccata, adhuc non poteſt negari quod illa non ſint mala circa monialium perſonas. Et certe etiam hoc conſiderari debet, quod cum in hac conſtit. Greg. XIII. puniantur etiam qui delinquunt circa perſonas, & clauſuram, in illa proterea accipitur clauſura non pluré phyſicà, & materialiter, ſed etiam aliquo modo moraliter. Et vlterius ad minus frequens acceſſus ad monaſteria ſine neceſsitate non eſt ſine præſumptione delicti circa perſonas monialium. Et ideo quod iſti Regulares accedētes ad colloquendum cum monialibus, poſsint compelli, & puniri ab Epiſcopis tenet Fagnan. *diſt. num. 8. & ſequent.* Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp. 4. q. 9. num. 3.* Et hoc idem conſequenter docent DD. ſupra citati qui docent Epiſcopum tam Regularibus, quam monialibus poſſe prohibere acceſſum vel reſpectiuè colloqutione ſine licentia, ſub pœna excommunicationis ſibi reſeruatæ.

201. Neque ad huiuſmodi punitionem neceſſe eſt, quod delictum ſit publicum. Nam S. Cong. Concil. annuente Pōntifice declarauit facultatem conceſſam à Greg. XV. extendi ad omnia præfata delicta, ſiue ſint publica, ſiue non publica. Et habetur hæc declaratio in Bull. Rom. poſt dictam conſtit. Inſcrutabili 18. Greg. XV.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*
2 *Importune obtentum reuocatur.*
3 *Non poteſt inſtitui noua Religio ſine Sede Apoſtolica.*
4 *Solius Pontificis eſt nouos ordines approbare.*
Quid ſit nouum ordinem inuenire 4.
5 *Impetratum per importunitatem dicitur extortum.*
Poteſt ex cauſa rationabili reuocari.
6 *Non eſt nullum niſi reuocetur.*
Factum contra legem non eſt ipſe iure nullum 6
7 *Quæ facto defiunt poſſunt de facto reuocari.*

Tit. XVII.

De Religioſis domibus.

Cap. Religionum vnic.

1 Diuiditur hæc Decretalis in 4. partes in quarum prima diſponitur de Religioſorum ordinibus poſt Concil. Later. ſub Innoc. inſtitutis, ſed à Sede Apoſtolica non confirmatis in ſecunda parte de confirmatis, in tertia excipit aliquos Ordines quos non vult comprehen di ſub diſpoſitis in prima, & ſecunda parte in quarta parte ordinibus compreheuſis concedit tranſitum ad aliam religionem.

2. In prima igitur parte præmiſſo, quod multitudo Religionum confuſionem parit, & quod aliquorum importuna petitio illarum multiplicationem extorſit, imo quod aliqui procedentes de facto nouos Ordines inſtituerunt, non appobatos à Sede Apoſtolica, duo decernit.

3. Primo enim repetita conſtitutione prohibet ne de cætero nouum Ordinem adinueniat vel habitum nouæ Religionis aſſumat. Quod & ſtatutum fuerat in Concil. Lateran. *cap. fin. ſup. eod. tit.* & approbatum in extrauag. Sancta Romana Io: 22. *eod. tit.* ſecundo affatim ſeu generaliter Religiones medicantes poſt dictum Lateranen. Concilium adinuentas, & à Summo Pontifice non confirmatas perpetuæ prohibitioni ſubijcit, & reuocat.

4. Itaque ſolius Pontificis eſt Religioſorũ Ordines approbare, quod etiam habetur *ſup. in hoc lib. cap. 1. de voto*. Sed hic Pontifex prohibet etiam nouum ordinem adinuenire. Ille vero dicetur nouum odinem inueniſſe, qni ad viuendum collegialiter ſub certa regula, aut legibus à ſe, vel ſimul à ſocijs conſtituta aut conſtitutis fideles conuocaret, & ad habitum, & profeſſionem reciperet. Ideo bene aduert Gloſſ. in *v. habitum*, quod dum Pontifex prohibet ne aliquis habitum nouæ Religionis recipiat, hoc intelligitur de habitu qui à pluribus collegialiter viuentibus defertur, qui eamdem Religionem profitentur. Alias enim ſingularis perſona ſeorſum viuens, & habitans, & ſectas non inueniens, nouum ſibi habitum inducere poſſet *cap. Parſimoniam 41. diſt.* neque hoc eſt hic prohibitum.

5. Ex hac vero prima parte textus nonnulla præter textus regulam notata digna ſunt Et quidem primo conſideratur quod textus id quod fuit impetratum petitione vocat extortum, ideſt non libere, ſed coacte conceſſum, & obtentum. Ex quo deducunt Dom. *num.* 1. & Franc. *num.* 1. quod id, quod pee importunitatem obtinetur cenſetur extortum. Sed aduertendum quod huiuſmodi non poteſt cenſeri ſimpliciter inuoluntarium, ſed ſolum ſecundum quid. De quo plura dixi *in tract. de elect. cap. 5. q. 7. nu.* 82. *& ſequent.* Ideo per importunitatem conceſſum non eſt nullum. Quamuis poſſit mouere voluntatem ſuperioris ad illud reuocandum ſi tamen aliunde videat non conuenire. Quare ſola etiam extorſio per importunas preces, non ſufficeret ad reuocandum conceſſum, ſi nihil aliud oſtenderet id conuenire.

6. Notandum ſecundo quod Anchar. *nu.* 1. Dom. *n* 4. & Franc. *n.* 1. poſt Io. And. exiſtimant, quod actum poſt prohibitionem ſit ipſo iure nullum, ex *l. Non dubium C. de leg.* ſi tamen lex vltra non procedit, ſed ſi lex vltra procedit ſeruabitur. Sed de hoc ex profeſſo tractaui *quæſt. in tract. de elect* & probaui geſtum contra legem non eſſe ipſo facto nullum, niſi lex addat decretum irritans, vel aliter exprimat hanc nullitatem. Ideo in hoc textus non procedit declarando nullam fuiſſe inſtitutionem Religionum factam poſt Concilium, ſed illam reuocauit.

7. Notandum tertio quod Dom. *num.* 4. & Franc. *n.* 2. ex Innoc. *c. Cum dilecti de elect.* docent, quod quæ de facto procedunt poſſunt de facto reuocari etiam non citata parte. De quo in *cap. Cum ceſſante de appellat.* Hoc tamen plene non colligitur ex hoc textu, cuius caſus eſt facti quod intentatum fuit contra prohibitionem ſuperioris, vnde fuit à ſuperiore reuocatum non de facto, ſed de iure, ex quo geſta contra legem poſſunt reuocari.

SVMMARIVM.

8 *Quidam ordines Mendicantium extincti ſeu ſuſpenſi.*
9 *Qui ſint Ordines Mendicantium.*
Diſtinctio Mendicantium ex regula, & conſtit. non approbatur. 9.
10 *Prædicatores, Minores, Auguſtiniani ſunt Mendicantes de iure communi.*
11 *Nunc plures Ordines Mendicantium* ex Conc. Trid. *habent redditus in communi ſaluis priuilegijs Mendicantium.*
12 *Iſtis Ordinibus extinctis, & ad tempus toleratis prohibitum fuit alienare etiam mobilia.*
13 *Modus extinguendi Religiones.*
14 *Ex hoc textu non colligitur quod Pontifices poſſit inualidare profeſſionem.*
15 *Pœna excommunicationis hic lata non ſe extendit niſi ad Ordines in hoc* §. *extinctos.*
16 *Bona religionum extinctarum, aut Collegiorum ad quem ſpectent.*
17 *Ex hoc textu non habetur vniuerſalis prohibitio acquirendi noua loca.*

18 *Emittens profeſſionem in religione non approbata non eſt obligatus ad Religionem in communi.*

§. *Confirmatos. I.*

8. IN ſecunda parte Pontifex diſponit de Ordinibus Mendicantium inſtitutis poſt Concil. Lateranen. & à ſede Apoſtolica confirmatis, & decernit, quod Ordines Mendicantium poſt Concilium inſtituti, & confirmati ſubſiſtant modo, ſeu ſub conditionibus ſequentibus. Primo ſcilicet, vt Religioſi huiuſmodi ſic poſſint remanere in eiſdem Ordnibus, quod tamen nullum ad profeſſionem admittant. Secundo quod deinceps nullam domum aut locum de nouo acquirant. Tertio quod domos vel loca, quæ habent alienare non valeant ſine ſedis Apoſtolicæ licentia. Quarto quod ſi ſecus factum fuerit, nec perſonarum receptio, nec domorum, vel locorum acquiſitio, nec domorum, vel locorum, aut aliorum bonorum alienatio valeat. Quinto quod contra facientes excommunicationem incurrant. Sexto quod ipſi extraneis nec prædicare, nec eorum confeſsiones audire, nec eos ad ſepulturam recipere poſſint.

9. Declarat autem, qui ſint Ordines Mendicantes, de quibus loquitur, & ait illos eſſe quibus ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio ſeu regula quæque interdicunt, ſed per quæſtum publicum victum tribuere ſolet incerta mendicitas Diſtinguunt vero aliqui DD. inter non habere redditus congruos ad ſuſtentationē ex regula, & ex Conſtitutionibus, & ſecundū hanc diſtinctionem Bald. *in aut. Si qua mulier. C. de ſacr. ſant. Eccl.* & Federic. *conſ.* 258. voluerūt quod Prædicatores non ſint mendicantes ex regula, ſed ex Conſtit. Sed eos eſſe mendicantes ex regula, & Ordine poſt Paul. *in Clem. vt profeſſores, de regul.* tenet Franc. *num.* 2. *De Carmelitis quoque Lapus, alleg.* 45. dubitat an ſint mendicantes ex regula. Sed vt dixi *tom. 3. de ſtat. q. 189. a. 9. num.* 151. *& ſequent.* diſtinctio illa de mendicantibus ex regula, vel ex Conſtitutionibus ex inconſideratione procedit. Nam in Religionibus, quæ regulam alienam, & pluribus communem profitentur, ſicut Religio Prædicatorum profitetur regulam S. Auguſtini communem pluribus Religionibus, regula propria integratur ex communi regula & proprijs Conſtitutionibus. Ideo optimè in hoc textu mendicantes diffiniuntur, qui ex profeſſione ſiue ex regula qualibet prohibentur habere bona in communi, & ſic ſufficit qualibet regula, imo propria ſufficit, quod ex profeſſione Religioſi proprium in communi non habeant.

10. Ideo Prædicatores, Hæremitani, & Carmelitæ ex regula ſunt mendicantes. Et bene aduerterunt hic Anchar. *not.* 4. *num.* 1. Dom. *n.* 1. Franc. *n.* 1. quod æquiparantur habere paupertatem ex regula, vel ex conſtitutionibus, quia imo hoc in idem coincidit. Et propterea quod quatuor præfati Ordines ſint mendicantes de iure communi, *ex hoc cap. in §. ſequent. Sanè, & cap. Quorundam ſup. de elect. in hoc lib.* dixerunt Gloſſ. hic *in v. ſolido*, Gloſſ. 3. *in cap. fin. de pac.* Gloſſ. *in v. Mendicātes. Quoslibet, in Clem. Vt profeſſores, de regul.* Io: And. hic, & Dom. §. *Ad hæc, num.* 7. Franc. hic *num.* 2. *&* 3. Archid. *in d. cap. fin.* Præter hos vero Ordines, qui ſunt mendicantes de iure communi multi alij tales ſunt ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, quos recenſui vbi ſup. *num.* 153.

11. Nunc vero quia ex cōceſſione Cōc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 3. Ordines mendicantiū exceptis Minoribus de obſeruantia, & Capucinis habere poſſunt reditus in communi, ideo adhuc remanent mendicantes & mendicantium priuilegijs potiuntur. Nam & mendicantes ex priuilegio non eſſe priuatos priuilegijs mendicantium aduertunt poſt Lap. *alleg.* 4. Dom. *d. num.* 7. Franc. *d. num.* 3. & alij DD. quos recenſui vbi ſup. *num.* 152. Vnde etiam nunc non obſtante quod poſſideant bona in communi poſſunt mendicare, vt patet ex Conſtit. Apoſtolicis, quas adduxi *tom. 2. de ſtat. q. 187. a. 5. num.* 25. *& ſequent.* Videantur etiam DD. *in cap. Nimis, el. 2. exceſſ. Prælat.*

12. Quando autem in hoc textu prohibitum eſt alienare bona, etiam mobilia comprehenduntur, vt notauit Gloſſ. *in v. Cæterum*, & D. *num.* 15. Sed hæc prohibitio non reſpicit niſi Ordines poſt Concilium Lateran. confirmatos, & per hanc conſtitut. extinctos, ſeu non permiſſos permanere niſi ſub conditionibus expreſſis intat quas erat vt deinceps non poſſent recipere ad profeſſionem, & ſic eſſent extinguendi.

13. Et hinc bene aduertit Anchar. *not.* 3. *num.* 1. (quod & approbat Dom. *num.* 4.) contineri in hac decret. optimum modum extinguendi Religiones, quando id opus eſt, vt ſcilicet præſentes non afficiantur aliqua iniuria, ſed loco ipſorum prohibeatur alios ſubrogari, & ſic deficient in ſe ipſis.

14. Quod vero colligunt Dom. *num.* 5. & Franc. *num.* 1. ſcilicet quod Papa per ſuam prohibitionem poteſt inualidare profeſſionem factam in Religione, ex hoc textu non deducitur, cum imo Pontifex ſtatuat profeſſos harum Religionum, quas extinxit, permanere & durare in ſtatu, & obligatione Religionis vſque ad eorum mortem, ſolumque in fine *cap.* illis concedat tranſitum ad aliam Religionem.

15. Quod etiam pœna excommunicationis extendatur ad omnia ſupradicta, ex Gul. Arch. & Io: And. & alijs tradit Dom. *num.* 13. Et hoc eſt indubitatum, ſi loquamur de ſupradictis in hoc §. *Confirmatos*. Et ſic fuiſſent excommunicati qui vel deinceps recepiſſent aliquem ad profeſſionem, vel aliquam domum, aut locum acquiſiuiſſent, vel bona eorum alienaſſent. Sed tamen hæc excommunicatio non afficit prohibitionem factam in principio, ne quis nouum Ordinem inueniret, vel inuenti, & non confirmati, & reuocati ſuſibſterent. Excommunicatio enim iſta poſt decretum irritans tria præfata expreſſe nominata in hoc §. *Confirmatos*, lata in contrarium facientes, non poteſt afficere niſi illos qui id facere vellent, quod ipſe irritum eſſe voluit.

Bo-

16. Bona autẽ huiuſmodi Ordinum extinctorum reſeruauit Pontifex in pios vſus ſecundum diſpoſitionem ſedis Apoſtolicæ diſtribuẽda. Ex hoc vero colligunt Dom. *num.* 4. & Franc. *num.* 1. quod deſtructo collegio bona illius non tranſeunt ad Collegiales, nec inter eos diuiduntur. Sed perperam huiuſmodi regulæ generales, ex particulari iuris diſpoſitione deducuntur. Nam quod in facto ſingulari diſpoſuit lex extra illud non extenditur de iure, ſeu ex vi talis iuris in caſu ſingulari diſponentis. Sed late quæſt. hanc, ad quem ſcilicet pertineant bona Collegij deſtructi tractat Auchar. *quæſt.* 4. *num.* 3. Cæterum bona Collegij Eccleſiaſtici, cum non ſint bona ſingulorũ collegialium, vt ſingulorum non debent diuidi inter ipſos, ſed pertinent ad diſpoſitionem illius, ad quem Eccleſiæ ſpectat, & ideo eius Prælati eſt de bonis Collegij diſponere, qui poteſt Collegium deſtruere, ſolus vero ſummus Pontifex poteſt Religiones approbatas extinguere, & ideo ſub illius diſpoſitione ſunt earum bona; cum extinguuntur.

17. Ex hoc quoque textu non bene poteſt colligi vniuerſalis prohibitio, ne mendicantes noua loca poſſint acquirere, vel noua mutare, quia textus loquitur de Ordinibus mendicantium á ſe extinctis Qualiter vero id ſit vel non ſit vniuerſaliter prohibitum, dicetur Deo dante infra *cap.* 1. *de exceſſ. Prælat.*

18. Aduertit etiam Dom *n.* 15. quod emittens profeſſionem in Religione non approbata, non per hoc manet obligatus ad religionem in communi. Quod eſſe verum etiam ſi ille, qui in Religione approbata profitetur non completo probationis anno dixi *tom.* 3. *de ſtat. q.* 139. *num.* 102.

SVMMARIVM.

19 *A conſtitutione præſenti exempti ſunt Ordines Prædicatorum, Minorum, Auguſtinianorum, & Carmelitarum.*

20 *Prædicatores præcedunt alijs Ordinibus Mendicantium.*

Auguſt. & Carmel. firma permanentia conceſſa ex hoc textu. num. 20.

§. *Sanè, II.*

19. EXcipit Pontifex à conſtitutione præſenti quatuor Ordines nimirum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum. Primos quidem duos, quia ex euidenti vtilitate, quam ferunt vniuerſali Eccleſiæ fuerunt per ſedem Apoſtolicam approbati. Nam per eoſdem Ordines fides illuminata eſt, & Eccleſia exaltata, vt *ex cap. Nimis, de exceſſ. Prælat.* notat Gloſſ. *v. Ordines,* addens, quod ijdem in Eccleſia proficiunt verbo, opere & exemplo. Alios autem duos noluit ſub eadem conſtitutione comprehendi, quia ante Concil. Lateranen. fuerunt inſtituti, & ſic Concilium noluit tam longam poſſeſſionem ſubuertere. Quamuis vero fuerint ante Concilium Lateranen. inſtituti nihilhominus poſt duos primos fuerunt ſolemniter á ſede Apoſtolica approbati.

20. Et quia in præcedentia ordo approbationis attenditur, ideo Ordo Prædicatorum præcedit, qui fuit approbatus ante alios anno 1616. ab Honorio tertio. Hanc vero præcedentiam ex ordine litteræ colligunt Dom. *num.* 1. & Franc. §. *Super, num.* 2. *& in cap. Quorumdam ſup. de elect. in hoc lib.* Gloſſ. *in v. Prædicatorum,* & Io. And. Ad quod facit *cap. vno, de exceſſ. Prælat, & cap.* 1. *decim. in hoc lib.* Eremitis vero S. Auguſtini, & Carmelitis fauet Bonifacius VIII. quia cum Greg. X. in Concil. Lugdun. ſolum pro interim & donec de illis aliter fuerit ordinatum decreuerit eos permanere, Bonif. VIII. conſtitutionem Greg. inſerens in hoc libro, vt notat Gloſſ. *v. in ſolido,* detraxit hanc partem, & abſolutè voluit eos in ſolido ſtatu permanere.

SVMMARIVM.

21 *Religioſis Ordinum extinctorum conceditur tranſitus ad Religiones approbatas etiam laxiores.*

22 *Multa de hoc tranſitu, breuiſſime.*

§. *Ad hæc, III.*

21. IN 4. parte Greg. X. iterum redit ad Ordines cõprehenſos in hac conſtitutione, eorumque Ordinis concedit, vt tranſire poſſint ad quemcumque Ordinem approbatum etiam laxiorem, ita tamen vt nullus Ordo ad alium, nulluſque Conuentus ad Conuentum, ſe ac loca ſua totaliter transferat.

22. Multa autem habent hic Anchar. Dom. & Franc. de tranſitu bonorum, legatorum & ex occaſione tranſitus Religioſi de vno Ordine ad alium. Sed de his abunde ſcripſi *tom.* 3. *de ſtat. q.* 189.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi eſt amouere inſtitutos ad præſentationem Abbatis.*

2 *Multiplex modus exemptionis à iuriſdictione Epiſcopi.*

Vbi Abbas eſt exemptus pleno iure eius eſt inſtituere, & deſtituere. num. 2.

3 *Hoc verum eſt etiam ſi Abbas ſit exemptus ex conceſſione Epiſcopi.*

4 *Abbas in caſu præſentis textus non erat exemptus pleno iure.*

5 *Vbi Religioſi ſunt Parochi ſunt amouibiles ad nutum Superioris.*

6 *Capellani poſſunt inſtitui vt amouibiles ad nutum.*

7 *Regula textus non habet locum vbi Parochi non inſtituuntur in perpetuum, ſed in Vicarios temporales.*

8 *Deſtitutio Parochorum ſpectat ad Epiſcopum, niſi alteri competat ex priuilegio, vel ex conſuetudine.*

9 *Amotio Parochi non debet fieri niſi ex cauſa rationabili & proportionata.*

Tit.

Tit. XVIII.

De Capellis Monachor.

Cap. Præsbyteri. vnic.

1. BReue hoc cap. continet vnicam regulam. Præsbyteri, inquit, qui ad curam animarum à Monachis præſentantur in eorum Eccleſijs, & ab eiſdem inſtituuntur, cum debeant eſſe perpetui à ſolis Epiſcopis ex cauſa rationabili poſſunt amouere, conſuetudine, vel ſtatuto quocumque in contrarium non obſtante.

2. Eſt vero aduertendum, quod aliquando Abbas ſit exemptus ab Epiſcopo, ſed non ſunt exempta membra Abbatiæ, nec populus, aliquando etiam ſunt exempta membra, ſed non populus, & aliquando etiam populus eſt exemptus, quando ſcilicet habet territorium à iuriſdictione Epiſcopi exemptum, in quo Abbas habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, tam ſuper Clericos, quam ſuper Laicos. Quando igitur territorium & populus non eſt exemptus, cura animarum populi ſpectat ad Epiſcopum. Tunc igitur licet præſentare Parochum in Eccleſijs Abbatiæ poſſit ſpectare ad Abbatem, inſtituere tamen ſpectat ad Epiſcopum, quia Parochus eſt miniſter illius, ad quem principaliter ſpectat cura animarum; hic vero in his Eccleſijs eſt Epiſcopus. Et hic eſt caſus huius textus in quo ſupponitur, quod præſentatio ſpectet ad Abbatem, ſeu Monachos, inſtitutio vero ad Epiſcopum. Nam alias vbi Eccleſia pleno iure eſt ſubiecta Abbati, quod fit quando territorium eſt exemptum, & populus, Abbas non præſentat Parochum Epiſcopo ab eo inſtituendum, ſed ipſe inſtituit, & Parochias confert, quia ipſe habet curam animarum Parochianorum priuatiuè ad Epiſcopum.

3. Diſtingunt autem Dom. *nu.* 5. & Franc. *num.* 3. & dicunt, quod Eccleſia pleno iure poteſt pertinere ad Abbatem, vel ex conceſſione Epiſcopi, vel ex conceſſione alterius, & dicunt, quod vbi Eccleſia pleno iure competat Abbati ex conceſſione Epiſcopi, adhuc Epiſcopi eſt inſtituere; Nam Epiſcopus à ſe curam populi abdicare non poteſt, quia nec poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem ſpiritualem. *l. pe. de off. præſid.* & notatur *cap. Cum venc. ſup. de cenſ.* Sed ſi hæc ratio valet, deſtruit diſtinctionem iam datam, & probat quod Epiſcopus non poteſt concedere Abbati vt habeat Eccleſiam pleno iure, & ſic inutilis eſt diſtinctio. Sed & ratio allata non concludit, quia licet Epiſcopus non poſſit facere vt ipſe maneat Epiſcopus exercite, & nullam habeat iuriſdictionem, tamen iuriſdictionem poteſt ad certam partem territorij coarctare, ſicut & præſcribi poteſt iuriſdictio Epiſcopi quoad certam territorij partem, & ſic Epiſcopus poteſt à ſe abdicare iuriſdictionem quantum ad certam partem territorij. An vero hoc poſſit fieri valide ſine conſenſu ſedis Apoſtolicæ, alia quæſtio eſt. Standum igitur eſt reſolutioni ſupra poſitæ, ſcilicet, quod quando Abbas habet Eccleſias pleno iure ſibi ſubiectas, eius eſt Parochos inſtituere.

4 Abbas tamen in caſu præſentis textus non eſt mere patronus, ſed eſt ſuperior Eccleſiarum ſuarum habens illas ſibi ſubiectas quantum ad temporalia, & quoad regimen & titulum beneficij, ſed non quoad curam animarum populi. De quo vide *ſup. cap. de monachis, de præbend. & in cap. Abbates de priuil.* & hic Franc. *num.* 3. Sed quia cura animarum pertinet ad Epiſcopum, ideo Abbatis eſt præſentare Parochum, ſed Epiſcopi eſt illum inſtituere.

5 Loquitur tamen, textus in caſu in quo ſit inſtituendus Presbyter, & ad curam animarũ, & in titulum perpetuum. Nam vbi cura animarum exercetur per Regulares, iſti non inſtituuntur in titulum perpetui beneficij, ſed ad beneplacitũ Abbatis, à quo etiam poſſunt amoueri ad nutũ Abbatis, ſine ſuperioris ſui, quãuis non ſine Epiſcopi approbatione inſtitui poſſint.

6 Vbi etiam Presbyteri non inſtituuntur ad curam animarum, non eſt neceſſe, quod inſtituantur in titulũ perpetui beneficij, ſed poſſunt inſtitui Capellani ad nutum amouibiles, & hoc anno 1669. Cum Conuentus Foroliuien. habeat granciam in terra Duadulæ, in qua nominat & ponit Capellanum pro celebrãdis miſſis, cum Prior Conuentus remouiſſet Capellanum, & ille prætendens non poſſe remoueri recurſum habuiſſe ad ſac. Congr. ſuper ſtatum Regul. Cumque Epiſcopus amplius prætendiſſet pro commoditate populi poſſe in Eccleſia dictæ granciæ inſtituere presbyterum, qui populo miniſtraret ſacramenta Parochiali exiſtente in loco minus commodo, eadem S. Congreg. declarauit Capellanum validè fuiſſe remotum, & Epiſcopum non poſſe inſtituere presbyterum in illa Eccleſia pro adminiſtratione ſacramentorum, prout in decreto, quod eſt ſequentis tenoris. S. Congr. ſup. ſtat. regul. auditis partium Procuratoribus, & Aduocatis & ſcripturis vtrinque exhibitis accuratè perpenſis proponente Eminen. Borromeo cenſuit licuiſſe Fratribus Conuentus S. Iacobi Ciuitatis Foroliuienſis Ordinis Præd. amouere Presbyterum taſſinarium à Capellania Eccleſiæ ſanctiſſimæ Annunciatæ Oppidi Donadolæ eiuſdem conuentus Granciæ, & pro amoto habendum eſſe, nec potuiſſe Epiſcopum Foroliuienſem deputare eundem Presbyterum taſſinarium in ipſa Eccleſia pro Sacramentis adminiſtrandis. Datum Romæ die 22. Auguſti 1669.

7 Sed vbi etiam presbyteri inſtituuntur ad curam animarum, ſed non in titulum perpetui beneficij, ſed in Vicarios temporales, & amouibiles ad nutum, non habet locum regula textus. Quamuis enim cura animarum requirat in Parocho perpetuitatem, ſi parochia ſit beneficium, quia beneficia non dantur ad tempus, *cap. Præcepta diſt.* 55. *cap. Sanctorum diſt.* 70 *cap. Veniens, de fil. presbyt.* Tamen etiam Curati poſſunt inſtitui ad beneplacitum, vt ex Clem. Quia regulares, *de ſuppl. negl. præl. & in Clem. frequen, §. quidam de exceſſ. prælat.* Et in hoc caſu, vt notat Franc. *num.* 5. non habet locum regula textus, quæ ſupponit perpetuitatem beneficiorum. Et ideo vbi Abbates inſtituunt ad beneplacitum, cum inſtitutio non ſit perpetua, ſed abrogabilis, ſimul poteſt amoueri ad beneplacitum inſtitutus.

In

Digitized by Google

8 In caſu igitur textus, & vbi Parochus ſecularis inſtituitur ab Epiſcopo, & præſentatur ab Abbare, inſtitutus in titulum perpetuum non poteſt amoueri niſi ab Epiſcopo ex cauſa rationabili. Et hoc quidem non obſtante conſuetudine vel ſtaturo. Secus tamen ex priuilegio, vt aduertit Gloſſ. *in v. conſuetudine* & Franc. *num.* 5. ſed & hoc fieri poſſit ex conſuetudine, nam cõtra legem abrogantem conſuetudinem, poſſe dari nouam cõſuetudinẽ quæ legem abroget probatũ eſt ſupra *cap. 1. de conſuet. in hoc lib.*

9 Vbi etiam Abbas habeat Eccleſiam ſibi pleno iure ſubiectam, ſicut eius eſt inſtituere Parochum etiam eſt illum amouere, ex rationabili tamen cauſa. Quæ cauſa talis eſſe debet & tam grauis, vt de iure poſſit Parochus priuari beneficio, non enim omnis cauſa, ſeu omne Parochi peccatum meretur priuationem beneficij *cap. Inuentum 16. qu. 7. cap. Satis peruerſum 56. diſt. & cap. 1. 63. diſt.* Gloſſ. *in v. cauſa*, Dom. *n.* 8. Franc. *num.* 4. Anchar. *not.* 4. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio textus.*
2 *Patronatus à laico poteſt donari Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi.*
3 *Et nedum donationes inter viuos, ſed etiam cauſa mortis.*
3 *Ius patronatus non poteſt vendi.*
4 *Vendi poteſt temporale cui eſt annexum, ſed non pluris ratione patronatus.*
Poteſt teſtamentum relinqui, & etiam ſeruatis alias ſeruandis permutari, n. 4.
5 *Poteſt donari eidem Eccleſiæ.*
Et tunc quando patronatus extinguatur.
6 *Poteſt donari cuicumque Eccleſiæ.*
Non tamen ſine aſſenſu Epiſcopi poteſt donari laico, aut Clerico titulo laico.
7 *An poſſit donari in præiudicium deſcendentium.*
8 *Donatio patronatus non debet fieri in præiudicium Epiſcopi.*
9 *Donatio inualida ſi fiat cum conditione vt patronus non poſſit libere prẹſentare.*

Tit. XIX.

De Iure Patronatus.

Cap. Si laicus vn.

1 DVas habet partes hęc decret. In quarum prima agitur de donatione iuris patronatus, in ſecunda vero de tempore conceſſo patrono ad præſentandum.

2 Datur ergo primo hæc regula Patronatus laicus ſine aſſenſu Epiſcopi poteſt donare iuſpatronatus, quod habet, vel eidem, vel alteri Eccleſiæ aut loco religioſo. Ita tamen vt Epiſcopo, qui aſſenſum non dedit in aliquo non derogetur.

3 Itaque laicus poteſt habere iuſpatronatus; quod verum eſt ex diſpenſatione iuris. Huiuſmodi igitur patronus iuſpatronatus poteſt donare, & hoc nedum inter viuos, ſed etiã cauſa mortis, ſeu per teſtamentum, aut codicillum, iure legatum, vt ex Io: Andr. *cap. Cum ſecundum*, & Feder. *conſ.* 219. notat Franc. *nu.* 1. Vbi habet quod etiam illud poteſt permutare, quod erit verum ſeruatis alias ſeruandis in permutatione ſpiritualium. Videantur Gloſſ. & DD. *in cap. Illud, & in cap. Querimoniam ſup. eodem tit.* & gloſſ. *in cap. Nemini 16. q. vlt.*

4 Non poteſt tamen vendi ſine ſimonia, & ita nec permutari pro re temporali *cap. Nemini 16. q. 7. cap. Iure, & cap. Querelam, de ſimon.* Concil. Tridentin. ſeſſ. 25 cap. 9. *de reformat.* Quamuis vero poſſit vendi illud temporale cui eſt annexum, vt ſi vendatur vniuerſitas, ſeu feudum temporale cui patronatus eſt annexum, *cap. Ex literis, cap. Cum ſecundum de iurepatr.* Lamber. 2. *p. 1. l. qu. 5. per totam* Garz. *de benef. p. 1. cap. 9. num.* 10. hoc tamen obſeruari debet, vt nihil prætij accipiatur pro iure patronatus, de quo videri poſſunt, quæ dixi *tom. 1. de ſtat.* Et ideo hoc etiam caute obſeruandum erit, vt in inſtrumento venditionis dum exprimitur contractus non exprimatur iuſpatronatus, quia hoc donari quidem poteſt ſed non vendi. Et ideo ſi in contractu ipſo venditionis caſtri, aut alterius rei temporalis exprimatur etiam iuſpatronatus, videtur quod expreſſio fiat continuatiuè, et quod iuſpatronatus ſit pars rei venditæ, & ſit venditum ſimul cum caſtro, quod proculdubio eſt ſimoniacum. Huiuſmodi vero præſumptio non tam facile haberi poteſt, ſi expreſſio iuriſpatronatus fiat poſt venditionem in fine inſtrumenti, in quo venditor declarat ſe amplius non eſſe patronum, & ſe omne poſſeſſionis commodum depoſuiſſe. Ioan. Andr. hic. Anchar. *not.* 2. Dom. vero *num.* . & Franc. *num.* 3. exſtimant non deduci ſimoniam, ſi expreſſio iuriſpatronatus fiat ſolum declaratiue, non vero continuatiuè, ſed addit Franc. quod enim ſi fiat continuatiue, tamen exprimitur eo modo, quo tacite ineſt, ſed ſemper hoc attendi debet, quod ſi intuitu iuriſpatronatus accipitur aliquid prætij plus quam valeat temporale venditum ſemper eſt ſimonia, ſi vero nihil prætij accipitur pro iure patronatus, non erit ſimonia. Ideo non placet quod ex Molina habet Garz. *de benef. p. 5. cap. 9. num.* 35. ſcilicet quod ratione patronatus annexi bona pluris æſtimentur & vendantur. Nam hæc pluris æſtimatio ratione patronatus, & iuris præſentandi ad Eccleſiam, quod eſt ſpirituale, non poteſt non eſſe ſimoniaca cum pro hoc iure ſpirituali detur maius temporale prætium, Palaus *tract. 13. diſp. 2. p. 4. num.* 10.

5 Quamuis vero regula textus exprimat ſolam donationem, tamen verificatur in omni alia valida alienatione, & ſic in teſtamento aut legato, vel permutatione, Io: Andr. Feder. & ſupra citati, & Franc. *not. 2. num.* 11. Dicas etiam in venditione temporalis, cui eſt annexum iuſpatronatus. Nam ratio regulæ eſt, quia ex quo iuſpatronatus tranſit de dominio laici in dominium Eccleſiæ fit Eccleſiaſticum, & in hoc nullum Eccleſiæ vel præiudicium, fit Epiſcopo, cui potius fit fauor ex quo nõ laicis, ſed Eccleſiæ competit præſentare, Et ideo Pontifex vult quod huiuſmodi translatio iuriſpatronatus in Eccleſiam à laico poſſe fieri ſine aſſenſu Epiſcopi.

6 Poteſt vero iuſpatronatus donari eidem Eccleſiæ, vel alteri, ſi vero donatur eidem Ec-

Eccleſiæ

cleſiæ, Franc. *num*.4. exiſtimat, quod iuſpatronatus extinguatur. Quod eſt verum primo ſi Eccleſia illa non habet niſi vnum presbyterum vt dicit Gloſſ. *in v. eidem*, quia illo presbytero mortuo, nullus erit, qui poſſit præſentare, & ita idem erit ac ſi patronatus eſſet extinctus. Secundo ſi donatio fiat Epiſcopo, & nullus alius ſit compatronus, quia tunc inutilis erit præſentatio, ſed Epiſcopi erit beneficiũ conferre ſine aliqua præſentatione, ſed ſi donatio fiat collegio, aut Rectori Eccleſiæ de patronatu alicuius Capellæ, iuſpatronatus non extinguetur, ſed Collegium, vel Rector Eccleſiæ præſentabit Epiſcopo, vt dicit Gloſſ. in eidem, Anchar. *not*.4. *num*.4. In caſu etiam quod iuſpatronatus donetur Epiſcopo, ſi adeſt alius compatronus, Epiſcopus cum illo præſentabit, & poſtea præſentatum inſtituit, Anchar. *not*.4. *num*.4. Dom. *num* 12. Franc *num* 4.

7 Habetur etiam ex textu, quod iuſpatronatus poteſt donari cuicumque Eccleſiæ, aut religioſo loco, & quidem ſine aſſenſu Epiſcopi. Sed per locum à contrario ſenſu colligitur, quod ſine aſſenſu Epiſcopi nõ poteſt donari laico, imo nec Clerico titulo laico ſcilicet iure proprio ſeu patrimoniali, vt in laicum poſſit tranſire, Archid. Anchar. *not*.3. *num*.3. Dom. *num*.10. Franc. *num*.3. Io: And. Gloſſ. in *cap. Ex inſinuatione, & cap. Illud ſup. eodem tit.* Vbi Innoc. & Ioan. Andr. & alij DD. multum enim poteſt intereſſe Eccleſiæ, ſi mutetur perſona laici patroni. Et poſſet dari caſus, quod in morte patroni iuſpatronatus extingueretur, viueret vero ſi in alium laicum tranſiret.

8 An vero pater donare poſſit iuſpatronatus in præiudicium deſcẽdẽtium, dicitur id poſſe facere, ſi ius deſcendit ab ipſo, ſecus ſi deſcendit ab alio, præcipue ſi ſolus primogenitus ſuccedit, aut ſi pater acquiſiuit pro ſe & deſcendentibus, Palaus *tract*.13. *d*.2. *p*.4. *num*.8. ſi etiam patronatus acquiſitum fuit cum pacto, vt non tranſeat ad hæredes extraneos, iuſpatronatus non competet filiis & deſcendentibus, ſi non ſint hæredes, vt ſi ſint hæredes extranei. Franc. *num*.4. ſed de his alias.

9 Cum vero donatio patronatus facta Eccleſiæ à laico de ſe non præiudicet Epiſcopo Io. Andr. Dom. *num*.12. Franc. *num*.4. ſi tamen ex aliqua circumſtantia damnum ex hoc Epiſcopo redundaret, vult vt præſeruentur iura Epiſcopi, eique nullum damnum proueniat.

10 Notandum etiam, quod ſi in donatione apponeretur pactum, vt donatarius teneatur præſentare ad voluntatem alterius etiam Epiſcopi, donatio eſſet inualida, vt ex Ioan. Andr. tradunt Dom. *num*. 11. & Franc. *num*.4. *in fin.*

S V M M A R I V M.

11 *Eccleſia cui à laico donatum eſt iuſpatronatus habet ſemeſtre ad præſentandum.*

12 *Patronus laicus non habet niſi quadrimeſtre ad præſentandum. Et qualiter hæc præſentatio fieri debeat.*

13 *Iuſpatronatus fit Eccleſiaſticum ex quo tranſit in Eccleſiam.* *An non priuilegiatum ex tranſitu fiat priuilegiatum, n.*13.

14 *In patronatu mixto magis dignum trahit minus dignum.*

§. *Verum.*

11 IN ſecunda parte textus hæc alia regula datur. Eccleſia vel monaſterium cui à laico donatum eſt iuſpatronatus habet ad præſentãdum tempus ſemeſtre licet laicus non habeat niſi quadrimeſtre; & omnino debet haberi vt patronus Eccleſiaſticus.

12 Habemus ergo in hoc textu expreſſum id, quod antea per conſequentiam deducebatur ex *cap*.1. *& cap. Cum propter, ſup. eodem tit.* & in praxi ſeruabatur, ſcilicet, quod laicus ad præſentandum non habet, niſi quadrimeſtre. Et non ſufficit, quod patronus intra hoc tempus eligat, & de electione ſcripturam conficiat, ſed neceſſe eſt quod electum corporaliter Epiſcopo præſentet Io: And. Anchar. *not*.5. *num*.5. Dom. *n*.4 Franc. *c. primo* Archid. *in cap*.1. *ſup. de præbend. in hoc lib.* Vbi etiam Io. Andr. Rota *deciſ*.111. Hæc tamen præſẽntatio poteſt fieri per literas patroni, ſi Clericus eum huiuſmodi literis ſe præſentet Epiſcopo, Franc. *num*.1. Rota citata, Lap. *alleg*.75. gloſſ. Ea noſcitur de his, quæ fiũt à *Præl* gloſſ. *in Clem*.1. *v. litterarum de exceſſ. Prælat.* Et ſufficit ſi hæc præſentatio fiat in vltimo die quadrimeſtris, quo incipit à die notitiæ vacantiæ beneficij, vt poſt Io. And. & Dom. tradit Franc. *num*.2. & Rota *dec*.263.

13 Ex quo vero patronatus donatur Eccleſiæ fit Eccleſiaſticus & patronus habet ſemeſtre ad præſentandum, eique conueniunt alia priuilegia ſiue etiam onera patronatus Eccleſiaſtici. Occaſione autem huius tractant hic Anch. *not*.6 *n*.5. Dom. *nu*.5. *&* 6. Franc. *num* 4.5.6 *&* 7. An priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato vti poſſit priuilegio, ſeu an non priuilegiatum tranſiens in priuilegiatum fiat priuilegiatum. Quæ quæſtio in communi & ex terminis non poteſt diffiniri. Alias vero in hoc caſu patronatus ex tranſitu in Eccleſiaſticum fit Eccleſiaſticus, quia hoc in hoc caſu Pontifex voluit fieri.

14 Si autem patronatus ſit mixtus, & ex patronis aliquis ſit laicus, nihilominus magis dignum trahit ad ſe minus in hoc caſu, & patronatus cenſetur Eccleſiaſticus, Anchar. *qu*.2. *num*.6. Franc. *n*.8.

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiſcopus prius debet viſitare ſuam Diœceſim, quam prouinciam.*

2 *Hic ordo eſt ſubſtantialis, licet non ſit omnino neceſſarium primo viſitare Cathedralem, & Ciuitatem.*

3 *Sub nomine Diœceſis venit Ciuitas.*

4 *Debent viſitari Eccleſiæ omnes, & laici.*

5 *Vbi ſit neceſſitas poteſt aduocare Clerum, & populum ad locum commodum, non tamen Capitulum ad cameram ſuam.*

6 *Poteſt viſitare per alium.*

7 *Viſitatio debet eſſe plena.*

Tit.

Tit. XX.

De Cenſibus exactionibus & procurationibus.

Cap. Roman.

1 INnoc.IV. in hac decretali dat Archiepiſcopis formam, quam ſeruare debent in viſitatione Prouinciarum ſuarum, & diuiditur decret. in 7. partes. In prima autem parte agit de viſitatione propriæ diœceſis,&plura decernit. Primo quod Archiepiſcopus volens ſuam prouinciã viſitare prius viſitet ſuam diœceſim, nimirum primo viſitet Eccleſiæ ſuæ Capitulum,deinde Ciuitatem,poſtea diœceſim, & quidem ita vt procuret hæc plene viſitari, & non ſolum maiores Eccleſias, ſed etiam minores, & non tantum Clericos, ſed etiam populum. Quod ſi ſine difficultate, & commode ad vnam quamque partem accedere non poſſit, ad vnum locum congruum ſtudeat conuocare Clericos, & populum, ne in illis viſitatio poſponatur.

2 Ordinem vero hũc ſtatutum eſſe ſubſtantialem, & id quod proceſſus factus eo omiſſo ſit nullus dixerunt Io.Mon.&Io.Andr.& ex illis Dom.*num*.4. & Franc.*num*.1. quod quidem verum puto de ordine viſitandi prius propriam diœceſim, quam prouinciam. Hoc enim eſt principale,quod hic ſtatuitur,& vt notat Gloſſ. *in v.prius*, à capite eſt edenda ratio, *l. Argentarius,ff.de eden.* & qui alios vult corrigere prius ſe & ſuos corrigat, *cap. Iudicet.3. q.7. & cap. Ea qua,§. ſi vero,de ſtat.regul.* Sed an ſit viſitandum prius Capitulum, quam reliquæ Eccleſiæ Ciuitatis,& prius Ciuitas, quam diœceſis,poteſt habere difficultatem,nõ videtur enim quod huiuſmodi ordo licet habeat conuenientiam, contineat neceſſitatem, quæ ex rationabili & arbitraria cauſa non poſſit prætermitti.

3 Obiter vero hic adnotatur,quod ex quo in textu ciuitas diſtinguitur à diœceſi colligũt Dom.*num*.5. & Franc. *num*.1. quod in iure nomine ciuitatis non venit diœceſis, & omnino diœceſis non venit ciuitas, niſi exprimatur. Verum quia diœceſimde ſua ſignificatione totum territorium Epiſcopi importat, ideo licet ſub nomine ciuitatis, quæ eſt pars territorij non veniat tota diœceſis, & ideo in hoc textu expreſſa ciuitate, quæ eſt pars, opus fuit vt exprimeretur etiam diœceſis, quia Archiepiſc. vltra ciuitatem debet etiam viſitare reliquam diœceſim, tamen vbi nomen diœceſis abſolute ponitur comprehendit etiam Ciuitatem, &Eccleſiam Cathedralem, & quidquid in territorio Epiſcopali continetur, vt notauit Gloſſ. *ſup. in in hoc lib. cap. vn. de rerum permut. in v. diœceſis* ad quem locum etiam ſi referuntDom.&Franc. Videantur ibi notata.

4 Debent vero viſitari Eccleſiæ omnes etiam minores curam non habentes, & nedum Clerici ſed laici in iis tamen in quibus ſubduntur foro Eccleſiaſtico, vt in delictis Eccleſiaſticis, & cauſis matrimonialibus, & etiam in delictis ſecularibus non ad finem puniendi illos, ſed ad finem inducendi delinquentes ad pœnitentiam culparum, & earum emendationem, Dom.*num*.7.Franc.*not*.4. *num*.1. Vide notata *in cap.Quaſi,& cap. Nos de purgat.* Canon. *& cap. placuit 10.q.1.*

5 Quia vero poteſt contingere, quod ad aliqua loca non poſſit Archiep. accedere ſine graui incommodo, tunc Archiep. Clericos, & populum talium locorum conuocare ad locum commodum. Vnde apparet quod locus non eſt de ſubſtantia viſitationis, Io. And. *d.nu*.8. Franc. *num*. 2. Non poſſet tamen Epiſcopus ſuum, vel alterius Capitulum vocare ad aulam ſuam,vel Cameram ſecundum Io.And. quem ſequitur Franc.*n*.2. *in fin.* Et dum Epiſcopus mittit nuncios ad locum viſitationis, ſi impediantur poteſt impedientes punire, D.*n*.8.

6 Non eſt etiam neceſſe, quod Epiſcopus per ſe ipſum viſitet, ſed poteſt per alium viſitare, ſi tamen ſit impeditus, & per ſe non poſſit *cap.Inter cætera de off. ord. cap.Epiſcopum* 10.q.1. Gloſſ.*in v.viſitare*. Dom.*n*.8. Concil. Trident. *ſeſſ.24.cap.3.* Vbi quod tunc debet fieri Viſitatio per Vicarium generalem Epiſcopi.

7 Viſitatio etiam huiuſmodi debet eſſe plena. Viſitatio vero plena dicitur, ſi nulla Eccleſia remaneat non viſitata, dummodo commode viſitari poſſit, & ſubſit cauſa viſitandi. Gloſſ. *in v. plenè*.

SVMMARIVM.

8 *Quæ loca in Prouincia viſitare poſſit Archiepiſcopus.*
9 *Ordo ſcripturæ neceſſario ſeruandus, vt prius viſitetur Ciuitas, quam Diœceſis.*
10 *Sub nomine Eccleſiæ an veniant Monaſteria.*
11 *Epiſcopus poteſt viſitare hoſpitalia, & pia loca non exempta.*
12 *Archiepiſcopus libere prouinciam viſitare poteſt.*
13 *Quod ſi Archiepiſcopus, & Epiſcopus ſimul viſitent.*
14 *Procuratio non debetur niſi à locis viſitatis.*

§. Deinde. I.

8 IN hac ſecunda parte enumerantur diſtinctè loca, quæ Archiepiſcopus poteſt in ſua Prouincia libere viſitare. Dicitur itaq; Archiepiſcopum poſſe viſitare totam Prouinciam ſuam, vel partem illius, & in Prouincia viſitare poteſt Ciuitates, Diœceſes, Suffraganeos, & eorum ſubditos, Capitula Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum, Monaſteria, Eccleſias, Religioſa, & pia loca, Cleros, & populos, ita tamen vt ſolum à locis viſitatis procurationem recipiat.

9 Notandum primo. Quod ordo ſcripturæ huius textus non eſt ſubſtantialis, ſed conuenientiam importat, vt ſcilicet prius viſitetur Ciuitas, quam diœceſis, & in ciuitate prius Capitula, quam monaſteria. Vnde ſi adſit cauſa rationabilis, poteſt ordo iſte non reſeruari Fr.*n*.1.Dom.*n*.4.

Digitized by Google

10 Notandum ſecũdo. Textum diſtinguere inter monaſteria, Eccleſias, & pia loca, ex quo colligitur ſub nomine Eccleſiarum non venire Monaſteria, & hoſpitalia. De quo *ſup. in hoc lib.cap.2. de ſuppl neglig.Prælat.* Dom.*n.*2. Franc.*n.*2.

11. Notandum tertio. Colligi quod Epiſcopus poteſt de Iure viſitare hoſpitalia, & alia pia loca. Barboſ.*n.*4. Maſchar. *de probat. concl.* 869.*n.*30. Azor. *p.*2.*l.*9 *c.*14.*q.*6. Hoc tamen intelligitur de hoſpitalibus, & pijs locis non exemptis.

12. Notandum quarto. Archiepiſcopum poſſe viſitare prouinciam libere, Ideſt impedimento quocunque ceſſãte, & non obſtare quod clerus, & populus Suffraganeorum non ſit ſibi ſubditus. Gloſſ. Dom.*num.*2. Franc.*n.*5. Barb. *n.*5. Sed hæc libertas modo eſt reſtricta ad terminos Concil.Trid. *ſeſſ.*24 *c.*3.

13. Notandum quinto. Poſſe contingere vt Archiepiſ. & Epiſ. ſimul viſitare velint, & viſitent. Ex Io.And. verum Franc.tradit, quod ſi diſcordarent in ſententia, valeret ſententia pro reo, niſi in fauorabili caſu, *cap. Ex literis de probat.* Et quod ſi Eccleſia non ſufficeret vtrique præferri deberet prius veniens, Et ſi hoc non appareret, præferri deberet Archiep. Et idem dicendum vbi concurrant Epiſcopus, & Prælatus inferior. In his vero conſuetudo attendi deberet.

14. Notandum ſexto. Procurationem Viſitatori non deberi niſi à locis viſitatis. Dicuntur vero viſitata loca cuius clerus & populus ex iuſta cauſa pro viſitatione ad alia loca fuerunt conuocata. Gloſſ. *in viſitatis*. Fr.*nu.*5.

SVMARIVM.

15 *Archiepiſcopus non poteſt reiterare viſitationem niſi ſeruata forma hic tradita.*

16 *Ex cauſa rationabili poteſt viſitari ſola pars Diœceſis.*

Nomine partis venit etiam minor dimidia. 16.

17 *Qui allegat dolum debet illum probare, quia non præſumitur, licet probetur præſumptionibus, & coniecturis.*

§. *Ex quo. II.*

15. PRohibetur in hoc §. repetita Archiepiſcopi viſitatio, niſi ſub certa aliqua forma. Dicitur igitur primo, quod ſi Archiepiſcopus viſitata vel tota, vel parte Diœceſis alicuius Suffraganei tranſeat ad aliam Diœceſim viſitandam, non poteſt redire ad primam illam viſitandam, niſi prius omnes aliæ Diœceſes prouinciæ, quas ſecurè viſitare poterit, & ſua etiam Eccleſia fuerint viſitatæ. Sicque neceſſe eſt nedum, vt viſitet prius in toto, vel in parte omnes alias prouinciæ Diœceſes, ſed etiam, vt de nouo ſuam viſitet Diœceſim. Hoc tamen limitatur in caſu in quo vel illa Diœceſis, vel aliqua illius Eccleſia plus alijs indigeat viſitari. In hoc enim caſu Archiepiſcopus poterit redire ad viſitandum altera ex his duabus conditionibus concurrente, ſcilicet, ſi vel Archiepiſcopus ab Epiſcopo Diœceſis fuerit requiſitus, vel Concilij Prouincialis ad id fuerit conſilium, & conſenſus. Quod ſi Epiſcopus vel Concilium Malitioſè in his difficultatem adhibuerint, Archiepiſcopus à ſede Apoſtolica licentiam poſtulet. Modo tamen ſeruari debet ſtatutum Conc.Trid. *ſeſſ.*24. *cap.*13.

16. Itaque ex hoc textu habetur primo, quod Archiepiſcopus non tenetur ad viſitandam totam Prouinciam, vel Diœceſim, quia benè poteſt contingere quod tota non indigeat viſitatione, vel vt dicitur in textu, quod totã non poſſet ſecurè viſitare, & ſic ſufficiet, ſi ex cauſa rationabili ſolũ viſitet partem, & nomine partis venit etiam pars minor dimidia Diœceſi. Dom. *num.*1. & 2. Si tamen viſitata hac parte etiam Minori tranſierit ad aliam Diœceſim non poteſt reuerti ad viſitandam primam, niſi ſeruata forma huius textus, quia & notat Gloſſ. *in v. requiſitus*, per exitum à Diœceſi cenſetur renunciaſſe viſitationi illius anni.

17. Aduertit quoque Gloſſ. *in v. malitioſè*, quod qui allegat malitiam dolum, vel fraudem, illam tenetur probare. Fraus enim in dubio non præſumitur. Farin. *p.*3. *q.*89. *num.*4. *&* 5. *& à num.*17. Quæ tamen probatur per præſumptiones & coniecturas. De quo Maſchard. *de probat. concl.*530. Velaſ. *conſ.*56.*num.*2. Barb *hic.num.*7 *&* 8.

SVMMARIVM.

18 *Quid ſit neceſſarium vt Archiepiſcopus reiteret viſitationem.*

19 *Debet ſeruari forma hic ſtatuta.*

20 *Non poteſt Archiepiſ. reiterare viſitationem niſi cauſa cognita in Concilio Prouinciali.*

21 *Caſus in quibus eſt neceſſaria ſcriptura.*

Non eſt neceſſaria ſcriptura in profeſſione, 21.

§. *Poſtquam. III.*

18. POſtquam Archiepiſcopus ſemel omnes prouinciæ ſuæ Diœceſes viſitauerit, non licet viſitationem reiterare, niſi prius ſuffraganeorum ſuorum conſilio requiſito, & eius diffinitione habita, & quidem in ſcriptis. Tunc vero etiam ſi ſuper hoc non interueniat ſuffraganeorum aſſenſus, poterit iterum Prouinciam viſitare, ita tamen vt prius Eccleſias, Cleros, & populos viſitet, qui non fuerant ab eo prius viſitati; niſi magis alijs ſit viſitationis officium opportunum.

19. Itaque ſecunda viſitatio Archiepiſcopo non eſt libera, niſi ſeruetur forma præſcripta in textu. Requiritur vero, quod Archiepiſcopus requirat ad hoc conſilium ſuffraganeorum. Non ſufficere vero, quod hoc fiat extra Concilium Prouinciale, aduertit Gloſſ. *in v. Concilio*. Et tamen non requiritur Concilij aſſenſus, ſed ſiue ſuffraganei conſentiant, ſiue diſſentiant, poterit Archiepiſcopus ſuper hoc coram concilio pronuntiare & viſitationem fieri poſſe, aut debere diffiniri, vt eadem Gloſſ. aduertit. Ex quo etiam colligitur legem præcipientem requiri Conſilium, non obligare ad obtinendum conſulentium aſſenſum. *cap.*

Cum

Digitized by Google

Cum olim, *de Arbit. cap.1. Ne ſede vacan. ſup. in hoc lib.* Dom. *n.1.* Franc. *n.1.* Sed hodie ſeruari debet decretum Conc. Trid. *ſeſſ.24. cap.3.* & conſenſus Prouincialis Concilij eſt neceſſarius.

20. Non requiritur vero quod hæc diffinitio fiat cauſa cognita Hoſtien. & Archid. & Io. And. notat additio Gloſſ. & Franc. *num.1.* quamuis debeat fieri in ſcriptis, vt cognoſci poſſit. Quamuis quia hæc diffinitio ſit ſuper executione officicij Archid. non poteſt ab ea appellari *cap. irrefragabili*, *de off. ord.* Gloſſ. *in v. diffinitione*. Sed oppoſitum huius decernitur Conc. Trid. *ſeſſ.24. c.3.*

21. Caſus vero in quibus requiritur ſcriptura enumerat Gloſſ. *in v. in ſcriptis*, & proſequuntur hic. Franc. & Barb. Inter caſus vero, in quibus eſt neceſſaria ſcriptura Gloſſ. numerat profeſſionem religioſam, & Gloſſ. ſequitur Barb. pluribus DD. allegatis. Sed oppoſitum ſentit Franc. *n.3.* Nam & per teſtes profeſſio probari poteſt *cap. Nuper de teſt.* Gloſſ. *in cap. Viduam 20. q.1. & in cap. rurſus*. Qui Cler. *de vel vouen.* Sed & hoc idem tenent DD. quos retuli *tom.3. de ſtat. q.189. art.10. inſpect.5. nu.15.*

SVMMARIVM.

22 *Forma ſeruanda in viſitatione.*

23 *Debet Archiepiſ. per ſe, vel per alium prędicare.*

24 *An poſſit exigere iuramentum.*

25 *Procedere contra ſubditos ſuffraganeorum ad vindictam non poteſt Archiepiſcopus viſitans. Neque ex negligentia Suffraganei deuoluitur in eum hæc iuriſdictio.*

26 *Contra notorie delinquentes poteſt procedere.*
Et contra impedientes ſuam viſitationem, 26.

27 *Notorium eſt illud, quod non indiget examinatione.*
Archiepiſ. poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, 27.

§. *Sanè IV.*

22 FOrma ſeruanda in viſitatione hic ponitur. Quæ eſt primo, vt Archiepiſcopus propoſito verbo Dei quærat de vita, & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris, quæ ad officium eius ſpectant. Secundo quod hæc inquiſitio fiat ſine coactione & exactione qualibet iuramenti, & quod ad eorum emendationem prudenter per ſalubria monita nunc leuia nunc aſpera. Tertiò, quod de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, Ordinarijs eorumdem denunciet, vt ſolemniter procedant, ſi hoc ei videbitur expedire. Quartò, quod notoria crimina, quæ examinatione non egeant libere corrigat, & pœnam pro illis debitam infligat; cum ſuper his merito notari poſſit Ordinariorum negligentia.

23. Primò igitur Archiepiſcopus debet prædicare populis, ſed hoc intelligitur per ſe, vel per alium. Dom. *numer.1.* Franc. *numer.1.* Barb. *num.15.*

24. Sed tamen in viſitatione licet poſſit cogere viſitandos ad veniendum, & reſpondendum, quia aliter eius iuriſdictio eſſet fruſtratoria, *cap. Ex literis*, *de off. iud. deleg.* tamen in viſitatione, & inquiſitione generali non poteſt eos cogere ad iurandum. Vnde quod, nec poſſit id præcipere ſub pœna excommunicationis ex S. Congreg. Concil. vlt. Martij 1588. & nec idem præcipere in virtute ſpiritus Sancti, ex S. Congreg. in Oriolen. 27. Martij 1632. poſt Piaſ. & Gauan. tradunt Barb. *in ſum. v. viſitatio*, & Pax Iordan. *lib.7. tit.1. num.10. & 11.* quo addit idem dicendum de alijs pœnis. Secùs tamen in ſpeciali, vnde ſi audierit ſine iuramento aliqua corrigenda, poterit ſuper his exigere iuramentum, vt poſt Hoſtien. Io: Mon. & Archid. & Io: And. notat Gloſſ. *cum ſua addit. in v. coactione*, Franc. *num.1.* Et nihilominus quod in principio viſitationis ſingulorum poteſt in generali exigere iuramentum de veritate manifeſtanda ſeu de non mentiendo, vt habet Gloſſ. & ex Zer. tradit Barb. *num.16.* Imò in Ordine Prædicatorum Viſitatores ſub præcepto mandant ſubditis in generali vt quæ indigent correctione ſincere, & vere manifeſtent Viſitatori.

25. Vbi tamen procedendum ſit non ad correctionem morum, ſed ad vindictam & infligendam pœnam, non poteſt Archiepiſcopus ex infamia contra aliquem procedere. Id enim non licet facere ex inquiſitione generali, ſed requiritur inquiſitio ſpecialis, et hæc non ad Archiepiſcopum ſpectat, ſed ad Epiſcopum, cui Archiepiſcopus id debet denunciare, ſi ſibi videbitur. Et Epiſcopus tenetur tunc contra denunciatum procedere, & ſi negligat ad id poteſt compelli per Archiepiſcopum. Non deuolui vero cauſas huiuſmodi ad Archiepiſcopum, ex negligentia Suffraganei voluit hic Archid. & Io. And. quia hic caſus non eſt in iure expreſſus. Verum oppoſitum ſentit Franc. *n.2.* ſi tamen negligentia Epiſcopi ſit notoria, ſeu de ea conſtet. Sed non eſt recedendum à ſententia Archid. *vt probatum eſt ſup. cap.1. de ſuppleng. neglig.* Prælat.

26. Vbi tamen delicta ſint notoria, poteſt Archiepiſcopus Viſitator de illis cognoſcere iudicialiter, & pœnam infligere Dom. *num.5.* Franc. *num.3.* Barb. *num.15.* R. P. D. Fag. *cap. dilectus el p. num.39. de Reſcript.* Genuen. *in prax. Archiep. c.76. num.15. Quarta v. Archiep. n.24.* Quod etiam poſſit punire notorios iniuriantes ſibi, aut nuncijs, & familiæ ſuæ, etiam ſi ab hoc ſua iuriſdictio impediatur, ex *cap.1. de pœnis inſ. in hoc lib. docet* Barboſ. *de off. Epiſ. p.1. tit.4. num.32.* Sed hoc poteſt facere Archiep. etiam extra caſum notorij, ſi de iniuria conſtare poſſit, vt ex Archid. & Hoſtien. *in d. cap.1.* aduertit idem Barb. & Genuen. *in prax. Archiep. Neap. cap.17. num.21.*

27. Sed aduertendum, quod notorium de quo in hoc textu, illud eſt, quod nulla examinatione indiget, vt patet ibi, quæ nulla examinatione egeant; Vnde bene dicitur quod notorium non indiget examinatione, quia ſi illa indiget non eſt notorium. Vbi ergo delictum ſubditi ſuffraganei ſit hoc modo notorium, Archiepiſcopus viſitator poteſt contra talem iudicialiter procedere. Sed & poteſt cognoſcere

Digitized by Google

au ſua ſit iuriſdictio, & ideo an delictum, ſit verè notorium. Franc. *nu.3.* Voluit vero Pontifex, quod in hoc caſu Archiepiſ. poſſit procedere, quia ſimul ſit notoria Epiſcopi negligentia.

S V M M A R I V M.

28 *Qualiter Archiepiſcopus Viſitans recipere poſſit Procurationem.*
29 *Remiſſio explicationis huius §. 29.*

§. *Procurationem V.*

28 QValiter Archiepiſcopus recipere poſſit Procurationem titulo viſitationis in hoc textu ſtatuitur. Dicitur autem primo, quod Archiepiſcopus viſitans recipiat procurationem ſecundum quod eſt in Canonibus conſtitutum. Secundo dicitur quod nec ipſe, nec aliquis de ſua familia ratione officij, aut conſuetudinis, aut quouis alio modo recipiat Procurationem in pecunia, ſed ſolum in victualibus, & quidem moderatam. Tertio prohibetur ne ipſe, vel quiſquis ſuorum præſumat recipere quodcumque munus, & qualitercumq; offeratur, vt non videatur quærere, quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. Quarto decernitur, quod recipiens munus contra prælatam prohibitionem incurrat maledictionem, à qua nunquam liberetur, niſi reſtituat duplum. Quinto, Pontifex vult in his fraudem quamlibet euitari.

29. Cum vero hæc decretalis in hac parte per ſequentes declaretur, ibidem reſeruantur dicenda, quæ opportuna erunt, maximè attento nouo iure Concil. Trid. *ſeſſ 24. cap. 3.*

S V M M A R I V M.

30 *Forma hic ſtatuta ſeruanda ab omnibus Viſitatoribus ſaluis Religioſorum conſuetudinibus.*

§. *Hunc autem VI.*

30 DEcernitur quod huiuſmodi viſitationis forma ab omnibus Epiſcopis, & Prælatis Ordinarijs ſuos ſubditos viſitantibus obſeruetur plenè; ſaluis tamen Religioſorum rationabilibus conſuetudinibus, & inſtitutis.

S V M M A R I V M.

1 *Summa textus.*
2 *Procuratio non debetur niſi à locis viſitatis. 3.*
4 *Procuratio conſuetudine præſcribetur.*
5 *An ad hoc valeat conſuetudo vnius Eccleſiæ in loco.*
6 *Conſuetudo non eſt neceſſe, quod ſit vniuerſalis quantum ad loca, & perſonas: ſufficit ſi ſit vniuerſalis ex obiecto formali, & cauſa.*
7 *Viſitanti Ciuitatem non debetur procuratio.*
8 *Exempti non ſoluunt procuratione.*
An Regulares exempti à Procuratione in Victualibus, 8.
9 *An reuocata exemptione à viſitatione ſit reuocata exemptio à Procuratione.*
10 *Pauperes Eccleſiæ exempti, à Procuratione.*
11 *Et hoſpitalia.*
12 *Et oratoria priuata.*
13 *Et Parochiales vnitæ Ord. Hieroſol.*
14 *Procuratio eſt onus reale competens etiam beneficijs Cardinalium.*
15 *Laici non tenentur ad procurationem.*
16 *Procuratio debetur pro viſitatione Generali non pro cauſis priuatis.*
17 *Procuratio debetur in victualibus, & quid veniat nomine victualium.*
18 *Non poſſunt vniri Eccleſiæ pauperes ad vnam procurationem.*
19 *Non poſſunt viſitatores recipere munera nec pro ſcripturis &c.*
Et quid de Notarijs, 19.
20 *Sub pœna reſtitutionis dupli non debent præfata recipi.*
21 *Reſtitutio imperata à lege fieri ſcilicet domino.*
22 *Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ ſi celebret ſit irregularis.*
23 *Caſus in quo Dominus rem ſuam non poteſt donare.*

Cap. Exigit II.

1 GRregorio X. confirmat conſtitutionem, Innoc. IV. de non recipienda procuratione in pecunia, & de non recipiendis donis, & pœnam inobedientibus imponit, vt audaciam peruerſorum compeſcat.

2. Statuit igitur vt vniuerſi, & ſinguli, qui ob Procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel munera recipere, vel viſitationis officio non impenſo Procurationem in victualibus, aut aliquid aliud Procurationis occaſione præſumpſerint, teneantur intra menſem Eccleſiæ à qua id receptum fuerit infra menſem reddere. Et nón reddentes intra menſem Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſunt ipſo facto interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, inferiores vero ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab officio & beneficio, quoad vſque Eccleſijs grauatis de huiuſmodi duplo ſatisfecerint: nulla eis in hoc dantium remiſſione valitura.

3. Tria igitur, quæ Innocentius IV. prohibuerat, hic adiecta pœna interdicuntur. Primum fuit ne Viſitatores Ordinarij Procurationem accipiant niſi à locis viſitationis. Epiſcopo igitur Viſitanti debetur procuratio, & ità quod ſi Epiſcopus alicui Eccleſiæ remittat ſeruitia, quæ illi debebat, vel debebit, non intelligitur remittere Procurationem, *cap. Venerabili de cenſ.* ſed tamen Epiſcopo non viſitanti procuratio non debetur. Viſitanti autem per alium, non ipſi Epiſcopo, ſed alteri Viſitanti datur procuratio, vt declarauit S. Cong. Concilij 23. Nouem. 1613. apud Fagn. *cap. Procurationes num. 14. de cenſ.* & hic notat Gloſſ. *in v. Non impenſo, ex cap. ſi Epiſcopus, de off. Ord.* Et tunc Viſitator non poteſt exigere integram Procurationem debitam Epiſcopo. Sed vel dimidiam, vel etiam minus, & reſiduum non debetur

Digitized by Google

betur Epiſcopo, ſed remanet Eccleſijs viſitatis, vt teſte Nicol. *v. Viſitatio num.* 10. *limit.* 9. *reſoluit S. Cong. Epiſ. in Catanzaren.* 16. *Aug.* 1641. *&* 1. *Aug.* 1642. & alias plures. Debetur vero hæc Procuratio, niſi conſuetudo ſit, & non detur.

4. Quamuis enim DD. in *cap. Venerabili, de cenſi*. ex illo textu voluerint Procurationem non poſſe conſuetudine præſcribi; tamen de iure nouo Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. §. *In ijs verò*. In ijs locis, aut Prouincijs, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia nec quidquam aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, id obſeruari debet.

5. Sed quid, ſi conſuetudo non procurandi non ſit vniuerſalis in loco, ſed ſolum vna vel altera Eccleſia Epiſcopum viſitantem non procurauerit? R. P. D. Fagn. *cap. Venerabili, nu.* 26. *de cenſ.* exiſtimat hanc non eſſe conſuetudinem, quia ad conſuetudinem oportet, quod ſit generalis in loco, cum ſit ius ſcriptum vniuerſaliter conſtitutum, ſed eſſe præſcriptionem, & ideo de ea non loqui Concilium, & non eſſe derogatum decretali *cap. Venerabili de Can.*

6. Sed tamen *num.* 28. nihil audet definire, & reſolutionem quæſtionis putat eſſe accipiendam à S. Cong. Quod & ego puto. Et nihilominus aduerto non eſſe de ratione conſuetudinis, quod ſit vniuerſalis quantum ad loca, & perſonas, quam hoc ſit de ratione legis ſcriptæ. At vero lex dari poteſt etiam pro vna Eccleſia, aut domo eiuſdem loci. Et diſtinctio inter conſuetudinem & præſcriptionem in hac parte eſt reſpectu obiecti principaliter intenti, ſeu reſpectu cauſæ, quia præſcriptio reſpicit bonum vt particulare, & priuatum, ſed conſuetudo quæ eſt lex reſpicit bonum quod aliquando materialiter eſt particulare, non vt particulare, ſed vt conducit ad bonum commune. Et ſic conſuetudo eſt vniuerſalis ex obiecto formali, & cauſa. Et ſic ſtat dari conſuetudinem particularis Eccleſiæ Ciuitatis, aut particularis domus eo quod interſit id boni communis. Quamobrē bene poteſt contingere, quod vna Eccleſia ex conſuetudine Viſitatorem non procuret.

7. Ex eodem vero Concilio *d. ſeſſ.* 24. *c.* 3. Procuratio non debetur Epiſcopo viſitanti Cathedralem ſuam, aut Eccleſias ſuæ Ciuitatis, Fagn. *in d. cap. Venerabili, num.* 15. vbi quod pluries hoc declarauit S. Cong. Et id declarauit etiam S. Cong. *Regul.* 26. *Iun.* 1590. *&* 15. *Nouem.* 1592. *&* 27. *Aug.* 1603. vt refert Nicol. *Viſitatio, num.* 10. Barboſ. ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 3. *num.* 31. Aduertit vero Fag. *num.* 10. Concil. ex hoc non ſuſtuliſſe Cathedraticum, ſed illud non ſoluendum in viſitatione, ſed extra in ſynodi celebratione. Aduertit quoque Nicol. ex Cong. Epiſ. & Regul. quod ſi Epiſcopus transferat reſidentiam ab vno ad alium locum, locus in quo Epiſcopus reſidebat, & non amplius reſidet ad procurationem tenebitur. Crederem tamen, quod vbi Epiſcopus in diuerſis locis reſidet in diuerſis anni partibus, non deberet viſitare loca illa niſi tempore reſidentiæ.

8. Sed nec debetur procuratio ab Eccleſia, quæ ſuper illa habet ſpeciale priuilegium à ſede Apoſtolica. *Cap. Cum inſtantia, de cenſ.* Exemptos vero Regulares à procuratione pecuniaria, non eſſe exemptos à procuratione in Victualibus ex S. Cong. Concilij dixit R. P. D. Fagn. *d. cap. Venerabili, num.* 31. Quod tamen patitur difficultatem. Nam hoc ſtante exemptio, & priuilegium eſſet inane, ſi non eximeret, niſi à procuratione pecuniaria, cum ab ea omnes omnino ſint exempti, vt ex hoc textu conſtat, & ſolum in libertate Eccleſiarum ſit in pecunia ſoluere non vero in victualibus, vt infra *cap. ſeq.* Conſideranda igitur erunt verba priuilegij, & ſi illud eximit Regulares à procuratione, quæ de iure non debet ſolui niſi in victualibus, cenſendum eſt illos eſſe exemptos à ſoluenda procuratione etiā in victualibus. Solum vero ſi verba priuilegij ferant à ſoluenda procuratione in pecunia ita vt priuilegium ſolum eximat ab hac qualitate procurationis, dicendum eſt priuilegium non eximere à victualibus.

9. Idem vero Fag. *num.* 32. refert eamdem S. Cong. habuiſſe pro valde dubiam quamdam deciſionem Rotæ, quod reuocata exemptione à viſitatione non cenſeatur reuocata exemptio à procuratione, iubetque ſuaderi partibus, vt iterum adirent Rotam. Et merito de hoc dubitatum fuit, quia viſitatori ordinario debetur procuratio ab Eccleſijs viſitatis, *cap. Venerabili, de cenſib. & cap. ſup. in hoc tit. & cap. ſeq.* Vnde ex quo ablata exemptione Eccleſia ſubditur viſitationi, ex hoc ſubditur procurationi. Si tamen Eccleſia per ſpeciale priuilegium diſtinctum fuiſſet exempta à procuratione, ex eo quod eſſet reuocatum priuilegium exemptionis à viſitatione, non per hoc eſſet reuocatum aliud priuilegium diſtinctum eximens à procuratione. Reuocatio enim eſt ſtricti iuris, nec ſe extendit ad priuilegia diſtincta.

10. Eccleſiæ pauperes quoque exemptæ ſunt à procuratione; Epiſcopus enim tunc ſuis ſumptibus viſitationem explere debet, vt notant *in cap. Procurationes ſup. eod. tit.* Hoſtien. *n.* 4. Io: And. *num.* 6. Butr. *num.* 5. Card. *num.* 3. Quos ſequitur Fagnan. *d. cap. Venerabili, num.* 33. Surd. *de alim. tit.* 4. *q.* 12. *num* 6. Bellet. *diſput. p. c. tit. de Cler. debit.* §. 11. Barboſa *alleg.* 73. *num.* 51. & ad Concil. Trid. *ſeſſ. c.* 3. *num.* 22.

11. Nec ab Hoſpitalibus pauperum, & leproſorum, & infirmorum eo quod omnia illorum bona ad vſum pauperum ſint deputata. Clem. *Quia contingit de Relig.* Dom Vbi Card. *num* 18. Imol. *num.* 33. Vital. *num.* 94. Lap. de Caſtil. *tract. de Hoſpit. num.* 48. Syluef. *in v. Hoſpitale, num.* 16. Barboſa *de off. Epiſ. alleg.* 73. *num.* 50. & ad Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 3. *nu.* 21. & vt refert Fag. *d. cap. Venerabili à nu.* 37. Cardinales Caiet. Roma, de Torres, Millinus, & à Monte in Congreg. ſuper hoc dubio habita.

12. Priuata etiam Oratoria non ſunt obnoxia procurationi, cum nec ſint obnoxia viſitationi, vt poſt Hoſtien *in cap. Auctoritate, ſup. eod. tit. num.* 1. Panorm. *not.* 1. Vinc. & Goff. dixit Fagn. *num.* 2.

13. Sed nec debetur procuratio Epiſcopo vi-

viſitanti Parochiales vnitas & dependentes à Relig. Hieroſ.& à Vicarijs earumdem Eccleſiarum, vt tanquam deciſum in Auguſtana 14. Decem. 1630. ex Alan. refert Barboſa *ad d. cap. 3. num. 23.*

14. Cæterum cum procuratio ſit onus reale ſuper beneficio, omnes Eccleſiæ tenentur ad procurationem, etiam ſi in eis ſit beneficium à Card. poſſeſſum. Et ſic declaraſſe S. Cong. in Neritonen. 13. Septem. 1631. ex Ald. refert Barb. *d. cap. 3. num.* 24. Debetur quoque procuratio à Rectore beneficij ſimplicis etiam dependenti ab Abbatia exempta. S. Cong. Epiſ. 12. Decem. 1600. & 7. Nouem. 1601. Et ita quod per cenſuras aliaſque pœnas poſſit Epiſcopus compellere negantem procurationem, Et poſſit cogere Clerum ad deputandum aliquem, qui curam habeat de victualibus durante viſitatione S. Cong. Epiſ. 22. Iun. 1646. Nicol. *v. Viſitatio, num.* 10.

15. Sic igitur Eccleſiæ tenentur ad procurationem, ad quam tamen ex conſuetudine non tenentur laici, vt notat Dom. *cap. ſup. nu.* 9. Quamuis vbi eſſet conſuetudo, quod populus in toto, vel in parte procuraret Epiſcopum viſitantem ſeruanda eſſet. Sed ſi recuſarent non eſſe cogendos laicos ad obſeruantiam huius conſuetudinis voluit Barb. *de off. Epiſ. all.* 73. *num.* 53. & ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 3. *num.* 37.

16. Nec etiam Eccleſiæ niſi actu fuerint viſitatæ. Solum vero pro viſitatione generali indicta pro Clero, & populo debetur procuratio, non vero pro viſitatione particulari, nimirum ſi pro cauſis expediendis Epiſcopus ad aliquem locum accedat. Fag. *cap. Dilectus el. p. de reſcr. num.* 43. Neque ſi ad Eccleſias Diœceſis tranſeat pro Sacramento Confirmationis miniſtrãdo. Barb. *de off. Epiſ. all.* 73. *num.* 58. *& ad d. cap.* 3. Conc. Trid. *num.* 20. vel pro conſecrat. Eccleſiæ, S. Cong. Epiſ. & Reg. 14. Nouem. 1581. & 18. Ianuar. 1627. & 25. Iun. 1627. ap. Nicolium *v. Viſitatio, num.* 10. *limit.* 12.

17. Secundum quod ſtatuerat Innoc. 4. & confirmatur per Greg. X. eſt, quod procuratio non recipiatur in pecunia, ſed in victualibus. Nomine autem victualium non veniunt vecturæ equorum, niſi viſitator eſſet delegatus Apoſtolicus, & neque veniunt omnia neceſſaria circa perſonam, ſed ſolum quæ ſunt neceſſaria ad victum S. Cong. Epiſ.& Regul. 21. Aug. 1606. & 30. Maij 1615. & 14. Nouem. 1581. & 9. Septem. 1650. Apud Nicol. *v. Viſitatio, num.* 10. *limit.* 11. Et hæc debent eſſe moderata, & conditioni Eccleſiæ conuenientia, & talia vt Eccleſia non nimis grauetur. Et pro temporis neceſſitate ſolummodo victualia Viſitatori miniſtrari debent. Et tot debent eſſe procurationes, quot ſunt dies neceſſarij pro viſitatione, & ſic ſi vno die viſitatur Eccleſia, vna tantum debetur procuratio.

18. Quod ſi Eccleſia vna ex paupertate non poſſit integram procurationem erogare, poſſe Epiſcopum plures Eccleſias ad vnam procurationem ſoluendam congregare dixerunt Innoc. & Hoſt. *cap. Conquerente, de off. Ord.* Sed oppoſitum ſentit hic Archid. Quia ſi Epiſcopus poteſt tenetur viſitare ſingulas Eccleſias & ad eas accedere, non vero vnam ad aliam, congregare. Et aliam à pauperibus Eccleſijs procurationem non debet recipere, *cap. Placuit* 3. *q.* 2. etiam ſi ſit ſponte oblata, cum paupertas excuſet, *cap. Cauendum*, 10. *q.* 2. *cap. Cum Apoſtolus, ſup. eod. tit. cap. Statuimus* §. *Prouiſurus, ſup. de reſcrip. in hoc lib.* Et non ſufficit dicere, quod prima opinio non dicit, quod titulo paupertatis Epiſcopus poſſit congregare plures Eccleſias ad eumdum locum, ſed quod poteſt congregare eas ad vnam procurationem. Nam Epiſcopus non poteſt Eccleſiam pauperem viſitare ſumptibus aliarum, quia eam tenetur viſitare ſumptibus ſuis. Nec pro prima opinione facit *cap. Cum inſtantia, ſup. eod. tit.* Quia ibi non eſt ſermo de Epiſcopo viſitante, ſed de Legatis, & Nuncijs non tamen viſitantibus. Et ideo hanc partem cum Archid. tenet Fag. *cap. Procurationes, num.* 20. *eod. tit.* Et quidem ſi ex pluribus Eccleſijs vna die viſitatis, altera earum non ſit pauper, hæc ſola tenetur Epiſcopum procurare, & per accidens eſt, quod eadem die aliæ viſitentur, quæ ſi ſint pauperes, exemptæ ſunt à procuratione, ſed ſi omnes iſtæ Eccleſiæ ſint pauperes, videtur, quod ſi non grauantur nimis ſoluendo procurationem pro parte, quod poſſint vniri ad vnam integram procurationem. Sed melius dicitur, quod Eccleſia quæ ex paupertate non poteſt ſe ſola ſufficienter Epiſcopum procurare, ſit ſimpliciter exempta ab onere procurationis, vt voluit Archid.

19. Tertium, quod ſtatutum fuerat, eſt, quod Ordinarij Viſitatores, nec eorum familiares munera recipiant. Aduertit tamen Gloſſ. *in v. Munera*, quod ſi Viſitator modicum eſculentum, vel poculentum recipiat, quod non ſit veriſimile, quod aliquem moueat vel donantem pauperiorem reddat non incurritur pœna huius Decret. *arg. cap.* Et ſi quæſtiones de ſimonia, quia talia non trahuntur ad munera, *l. Soleat, ff. de off. procur.* Pariter Epiſcopus in viſitatione non poſſit pro decretis ſpectantibus ad viſitationem pro rogitu, vel ſcripturis, laboreue ſuo poſſe aliquid percipere, ex Armendar. refert deciſum Barboſ. *d. cap.* 3. *num.* 18. *&* 19. Notarium tamen non habentem ſalarium aliquid poſſe recipere pro ſcripturis, & inſtrumentis, & labore ſuo voluit Narbona *l.* 23. Gloſſ. *vnic. num.* 9. *tit.* 13. *lib.* 4. Recopil. quem non reprobat Barb. *d. num.* 19. Sed imo approbat *num.* 25. citato Nauarr. & Piaſec. Videantur, quæ de his dixi ſup. *cap. Statutum*, vbi etiam habetur quid veniat nomine eſculentorũ, quæ breui conueniri poſſint.

20. Cum ergo tria hæc ſtatuta fuerint ab Innoc. IV. Greg. X. addit pœnam contra non obſeruantes, & præcipiens recepta contra ſtatutum hoc debere in duplum reſtitui Eccleſiæ, à qua fuerunt habita intra menſem, voluit vt differentes reſtituere vltra menſem ipſo facto ſint interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi ſint Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, inferiores vero ſint ipſo facto ab officio, & beneficio ſuſpenſi, quouſque duplum grauatæ Eccleſiæ reſtituerint, nulla eis in hoc dantium remiſſione,

Digitized by Google

ne, liberalitate, ſeu gratia valitura. Quæ omnia per Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *c.* 3. fuerunt confirmata. Hanc vero cenſuræ pœnam non eſſe reſeruatam aliqui dixerunt; ſed melius dicitur eſſe reſeruatam pro non reſtituentibus, facta vero reſtitutione illam ceſſare ſine alia abſolutione.

21. Et quia præcipitur, quod hæc reſtitutio fiat Eccleſiæ grauatæ, hinc bene colligitur reſtitutionem à lege præceptam Domino deqere fieri niſi aliud exprimatur, *cap. Si qui,* 81. *diſt. & cap. Non eſt de ſponſ.* Gloſſ. *in v. ſuſpenſos.*

22. Huiuſmodi vero interdicti ſi durante interdicto celebrant in Eccleſia, vel ſuſpenſi ſi interim celebrene ſunt irregulares, nec diſpenſari poſſunt niſi à ſede Apoſtolica. *cap. Cum æterni, de re iudic. cap. Cum medicinalis infra de ſent. excom. in hoc lib.* Gloſſ. *in v. Interdictum, & v. Suſpenſos.*

23. Habetur etiam hic caſus in quo dominus rei propriam rem, ſeu ſibi debitam donare, vel remittere non poteſt validè. Gloſſ. *v. valitura.*

S V M M A R I V M.

1 *Liberum eſt Eccleſijs ſoluere in pecunia procurationem.*
2 *Pro vno die vna tantum debetur procuratio.*
3 *Conſtitutio Conciliaris Papalis eſt.*
4 *Vbi debetur prouiſio pro exercitio totius diei vna tantum debetur.*
5 *Viſitator ſolicite debet viſitationem explere.*

Cap. Felicis, III.

1. DVo habentur in hac decretali. Primo enim concedit, vt Ordinarij Viſitatores à volentibus recipere poſſint procurationem in pecunia pro ſumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebunt. Quod Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 3. confirmauit, & explicauit, dicens, *Sit tamen in optione eorum, qui viſitantur, ſi malint ſoluere id quod erat ab ipſis ante ſolui, certa pecunia taxata, conſuetum.* Sic igitur nedum Viſitatores non poſſunt in pecunia taxare procurationem. Barb. *d. cap.* 3. *nu.* 34. Sed etiã vbi prius ſolitum fuit procurationem ſoluere in pecunia taxata, poſſunt perſonæ viſitatæ nolle ſoluere in pecunia, ſed in victualibus moderatis, & liberum illis eſt ſoluere in pecunia. Barb. *num.* 33.

2. Secundo vero decernitur, vt pro vno die vnica tantum petatur procuratio, etiam ſi Viſitator eadem die plures Eccleſias ſufficientes ad integram procurationem viſitauerit.

3. Et quoniam Boniſ. VIII. conſtitutionem factam in Concil. Lugdun. vocat Greg. X. bene colligit Franc. *num.* 1. Conſtitutionem factam in Concilio in quo præſidet Papa intitulatur Papæ Conſtitutio.

4. Ex hoc etiam textu colligitur, quod vbi datur prouiſio pro exercitio totius diei, vnica tantum debetur, etiam ſi illo die plura opera exerceat quis pro quorum quolibet habuiſſet integram prouiſionem. Franc. *num.* 2. & 4.

5. Sicut etiam colligitur, quod Viſitator ſolicite debet viſitare, non trahendo moram in loco, & quod ſi fieri poteſt vno die viſitationem debet implere. *cap. Placuit, x. q.* 1. Franc. *num.* 4.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio textus.*
2 *Eccleſiaſticæ perſonæ exemptæ à pedagijs, & guidagijs.*
3 *Et quid ex vi bullæ cœnæ.*
4 *Quid ſit pedagium, & guidagium.*
5 *Non licet ab Eccleſiaſticis per ſe vel per alium pedagia exigere, aut extorquere.*
6 *Prohibitio afficit omnes.*
7 *Immunitas iſta non extenditur ad Negotiatores.*
8 *Ceſſat harum cenſurarum reſeruatio facta reſtitutiene.*
9 *Exemptio Eccleſiaſticorum à Gabellis eſt de iure diuino.*

Cap. Quamquam IV.

1. EXemptionem Eccleſiaſticorum à ſolutione pedagiorum confirmat Boniſac. VIII. & eam violantes cenſuris punit. Duo igitur decernuntur principaliter in hac Decretali; nam primo præmiſſa ratione ædendæ decretalis confirmat conſtitutionem Alexandri Quarti. Secundo contra eam non ſeruantes imponit reſpectinè pœnam excommunicationis & interdicti.

2. Itaque primo ex eo quod Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ & res illarum de iure diuino ſunt immunes à ſecularium exactionibus, confirmat Alexander IV. conſtitutionem, qui ſtatuit Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum, & ſoluendum talia pro rebus ſuis proprijs, quas non cauſa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, ſeu tranſmittunt. Mandat propterea Boniſ. VIII. quod contraria conſuetudine non obſtante (quæ potius corruptela dici debet) nec collegium, nec vniuerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona cuiuſcumque ſit dignitatis, conditionis, aut ſtatus ab Eccleſijs, aut perſonis Eccleſiaſticis, pro perſonis ipſis, aut rebus earum pedagia, aut guidagia exigat, vel extorqueat, per ſe, vel per alium, ſuo nomine, vel alieno, aut ad huiuſmodi perſoluenda compellat. Secundo autem ſtatuit, vt contrafacientes, ſi ſint perſonæ ſingulares ipſo facto ſint excommunicatæ, ſi autem ſint collegium, vniuerſitatis, ciuitatis, caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcumque ipſo facto ſint interdictæ, nec abſolutionem ab excõmunicatione, vel relaxationem ab interdicto obtineant, donec exacta reſtituerint, & de tranſgreſſione ſatisfecerint competenter.

Si-

3. Similia vero prohibentur in Bulla cœnæ *can* 18. ſed controuertunt DD. an ſub eo canone comprehendantur nedum decimæ, taliæ, præſtationes, & alia huiuſmodi, quæ ibi ſunt expreſſa, ſed etiam pedagia, guidagia, gabellæ, & tranſeuntium vectigalia, de quibus ſermo eſt in hac Decretali, Affirmant Sayr. *l.* 3. Theſau. *cap.*22. *num.*8. Alter. *l.* 5. *de cenſ. diſp.*19. *cap.*2. *&* *cap.*6. *dub.* 2. Duar. in Bullam cænæ *l.*2. *can.*18. Bonac. de cenſ. *in partic. d.* 1. *q.*9. *p.*10. *num* 2. & alij, quos ſequitur Pueronus in Bullam cœnæ *cap.*18. *num.* 8. Sed negat Nauar. in Manual. *cap.*27. *nu.* 72. *&* 128. Quia *in d. can.* nulla fit mentio pedagiorum, & gabellarum, & dictio alia, ibi & alia onera, non refert niſi ſimilia expreſsis. Verum nunc hac quæſt. relicta, & explication. *can. illius* 18. Bullæ cœnæ Doctoribus ſuper illa ſcribentibus dimiſſa, quæ ad noſtræ Decretalis explicationem opportuna videbuntur breuiter expendemus.

4. Notandum igitur ex Gloſſ. *in princip.* quod pedagium dicitur illud tributum, quod ſoluitur pro rebus, quæ transferuntur de vno loco ad alium. Quod alio nomine in iure vocatur vectigal, ſeu etiam gabella. De quo Gloſſ. *in cap. Super quibuſdam, de verb. ſignif.* Guidagium vero dicitur illud tributum, quod datur pro ſalario hominum, qui ſecure conducunt tranſeuntes extra loca periculoſa. Itaque in hoc textu prohibita eſt exactio pedagiorum, & guidagiorum, non vero exactio decimarum, aut taliarum, vel præſtationum, quæ ex alijs cauſis ab Eccleſiaſticis extorquentur.

5. Actiones autem prohibitæ ſunt duæ, nimirum pedagia, aut guidagia ſcilicet exigere, vel extorquere per ſe, vel pro alium, ſuo vel alieno nomine, aut ad huiuſmodi ſoluenda compellere. Illa autem per ſe, vel per alium &c. interpoſita inter extorquere, & compellere, refertur ad tres prædictas actiones, nam qui compellit ad ſoluendum extorquet & exigit. Et mens Pontificis eſt vt libertas Eccleſiæ in his illæſa maneat, contra quam facit nedum qui per ſe, vel ſuo nomine, ſed etiam, qui per alium, aut alieno nomine compellit ad ſoluendum.

6. Vniuerſalis vero eſt prohibitio comprehendens perſonas ſeculares cuiuſcumque dignitatis conditionis & ſtatus, & ideo etiam principes. Et eo magis, quod Principum eſt vectigalia imponere, condens vero legem obligantem ad ſoluenda vectigalia compellit ad eorum ſolutionem, ideo comprehenduntur etiam Prælati Eccleſiaſtici, ſi ab Eccleſiaſticis huiuſmodi pedagia exigant, vel extorqueant, aut etiam ad ſoluendum illa eos compellant.

7. Itaque ergo Eccleſiaſtici exempti ſunt à gabellis, vectigalibus, pedagijs, & guidagijs, vt per Couar. *pract. cap.*31. *nu.*9. Gutier. *pract. l.*1. *q.* 6. & innumeros, quos hic refert Barb. *num.*3.

Hæc tamen immunitas non extenditur ad Eccleſiaſticos negotiatores Gloſſ. *in v. negotiandi*. Quomodo vero hoc intelligatur late explicani *tom.* 2. *q.* 187. *n. & ſequent.* Eccleſiaſticus vero fructus rerum ſuarum vendens non negotiatur, & ideo pro illis gabellas ſoluere non tenetur, vt ibi probatum fuit.

8. Excommunicatio autem lata contra inobeedientes, ſicut & interdictum ſunt reſeruata ante reſtitutionem exactorum, & congruam ſatisfactionem, ſed his præmiſſis ceſſat reſeruatio Alter. *tom.*2. *de conſ. d.*12. *cap.*2. Bruac. *de interd. in part. d.*4. *q.*3. *p.*1. *nu.*1. Barb. *hic n.* 9. Interdictum autem hoc eſt locale, non vero perſonale, & ad illud incurrendum ſufficit, quod actiones hic prohibitæ fiant ab vniuerſitate ſeculari vel Eccleſiaſtica Barb. *num.*8.

9. Habetur vero ex hoc textu exemptionem Eccleſiaſticorum à gabellis pedagijs eſt de iure diuino. Gloſſ. *in v. diuino* Franc. *num.* 1. Videantur DD. *ad cap. Eccleſia S. Mariæ* 10 *de conſtit.* & alij, quos hic refert Barb. *nu.*2.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopi quando viſitare poſſint ſuas Prouincias.*

2 *In actuali viſitatione poteſt audire confeſſiones, non tamen mittere ad ordines.*

Cap. Perpetuo V.

1. DAtur hæc Decretalis ad explicationem Decretalis Innoc IV. *ſup. cap. Romana*
1 *in hoc tit.* & duo præcipue decernuntur. Primum eſt Archiepiſcopum libere poſſe viſitare ſuam Prouinciam & procurationem recipere a locis viſitatis, etiam ſi ſuffraganei non ſint negligentes, & viſitationem retinere, iuxta contenta *in d. Decr. Romana* nulla in contrarium obſtante conſuetudine, Hodie tamen ſeruandũ eſt, quod habet Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *cap.* 3. *de reform.* nimirum, & Archiepiſcopi non viſitent ſuas Prouincias, niſi cauſa cognita, & probata in Concil. Prouinciali Sanchez *in ſum. lib.*2. *cap.*11. *num.*6. Barb. *hic num.*4.

2. Secundum quod decernitur in hoc textu eſt, quod Archiepiſcopus viſitans poteſt audire confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum, illoſque abſoluere, & eis pœnitentiam iniungere, Suarez *tom.*4. *de pœnit. d.* 25. *ſeſſ.* 1. *num.*14. & alij, quos hic refert Barboſ. *num.* 5. Extra actualem vero viſitationem non poteſt Archiep. confeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, eoſque abſoluere etiam à minore excommunicatione, ſecundum Franc. *hic nu.*2. Imo & in actuali viſitatione non poteſt ſuffraganeorum ſubditos ordinare, vel eis dimiſſorias ad Ordines concedere Franc. *in fine*.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia polluitur iniuſta humani ſanguinis effuſione.*

2 *Polluta Eccleſia pollutum eſt cœmeterium coniunctum.*

Quid ſit eſſe coniunctum num. 2.

3 *Polluta cœmeterio non eſt polluta Eccleſia.*

4 *Quæ ſint cœmeteria diuerſa.*

5 *Polluto vno cœmeterio non eſt pollutum aliud.*

6 *Ex lege loquente in caſu particulari non licet colligere regulam generalem.*

Quan-

Digitized by Google

Quando liberatio principalis tranſeat in acceſſorium, vel vitium principalis vitiet acceſſorium num. 6.
7 *Habens literas pro beneficio in certa Eccleſia poteſt acceptare beneficium vacans in cæmeterio.*
8 *An ſub venditione domus veniat hortus.*
9 *Celebrans in Eccleſia polluta ex hoc non eſt irregularis, eſt tamen ſuſpenſus.*
10 *Paries intermedius remdiuidet.*
11 *Dignius trahit ad ſe minus dignum.*

Tit. XXI.

De Cónſecrat. Eccleſiæ.

Cap. Si Eccleſiam.

1. CErtum eſt Eccleſiam conſecratam pollui, vel iniurioſa humani ſanguinis effuſione in notabili quantitate, vel humani ſeminis effuſione voluntaria. Hoc vero ſtante quartus caſus reſoluuntur in hac Decretali.

2. Primus eſt, quod polluta Eccleſia pollutum eſt cæmeterium Eccleſiæ contiguum, & illicitum eſt in illo aliquem ſepeliri, niſi prius fuerit reconciliatum; ſecus vero ſi cæmeterium ſit ab Eccleſia ſeparatum. Contigua vero dicuntur, quorum extrema ſe tangunt, continua vero ſunt, quorum terminus eſt vnus, vt ex Ariſt. 5. *Phyſic.* notat Gloſſ. *in v. contiguum.*

3. Secundus caſus eſt, quod polluto cæmeterio non eſt polluta Eccleſia licet illi contigua quia minus nobile, & acceſſorium non trahit ad ſe magis nobile, & principale.

4. Tertius caſus. Non vnum, ſed plura cæmeteria ſunt, quæ quamuis ſibi cohærentia pariete medio diſiunguntur, etiam ſi de vno ad aliud per portam mediam habeatur acceſſus.

5. Quartus caſus. Violato vno cæmeterio non eſt aliud violatum licet vnum alteri ſit contiguum, vel cohæreat.

6. Ex primi autem caſus reſolutione colligunt DD. aliqui quod vitium rei principalis ſe extendit ad contiguum, & illi acceſſorium. Et è contra quod abſolutio, & liberatio facta in re principali ſe extendit ad acceſſoriam, & contiguam. Vnde riconciliata Eccleſia, cenſetur reconciliatum cæmeterium, vt ex Archid. & Io. Aud. tradit Franc. *n.* 1. Huiuſmodi tamen regulæ generales non poſſunt deduci ex lege in caſu particulari decernente. Et quidem abſolutio, & relaxatio facta in re principali tranſit in rem coniunctam, aut acceſſoriam, quantum ad id quod ex principali tranſijt in acceſſorium, aut coniunctum quia ceſſante cauſa ex natura rei ceſſat effectus. Sic enim ſi pollutum fuit cæmetrium quia polluta fuit Eccleſia ex natura rei ceſſante pollutione Eccleſiæ, ceſſat pollutio cæmeterij, quæ in illud tranſijt non aliunde, quam ex coniunctione ad Eccleſiam. Sed ſi polluta Eccleſia v. g. per effuſionem humani ſeminis, fuiſſet iterum pollutum cæmeteriũ ex iniuſta effuſione humani ſanguinis, reconciliata Eccleſia, non eſſet reconciliatum cæmeteriũ & mundatum à propria pollutione cauſata in cæmeterio ex iniuſta humani ſanguinis effuſione. Si melior non ſemper eſt verum, quod vitietur coniunctum, vt patet ex quarto caſu huius textus, ſed id verificatur, quando coniunctum eſt veluti pars, ſeu eſt aliquid principalis, ſicut cæmeterium cenſetur ac ſi eſſet pars Eccleſiæ. Quamuis melius etiam dicatur hanc extenſionem expreſſam in primo caſu ſtatuta eſt ex decreto Pontificis, non quia id ex natura rei ſit neceſſarium. Vnde ſi Pontifex id non ſtatuiſſet, ex natura rei polluta Eccleſia non eſſet neceſſario dicendum pollutum eſſe cæmeterium.

7. Ideo, quod ex Rota *dec.* 197. *ſeu.* 6. *de conceſſ. præb.* refert Franc. *num.* 1. ſcilicet, quod habens gratiam de beneficio vacaturo in Eccleſia poteſt acceptare beneficium vacans in cœmeterio, vel ambitu, vel Capellis Eccleſiæ contiguis, non ſundatur à Rota in illa regula, quod fauor principalis ſe extendat ad acceſſorium, ſed quia cęmeterium, & capellæ contiguum cenſentur partes Eccleſiæ.

8. Sic etiam quod habet hic Anchar. & ex eo Franc. *num.* 2. in venditione domus venit hortus contiguus, & in venditione vinçæ domus contigua, non eſt certum niſi pro quanto hortus ſit intra ſepta domus, & cenſeatur illius pars, ſeu aliquid ſpectans ad integritatem illius, vel domus ſit intra ſepta vinçæ. Ideo regulariter in inſtrumentis huiuſmodi licet contigua exprimantur, aliter certè ſola contiguitas non ſufficit.

9. Colligitur quoque ex primo dicto quod in cęmeterio polluto non poteſt aliquis ſepeliri *cap.* 1. *de ſepult. in hoc lib.* ſicut nec in Eccleſia polluta poteſt celebrari, vt *cap. ex tuarum, de priuil.* Si tamen fiat oppoſitum non incurritur irregularitas Io: And. & poſt eum Franc. *nu.* 2. Incurri autem ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ arbitratur Franc. *ex cap. Epiſcoporum in fi. de priuileg.* & Sylueſ. ex Lapus *v. conſecratio* 2. *nu.* 9. Quod ex eo procedere poteſt, quia Eccleſia, & cęmeterium polluta ſunt loca interdicta. Illa vero ſuſpenſione durante celebrans fiet irregularis. *cap.* 15. *cui inf. de ſent. excom.*

10. Colligitur quoque ex 3. caſu, quod paries intermedius diuidit rem, & facit vt non ſit vna ſed duæ. Et ideo ſi paries ſit intermedius intra domum, facit quod domus ſint duę dato etiam, quod in pariete eſſet porta per quam de vna tranſitur ad aliam.

11. Habetur etiam ex hoc textu regula, quod dignius, & potentius trahit ad ſe minus dignum, & minus potens Sanchez *de matrim. l.* 3. *d.* 29. *n.* 8. Moneta *de decim. c.* 9. *q.* 5. *nu.* 158. Barb. hic *n.* 5.

SVMMARIVM.

1. *Summa Textus.*

Tit. XXII.

De reliquijs, & veneratione Sanctorum.

Cap. Glorioſus vn.

1. DEcernitur in hac Decretali feſta Sanctorum duodecim Apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, & quatuor Doctorum, Sanctorum ſcilicet Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, & Hieronymi ſolemniter celebrari debere per totum Orbem ſub officio duplici.

SVMMARIVM.

1 *Summa textus.*
2 *Scabini qui dicantur.*
3 *Quid valeant conſuetudo contra immunitatem rimiſſiuè.*

Tit. XXIII.

De immunitate Eccleſiarum &c.

Cap. quia nonnulli.

1. ALexand. IV. præmiſſa in genere tyrannide ſecularis poteſtatis, eaque poſtea expreſſa in ſpecie, prouidet contra illam, & decernit. Non licere communijs, ſcabinis, & ijs, qui in eis iuriſdictionem temporalem obtinent, vel iuſtitiam temporalem exercent, tallias, vel collectas ſeu exactiones quaſcumque Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus, prædijs, vel quibuſcumque poſſeſſionibus ab eiſdem Eccleſijs vel perſonis Eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis, vel in poſterum àcquirendis: Etiam ſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonæ, vel res huiuſmodi ſint infra illorum diſtrictum, vel territorium conſtitutæ. Nec etiam liceat illis ipſas Eccleſias, vel perſonas ad diſtrahendum, vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

2. Scabini dicuntur conſules, hoc enim nomine in Gallia nuncupantur Cuſſan. *in cathal. glor. mundi p.11. conſid.7.* Barb. huic.

3. In his vero quàntum valere poſſit conſuetudo iudicandum ex ijs, quæ ſacri Canones tradunt de conſuetudine vel præſcriptione contra Eccleſiam, & videri debet conſtitutio Felic rec. Vrbani VIII. de præſeruatione iurium Eccleſiæ, quæ eſt 127.

SVMMARIVM.

1 *Summa textus.*
2 *Generale verificatur in ſingulis.*
3 *An hac decretalis obliget ſub pracepto.*
4 *Decretalis iſta non inducit ius nouum.*
Ex duplici cauſa peccat, qui contenta in hac decretali non ſeruat 4.
5 *Non ſemper verbum imperatiui modi continet praceptum.*
In hac decretali alia ſuadenda, & alia interdicta ſunt 5.
6 *Irritatio actus non eſt pœna perſonalis, & ideo non ſupponit culpam.*
7 *Confabulationes habita in Eccleſia non continent de ſe ſpeciem ſacrilegij exprimendam in confeſſione.*
8 *In Eccleſia prohibiti ſunt ſtrepitus, & vana repraſentationes.*
9 *Et Concilia ſecularia, & parlamenta.*
10 *Et vana colloquia, & confabulationes.*
11 *Et negotiationes, & fori tumultus.*
12 *Nec iudicia ſecularia.*
13 *Quod intelligitur de Eccleſia ſtrictè ſumpta.*
14 *In Eccleſia haberi poſſunt actus voluntaria iuriſdictionis, & ſcholaſtici.*

Cap. Decet 2.

1. GRegorius X. in Concil. Lugudunen. tradidit modum Religioſum, qui ſeruari debet in Eccleſia, & decreuit in Eccleſijs dato humili acceſſu orationibus inſiſti debere, exclusis clamoribus, & ſeditionibus, conſilijs vniuerſitatis laicorum, & publicis parlamentis, vanis colloquijs, negotiationibus, & nundinis iudicijs ſecularibus, & maxime criminalibus.

2. Ex hoc textu nota primo ibi, *& quod generaliter ſcribitur, ſinguli in ſe ipſi ſingulariter implentes*, quod id quod generaliter dicitur ſi ſpectat ad ſingulos ſingulis dictum fuiſſe cenſendum eſt, vt hic notat Franc. *num.* 1. addens ex Io: And. quod etiam è contra, quod eodem modo id, quod in ſingulari dictum eſt, omnes reſpicit.

3. Statim vero ab initio oritur quæſtio an hæc decretalis contineat præceptum obligans in conſcientia, vel ſolum ſuadeat, & conſilium det, vel etiam quæ ex diuino aut humano iure fieri in Eccleſia non licet, vel non decet, vel non demonſtret. Gloſſ. in *v. ſuadenda*, quam ſequitur. Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 2. l.3. cap. 6. num.4.* hanc decretalem diuidit in duas partes, quarum prima ſic docens, & ſuadens, quod in Eccleſia agendum eſt, alia vero ſit vetans, quod agendum non eſt. Prima incipit ab initio Decretalis, & durat vſque ad illa verba. *Nullus in locis eiſdem &c.* Inquit igitur primam partem eſſe materiam tantum, & de illa intelliguntur verba quæ habentur in §. ſequenti, ſcilicet *ſuadenda ſuadeat*. Sed ſecunda pars eſt præceptiua, & inducit obligationem magis, vel minus grauem iuxta materiæ exigentiam. Et probatur primo, quia decretalis prohibet per verbum imperatiui modi, quod importat præceptum, ſecundo quia de actibus prohibitis dicitur in §. ſequenti interdicta huius Canonis auctoritate compeſcat, vtique per pœnam, & cenſuram, vt Gloſſ. exponit. Tertio quia vox inter-

interdicta in rigore importat prohibitionem obligantem. Quarto quia materia huius decretalis ex magna parte eſt grauiſſima, & poſtulans prohibitionem. Et ita hanc partem etiam tenet Palaus *tract. 11. diſp. vn: par. 4. num. 2.*

4. Sed data diſtinctio difficultatem habet, quia textus ſiue affirmando, ſiue negando nunquam vtitur verbo præcipimus, ſeu ſtatuimus, aut alio ſimili, & tamen ſemper vtitur verbis imperatiui modi; igitur vel tam in prima illa parte, quam in ſecunda præcepit, vel in nulla præcipit. Dicendum propterea eſt hanc decretalem non continere ius nouum, niſi pro quanto in §. *Ordinarij* irritat iudicia ſæcularia habita in Eccleſia. Ita ſentiunt Sylu. *v. immunitas* Angel. *num. 5. q. 2. num. 4.* Tabien. *v. immunitas num. 1.* Armil. *num. 4.* Nouar. *de orat. cap. 5. num. 5.* Et probatur primo ex illis verbis textus. *Sint poſtremo quæcumque alia, quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ Maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea: ne vbi venia peccatorum eſt poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi.* Ex his enim verbis habetur, quod ex duplici cauſa in textu aliqua enunciantur, vt prohibita, vel ſcilicet, quia alias ſunt mala, & lege aliqua diuina, vel humana prohibita, vel quia impediunt diuinum officium, vt citari DD. docent. Vtraq; vero ex natura rei mala ſunt, & vt talia in textu feruntur. Vnde illa à quibus textus dicit eſſe ceſſandum non ſunt peccata mortalia niſi quia alias mala ſunt, vel quia diuinum officium notabiliter impediunt. Probatur ſecundo, quia textus ex eo quod domum Dei decet ſanctitudo per modum concluſionum ex illo antecedente deductorum concludit omnia quę ſequuntur, vt patet ibi *ſit itaque in Eccleſijs humilis acceſſus*, concluſio vero deducta ex eo quod decet eum continet præceptum, niſi aliud exprimatur, verbum enim decet honeſtatem ſignificat Anchar. *numer. 1.* ſed coactionem non infert.

5. Nec obſtant adducta in contrarium. nam ad primum dicitur, quod non ſemper verbum imperatiui modi importat præceptum. Nam & conſulentis, & docentis eſt dicere fiat hoc in tali occaſione, vel non fiat. Quod verum eſſe tunc exiſtimandum eſt, cum ſuperior ex eo quod decet, infert quod hoc fiat, vel non fiat, vt fit in hoc textu. Ad ſecundum dicitur, quod bene vidit Pontifex, quod ex ijs, quæ ipſe dixit fieri, vel non fieri multa ſunt aliunde vel ex virtute Religionis, vel ex lege poſitiua ſpecialiter interdicta, & ideo diſtinguit ſuadenda, ab interdictis, non quia hic ſpeciali lege aliquid interdicatur, ſed quia plura ex recenſitis ſunt aliunde interdicta. Quod voluit Epiſcopum diſcernere. Nam alias in textu eadem forma loquendi omnia exponuntur. Et per hæc patet ad tertium & ad quartum dicitur quod quę continent materiam grauem erant iam prohibita, & ideo Pontifex non iudicauit nouum addere præceptum, relinquens vigilantiæ Epiſcoporum, vt interdicta fieri non permitterent.

6. Nec obſtat, ſi dicatur, quod pœna non infligitur niſi pro culpa, Pontifex vero ponit pœnam nullitatis proceſſuum, & ſententiarum datarum in Eccleſia. Nam imo ex hoc probatur præfata aſſerta veritas, quia Pontifex nullam pœnam perſonalem impoſuit, ſed hanc diſcretioni Epiſcoporum infligendam diſpoſuit, ſi perſonæ monitę, contempſerint monitiones Epiſcoporum, vnde nec iſtæ pœnæ locum habent in non obſeruantes quæ dicuntur fieri debere in hoc textu, ſed ſolum in eos, qui præmiſſas inhibitiones petulanti animo contempſerint. Sola vero pœna perſonalis ſupponit culpam. Sed irritatio actus non ſupponit aliud quam non conuenientia ad bonum commune; & verò ſic eſt, quod bono communi non conuenit, quod proceſſus laicales facti in Eccleſia ſint validi.

7. Confirmantur prædicta, quia ex contraria opinione ſequitur, quod aliquid facere in Eccleſia ex prædictis, ſeu etiam ex illis quæ de ſe mala ſunt, eſſet circumſtantia ſacrilegij mutans ſpeciem, & aperienda in confeſſione, quod quidem eſt contra communem ſententiam. Et in ſpecie, quod aſpectus, nutus, confabulationes non honeſtæ in Eccleſia habitæ non habeant ſpecialem malitiã ſacrilegij explicandam in confeſſione dixerunt. Canus *relect. de pęnit. part. 5.* Petrus de Ledeſma *de pęn t. c. 19.* Lopez, & Rodriquez quos refert, & ſequitur Sanchez *l. 9. de mat. diſp. 15. num. 20.* Bonac. *diſp. 4. de matrim. punc. vlt.* & alij plures, quos ſequitur Leander *de pęnit. diſp. 8. q. 11.*

8. Primo itaque in textu prohibetur ne aliquis in Eccleſia ſeditionem conciter conclamationem moueat, impetumque committat exiſtimat autem Nauar. *cap. 5. de orat. num. 25.* per huiuſmodi conclamationes, & impetus intelligi tripudia, choreas, & repræſentationes. Sed in hac parte Concilium loquitur præcipue de conclamationibus, quæ ad ſeditionem tendunt, & de impetu, qui violentiam aliquam iniuſtam inferat. Fit enim ſeditio concitando plebem, facta ab illis, qui in diuerſum vadunt, & alias trahunt. Et peſſima res eſt ſeditio, quæ etiam pœna capitali punitur *l. 1. & fin. c. de ſedit.* & vel pro qualitate dignitatis aut furca ſuſpenduntur, aut in inſulã mittuntur, aut beſtijs traduntur *l. ſi quis §. 2. ff. de pœnis.* Vnde procul dubio non decet in Eccleſia fieri ſeditiones, aut conclamationes, quæ ad ſeditiones conducunt, & ex ſe diuina officia valde impedire valent, aut impetus, quibus alteri fit vis, & iniuſtitia. Et ideo hic non prohiberi choreas, & repræſentationes quantum ſit ex vi verborum prædictorum dixit Suarez *tract. 2. l. 3. cap. 6. num. 4.* Prohibentur tamen, ex eo quod infra prohibentur vana, Barboſa hic *num. 3.* & alias prohibita fuerunt per caput Cum decori, *de vit. & honeſt. Cleric.* Sed vt exponunt ibi Io: And. & Panorm. huiuſmodi prohibitio non intelligitur de illis repræſentationibus, quæ ſunt honeſtæ, pietatem redolent, ſed de inhoneſtis, & turpibus. Quamuis nec huiuſmodi liceant etiam ſi alias honeſtæ ſint, ſi fiant tempore diuinorum officiorum, illaque impediant, & perturbent, aut ab eis auertant vt optimè aduertit Nauar. *d. cap. 1. de orat. n. 25. & 26.*

9. Secundo Conciliũ vult vt in Eccleſijs eſſent

ſent vniuerſitatum, & ſocietatum quarumlibet concilia, conciones, & publica parlamenta. Quod intelligitur de ſecularium Concilijs, non vero de Eccleſiaſticis, & de illis, quę à ſæcularibus pro cauſis prophanis & policitis congregantur, non vero ſi pro cauſa aliqua pia, vt pro voto faciendo, aut inſtituenda pia ſocietate, ſeculares ſe in Eccleſia congregent. Io: Andr. & ex & Franc. *n.* 3. Anchar. *num.* 4. Nauar. *d.c.* 5. *n.* 32. *&* 36. Suarez *d.l.* 3. *c.* 6. *n.* 5. Palaus *tr.* 11. *diſp. vn. p.* 4. *n.* 3.

10. TertioConcilium vult vt ceſſent vana, & multo fortius fœda, & prophana colloquia, & conſabulationes quælibet. At vero hanc prohibitionem non intelligendam de confabulationibus honeſtis ſi fiant ſine impedimẽto diuinorum, & præcipue ſi habeantur extra tempus, quo diuina celebrantur, quia non ſemper tenemur eſſe in templo, vt in templo docent Suarez *d. c.* 6. *num.* 6. *&* Palaus *d. par.* 4. *num.* 5. Sed iam probatum eſt huiuſmodi conſabulationes non eſſe malas ſi alias nõ ſint malæ aut non impediunt diuina officia, aut orationes piarum perſonarum, aut prædicationes, aut ſpeciali aliqua ratione aduerſentur ſanctitati Eccleſiæ.

11 Quarto. Pontifex vuult, quod in Eccleſijs, earum Cæmeterijs ceſſent negotiationes, ac præcipuè nundinarum, *ac fori cuiuſcumque tumultus*. Exiſtimat autem Palaus *diſp.* 4. *num.* 3. hic prohiberi omnem contractum emptionis & venditionis ad vſum politicum, ſed tunc grauem culpam interuenire, cum adeſt negotiatio id eſt expoſitio ad pluries vendendum. Sed regula à Pontifice ſuperius data ſeruanda eſt. Contractus enim eſt res indifferens, nec ex ſe mala, ſi igitur alias non impediat diuina officia & cultum diuinũ, non eſt peccatũ in Eccleſia contrahere, emere, vel vendere. Et ideo in hoc textu prohibentur negotiationes, quæ fiunt cum tumulta, vt patet ibi, *vt fori cuiuſcumque tumultus*. Nec Chriſtus eiecit ementes, & vendentes præciſe, quia in templo emerent, & venderent, ſed quia domum orationis fecerunt ſpeluncam latronum. Duplici ergo cauſa negotiationes, & præcipuè nundinæ debent ceſſare in Eccleſia, quia huiuſmodi negotiationes præſertim vbi permanenter merces expoſitæ ſunt, non fiunt ſine concurſu, clamore, & ſtrepitu, & ſine diuinorum officiorum impedimento, ſecundo quia non exercentur huiuſmodi negotiationes ſine peccatis quampluribus exemptoribus, & venditoribus familiaribus. Hinc patet quod vendere in Eccleſia candelas principaliter ad pium vſum, ſine clamore, & ſtrepitu, & deceptione aut iniuſtitia non eſt illicitum, D. Anton. 3. *p.* 3. *c.* 16. §. 2. Caiet. *v. immunitas*, Sylu. *q.* 2. Nauar. *d. cap.* 5. *nu.* 36 qui etiam aduertit laudabile in hoc eſſe ſtylum Romanum, qui eſt ponere candelas in vaſculo aliquo ex quo illas excipiunt, qui eaſdem offere volunt, & ipſi in vaſe pretium ponunt.

12 Quinto. Potifex iudicialia aliena eſſe debere ab Eccleſijs pronunciat, ibi: omnis in eis ſecularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per laicos criminalis maxime agitetur: ſint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena. Itaque in Eccleſia aut in cęmeterio non poſſunt fieri proceſſus, neque exerceri actus fori iudicialis, neque proferri ſententia, maxime criminalis, nec poteſt erigi tribunal, neque aliquis actus iudicialis haberi etiam in iudicio ſummario, etiam in iudicio arbitri iuris, quia Eccleſiam non decet fori cuiuſcumque tumultus. Ex quo tamen in textu expreſſe dicitur iudiciorum ſecularium ſtrepitus, innuitur non prohiberi proceſſus & ſententias à iudicibus Eccleſiaſticis, in cauſa Eccleſiaſtica latas, vnde in Eccleſiis non prohibentur haberi Concilia tam diæceſana, quam prouincialia, & generalia, ſeu cognoſci alias cauſas Eccleſiaſticas, Gloſſ. in *v. ſecularium, &* Anchar. *num.* 5. Franc. *num.* 3. poſt Bald. *in l. Nemo Apoſt. Cod. de ſentent. Eccleſ.* Gloſſ. *& cap.* 1. *& cap. Cum in Eccleſiis, de innouan. cap. Relinq. de cuſtodia Curatis*, Nauar. *cap.* 5. *de orat. num.* 36. *&* 44. Sylu. *v. immunitas q.* 2. *num.* 3. Tabien. *num.* 5. Palaus *tr.* 11. *diſp.* 8. *p.* 3. *n.* 3.

13 Intelligi tamen debet textus de Eccleſia ſtrictè ſumpta pro domo orationi & ſacrificijs dicata, quam decet ſanctitudo, non tamen de domo Eccleſiæ, quæ ad habitandum eſt deputata, vt poſt Panorm. *in cap. Cum Eccleſia, ſup. eod. tit.* notat Sylu. *d. num.* 3. qui etiam aduertit Iudicem ſecularem non poſſe propria auctoritate, et quaſi iure publico erigere tribunal in domo Eccleſiæ, niſi ſit ab ipſo conducta.

14 Cum etiam hæc Decretalis hanc modum quemdam legis pœnalis, ſeu pœnalis doctrinæ ſtrictè intelligi debet, nec extẽdi ad actus, qui non ſunt iudiciales, licet habeant aliquam ſimilitudinem cum illo. Et ideo non extenditur ad actus voluntariæ iuriſdictionis, quæ alieni ſunt à iudiciali ſtrepitu, Panorm. *in d. cap. Cum Eccleſia*, Sylu. *d. num.* 3. Tabien. *nu.* 1. Armill. *num.* 2. Suarez *d. l.* 3. *cap.* 4. *num.* 13. & ſic poſſunt in Eccleſia deberi diſpenſationes, electionea, præſentationes, Palaus *d. num.* 3. Poſſunt quoq; in Eccleſia haberi actus ſcholaſtici, & ſcholares laurea doctorali inſigniri, quia ſcientia eſt res ſanctiſſima, *l.* 1. §. *Eſt quidem, ff. de var. cog.* Franc. *num.* 3. Anchar. *num.* 5. Panorm. Sylu. Tabien. Armil. & Palaus citati Nauar. *d. cap.* 5. *nu.* 37. Suarez *d. cap.* 6. *num.* 5.

SVMMARIVM.

15 *Summa textus.*
16 *Epiſcopi per cenſuras poſſunt tueri immunitatem Eccleſiæ.*
Sed hoc non eſt ex delegatione & iure nouo huius textus, n. 16.
17 *Exponitur clauſula ſuadenda ſuadendo, &c.*
18 *Proceſſus, & ſententiæ latæ in eccleſiis, & cęmeterijs ſunt irritæ.*
Etiam ſi ſimul iudicent eccleſiaſticus, & laicus, num. 18.
19 *Etiam Decretum de dando tutore.*
Et confeſſio facta coram iudice. n. 19
20 *Et iuramentum, & actus iudiciales in cauſa etiam pia,*
21 *Et examen.*
22 *Et commiſſio citationis.*
23 *Et ſententia arbitrum.*
Non tamen arbitramenta, n. 23.

24 *Nec*

24 *Nec contractus.*

Non valet argumentum à iudicijs ad contractus ſeu à quaſi contractibus, ad veros contractus & è contra n.24.

25 *Irritatio actus eſt pęna.*

26 *An ſententia lata in eccleſia ſit ipſo facto nulla.*

27 *Cur Pontifex irritauit ſententias in Eccleſia latas.*

28 *Iudiciales ſtrepitus ex natura ſua petunt non fieri in eccleſia.*

29 *Etiam iudicia eccleſiaſtica non ſemper decet haberi in Eccleſia.*

§. *Ordinarij.*

15 Locorum Ordinarij exequi debent contenta in hac decretali ſuadendo ſuadenda, & interdicta compeſcendo huius canonis auctoritate, & deputando miniſtros in Eccleſia magis aſſiduos, & ad prædicta idoneos. Hoc eſt quod primo in textu dicitur. Deinde ſtatuitur, quod proceſſus iudicum ſecularium, & ſententiæ in eiſdem locis ſeilicet eccleſijs, & cæmeterijs careant omni robore, firmitatis. Tertio addit, quod qui præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerint pręter proceſſus Ordinariorum, & deputandorum ab ipſis, diuinam vltionem, & ſedis Apoſtolicę poterunt ſurmidari.

16 Poſſunt igitur Ordinarij etiam per cenſuras immunitatem Eccleſiæ tueri circa ea, quæ fieri in Eccleſiis eſt interdictũ, Gloſſ. *in v. cõpeſcant*. Hæc vero facultas conceſſa Epiſcopis nõ eſt noua, quia cum irreuerenter ſe gerere in eccleſia ſit delictum Eccleſiaſticum, ſimul eſt delictum punibile per Epiſcopum etiam per cenſuras, ſi dentur contumaces inobedientes. Hæc tamen facultas etiam huius Canonis auctoritate firmatur. Inde vero deducunt aliqui, quod cum datus executor alicuius legis, non poſſit in lege diſpenſare, quia datus executor ad exequendum, non eſt datus ad relaxandum, ideo Epiſcopi in prædictis interdictis diſpenſare nõ poſſunt niſi in neceſſitate. Sed vt notat Franc. Epiſcopi in Pontificia lege in nullo caſu poſſunt diſpenſare, niſi vbi id ſatis eſt in lege expreſſum vt per Innocent. & alios *cap. Dilectus, de temp. ordin.* & falſum eſt etiam, quod in his Epiſcopus ſit merus executor cum ex officio ordinario Epiſcopus honorem, & reuerentiam debitam eccleſijs tueri debeat; & irreuerentes coercere poſſit.

17 Sed & diligenter inſpici debet, quis ſit ſenſus horum verborum. *Ordinarij locorum hoc faciant obſeruari: ſuadenda ſuadeant; interdicta huius canonis auctoritate compeſcant.* Nam illud pronomen *hoc* numeri ſingularis poteſt referre ſolum vltimo à Concilio prohibitum ſcilicet habere in Eccleſia negotiationes, & proceſſus. Sed hoc non eſt veriſimile, quia etiam in alijs in Decretali contentis defendi debet Eccleſiæ immunitas, & ſanctitas. Illud ergo pronomen hoc refert totum cõtentum in decreto per modum vnius, ſic tamen Ordinarij totum quod continetur in Decretali debent facere obſeruari quod hoc præſtare debent, vel ſuadendo, vel puniendo. Sed non eſt textui conſonãs, quod nomen ſuadenda, ſi referat ad contenta in principio textus vſque ad verſum *Nullus in locis, &c.* Quia v.gr. Epiſcopus nedum ſuadendo, ſed etiam ſi opus ſit puniendo debet procurare vt in Eccleſijs ſit quieta conuerſatio, ſeu quod fideles reuereatur, & non indeuote orent, ſeu quod inclinent ad prolationem nominis Ieſu, quæ in principio textus requiruntur. Sed vox ſuadenda refert ea, quæ ſunt conſilij & quæ alias non ſunt debita, licet ex eis reuerentia erga Eccleſiam augeatur. Dictio vero interdicta, reſpicit ea, quæ ſunt contra reuerentiam Eccleſiæ debitam. Seu dictio ſuadenda reſpicit ea, ad quæ ſufficere poteſt correctio Epiſcopi paterna, & ſuaſiua, dictio vero interdicta reſpiciat, quæ Epiſcopus interdixit, & contemptum eorum, qui obedire contemnunt. Nam certe verba illa textus. Qui præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerunt indicant, quod punitionem debet præcedere monitio, & monitionis contemptus.

18 Specialiter vero in textu proceſſus, & præcipue ſententiæ ſecularium in Eccleſia latæ irritantur. Plura autem hic notanda veniunt. Primo quod proceſſus factus à Iudicibus pluribus laico, & Eccleſiaſtico ſimul in eccleſia iudicantibus eſt nullus, niſi eccleſiaſticus ſit iudex in ſolidum, & intendat ſe ſolo procedere Franc. *num. 3.*

19 Secundo, quod decretum iudicis de dando tutore, aut curatore ſecundum aliquos, cum ſit actus iudicialis non poteſt fieri in eccleſia, cuius tamen oppoſitum ſuadetur, ex eo quod iure tutorem, aut curatorem eſt quid pium, Franc. *num.* 5. dicit de hoc eſſe cogitandum, ſed cum in textu interdicti cenſeantur cuiuſcumque fori tumultus, potius dicendum eſt, quod in Eccleſiis ceſſare debeant omnes actus forenſes & publici, & quicumque iudiciales actus. Tertio quod licet ſecundũ Lapum, & Anchar. *num.* 7. Confeſſio facta coram iudice laico iudicante in Eccleſia aut extra territorium ſit valida, tamen hoc non eſt verum de confeſſione vt iudiciali, ſed ſolum talis confeſſio vim habere poterit confeſſionis extra iudicialis. Franc. *num.* 5. Quam ſi iuriſdictio iudicis iudicantis extra territorium poſſit prorogari in eo caſu confeſſio facta coram eo valeat.

20 Quarto quod licet diſputatio an ſit vel nõ ſit iurandũ ſit quid iudiciale ſtrepitum fori habens, & ideo in eccleſia non poſſit fieri huiuſmodi diſceptatio & decretum de iurando, vel non iurando, tamen iuramentum ipſum non eſt actus contentioſus, ſed religioſus, & pius, & ideo poteſt præſtari in eccleſia, etiam à teſte, maxime ſubſiſtente cauſa, vt ſi teſtis ſit mulier, & non ſit alius honeſtus locus, vbi examinari poſſit. Ita ſenſit Dom. hic. Sed merito contrarium vuult Franc. *de iuramen. iudiciali*, omnis enim actus iudicialis hic interdicitur fieri in eccleſia à iudice laico, vt notat Io Andr. in *v. omnis*, iuramentum vero iudiciale eſt actus iudicialis & eſt de proceſſu, *cap. quoniam contra, & Clem.* 1. *dum off. deleg.* Et ideo huiuſmodi iuramentum eſt nullum. Nec obſtat, quod ſit

quid

quid ſpirituale, quia temporalis eſt & pro plana cauſa pro qua fertur, & iudex, & iuriſdictio à qua exigitur, & proceſſus cuius illud eſt pars, & qui fieri in eccleſia interdicitur. Ideo nec valet proceſſus factus à laico in eccleſia in cauſa iuramentorum, licet iuramentum ſit res ſpiritualis, quia hæc iudicialia in quacumque cauſa etiam pia, prohibentur fieri in eccleſia à laico iudice.

21 Quinto quod examen teſtium fieri poſſit in eccleſia, ſi extra eccleſiam iurarunt, quia examen trahitur ad tempus iuramenti dicunt, Dom. & Franc. *nu.*7. Sed non trahitur locus ad locum, & examen eſt actus iudicialis, qui in loco ſacro per iudicem laicum haberi non poteſt. Ideo nec Epiſcopus poteſt iudici laico dare licentiam, vt examinet aliquem reum, vel teſtem in eccleſia, præſertim cum iuramento, neque vigore literarum S. Congregationis ſuper erectione, ſed talis licentia peti debet à Sede Apoſtolica, vt reſpondit S. Congr. immunitatis 2 Martij 1629. apud Nicolium in Floſculis, *v. Epiſcopus, num.* 51. Poteſt tamen dare licentiam exhumandi cadauer, & faciendi recognitionem, & examinandi extra eccleſiam etiã in loco immuni ibidem.

22 Sexto commiſſio citationis cum ſit actus iudicialis non poteſt fieri in eccleſia, Tiraquell. *de retract. num.*82. Velaſ. *conſ.*81. *num.*1. Barb. hic. *num.*6. Poteſt tamen in eccleſia notificari citatio per nuncium, cum ſolum ſit quædam executio facti. Citatio tamen realis auctoritate iudicis ſecularis non poteſt fieri in Eccleſia.

23 Septimo proteſtatio non cenſetur actus iudicialis, & poteſt haberi in eccleſia vt ex per Bald. & per text. *in Auth.* ſi quis *c. de adult.* tradit Franc. *num.*7. Octauo, quia arbitri nedum iuris, ſed electi à partibus debent procederi ad inſtar iudicum, *l.1. ff. de arbit.* & ſic illorum iudicium non excludit iudicialem tumultum, ideo arbitria huiuſmodi à laicis non poſſunt haberi in eccleſijs, vel cœmeterijs Lap. ex eo Anchar. *num.*6. Domin. Franc. *num.*7. Bald. *in d. l. Nemo, C. de Sacroſ. Eccl.* Nono, quia factum coram arbitratore nõ dicitur factum in iudicio per Innoc. *c. Venerabili, cap. de cenſibus, & in cap. Quintauall. de iure iur.* & eorum ſententia non eſt niſi quædam tranſactio. Auth. vt differentes iudices, poſt princ. ideo arbitramenta facta in Eccleſia valida ſunt. Anchar. Dom. Franc. *num.* 8. Bald. *in d. l. Nemo.*

24 Decimo contractus in Eccleſia initi nõ ſunt nulli, quia non ſunt actus iudiciales, Ioan. Monach. Archid. Io. Andr. Anchar. *nu.*7. Domin, Franc. *num.*8. Barb. *num.*8. Bald. *in d. lege Nemo* Sylu. *v. immunitas, num* 3. Tabien. *num.*1. Armill. *num.* Suarez *d. cap.*6. *num.* Palaus *d. p.* Ex quo deducitur, quod ratio diuerſa facit ceſſare argumentum à iudicijs ad contractus & è contra Tiraquell. *de iure mariti*, gloſſ. 5. *num.*214. & vbi pœna appoſita eſt quaſi contractui non debet extendi ad contractum vetum, & è contra. Panorm. *cap. qua fronte num.*3. *de appel.* Mandoſ. *reg.* 19. Cancell. *q.*3. *num.*11. Barb. hic. *num.*10.

25 Quod etiam irritatio actus ſit pœna ex hoc text. colligunt Gloſſ. *in v. proceſſus*, Bald. *in l. Non dubium. C. de leg.* Sanchez *de matrimon. l.*3. *diſp.*4. *num.*8. Sed vt dictum eſt, non eſt pœna perſonalis, quia directè & primo non reſpicit perſonam, ſed factum perſonæ. Sed dices ex Franc. *num.*9. non poſſe colligi ex hoc textu quod irritatio ſit pœna, quia iniungitur de pena, vt ex Gloſſ. *in v. compeſcat.* Nam imo dicitur quod nulla alia pœna imponitur in hoc textu; ſed ſolum dicitur, quod vltra proceſſus, & ſententias Epiſcoporum inobedientes poterũt formidare diuinam, & Pontificiam vltionem. Cæterum nulla alia impoſita pœna ſolum dicitur, vt Epiſcopi inobedientes compeſcant.

26. Hanc vero nullitatem eſſe ipſo iure & facto colligit Barboſa *num.*7. ex eo quod clauſula careat omni roboris firmitate, importat nullitatem ipſo iure. Vt per Tyraquell. *in l. ſi vnquam. v. reuertatur. num.*36. *C. de reuoc. donat.* Sayr. *in Clau. reg. l.*3. *c.*8. *n.*28. Farin. *Fragment. crimin. p.*2. *lit. L. num.* 129. Et quod ſententia lata in Eccleſia ſit ipſo iure nulla docent Sylueſ. *v. immunitas num.*3. Tabien. *v. immunitas num.* 1. Armill. *num.*2. Sed res hæc incerta eſt, & ex vi terminorum id non deducitur, nam & ſententia caret omni roboris firmitate ſi ex iure ope exceptionis eſt irritanda. Alias vero certum eſt leges pœnales ſtrictè eſſe intelligendas, & alias non impropriè, ſed ſatis propriè dicitur eſſe de iure nullum, quod de iure nullum, quod de iure eſt annullandum. Videantur quæ ſcripſi *tract. de elect. c.*12. *n.*28.

27. Sed quare Pontifex pœnam nullitatis impoſuit proceſſibus, & ſententijs in Eccleſia latis non vero negotiationibus, etiam tumultuoſis, & publicis? ſeu etiam alijs, quæ ceſſare debere in Eccleſia dixit? Exiſtimo quod in Pontifex, compeſcere voluit poteſtatis laicalis hoc violentiam. Bene enim contingere poſſet de facili quod iudices laici per vim apertam vel tacitam ſibi erigerent tribunal in Eccleſijs. Huiuſmodi vero vis infringitur ex quo factum in Eccleſia irritatur, & vis nihil eſt Iudicibus, & partibus profutura.

28. Sed cum iudicare & iuſtum decernere intra Eccleſiam ſit res indifferens, vnde in Eccleſia permittuntur iudicia Eccleſiſtica, & poſſũt iudicia laicalia exerceri in tempore, in quo non impediantur diuina officia, cur ſaltem in hoc caſu non erunt licita? Reſpondetur quod iudicia laicalia, quæ non ſunt ſine contentione & tumultu, & quidem pro rebus prophanis, & temporalibus, ex eorum ratione non debent fieri in Eccleſijs, etiam dum non impediunt diuina officia, quia contentiones & rixæ, & tumultus pro temporalibus nunquam decent Eccleſiam, quæ eſt domus pacis, & reconciliationis, & orationis, in qua omni tempore fidelibus competere debet commoditas orandi quiete, & deuotè, & ideo nullo tempore iudicia ſecularia fieri debent in Eccleſia. Et ideo nec negotiationes publicæ, nec nundinæ, nec conuentus Forenſes, nec ludi theatrales, & varij fiere debent aliquando in Eccleſia. Sic vero Pontifex in hac decretali oſtendit, quæ ſint, quæ non decent in Eccleſia, quod tamen ea impedire remiſit prudentiæ Epiſcoporum, & tamen ratione dicta voluit iudicia ſecularia eſſe nulla.

Indè

29. Inde eſt, quod ordinarie nec deceret, quod Eccleſiaſtici iudicia exercerent in Eccleſia, maximè quæ non ſunt de rebus fidei, & ſpiritualibus, & extra Concilia examinantur], vel de excludeudo à communione fidelium, aut participatione diuinorum non agitur, ſed de temporalibus. Et adhuc licet ſententias in materia fidei, aut cenſurarum deceat ferri in Eccleſia, regulariter tamen non ita decet proceſſum huiuſmodi habere in Eccleſijs, nec regulariter habentur, ſed extra Eccleſiam fabricantur. Niſi aliqua adſit neceſſitas, vel ſpecialis ratio, & honeſta, vt in proceſſibus pro ſanctorum canonizatione, vel cum examinandæ ſunt mulieres, vel ex alia ſimili cauſa.

Cap. Clericis.

QVoniam Clemens V. in *Clem. 1. eod. tit.* conſtitutionem hanc Bonifacij VIII. cum ſuis declarationibus reuocauit, ideo DD. eam non gloſſant, aut explicant. Et vere circa conſtitutionem reuocatam non eſt immorandum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt impedientes litigantes coram iudice Eccleſiaſtico.*
2 *Idem latius habetur in Bullæ Cœnæ.*
3 *Idem eſt terra alicuius domini, & eius diſtrictus.*
4 *Impetratio reſcripti non inducit litis pendentiam, nec voluntatem litigandi.*
5 *Quicumque impedit præfatos litigantes eſt excommunicatus. Etiam qui adducit rationes ſubtiles, vt faciat deſiſtere litigantem.*
6 *Clauſula cognoſcere & iuſtitiam facere includit facultatem terminandi litem.*
7 *Vbi diſpoſitiua latior eſt, quam cauſa narata in narratiua, cauſa illa eſt impulſiua, non finalis.*
In interpratatione legis attenditur pars diſpoſitiua. 7.
8 *Quid importent verba ſatisfacta parte.*

Cap. Quoniam.

1. EXcommunicantur ipſo facto in hac decretali, qui in cauſis Eccleſiaſticis vel ad forum eccleſiaſticum ratione perſonæ, vel negotij, vel rei pertinentibus de iure, vel conſuetudine impediunt, ne quis impetret literas Apoſtolicas, vel coram Iudice eccleſiaſtico Ordinario, vel Delegato tam indirectè per ſe vel per alium, nec non dantes auxilium, conſilium, vel fauorem. Nec poſſunt abſolui niſi prius Iudici Eccleſiaſtico, & parti impeditæ ſatisfecerint.

2. Huiuſmodi vero actiones, & aliæ ſimiles latius prohibentur in Bulla Cœnæ *canon.* 13. & 14. Vbi etiam difuſius explicantur à DD. qui in eam bullam ſcripſerunt.

3. Notandum ptimo ibi. In terris, ſeu diſtrictibus, quod ſecundũ Dom. ſub nomine terræ alicuius domini, veniunt eius diſtrictus vnde interdicta terra, eſt interdictus diſtrictus. Sed in hoc difficultatem facit Franc. quia hæc duo hic ponuntur vt diſtincta. Verum conſiderari poteſt, quod dictio, ſeu ſæpiſſimè explicatiuè ſumitur, & ideo ſub alio nomine refert, nec diſtrictus alicuius domini ſe extendit vltra terras illius iuriſdictioni ſubiectis. Vid. *in cap. 1. de poſtul. Præl. & Clem. Ne Romani §. Sanè, infr. de elect.*

4. Notandum ſecundo ibi, *litigantium*, quod impetratio reſcripti non inducit litis pendentiam, vt ex Clem. II. & ibi Gloſſ. *Vt lit. pend.* Nec inducit voluntatem litigandi, cum ſit in libertate impetrandi vti reſcripto, & ideo quod qui impetrauit reſcriptũ non poſſit compelli, vt illo vtatur tradunt Dom. & ex eo Franc. *num. 2.*

5. Notandum tertio ibi, *Coram Iudicib. Eccleſiaſticis* non bene Dom. reſtringere legem hanc, & eius pœnam, vt non afficiat niſi illos, qui impediunt ne quis litiget coram Iudicibus eccleſiaſticis ad hunc finem, vt partes litigent coram iudice ſeculari. Quia textus abſolute, & ſine limitatione excommunicat quoſcumque] qui impediunt, ne litigantes coram iudicibus eccleſiaſticis libere poſſint iuſtitiam obtinere ex quacumque cauſa hoc fiat, vt notat Franc. *num. 2.* Vnde qui pro vna parte inducit ſubtiles rationes, non pro iuſtitia à iudice obtinenda, ſed ad defatigandam aliam partem ad hoc, vt deſiſtat à litis proſecutione cenſuram hanc incurrit.

6. Notandum quarto. ex Dom. & Franc. quod hæc clauſula cognoſcere, & iuſtitiam facere importat facultatem cognoſcendi cauſam vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè.

7. Notandum quintò ex eiſdem Dom. & Franc. aduertentibus quod in hac decretalis ſtrictior eſt narratiua, quam diſpoſitiua, quod quando hæc latius diſponit, quam contineat cauſa in narratiua explicata, ex hoc colligitur, quod cauſa illa narrata aſſumpta fuit, vt cauſa impulſiua, non vero vt cauſa finalis, an vero in dubio præſumi debeat cauſam aſſumptam fuiſſe vt finalem, vt impulſiuam, res eſt dubia. Quamuis Dom. & Franc. velint præſumendum eſſe, vt ſit aſſumptá vt finalis. Hoc ſit certum quod lex & ſtatutũ cenſeri debet extendi iuxta verba diſpoſitiua, quia diſpoſitiua eſt, quæ continet legem; Nam ſæpius contingit, quod lex ſtrictius loquatur in narratiua, quam in diſpoſitiua.

8. Not. vlt. ibi *ſatisfactum*, quod vbi requiritur ſatisfactio partis ante abſolutionem, per ſe non ſufficit cautio, aut fideiuſſio. Franc. *in fin.* Barb. *num. 4.* Addit etiam Franc. ex Dom. quod abſolutio data ab Ordinario nõ præmiſſa ſatisfactione præfata valet. Sed videantur quæ ſcripſi de *elect. cap. 26. à num. 37.* vbi difuſe materia hæc explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt domini temporales, qui impediunt ne ſubditi ſui vendant &c. Eccleſiaſticis.*

Hæc

Digitized by Google

2 *Hæc excommunicatio non afficit dominos priuatos, vel ſolos Iudices, vel Prælatos Eccleſiaſticos.*

3 *Ad incurrendam excommunicationem hanc ſufficit interdicto verbo.*

Non tamen ſufficit interdicere extraneo.

4 *Statuta generalia prohibentia ne aliquid fiat niſi certo generi perſonarum non comprehendunt Eccleſiaſticos.*

Statutum prohibens mulieribus non teſtari, niſi de conſenſu conſanguineorum non impedit, quia ſine illo conſenſu teſtentur in Eccleſiam.

5 *Epiſcopus poteſt compellere illos ad quos ſpectat vt declarent ſtatuta ambigua contra libertatem Eccleſiaſticam. Et ſi notoriè ſint contra illam, poteſt illa declarare nulla, & præcipere, vt non obſeruentur.*

Cap. Eos, qui V.

1 DOmini temporales ipſo facto ſunt excommunicati ſi ſuis ſubditis interdicunt, ne perſonis Eccleſiaſticis vendant aliquid, vel emant, vel bladum molant, coquant panem, aut alia obſequia exhibeant.

2. Excommunicatio iſta lata fuit contra dominos temporales, & ideo non afficit priuatum dominum, qui ſuis ſeruis etiam mancipijs præfata interdicit, quia propriè non eſt dominus temporalis. Sicut nec dominus temporalis eſt iudex, licet habeat iuriſdictionem, ſi alias non habet etiam temporale dominium multo minus autem huic cenſuræ ſubduntur Epiſcopi & Prælati Eccleſiaſtici, niſi principatum ſeu dominium temporale non habeant.

3. Ad incurrendam vero hanc excommunicationem ſufficit ſi Dominus temporalis, verbo præfata ſuis ſubditis interdicat; quia textus abſolutè loquitur, & propriè interdicit, qui verbali pręcepto prohibet, ne aliquid fiat. Qui vero interdicunt huiuſmodi per ſtatuta, Ordinationes, & decreta incurrunt etiam excommunicationem reſeruatã Bullę cœnę in can. 15. qui tamen hęc non ſuo ſubdito, ſed extraneo interdixerit, hanc cenſuram non incurrit, quæ in interdicentes ſuis ſubditis eſt lata.

4. Circa ſtatuta vero generalia ſine expreſſione Eccleſiaſticarum perſonarum prohibentia emptiones, venditiones, donationes, vel alia ſimilia fieri in non ſubditos iuriſdictioni ſtatuentis, vel in non ſubeuntes onera communis, vel dominorum notandum primo, quod dicendum eſt huiuſmodi ſtatuta non comprehendere venditiones, vel donationes vel alia obſequia Eccleſiaſticis præſtita, quia vt dicitur *l. penul. C. de Sacroſ. Eccleſijs* lex generalis debet mitigari, vt non extendatur ad loca pia. Quod latè hic probant Io: And. Lapus, & Franc. Hoſtien. *in ſum. eod. tit.* Bartol. & Bald. *in l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Mola *cap. Eccleſia, de conſtitut.* Et ideo ſi ſtatutum prohibeat mulierem teſtari ſine conſenſu conſanguineorum tamen poterit teſtari in Eccleſiam, vel ad pias cauſas. Bald. *in l. Generali C. de Sacroſ.* Videatur Panorm. Imola & alij *in cap. Quod Clericis, de for. compet.*

5 Not. 2. & Io: And. Ancar. & Franc. Iudicem Eccleſiaſticum poſſe cogere illos, ad quos pertinet, vt declarent pręfata ſtatuta generalia, aut ambigua, & æquiuoca non comprehendere Eccleſiaſticos, quia licet non de iure, tamen de facto ſimilia ſtatuta lędere poſſunt Eccleſiaſticam libertatem. Vbi vero ſtatutum notorie ſit contra ius diuinum, aut Eccleſiæ libertatem Epiſcopus poteſt declarare illud eſſe nullum, & irritum, & mandare vt non obſeruetur. Io: And. Lap. & Franc. & Archid. *in cap. Quæ locatarius* 11. Videantur DD. *in cap. Si diligenti, de for. compet.* Bald. in *Auth. ſtatuimus C. de Epiſ. & Cler.*

SVMMARIVM.

1 *Lex prohibens audire leges non comprehendit ſimplices Parochos.*

2 *Qualiter ſit licitum Clericis doctorari in lege*

3 *Plebanatus non eſt dignitas.*

4 *Plebanus ex Plebania non habet facultatem inſtituendi in ſuis capellis.*

5 *In textu ſermo eſt de Plebanis in quorum capellis Rectores inſtituuntur in perpetuum.*

Tit. XXIV.

Ne Clerici vel Monachi Secularibus negotijs ſe immiſceant.

Cap. Statutum I.

1 DEcernitur in hoc textu, quod ſtatutum prohibens ne Decani, Archidiaconi, Præpoſiti, Plebani, Cantores, & Perſonatus habentes audiant legem, & phyſicam, non ſe extendat ad ſimplices Parochos, qui non ſunt Plebani habentes ſub ſe capellas in quibus inſtituantur Clerici perpetui.

2. Qualiter ſit licitum etiam Regularibus accipere lauream doctoratus in iure ciuili, oſtendi *tom. 2. de ſtat. qu.* 187.

3. Plebanatum autem eſſe dignitatem, ſi habeat ſub ſe Capellas poſt Archid. vult hic Franc. *num. 2. in fin.* Sed quia de ratione Plebanatus non eſt, quod habeat adminiſtrationem iuriſdictionis fori externi, ideo non eſt dignitas, *vt per not. ſup. cap. ſtatutum num.* 15. *de reſcrip. in hoc lib.*

4. Ex hoc etiam textu colligit Franc. *dict. num.* 12 Plebanos habere inſtitutionem actiuã in Capellis ſui Plebanatus, & ſic inferiores Epiſcopis poſſunt Rectores ſibi ſubditos inſtituere, & deſtituere. Sed hoc neque eſt verum, neque deducitur ex textu. In eo enim non dicitur, quod in Capellis Plebaniæ inſtituãtur Rectores à Plebanis, ſed ſolum vult non poſſe ſtudere legibus Plebanos habentes Capellas, in quibus Rectores inſtituuntur in perpetuum, inſtituuntur inquam ab illo, quibus alias hoc competit de iure.

5. Exiſtimat etiam Barboſa ad Plebaniam ſuf-

ſufficere ſi habeat Capellas in quibus Rectores inſtituantur vel imperpetuum, vel ad tempus. Sed quidquid ſit de hoc, certum eſt in textu fieri mentionem ſolum de Plebanis in quorum Capellis Rectores inſtituuntur in perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *Summa textus.*
2 *Explicatio eius remiſſiuè.*

Cap. Vt periculoſa II.

1 Excommunicatus eſt ipſo factoReligioſus profeſſus, habitum temere dimittens, vel ad quæcumque ſtudia accedens non obtenta licentia Prælati de conſenſu Conuentus. Doctores quoque ſcientes docentes Religioſos vel in ſcholis retinentes ad legem, & phyſicam eamdem excommunicationem incurrunt.

2. Hanc quoq; Decretalem late explicaui, *tom. 2. de ſtat. qu. 137.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens iuriſdictionem temporalem poteſt eam delegare alteri, vt cauſam ſanguinis cognoſcat, & iuſtitiam faciat ſine metu irregularitatis.*
2 *Hæc commiſſio debet fieri in terminis communibus.*
3 *Hæc delegatio fieri non debet determinatis ad imponendam pœnam.*
Dominus fit irregularis ſi ad pœnam mortis imponendam practicè determinet animum Iudicis, num. 3.
4 *Nec laicus committens cauſam ſanguinis vt ſupra fit irregularis.*
5 *Non incurritur irregularitas etiam ex commiſſione officij ordinarij.*
6 *Neque ex eo quod eduntur leges pœnam ſanguinis imponentes.*
7 *Neque qui ſpeculatiue docet ſuditus teneri pro hoc vel illo delicto imponendam eſſe mortem, ſecus ſi practice, & quomodo in hoc Confeſſores ſe gerere debeant.*
8 *Non eſt dominus irregularis ex eo quod Iudex iniuſte damnat aliquem ad mortem, niſi in caſu in quo culpa Iudicis in dominum redundat.*
9 *Nec fit irregularis qui nomine Ordinarij eligit Iudicem, nec qui commiſſionem Domini ſcribit.*
10 *Delegatus ex vi clauſula & iuſtitiam faciat poteſt exequi ſententiam ſuam.*
11 *Ordinarius de iure Canonico poteſt delegare cauſas criminales.*

Cap. Epiſcopus III.

1 QVoniam antiquitus, Gloſſ. *in cap. Clericis, eod tit.* & Hoſtien. ſenſerunt Epiſcopum, vel Clericum eſſe irregularem ſi habens temporalem iuriſdictionem det ſpecialem Vicarium aut Baliuum ad cognoſcendam cauſam ſanguinis, ideo Bonif. VIII. hanc opinionem reprobans decernit, quod Epiſcopus, vel alius Clericus, qui habet iuriſdictionem temporalem, poteſt ſine metu irregularitatis committere cauſam culpæ cui debetur cauſa Capitalis Balino, aut alicui altero, vt eam cognoſcat, & iuſtitiam faciat.

2. Itaque quod Clericus habens iuriſdictionem temporalem vel ex iure Eccleſiæ, vel ex patrimonio poſſit in ſpecie ſine metu irregularitatis committere alicui cauſam Criminalem pro qua debetur pœna ſanguinis, tamen ſub terminis generalibus iſtis, vel ſimilibus, cognoſce huius homicidij cauſam, & fac iuſtitiam, habetur clare vt hic tenent Gloſſ. *in v.* ſuper hoc Anchar. Dom. Franc. & alij, & ex hoc textu, & id docent Syllueſ. *v. homicidium 3. num. 7.* Couar. in Clem. *Si furioſus p. 2. §. 5. n. 8.* Palaus de Cenſ. *diſp. 6. p. 14. §. 1. nu. 3.* Cornezo *de irregular. diſp. 11. d. 1. q. 1.* Suarez *diſp. 47. ſec. 1. num. 5.* Sayr. *l. 6. c. 18. num. 17.* Auila Vgolinus, Molina, Filliuc. Coninch. Hurtad. Gibal. & alij, quos ſequuntur Bonac. *de Cenſ. diſp. 7. par. 1. num. 28. &* Leander. *de irregular. diſp. 8. q. 21.*

3. Aduertendum vero hanc delegationem fieri non debere determinatè ad imponendam pœnam mortis, vel mutilationis, aliter ſi ità fieret, cenſeretur ipſe delegans ex ſe ſententiam ſanguinis protuliſſe, & ſolam executionem pœnæ commiſiſſe, vnde non vitaretur irregularitas Gloſſ. *in v. ſpecialem*, Io: And. & ex eo Franc. *num. 3.* Sola ergo commiſſio iuriſdictionis ad faciendum, quod iuſtum eſt, non dedecet Clericum habentem iuriſdictionem temporalem. Ideo etiam ſi expreſſius committeretur delegato, vt proferat ſententiam mortis, ſi id iuſtitia poſtulat, non haberet locum irregularitas, quia commiſſio, & delegatio iſta non eſt directe, & abſolute niſi ad iuſtitiam. Et alias in commiſſione cognoſcēdi cauſam homicidij, & faciendi iuſtitiam includitur hæc conditionalis commiſſio damnandi reum ad pœnam ſanguinis, ſi id petat iuſtitia. Aduertendum tamen ſemper, ne Dominus practice determinet animum, vel arbitrium iudicis ad imponendam pœnam mortis, vel mutilationis, quia tunc influeret per ſe & directe in pœnam ſanguinis ex qua eſſet irregularis. Sed ex quo Dominus non determinar iudicem niſi ad id, quod eſt iuſtum, per accidens illi eſt, & præter mentem eius, quod reo pœna ſanguinis imponatur, & ideo Dominius non fit irregularis. Eſſet vero talis, ſi in caſu, in quo pœna ſanguinis eſſet arbitraria, Dominus ad eam determinaret arbitrium Iudicis dicendo; Da pœnam mortis, ſi reus illam meretur, vt contra Anchar. tradunt Dom. & Franc. Suarez *d. ſect. 1. num. 6. & alij citati.*

4. Quæ vero dicuntur de Clerico multo magis verificantur in Laico habente iuriſdictionem temporalem. Textus enim expreſſit Clericatum, quia de Clericis maior erat difficultas. Cæterum inanis eſſet iuriſdictio, & facultas corrigendi, ſi ſuperior cauſas criminales etiam pœna ſanguinis terminādas non poſſet ſaltem alicui delegare. Et ſemper hoc debet attendi, quod vbi voluntas committentis non fertur ad pœnam ſanguinis directe, ſed ad iuſtam punitionem, & iuſtam gubernationem,

& per ſe ad hoc dat iuriſdictionem, ceſſat periculum irregularitatis, cetera vero accidentalia ſunt reſpectu illius, nec illi imputantur, ſed lege pœnas imponentis tribuuntur.

5. Non vero in hoc diſcrimen ſiue committatur iuriſdictio delegata, ſiue Ordinaria: Magis enim videtur Delegatus agere nomine, & virtute delegantis, quam Ordinarius; vnde ſi ad irregularitatem incurrendam non ſufficit delegatio, multo minus ſufficit commiſſio officij habentis de iure iuriſdictionem cognoſcendi cauſas huiuſmodi criminales, & eas ex iuſtitia terminandi.

6. Hinc eſt quod etiam editio legum, & ſtatutorum, per quæ delinquentibus pœna mortis, aut mutilationis imponitur, inducit irregularitatem, quia hæc non reſpiciunt per ſe niſi rectam gubernationem & remedium coercens ſubditos à grauibus delictis; & ſi poſtea ex hoc ſequatur mors alicuius, non eſt hoc intentum à legislatore, qui imo quantum ſit ex ſe non vult committi delicta, ne mors ſequatur cuiuſcumque. Et delinquenti imputatur, qui lege contempta neceſsitat Iudicem, vt ſibi inferat mortem. Sylueſ. *v. homicidium 3. q. 7. ver. 9.* Suarez *d. ſec. 1. num. 7.* Tabien. *v. irregul. 2. num. 4.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 18. num. 18.* et alij communiter, ideo nec irregulares fiunt conſiliarij Principum ex eo quod præfatas leges condere ſuadent.

7. Inde etiam ſequitur, quod irregularitatem incurrunt qui doctrinaliter, ſpeculatiue, & in generali docent pro aliquo delicto imponendam eſſe à Iudicibus pœnam mortis, vel vt faciunt Concionatores hortantur Iudices ad iuſte iudicandum ſecundum leges, & puniendum etiam pœna mortis, delinquentes. Sed non careret periculo irregularitatis, ſecuto effectu, ſi Iudici in indiuiduo volenti alicuius cauſam terminare, practice & veluti ad modum acceſſoris Iudicis, diceret reum talem in indiuiduo, ſeu in tali indiuiduali cauſa eſſe pœna mortis puniendum. Hoc enim æquiualet conſilio, quod practice monet, & inducit ad mortem inferendam. Syl. *v. homic. 3. q. 5.* Angelus *v. homicidium. 1. num. 11. & v. irregularitas, nu. 4.* Rotella *v. homicidium 4. num. 9.* Armilla *v. irregularitas, num. 18.* Et ſic Confeſſores Iudicibus, qui deliquerunt iniuſte parcendo delinquentibus, debent in genere proponere quod iuſtitia exigit, & quod eſt licitum, vel illicitum, & etiam docere & cogere Iudicem vt vel officium deſerat, vel quæ iuſta ſunt faciat; non tamen in indiuiduo illum determinare & practice monere vt hunc vel illum pœna mortis puniat.

8. Si etiam Delegatus poteſtate ſibi tradita abutatur, & iniuſte damnet aliquem ad mortem, iniuſtitia Iudicis non redundat in delegantem; quia delegatio iuſta, & Delegatus excedit, & abutitur iuriſdictione ſibi tradita prorſus contra mentem delegantis. Gloſſ. *in v. iuſtitia*, Franc. *num. 3.* Qui tamen irregularitatem non effugiet, ſi ex eo, quod ſine examine, & imprudenter commiſit iuriſdictionem Iudici iniuſto, in eumdem redundet Iudicis iniuſtitia, & culpa. Suarez *d. ſec. 1. num. 9.*

9. Franc. autem *num. 1.* poſt Io: Andr. exiſtimat mediatorem miniſtrum commiſſionis huiuſmodi eſſe irregularem, vt ſi Epiſcopus committat alicui vt eligat Iudicem aptum, & vice ſua illi committat cauſam ſanguinis cognoſcendam, quia text. ſolum excipit Prælatum dominum, & non eſt eadem ratio, quia Prælatus committit cauſam ex debito, ſed miniſter voluntarie hoc facit. Imo addit amplius, quod irregularitatem incurrunt etiam miniſtri, qui commiſſiones huiuſmodi ſcribunt. Sed contrarium eſt verum; Nam ratio quia Domini poſſint has cauſas committere eſt, quia non eſt contra lenitatem Eccleſiæ, quod fiat, & fieri mandetur iuſtitia, ideo nec lenitati Eccleſiæ repugnat, quod fiant commiſſiones pro facienda iuſtitia à quocumque fiant, vel quod huiuſmodi commiſſiones ſcribantur, vel ad Iudicem delegatum deferantur.

10. Notandum vero ex textu, quod per hanc clauſulam cognoſcas, & iuſtitiam facias committitur etiam ſententia diffinitiua, & eius executio, & ideo etiam Delegatus inferioris à Principe in vi talis clauſulæ ſententiam à ſe datam poteſt exequi. Franc. *num. 2.* De quo *in cap. Si quis contra, de for. comp. & cap. Querenti de off. deleg.*

11. Notandum vlterius ex textu haberi, quod de iure Canonico Ordinarius inferior Principe poteſt delegare cauſas criminales etiã meri, & mixti imperij. *Cap. in Archiepiſ. de rapt.* Franc. *num. 3. & 5.* Gloſſ. *in Clem. vn. de officio deleg.*

F I N I S.

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in hoc Volumine continentur.

Prior numerus indicat Numerum marginalem, ſecundus verò Paginam.

A.

ABBAS.

NOMINE Abbatum, vel Abbatiſſarum veniunt Superiores quilibet, ſed nomine Conuentus non veniunt niſi Religioſi, vt vnum caput conſtituunt. 113. 309.
Epiſcopi eſt amouere inſtitutos ad præſentationem Abbatis. 1. 326.
Vbi Abbas eſt exemptus pleno iure eius eſt inſtituere, & deſtituere. 2. 326.
Hoc verum eſt etiamſi Abbas ſit exemptus ea conceſsione Epiſcopi 3. 326.
Abbas in caſu preſentis textus non erat exemptus pleno iure 4. 326.

ABSENS.

Abſens pro vtilitate Eccleſiæ percipit diſtributiones. 33. 32.
Non cenſentur abeſſe pro vtilitate Eccleſiæ, vel qui abſunt, vt adſint capitulo, nec Vicarius Epiſcopi pro ſuo officio, nec examinatores ſynodales, nec inſeruientes Epiſcopo celebrante extra Eccleſiam, 119. 35.
Abeſt pro vtilitate Eccleſiæ qui abeſt vt iura ſui beneficij tueatur, etiamſi ob hoc excommunicatus, non tamen ſi lis ſit de iure proprio ad beneficium contra alium. 220. 35.
Ad hoc vt abſens pro vtilitate Eccleſiæ excuſetur non eſt licentia Epiſcopi, 121. 35.
Non abeſt ob vtilitatem Eccleſiæ, qui commodè, vel ante, vel poſt diuina negotium poteſt expedire, 123. 35.

ACCEPTATIO.

Acceptatio, & proceſſus inualidus non ligat manus ordinarij. 10. 154.
Qui male acceptauit beneficium non vacans poteſt idem poſtquam vacauerit acceptare. 2. 154.
Beneficium acceptatur expreſſè, & tacite. 7. 154.
Habens gratiam poteſt acceptare ipſum beneficium in genere. 9. 154.
Acceptio multiplex, & qualiter diſtinguatur à collatione, an & quando fiat collegialiter. 4. 155.

ACTVS.

Actus cenſetur ſpecialis ſi refertur ad id, quod certificabitur. 6. 155.
Sex caſus in quibus actus factus ſine conſilio eſt nullus. 47. 166.
Actus non eſt nullus, cum lex non obligat ad perendum conſilium, & quid ſi conſiliarius eſt mortuus. 48. 166.
Actus præcedentes, aut ſubſeqnentes præſcriptionem completam, illam non tollunt. 32. 63.
Actus aliquando ſignantur nomine artis, ſed hic non ita ſumitur, 5. 14. quis ſit artifex, 5. 1.
An ſub ſtatuto imponente gabellas pro lucro artis; veniat ars prohibita. Multa de arte remiſſiue, 6. 2.
Quando actus ex impedimento iuris non tenet voluntas non habetur pro facto, 3. 2.

APPELLATIO.

Ab hac aſſignatione non datur appellatio ſuſpenſiua, 13. 50.

ARCHIEPISCOPVS.

Archiepiſcopus prius debet viſitare ſuam Diœceſim, quam Prouinciam. 1. 329.
Archiepiſcopus liberè Prouinciam viſitare poteſt 12. 330.
Quod ſi Archiepiſcopus, & Epiſcopus ſimul viſitent 13. 330.
Archiepiſcopus non poteſt reiterare viſitatiotionẽ niſi ſeruata forma hic tradita 15. 330.

Quid ſit neceſſarium vt Archiepiſcopus reiteret viſitationem 18.330.
Debet Archiepiſcopus per ſe vel per alium predicare 23.331.
Archiepiſcopus poteſt cognoſcere an ſua ſit Iuriſdictio 27.331.
Archiepiſcopi quando viſitare poſsint ſuas Prouincias 1.336.

A R S.

Nomina ſignantia artem non dicuntur de aliquo ex vnico actu 7. 2.

B.

BENEFICIVM.

Beneficia huiuſmodi etiam electiua ſunt reſeruata, 5. 52.
Item beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam & in Curia, 6. 52.
Beneficia vacant in Curia nedum per obitum; ſed etiam pet permutationem, 7. 53.
Beneficium vacat in curia ſi beneficatus degens in Curia ob quamcumque cauſam priuatur beneficio, 8. 53.
Vacat inCuria beneficium per renunciationem factam in manibus Papæ, 9. 53.
Vacat beneficium in Curia ſi renunciatur Epiſcopo exiſtenti Romæ, 20. 53.
In iure patronatus laico non procedit reſeruatio ex eo quod beneficium vacat in Curia, 12. 53.
Quid de beneficijs regularibus, 12. 53.
Quid de beneficijs Vrbis, 13. 54.
Quid ſi Papa ſimpliciter conferat beneficium reſeruatum non facta mentione vacationis in Curia, 15. 53.
Si Papa exiſtenti extraCutiam conferat beneficium, & ille ante acceptationem moritur beneficium manet reſeruatum, ſecus ſi moriatur poſt acceptationem ante poſſeſſionem, 16. 54.
An poteſtas conſerendi beneficium reſeruatum duret tempore ſucceſſoris, 17. 54.
Ordinaria beneficia vacantia in Curia poſſunt conferri poſt menſem à vacantia ſi non ſunt collata, 2. 55.
Stante etiam hac decretali Papa poſt menſem poteſt re integra conferre beneficium quod vacauit in Curia, 4. 55.
Proprium eſt Papæ conferre beneficia ſub conditione 21.77.
Occupans, vel ſe introducens in ſecundo beneficio curato, ex hoc eſt priuatus primo. 2. 91.
Textus diſiunctiue comprehendit occupatorem, & inuaſorem beneficij. 10, 92.
Non perdit primum beneficium, qui non recipit ſecundum animo retinendi primum. 11. 92.
An de beneficio vi occupato debeat fieri mentio pro impetrando alio beneficio. 15. 93.
Petens prouidere de beneficio perſone idoneæ non poteſt prouidere obtinenti aliud ſufficiens, 1. 94.
Vt recuperetur primum beneficium debet remota quacunque difficultate dimitti ſecundum. 8. 96.
Beneficium legis habet, qui contra legem non venit. 8. 96.
Beneficiatus huiuſmodi recuperat beneficium propria auctoritate. 9. 96.
Beneficium huiuſmodi fictione iuris non vacat, 10. 96. Recuperetur ſine noua collatione:
Adeptionem ſecundi beneficicij cuius fructus ad tempus ex priuilegio competunt Epiſcopo primum beneficium non cenſetur vacare, 1. 113.
Si tamen poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica, 3. 114.
Primum beneficium non vacat ex ſola acceptatione ſecundi, 3. 117.
Pacificam poſſeſſionem beneficij non habet, qui in limine captæ poſſeſſionis turbatur. 6. 118. ſufficit ſi poſſeſſio ſit pacifica reſpectu poſſidentis. 8. 118.
Beneficium poteſt conferri etiam in dubio ſi beneficium tacet. 14. 119.
Ad obtinendum beneficium habens annexum ordinem neceſſe eſt habere ætatem. 2. 120.
Ætas neceſſaria ad beneficium debet haberi tempore impetrationis. 4. 120.
Per obtentum beneficium à clerico paupere ceſſat illius expectariua. 1. 121.
Quis ſit Clericus pauper. 2. 121.
Pauperibus prouidendum de beneficijs. 3. 121.
Potuiſſent conferri beneficia ſpectantia ad collationem Papæ. 8. 136.
Executor poſt datum terminum à capitulo ad conſerendum poteſt beneficium conferre. 2. 155.
Literæ per quas mandatur alicui prouideri de beneficio ſtrictè debent intelligi, 5. 56.
Impetrationes beneficiorum redolent ambitionem, & præiudicant ordinarijs, 6. 56.
Beneficia Principis latè intelligenda, 9. 57.
Beneficia ſæcularia ſæcularibus, regularia regularibus conferri debent, 2. 59.
Regularibus non poſſunt conferri beneficia ſæcularia curata, 3. 60.
Ad beneficia regularia curata nullus poteſt promoueri &c. 4. 60.
Ad beneficia regularia non habentia adminiſtrationem ad minus promotus debet Religionem profiteri, 5. 60.
Beneficium regulare quodnam ſit, 6. 60.
Beneficium poteſt eſſe regulare fundatione, & præſcriptione præſcriptio, 8. 60.
Ad hoc vt beneficium ex regulari fiat ſæculare requiritur quadragenaria præſcriptio, 10. 60.
Ex textu probatur neceſſariam quadragenariã ad hoc vt beneficium regulare fiat ſæculare, 12. 91.
In quo ſenſu ſit verum beneficia præſumi ſæcularia, 18. 62.
Beneficium conſuetum regi per Clericos ſæculares eſt illud, quod eſt legitimè præſcriptum; 26. 63.
Impetrans beneficium præſcriptione ſæculare validè impetrat etiam ſi tempore impetrationis illud bona fide poſſideretur à Regular. 34. 64.

Be-

Beneficium regulare non poteſt conferri ei, qui tempore impetrationis eſſet ſæculare, 37 64.
Collatio regularis beneficij facta ſæculari eſt ipſo iure nulla, 46. 65.
In beneficijs prioribus iuris attenditur ex aſſecutione titnli, 2. 66.
Reſignationes beneficiorum liberæ eſſe debent, : 4. 74.
Beneficium hic large ſumitur, 5. 74.
Poteſtas conceſſa ad conferenda beneficia tanquam fauorabilis ſe extendit ad Canonicatus, 8. 75.
Regulariter ſub nomine beneficij non venit curatum, 8. 81.
Beneficium electiuum habet ſpecialem qualitatem exprimendam, 26. 83.
In literis beneficialibus non valet argumentum à maiori ad minus, 34. 84.
Si dicatur de beneficio ſpectante ad inſtitutionem alicuius poteſt illud beneficium conferri etiamſi ſpectet ad alterius præſentationem, 36. 84.
In beneficijs ſimultaneæ collationis, an intret alternatiua, 47. 85.
Beneficium non pertinet ad plurium præſentationem &c. 48. 85.
Reſcriptum beneficiale non extenditur ad caſus non expreſſos, 49. 86.
In beneficijs alternatim ſpectantibus ad præſentationem plurium poteſt prouideri de illo, quod hac vice ſpectat determinatè ad vnum, 52. 86.
Beneficium poteſt conferri abſenti, & ignoranti, 2. 87.
Si prouiſus ante acceptationem moriatur non vacat beneficium ex illius morte, ſed ante vacabat, 7. 88.
In beneficialibus lata, & non lata interpretatio fieri debet 2. 56.
Si diſpoſitio eſt de illis, quæ concernunt beneficia ſecundum ſe, latiſſima debet fieri interpretatio. 3. 56.
Vbi beneficium conceditur motu proprio eſt latæ interpretationis 9. 57.
In materia beneficiali, & ſtrictæ interpretationis ſub nomine ciuitatis, aut Diœceſis non veniunt cathedralia 20. 58.

B I G A M I A.

Bigamus non gaudet priuilegio Clericatus, 5. 3.
Bigamia vera, & interpretatiua. Et ducens viduē eſt bigamus interpretatiuam, 6. 3.
Bigamia interpretatiua duplex, 7. 4.
Ad hoc vt Clericus priuetur priuilegio quia bigamus requiritur validum matrimonium, 8. 4.
Ad bigamiam requiritur matrimonium conſummatum, 10. 4.
Ab hac bigamia non excuſat ignorantia corruptionis vxoris, 15. 5.

BONVM CASTRENSE.

Filius etiam inuito Patre teſtatur de bonis Caſtrenſibus, & quaſi 3. 199.
Peculium quaſi Caſtrenſe eſt, quod acquiritur ex ſalario publico. 7. 200.
Quando ſalarium Aduocati, & Procuratoris, & Notarij, & Doctoris, Artium Mechanicarum, & Architecti, & Docentis æquitare, &c. ſit peculium quaſi Caſtrenſe. 11. 200.
Non ſit quaſi Caſtrenſe quod donatur ab extraneo ſub illa conditione 22. 202.

C.

C A N O N I C V S.

NEdū Canonici, ſed Aſſitij, ſeu Portionarij, aut Manſionarij ſunt participes diſtributionum, 19. 15. Canonicus ad impetrandum aliud &c. 5. 65. Canonicus huiuſmodi tenetur &c. 6. 65.
Et etiam Canonici ſuper ætate diſpenſati, 20. 15.
Et etiam ſuper numerarij, ſi ruptus eſt numerus. 21. 15.
Quando cenſeri debeat rumpi numerum Canonicorum dum datur ſupernumerarius, 22. 15.
Valet conſuetudo, & ſtatutum taxans numerū Canonicorum, & quod impetrans ſuper numerum non habeat diſtributiones, 23. 16.
Habenti canonicatum, & dignitatem duplex competit portio, 25. 16.
Non intereſt an diſtributiones ſint conflatæ ex dote dignitatis, 26. 16.
Canonici debent eſſe præſentes in choro. 31. 17.
Canonici tenentur lectiones, Miſſam, & alia onera beneficio annexa per ſe ipſos exercere, 33. 18.
Canonici tenentur pſallere in choro, 37. 17.
Ex quo iure teneatur Canonicus ad pſallendū, 39. 19.
Ex quo ſuperiores debent compellere Canonicos ad pſallendum colligitur Canonicos debere pſallere, 41. 19.
Canonici in choro de iure ſcripto tenentur alta voce pſallere, 43. 20.
Canonicis deeſt titulus per quem præſcribere poſſint diſtributiones in abſentia, 149. 43.
Canonici in choro priuatim horas recitantes non lucrantur diſtributiones, 48. 21.
Hoc fallit ſi ex fundatione ſufficit præſentia Canonicorum, 49. 21.
Fundatio huiuſmodi prętēdi non poteſt, 50. 21.
Canonici in choro ad diuina attendere debent, 51. 21.
Quid ſi Canonicus alterius chori pſalmodiam non percipit, 55. 22.
Dum pulſantur organa ſufficit ſi Canonicus audiat pronunciata ſine cantu, 57. 22.
Canonico abſenti à choro tribus menſibus ſibi à Concilio conceſſis non debentur diſtributiones, 59. 22.
Nec Canonici abſentes vel quia inſeruiunt Epiſcopo, vel viſitant iuriſdictionem &c. percipiunt diſtributiones, 67. 24.
Plures caſus in quibus Canonicus ſi abſit amittit diſtributiones, 69. 24.
Canonici aſſociantes Epiſcopum ad limina percipiunt diſtributiones, 74. 25.
Tres caſus excepti remiſſiuè, 75. 25.
Dignitas & Canonicus ſimul non lucratur diſtribu-

Digitized by Google

ſtributiones dignitatis ex eo quod abſit pro cura animarum annexa canonicatui, 113. 34.
Excuſatur Canonicus Theologus eo tantum tempore quo legit, 115. 34.
Canonicus qui intereſt diuinis officijs diſtributiones facie ſuas, & de eis poteſt ad libitum diſponere, & teſtari etiamſi non ſint exactæ & ita vt tranſeant ad hæredes, 126. 37.

CLAVSVRA MONIALIVM.

Moniales cœnobiticam vitam profeſſæ ad aliquam clauſuram fuerunt obligatæ 16.292.
Reliqua de Clauſura Monialium vide pagina 290. Vbi plura de Monialibus.

CLERICVS.

Clericorum dignitati derogat exercitium vilis artis, 2. 2.
Clerico ſæculari prouideri non poteſt de prioratu præſcripto per regulares, 35. 64.
Clerici ex merito priuantur priuilegio & poſſunt à quolibet Clerico accuſari, 3. 1.
Tria ſunt neceſſaria ad hoc vt Clericus coniugatus gaudeat priuilegio clericatus, & ablata fuerunt à Concilio priuilegium, & conſuetudo in contrarium, 4. 3.
Subdiaconus, aut Religioſus ex eo quod ducat vxorem non perdit priuilegium clericatus, 9. 4.
Clericus coniugatus non perdit priuilegium ſi plures duxit, ſed cum vna tantum conſummauit, 13. 5.
Clericus coniugatus non gaudet priuilegio, niſi duxerit vnicam, & virginem, 14. 5.
Clericus pro delicto patrato ante matrimoniū non poteſt puniri à laico, 19. 6.
Clericus coniugatus ſi gaudeat priuilegio, debet ferre tonſuram ſi poteſt, 20. 6.
Clericales veſtes neceſſariæ ſunt ad plures effectus, 21. 6.
Clericus coniugatus debet deferre omnes veſtes clericales, 22. 6.
Conſuetudo determinat qualitatem habitus clericalis, 23. 6.
Sufficit Clerico ſi exterior veſtis clericalis, etiamſi interior laicalis appareat, 27. 7.
Clericus priuilegium clericale non perdit inamiſſibiliter, 30. 7.
Mortua vxore Clericus reaquirit priuilegium ſi habitum, & tonſuram deferat, 33. 7.
Non deferens habitum, & tonſuram ſtatim abſque monitione eſt priuatus clericali priuilegio, 34. 8.
Iudicis Eccleſiaſtici eſt decernere, an Clericus inceſſerit in habitu clericali, 35. 8.
Vbi excluditur notorium cauſa ipſa ad Eccleſiaſticum remitti debet, 36. 9.
Clericus debet ex mandato Epiſcopi inſeruire Eccleſiæ, 37. 9.
Sufficit ſi inſeruiat Eccleſiæ, licet non ex mandato Epiſcopi, 38. 9.
Qualiter Clerici cogendi ad ſeruiendum Eccleſiæ, & requiritur monitio, vt ex cauſa ceſſet priuilegium, 39. 9.
Conſuetudine poteſt obtineri, vt Clericus non ſeruiens Eccleſiæ gaudeat priuilegio, 40. 9.
Clericus qualiter ex negotiatione non perdat priuilegium, 41. 9.
Clericus coniugatus habens requiſita, gaudet priuilegio Canonis, & fori, 42. 9.
Clericus coniugatus, an habeat exemptionem in ciuilibus, 43. 9.
Iudex laicus non poteſt pro cauſa merè ciuili clericum incarcerare, 44. 10.
An vxor clerici gaudeat priuilegio fori, 47. 12.
Ad hoc vt clericus priuetur diſtributionibus, debet conſtare de cauſa ob quam ſit priuandus, 97. 31.
Clericus iniuſtè damnatus habet actionem contra accuſatorem, & Iudicem, 98. 32.
Clericus habens iuriſdictionem temporalem poteſt eam delegare alteri, vt cauſam ſanguinis cognoſcat, & iuſtitiam faciat ſine metu irregularitatis. 1.345.
Hæc commiſſio debet fieri in terminis communibus. 2.345.
Hæc delegatio fieri non debet determinatis ad imponendam pœnam. 3.345.

COADIVTOR.

Coadiutor eſt prælatus. 3.142.
Coadiutor non eſt beneficium. 5. 143.
De coadiutore vide per totam pag.141.& 142.

COLLATIO.

Collatio beneficij prius à Papa alteri collati, aut eidem reſeruati eſt nulla. 3. 95.
Promotus debet probabiliter ignorare collationem aut reſeruationem Papæ, vt poſſit recuperare primum beneficium. 6. 96.
Non obſtante iniuſtitia collationis, quod diſpenſatio ſit valida, multi dicunt, quod alij limitant. 10. 100.
Collatio beneficij data aliud obtinenti eo non expreſſo, eſt valida ſi facta eſt motu proprio. 2. 106.
Vbi collatio facta fuit cognita cauſa non eſt neceſſaria alia citatio. 19. 119.
Aetas neceſſaria ad beneficium debet haberi tempore impetrationis. 5. 120.
Idoneitas per ſe ſufficit ſi habeatur tempore collationis. 4. 121.
Ad Capitulum ſpectat collatio beneficiorum. 2. 124.
Non comprehenduntur beneficia collata à ſede Apoſtolica, ſed non acceptata. 4. 125.
Collatio acceptata dat ius in re. 14. 139.
Collatio canonicatus dat ad præbendum ius ad rem. 12. 139.
Quæ beneficia dicantur ſpectare ad collationem Capituli. 3. 139.
Beneficia quorum collatio ſpectat ad dignitates, &c. 6. 140.
Collatio eſt de iuriſdictione Epiſcopali. 4.149.
Valet collatio beneficij promiſſi ſi fiat alteri. 17. 152.
Collatio poteſt ſpectare ad non prælatos. 5 155.
Collatio facta ab Ordinario ante præſentationem, &c. 8. 155.
Affectio beneficij reddit nullam collationem factam alteri. 9. 158.
Capitulum Sede vacante non confert beneficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi. 1. 159.
Et tunc collatio Epiſcopi non dicitur libera. 19. 162.

Quan-

Quando collatio ſpectat, &c. 26. 162.
Expectatio Epiſcopi non retardat collationem. 29. 163.
Vacante ſede collator confert ſine conſilio Epiſcopi. 31. 164.
Facta à Capitulo abſente Epiſcopo eſt nulla ſi collatio pertinebat communiter ad vtrumque. 55. 168.
Si prima collatio eſt nulla ipſo iure valet ſecunda. 57. 168.
Ex vi collationis prouiſo datur ius ad rem, non in re, & ideo beneficium non eſt ſuum, ſed eſt illi debitum 6. 88.
Collatio clandeſtina inutilis 4. 87.
Promotus ea acceptatione collationis fit Dominus beneficij 9. 88.
Poteſt conſentire collationi per conſanguineũ, vel procuratorem generalem, ſed neceſſe eſt vt ratam habeat acceptationem ab illis factam 11. 88.
Epiſcopus poſt Collationem pendente acceptatione non poteſt alteri conferre beneficium, quod collatione factum eſt debitum, & effectum 13. 89.
An recuſante illo acceptare collationem ſibi factam diſpenſatio reconualeſcat 16. 89.
Prouiſus etiam lapſo tempore poteſt re integra collatorem præuenire 23. 90.
In dubio primo prouiſus debet probare ſe acceptaſſe collationem, ante collationem factam alteri 25. 90.
Collatio facta à Papa pendente acceptatione cum clauſula &c. 29. 90.

CONFIRMATIO.

Confirmatio ſuperioris non ſemper facit, vt cõfirmatũ cenſeatur eſſe factũ ſuperioris. 9. 104.
Confirmationem ex certa ſcientia eſſe nouam conceſſionem dixerunt aliqui. 10. 104.
Quæ ſit confirmatio ex certa ſcientia. 11. 104.
Id quod eſt facti non cenſetur confirmatum ex certa ſcientia niſi præcedat facti cognitio. 12. 104.
Confirmatio facta in hac Decretali fuit ex certa ſcientia. 3. 104.
Controuerſum an confirmatio ex certa ſcientia ſit noua conceſſio. 14. 104.
In dubio confirmatio non cenſetur noua conceſſio. 14. 104.
Confirmatio præiudicium tertij non trahitur retro. 19. 105.
Confirmatio & inſtitutio ſunt neceſſitatis. 5. 149.

CONGRVA.

Plures caſus, in quibus rectoribus aſſignatur congrua 12. 50.
Ad arbitrium Epiſcopi qualiter determinanda ſit quantitas congruæ 13. 50.
Semel aſſignata Congrua non poteſt immutari 14. 51.
Epiſcopus præſentationem Religioſorum non aſſignata congrua poteſt refutare, non tamen ad eum deuoluitur electio, ſeu libera collatio beneficij 15. 51.
Nedum Religioſi, ſed Clerici ſi poſſident fructus beneficiorũ tenentur ad congruã 16. 51.
Obligatio aſſignationis congruæ eſt etiam ſi præſentetur Vicarius temporalis 17. 51.
Inſtitutio facta non aſſignata congrua non eſt nulla, ſed rector habebit actionem pro congrua obtinenda 19. 51.

COMPOSITIO.

De præteritis Decimis fieri poteſt compoſitio etiam cum laicis. 243. 247.
Compoſitio inter Eccleſiaſticos fieri poteſt præmiſſa cauſæ cognitione. 244. 247.
Compoſitio facta ſine conſenſu Epiſcopi non nocet ſucceſſori. 247. 248.
Compoſitio facta ſine conſenſu ſuperioris non egreditur ſuum auctorem. 255. 249.
Aliquæ compoſitiones validæ etiam factæ ſine conſenſu ſuperioris. 258. 250.

CONSVETVDO.

Conſuetudo à præſcriptione diſtinguitur. 261. 251.
Valet conſuetudo non ſoluendi Decimas minutas, vel non integras. 265. 251.
Conſuetudo in dubio determinat cui Eccleſiæ debeantur Decimæ. 270. 252.
Conſuetudo ſtricte intelligitur, nec ſe extendit ad non ſolita. 278. 253.
Conſuetudo confirmata non deſinit eſſe conſuetudo, licet quodammodo tranſeat in ius commune. 18. 55.
Conſuetudo quod Clerici non intereſſentes diuinis percipiunt diſtributiones eſt reprobata. 135. 39.
In hac decretali, & per Concilium Tridentinum reprobata eſt conſuetudo præterita percipiendi diſtributiones in abſentia 136. 40.
Conſuetudo vt non intereſſentes percipiant diſtributiones eſt de ſe iniqua 139. 40.
Non eſt reprobata ſola conſuetudo percipiendi diſtributiones in perpetua abſẽtia 141. 41.
Eſt reprobata conſuetudo, vt qui ſolum aliquãdo abſunt percipiant diſtributiones 142. 41.
Difficultas eſt de conſuetudine introducta poſt Concilium 143. 41.
Manente ratione legis conſuetudo non preualet legi, 144. 41.
Per Bonif. VIII. reprobata fuit conſuetudo recipiendi diſtributiones in abſentia extra tres caſus exceptos 145. 41.
Diſtributiones, quæ ſunt ex teſtamento, vel contractu, nullius conſuetudinis vi dari poſſunt abſentibus 146. 41.
An conſuetudo contra legem diſtributionum præualet nõ adiuncta præſcriptione 148. 42.
Conſuetudo quæ eſt ex legis ignorantia non abrogat legem 150. 43.
An legi Pontificiæ conuentionali non deroget conſuetudo, niſi centenaria immemorabilis 152. 43.
Dari poteſt conſuetudo interpretatiua iuris in caſu dubio 153. 43.
Conſuetudo contra ſuppoſitiuum ſemper eſt valida, ſi ſciente Pontifice ſit inducta. 155. 43.
Conſuetudo percipiendi diſtributiones in abſẽtia, quæ vim habet ſolum ex temporis longo decurſu non eſt valida, etiam inducta ex cauſa, quæ ſufficiat ad percipiendos fructus in abſentia, quia hæc cauſa in ordine ad diſtributiones eſt reprobata 156. 44.

Nulla

Nulla eſt conſuetudo, vt qui habet duos Canonicatus, & reſidet tantum in vno percipiat diſtributiones vtriuſque 157.44.

Valet conſuetudo vt tantum detur intereſſentibus matutinis, quantum pro alijs horis 165. 46.

Non valet conſuetudo, vt Clericis dentur duo dies in menſe pro tonſione barbæ.

Valet conſuetudo interpretatiua, vt qui inſeruierunt per 40. annos ſint iubilati 169.47.

Non valet conſuetudo vt debeantur diſtributiones his, qui in choro non pſallunt 170.47.

Poteſt dari conſuetudo, vt diſtributiones non dentur infirmis 173.48.

Non obſtat ſed reprobatur conſuetudo contraria 18. 51.

CVRIA.

Ex vi huius textus non ſunt reſeruata beneficia eorum, qui morantur prope curiam 3. 125.

Solos curiales comprehendit hæc regula. Et qui ſint curiales 6.125.

Curialitas non interrumpitur ſede vacante 9. 125.

Curialium beneficia ſi prope Romam moriuntur vacant apud ſedem 10.125.

Non comprehenduntur non curiales, nec qui moriuntur vltro duas dictas 12. 126.

Dum transfertur curia vacant beneficia ſi curiales moriuntur in itinere 17.126.

Curiam Romanam eſſe ſolum in loco vbi Papa habet Domicilium, & maneat Cancellaria, & audientia quidam dicunt 19.126.

Curia Romana eſt vbi eſt Cancellaria, & audientia Apoſtolica 20. 126.

Curia Romana eſt vbicumque eſt Papa 22. 127.

D.

DECIMÆ.

QVid ſint Decimæ. 1. 202.

Diſtinctio inter primitias, & Decimas. 2. 202.

Lex naturalis non obligat ad Decimas in ſpecie. 9. 204.

In lege naturæ non fuit præceptum Decimarum. 10. 204.

Decimas offerre fuit in vſu etiam apud Gentiles. 10. 204.

Multiplici de cauſa decimæ dicuntur eſſe de Iure diuino. 16. 205.

Decimas deberi ex iuſtitia quidam ſentiunt. Reliqua de Decimis vide pagina. 206. 207. 208. 212. 216. 217. 221. vſq, ad paginam 246.

DELEGATVS.

Delegatus ex vi clauſulæ & iuſtitiam faciat poteſt exequi ſententiam ſuam. 10. 346.

Ordinarius de iure Canonico poteſt delegare cauſas criminales. 11. 346.

DISPENSATIO.

Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non valet non expreſſo etiam minimo beneficio. 2. 98.

Hoc vniuerſaliter verum reſpectu cuiuſcumque diſpenſationis. 3. 98.

In diſpenſationibus debet etiam fieri mentio præſtimoniorum. 4. 99.

Diſpenſatio non habet vim ſanandi intruſionem. 12. 100.

Si diſpenſatio eſt valida non poteſt diſpenſatus ex pluralitate beneficiorum puniri. 15. 100.

Diſpenſatus ad recipiendum non eſt ad retinendum. 18. 100.

Diſpenſatus ad plura non eſt diſpenſatus ad reſidentiam. 19. 101.

Diſpenſatio illegitimi ad beneficium, non ſe extendit niſi ad vnum, & ad beneficia non ſe extendit niſi ad duo prima. 24. 101.

Clauſula non obſtante non inducit diſpenſationem, &c. 25. 101.

Simplex narratio non inducit diſpenſationem. 28. 101.

Non valet argumentum à conſuetudine ad poteſtatem diſpenſandi. 6. 112.

DICTIO.

Dictio *ipſo iure* quando importet ſententiam latam. 8. 4.

Dictio *abſque* hic ſumitur incluſiuè, & eſt idem quod *ſine*. 25. 288.

Dictio *portio* ſignificat dimidiam partem præterquam in aliquibus caſibus. 17. 288.

Dictiones *omnia*, & *ſingula* ſunt vniuerſales, & non patiuntur limitationem. 410. 280.

Dictio *qualiacumque* comprehendit ſine limitatione etiam non expreſſa. 412. 281.

DISTRIBVTIO.

Quid nomine diſtributionum. 2.11.

Materia diſtributionum eſt quodlibet pecuniæ æſtimabile 3.11.

Dictio ipſo iure quando importet ſententiam latam num. 9.8.2.

Diuiſio textus 1. 11.

Eſſentialis ratio diſtributionum quotidianarũ eſt, vt ſint ſtipendium pro actuali intereſſentia ſingulis diuinis officijs, & num. 7.4.12.

Non eſt neceſſe, vt in diſtributionibus ſeruetur eadem rata 5.12.

Quid ſi diſtributiones integre dentur inſeruientibus per 15. dies 6. 12.

Diffinitio diſtributionum quotidianarum 7.12.

Diſtributiones propriè non veniunt ſub nomine fructus, aut reditus, aut prouentus beneficij 9 12.

Damnatus ad reſtituendum fructus non eſt damnatus ad reſtituendum diſtributiones nu. 9.

Diſtributiones non augent corpus beneficij, nec in eius valore computantur 9.

Non intelligitur reſeruata penſio ſuper diſtributionibus 10.13.

In Eccleſijs vbi non ſunt niſi diſtributiones iſtæ ſunt loco præbendarum 15.14.

Diſtributiones inſtitutæ de iure poſitiuo, & ad quem finem 16. 14.

Intruſo non debentur diſtributiones 27. 16.

Diſtributiones non debentur, niſi actu inſeruientibus 28. 27.

Declarationes aliquæ Sacræ Congregat. 46. 20.

Vbi non ſint diſtributiones quotidianæ non procedit Regula textus 70. 75.

De mente Conc. Trid. vbi non ſunt diſtributiones ſeparanda eſt pro illis. 3. pars fructuum 70. 75.

Et vbi ſit conſuetudo legitimè præſcripta vt ab-

abſentes ex iuxta canſa ſatisfaciant miſſis per alium vt participēt diſtributiones 75. 25.
Diſtributiones tribui debent iuxta ordinationem Eccleſiæ 76. 26.
Pro diſtributionibus ſeparari debet tertia pars fructuum, & quorum fructuum 77. 26.
Tenuitas diſtributionū vnde cognoſcatur 78. 26
Diſtributio fieri debet pro ſingulis horis, quibus Clerici adeſſe debent 79. 26.
Non poteſt ſtatui vt qui adeſt vni horæ lucretur diſtributiones integras 79. 26.
Diſtributio debet fieri pro horis integris. 81. 27.
Capitulum etiam ſine Epiſcopo poteſt ſtatuere modum ſeruandum in diſtributionibus. 83. 27.
Menſura taxationis diſtributionum vnde ſit ſumenda 84. 27.
Diſtributiones ex iuxta cauſa augeri poſſunt, & minui niſi taxa facta ſit à ſuperiore 85. 28.
Infirmitas omnis, etiam ſi ſit ex culpa, quæ impedit ne Clericus poſſit adeſſe diuinis excuſat, & facit vt abſenti debeantur diſtributiones, & quæ accreſcunt ex aliorum abſentia. 88. 29.
Iniuſtè damnatus excuſatur 93. 30
Iniuſtè damnato carcerato, excommunicato &c. debentur diſtributiones, ſi iniuſtitia ſit ex parte cauſæ, & ille ſit innocens, ſecus ſi iniuſtitia ſit ex modo procedendi, 95. 31.
In ceſſatione à diuinis Clericis non competunt diſtributiones 104. 32.
Abſens pro vtilitate Eccleſiæ percepit diſtributiones 107. 33.
Etiam abſens à locis pro vtilitate Eccleſiæ percipit diſtributiones 109. 33.
Diſtributiones debentur pro eo tantum tempore, quod fuit neceſſarium, & fuit conſumptum pro expeditione negotij 125. 26.
Damnatus ad reſtituendum fructus tenetur reſtituere diſtributiones ſi eſt intruſus, ſecus dicendum per ſe, & abſolutè, quia nomine fructuum non veniunt diſtributiones. 131. 38.
Licet emolumenta mortuariorum non veniant ſub nomine diſtributionum in hoc eſt eadem ratio & non debentur & non intereſſentibus. 132. 38.
Diſpenſatus ad diſtributiones non eſt diſpenſatus ad anniuerſaria 133. 38.
Nullum Statutum non confirmatum à Papa validè tradit diſtributiones non intereſſentibus. 175. 48.
Dignitates &c. vacantes apud ſedem Apoſtolicam ſunt reſeruatæ Papæ 2. 52.
Diſtributiones debentur, necdum Canonicis, ſed etiam aſsitijs. 134. 38.
Excommunicatus non ammittit diſtributiones ſi actu inſeruiat 99. 31.

DONATIO.

Donatio facta abſenti poteſt reuocari 3. 87.
Donatio Patronatus non debet fieri in præiudicium Epiſcopi. 8. 328.
Donatio inualida ſi fiat cum conditione vt patronus non poſsit libere præſentare. num. 9. 328.

DOS.

Dos non ſemper præfertur alijs creditoribus. 7. 71.

E.

ECCLESIA.

Eccleſia polluitur iniuſta humani ſanguinis effuſione. 1. 337.
Polluta Eccleſia pollutum eſt cœmeterium coniunctum. 2. 337.
Polluto cœmeterio non polluitur Eccleſia. 5. 337.
Celebrans in Eccleſia polluta ex hoc non eſt irregularis, ſed eſt ſuſpenſus. 9. 337.
In Eccleſia prohibiti ſunt ſtrepitus, & vanæ repreſentationes. 8. 339.
Quod intelligitur de Eccleſia ſtrictè ſumpta. 13. 340.
Etiam iudicia Eccleſiaſtica non ſemper decet haberi in Eccleſia. 29. 343.
Eccleſia deputata ab Epiſcopo pro adminiſtratione Sacramentorum intra certos fines eſt parochialis 5. 80.
In Eccleſia non parochiali poteſt dari gratioſa conceſſio adminiſtrationis Sacramentorum. 6. 80.
Omnis Eccleſia curata eſt parochialis. 80.
Eccleſia dicitur eſſe Epiſcopi per adminiſtrationem. 3. 112.

EPISCOPVS.

Epiſcopus poteſt prefigere terminum ad acceptandum beneficium. 19. 89.
Non eſt neceſſe quod recuſatio fiat coram Epiſcopo. 22. 90.
Quæ notat Franc. de conſuetudine habendi Epiſcopatum, & Canonicatum. 5. 112.
Quid in Epiſcopo non percipiente fructus Epiſcopatus. 16. 115.
Epiſcopus conferre poteſt primum beneficium, &c. 1. 117.
Epiſcopus non ſemper mittit in poſſeſſionem, ſed dat mandatum de immittendo. 22. 120.
Epiſcopus poteſt in ſua Diocæſi committere alteri Epiſcopo ordinationes. 9. 134.
Epiſcopus non poteſt conferre beneficia ad Papam deuoluta. 10. 136.
Epiſcopus conferens auctoritate Apoſtolica canonicatum, &c. 13. 139.
Epiſcopus eſt Clericus. 1. 142.
Epiſcopus nedum vnum, ſed duos coadiutores poteſt aſſumere. 29. 145.
Epiſcopo inhabili, ſed ſanæ mentis non poteſt dari coadiutor à capitulo eo inuito. 36. 146.
Sub nomine Epiſcopi non veniunt ſuperiores niſi id exprimatur. 66. 149.
In hoc caſu Epiſcopus conuocare poteſt capitulum. 4. 160.
Non poteſt tamen Epiſcopus abbreuiare ſemeſtre ad conferendum. 5. 160.
Et ſi Epiſcopus intra ſemeſtre nolit conferre. 8. 160.
Defuncto, vel ſuſpenſo, &c. 18. 162.
Poteſt contingere quod Epiſcopus, &c. 19. 162.

Non eſt moroſus Epiſcopus ſi per eum non ſtat, quod non abſoluatur. 24. 162.
Quando Epiſcopus dicatur moroſus. 24. 162.

EXCOMMVNICATIO.

Excommunicatio à legato lata contra retinentes plura beneficia non comprehendit hunc caſum. 5. 114.
Tempus excommunicationis poteſt computari pro tempore vacationis. 101. 32.
Excommunicati ſunt impedientes litigantes etiam iudice Eccleſiaſtico 1. 343.
Excommunicati ſunt Domini temporales &c. 1. 344.

EXEMPTIO A DECIMIS.

Exemptio à Decimis fit à Pontifice ex iuſta cauſa 319. 263.
Exemptio à Decimis nullo principe laico poteſt concedi 317. 263.
Ciſtercienſes, & Hoſpitalarii exempti à Decimis de laboribus proprijs 339. 266.
Plena exemptio à Decimis conceſſa Can. Reg. & Caſsin. 345. 167.
Et Camald. 346. 267.
Et Ciſtercien. 347. 167.
Et Eccleſiæ 348. 267.
Vniuerſalis exemptio conceſſa Canon. S. Saluatoris 350. 268.
Et ordini S. Antonij 351. 268.
Carthuſianis 352. 268.
Ordini Prædic. 353. 268.
Et Monialibus eiuſdem ordinis 354. 269.
Et ordini Minorum, & monialibus ſanctæ Claræ 355. 269.
Auguſtinianis 356. 269.
Carmelitis 357. 270.
Minimis 358. 270.
Societati 359. 270.
Ordini B.M. de Mercede 360. 270.
Ordo Prædic. exemptus à Decimis ordinarijs 363. 270. Reliqua vide 262.

EXEQVTOR.

Vbi ſunt dati plures exequtores vno impedito alius exequitur 1. 180. reliqua de exequtore habebis in pagina. 179. & 180. 183. 184.

F.

FORMA.

Forma hic ſtatuta ſeruanda ab omnibus Viſitatoribus, ſaluis Religioſorum conſuetudinibus. 30. 132.

G.

GRATIA.

Gratia expectatiuæ expirat per aſſecutionem beneficij incompatibilis. 5. 122.

I.

INFIRMITAS.

Infirmitas neceſſe eſt vt ſit cauſa abſentiæ. 90. 29.
Infirmitas eum non excuſat, qui ſolet non intereſſe diuinis 92. 30.

INTERPRÆTATIO.

Lata interpretatio fit quantum verba permittunt 5. 56.
Diſpenſationes ſunt ſtrictæ interpretationis 7. 56.
Lata interpretatio fit vbi verba ſunt clara, &c. 8. 57.
Vberior interpretatio intelligitur quantum ad exteriorem loci, & Eccleſiarum, non quantum ad prælationem 28. 58.
Non eſt verum in materia ſtrictæ interpretationis quod vbi nullus modus exprimitur veniat omnis modus 24. 83.

IMPEDIMENTVM.

Iuſtum impedimentum excuſat ab actuali Canoni 52. 51.
Iuſtum impedimentum non eſt ignorantia actus 53. 22.

IOCVLATORES.

Ioculatores per annum exercentes hanc autem ſunt ipſo iure infames 1. 1.
Decretalis alibi explicata 2. 1.

IRREGVLARIS.

Irregularis non impeditur ne interſit diuinis Officijs 106. 32.
Dominus fit irregularis ſi ad pœnam mortis imponendam practicè determinet animum Iudicis. 3. 345.
Nec laicus committens cauſam ſanguinis vt ſupra fit irregularis. 4. 345.
Non incurritur irregularitas etiam ex commiſſione officij ordinarij. 5. 346.
Neque ex eo quod eduntur leges pœnam ſanguinis imponentes. 6. 346.
Neque qui ſpeculatiue docet pro hoc vel illo delicto imponendam eſſe mortem, ſecus ſi practice, & quomodo in hoc Confeſſores ſe gerere debeant. 7. 346.
Non eſt dominus irregularis ex eo quod Iudex iniuſte damnat aliquem ad mortem, niſi in caſu in quo culpa Iudicis in dominum redundat. 8. 346.
Nec fit irregularis qui nomine Ordinarij eligit Iudicem, uec qui commiſſionem Domini ſcribit. 9. 346.
Dominus fit irregularis &c. 345. Reliqua eadem pagina habebis.

IVRAMENTVM.

Quomodo Papa liberare poſsit ab obligatione iuramenti 6. 198.
Quomodo fit verum quod non facit contra Iuramentum, qui id facit iuſſu ſuperioris 7. 198.

IVS.

Ius in re, & ad rē inſeparabile à iure in re prius acquiſito non reuocatur. n. 3. 4. 6. 7. 1. 158.
Ius purum ad rem vel ſeparabile à iure in re prius acquiſito cadit ſub reuocatione. 1. 23. 5. 6. 7. 158.
Conſuetudine poteſt acquiri Ius conferendi. 30. 164.
Non poſſunt Iura Eccleſiæ alienari, vel laicis ſubijci, & earum patronatus concedi, &c. 1. 169.

Non obſtantibus expectatiuis poſſunt ſeruata forma iuris commutari beneficia . 1. 170.
Omne Ius beneficiale , &c. 48. 178.
Hæc ſimonia eſt iuris poſitiui . 2. 171.

IVS PATRONATVS.

Patronatus à laico poteſt dari Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi 2. 327.
Ius Patronatus non poteſt vendi 3. 327.
Eccleſia , cui à laico datus eſt Ius Patronatus habet ſemeſtre ad preſentandum 11. 328.
Ius Patronatus fit Eccleſiaſticum ex quo tranſit in Eccleſiam 12. 328.
In Patronatu mixto magis dignum trahit minus dignum 14. 328.

L.

LEX.

Lex non extenditur ad caſum non expreſſum. 6. 62.
Stat legem poſitiuam ligare peritum , & iuſte ingredientem , & non ſolutum , & inuaſorem . 6. 92.
Lex huius cap. in princ. non habet locum niſi in beneficijs . 7. 92.
Nunc ex lege Concilij Trid , vniuerſaliter exceptione ſecundi incompatibilis vacat primum . 8. 92.
Beneficium leg.s habet , qui contra legem non venit . 8. 96.
Vbi ex lege aliquid eſt exprimendum taciturnitas illius reddddit gratiam ſubreptitiam . 5. 99.
Lex generalis poſterior non derogat priori ſpeciali non facta eius mentione . 10. 129.
Lex generalis non firmat regulam in caſibus non enumeratis . 10. 129.
Lex , aut priuilegium non ceſſant ex eo quod dicatur ceſſare cauſa , niſi reuocentur . 19. 152.
Lex Canonica obligat ad culpam etiam mortalem , & quando . 22. 153.
Lex prohibens certum finem an prohibeat omnem viam petueniendi ad illum . 24. 253.
Lex obligans ad conſilium regulariter non obligat ad illud ſequendum . 45. 165.
Octo caſus in quibus eſt neceſſe ſequi conſilium . 46. 166.
Vbi lex requirit tempus neceſſe eſt illud eſſe continuum , & hoc explicatur .

LITERAE.

Habens literas pro bene. cio in certa Eccleſia , poteſt acceptare beneficium vacans in cæmeterio. 7. 337.
Literę ſunt ſubreptitiæ , ſi non eſt expreſſum quod beneficium ſit curatum . 9. 81.
Si literæ ſint datæ motu proprio ſub nomine beneficii venire curatum , dicunt aliqui . 11. 81.
Literæ in forma pauperum potius iuſtitiæ ſunt. 3. 121.

M.

MANDATVM.

Mandatum ſimpliciter datum , & duos includens alterum eorum non ligat, & directum pro vno duos non afficit . 44. 85.
Ex vi mandati de prouidendo de beneficio ſpectante ad plurium preſentationem , non poteſt conferri beneficium , &c. 48. 85.
Ad acceptandum beneficium requiritur mandatum ſpeciale . 11. 88.
Mandatum de acceptando beneficium in indiuiduo eſt tacita acceptatio . 12. 88.
Deficiente cauſa mandati expirat mandatum . 9. 122.
Mandatum prouidēdi de beneficio ſpectante ad collationem cap. &c. 1. 139.
Mandatum directum principali includit viceſgerentem , & è contra . 5. 140.
Mandatum debet continere ſpecificationem mandatarij . 13. 141.
Mandatum de prouidendo dicitur gratia facta reſpectu exequtoris . 5. 154.
Mandatum de prouidendo limitatur ad primum vacans, niſi aliud ſit expreſſum. 3. 155.
Preſentatio mandati beneficialis facta capitulo reddit beneficium affectum . 1 159.
Ex vi huius mandati non poteſt prouideri de maiori ſumma 11. 57.
Si mandatur ſimpliciter alicui prouideri &c 13. 57.
Non tamen tria beneficia 14. 57.
Nec curata , vel curatum beneficium etiamſi mandatum ſit datum motu proprio 15. 57.
Eadem dicenda ſi detur mandatum prouidendi ad certam ſummam in beneficijs 16. 58.
Si mandatum detur de prouidendo beneficiō , non poteſt prouideri in pluribus beneficijs, nec in maiori 17. 58.
Si mandatum ſit datum cum clauſula niſi pro alijs reſcripſerimus &c. 18. 58.
Si mandatur alicui prouideri in beneficijs ciuitatis , aut Diœceſis non includuntur beneficia cathedralium 19. 58.
Si mandatur alicui prouideri de beneficijs ad collationem Epiſcopi ſpectantibus includuntur beneficia cathedralium 22. 58.
Si mandetur alicui prouideri de beneficijs ciuitatis. an includantur inferiores præbendæ 23. 58.
Si mandatur prouideri alicui in beneficijs prouinciæ includuntur metropolitana , & Cathedrales 26. 57.
Mandatum de conferendo continet gratiam imperfectam .
Gratia inferioris ſit Papalis ſi mandatum Papæ non ſit purè executiuum , ſed conceſſiuum 6. 67.
Mandatum Papę tunc eſt conceſſiuum, cum gratiæ imperfectæ adueniens illam perficit . 7. 68.
Papa approbans mandatum de prouidendo datum à legato , & mandans illud exequi , facit gratiam Papalem 8. 68.
Mandatum de prouidendo alternatiuum verificatur in primo 1. 68.
In Mandato alternatiuo ſiue ſit pręſtationis , ſiue ordinis ſeruatur ordo ſcripturæ 2. 68.
Plures formæ mandatorum de prouidendo 3. 68.
Mandatum de prouidendo alicui de beneficio intel-

intelligitur de primo 2. 89.
Mandato pareri debet pro parte; ſi non poteſt pro toto 12. 70.
Mandatum concernens negociom de lucro captando reuocatur mandatario ignorante 19. 76.
Mandatum prouideri de quocumque beneficio non includit beneficium curatum, niſi exprimatur 1. 80.
Per mandatum de prouidendo non fit conſiderabile præiudicium Ordinario 11.81.
Motus proprius non tollit inhabilitatem ſubiecti ignoratam 13.81.
Mandatum prouideri de perſonalibus &c. 16. 82.
Mandatum de prouidendo de dignitatibus, & beneficijs curatis nō includit electiua 23.83.
Mandatum Papæ de prouidendo ex ſe præiudicat ordinario 27. 83.

MATRIMONIVM.

Quando matrimonium conſumatur 12. 5.

MONIALES.

Ad Moniales prohibitus acceſſus. 154.315.
Cum Monialibus prohibita allocutio, & multa de his. 157.315.
Regularibus omnibus prohibitus acceſſus ad Moniales. 161.316.
Incurritur pœna ſi Regularis alloquatur Monialem pro quodcumque modicum tempus. 164.316. Et culpam mortalem continet &c.
Dare licentiam alloquendi Moniales, ad quos ſpectat. 169.317.

MOTVS PROPRIVS.

Motus proprius tollit vniuerſaliter ſubreptionem ex taciturnitate. 5. 106.
Motus proprius tollit impetrationem, & eius effectus. 6. 106.
Motus proprius non purgat vitium falſæ expreſſionis. 7. 106.
Motus proprius non purgat defectum intentionis ſcribentis. 9. 105.
Motus proprius debet eſſe expreſſus. 29. 110.
An motus proprius probetur per teſtes. 3. 3. 110.
In dubio motus proprius non preſumitur. 36. 110
Motus proprius non ampliat gratiam ad caſus non expreſſos. 3. 111:
Motus proprius non ſe extendit ad inuerisimilia in conſueta, & præiudicialia iure iam quæſito. 5. 111.
In textu non eſt clauſula motu proprio. 2. 112.

MVLIERES.

Mulieres inſtabiles. 21.293.
Mulierum clauſura ab antiquo etiam electa pro cuſtodia honeſtatis. 22. 293.

N.

NECESSITAS.

NEceſſitas corporalis excuſat abſentem, & ſibi debentur diſtributiones 93. 30.
Quæ ſit neceſſitas corporalis 93.30.
Requiritur quod neceſſitas ſit vera cauſa abſentiæ, & non poſſit tolli 94.31.
Ex his probatur neceſſitas pſallendi alta voce, 47. 20.

O.

ORDO, SEV RELIGIO.

NOn poteſt inſtitui noua Religio ſine ſede Apoſtolica 3. 323.
Solius Pontificis eſt nouos Ordines approbare 4.323.
Quidam Ordines Mendicantium extincti ſeu ſuſpenſi 8.324.
Qui ſint Ordines Mendicantium 9.324.
Diſtinctio mendicantium ex Regula & conſt. non approbatur 9.324.
Prædicatores, Minores, Auguſtiniani ſunt Mendicantes de iure communi vbi plura de Religioſis 10.324.
Bona Religionum extinctarum, aut collegiorum ad quem ſpectent 16. 25.
Emictens profeſsionem in Religionem non approbata non eſt obligatus ad religionem in communi 18.325.
A conſtit. præſenti exempti ſunt Ordines Prædic. Min. Auguſt. Carmelit. 19.325.
Prædic. præcedunt alijs Ordinibus Mendicantium 20. 325.

P.

PAPA.

VAlet collatio facta à Papa nulla facta mētione facultatis conceſſæ legato de recipiendis reſignationibus, & conferendis beneficij 1. 74.
Papa quos Cardinales vocet fratres, & quos filios 2.74.
Papa conferens facultatem ad beneficia maiorem, & ſupremam apud ſe retinet 9. 75.
Inter Papam, & Ordinarium datur præuentio in collatione beneficiorum etiam in menſe ordinario 10. 75.
Decretum Papæ ligat ignorantes 14.76.
Pontificis eſt dubia iuris declarare 4.77.

PAROCHVS.

Regula textus non habet locum vbi Parochi non inſtituuntur in perpetuum, ſed in Vicarios temporales, 7. 226.
Deſtitutio Parochorum ſpectat ad Epiſcopum, niſi alteri competat ex priuilegio, vel ex conſuetudine, 8. 327.
Amotio Parochi non debet fieri, niſi ex cauſa rationabili, & proportionata, 9. 327.

PERMVTATIO.

Permutatio beneficiorum facta auctoritate priuata ſimoniaca eſt, 2. 171.
Reliqua de permutatione vide pagina. 169.
Peculium quaſi caſtrenſe eſt quod acquiritur ex officio publico. 5. 199.
Donata a Rege, & a Regina ſpectant ad peculium caſtrenſe, & ſalaria eorum, qui ſeruiunt in Regis palatio. 18. 201.
Et donata intuitu publici officij. 19.201.

POENA.

Pœna huius textus non incurrit, qui ſine violentia

lcntia apprehendit beneficij poſſeſſionem, 17. 93.

Pœna hæc eſt priuatio iuris quod habebatur in beneficio 19.93.

Pœna hæc eſt latæ ſententiæ 20.94.

Pœna huius textus non habet locum in præiudicium ordinatij Cleric.22.94.

POSSESSIO.

Poſſeſſio debet eſſe rationalis 28.63.

Non intereſt an poſſeſſio continuetur per plures, vel per vnum 29.63

Sufficit ſi poſſeſſio fuit continuata à pluribus ſucceſſiuè, & continuè 30.63.

Continuitas poſſeſſionis eſt probanda 31.63.

PREBENDA.

Negligens petere prebendam ſibi prouiſam non poteſt petere aliam 1.69.

Re integra negligens prebendam petere poteſt, ſi non datur ſecundus impetrans 5.69.

Collatio præbendæ inſtitutæ pro Cannnicatu eſt collatio Canonicatus 6.69.

Receptus in Canonicus ſi ſit negligens in petenda prebenda prima vacante poſt ſecundam. 7.70.

Negligentia petendi prebendam non aufert Canonicatum 8.70.

Negligens petere prebendam perdit ordinem, & præcedentiam 9.70.

Papa mandante prouideri alicui de Canonicatu, & prebenda, datur canonicatus vbi non ſunt prebendæ 11.70.

Receptus in canonicum auctoritate Apoſtolica in aſſecutione prebendæ præfertur receptis per inferiores 2.71.

Nunc legati non poſſunt conferre canonicatum ſpe prebendæ vacaturæ 4.71.

Collatio prebendæ facta etiam ignoranter alicui in præiudicium illam expectantis auctoritate Papæ eſt nulla 1.72.

In quod habet canonicus ad prebendam eſt ius ad rem 1.72.

Caſus huius textus non comprehendit collationem factam illi, qui prebendam expectabat auctoritate Papæ 4.73.

Collatio canonicatus facta à Pontifice cum mãdato de prouidẽdo de prebẽda &c. 8.73.

Ea auctoritate qua quis recipitur ad prebendam recipitur ad Canonicatum 11.73.

Prebenda triplici modo vacat 5.78.

Vacante prebenda annexa dignitati preſertur ſecundũ pro quo ſcriptum eſt de dignitate 10.79.

Si ſcribitur ve detur Canonicatus cum prebenda 14.79.

Expectanti non debetur prebendas, quæ vacat ob mortem Epiſcopi 1.112.

In Eccleſia poſſunt eſſe plures canonicatus, quam prebendæ, & è contra 4. 112.

Si mandetur prouideri de prebenda non ſacerdotali, vel integra, vel maiori non poteſt conferri ſacerdotalis vel dimidia vel minor etiamſi impetrans eſſet contentus 1. 115.

Dantur prebendæ ex inſtiutione ſacerdotali 4.116.

Sub nomine peebendæ non venit dimidia 6. 116.

Ex mandato ſimpliciter dato non poteſt conferri prebenda ſacerdotalis &c. 1.120.

Qui ex defectu ætatis non obtinet primam prebendam, obtinet aliam 10.121.

Prebenda ſacerdotalis non debet dari ordinato ante ætatem ſine diſpenſatione 10.121.

Abſentes vocandi ſunt in receptione prebendarum &c. 1. 124.

Receptio prebendarum eſt collatio 2.124.

Receptio in Canonicum auctoritate Apoſtolica aſſicit præbendam 8.158.

Expectatione prebendæ, & executor ad eam datus non expirat morte concedentis 2.158.

Sub nomine prebendæ veniunt beneficia, & è contra 6.163.

PRAECEPTVM.

Præceptum ſub interminatione maledictionis æternæ non inducit excõmunicationẽ.4.198.

Præceptum ſub indignatione Apoſtolorum continet primam ordinariam. 5. 198

Præceptum ſacrificij affirmatiuum obligat in aliquo tempore. 6. 203.

Præceptum ſuſtentationis miniſtrorum Eccleſiæ eſt quid generale determinatum per Eccleſiam, 8. 204.

Præceptum decimarum in Eccleſia antiquiſſimum, 15. 205.

PRAESCRIPTIO DECIMARVM.

Laicus nullo modo præſcriptione acquirere decimas, 289. 256.

Vbi lex prohibet acquirere prohibita eſt præſcriptio ſecundum aliquos, 293. 256.

Reliqua de præſcriptione decimarum vide in pagina 254.

PRAEDICATORES.

Prædicatores non retrahant audientes a ſolutione Decimarum. 1. 285.

Prædicatores præcedunt Minores. 2. 285.

PROCVRATIO.

Procuratio non debetur niſi à locis viſitatis, 1. 332. reliqua in eadem pagina habebis.

PRIVILEGIVM.

Inuaſor non gaudet maiori priuilegio, quam qui iuſte ingreditur. 6. 92.

Priuilegia data motu proprio latè interpretanda. 10. 1012.

Priuilegium tendens in malum reuocandum. 19. 152.

Priuilegium conformo iure communi latè interpretandum etiam ſi ſit contra conſuetudinem, & ſtatutum 4. 56.

Romana Eccleſia non præſumitur priuilegiare in ſui præiudicium 8. 57.

Papa non cenſetur priuilegiare inferiores in ſui præiudicium 6. 71.

Priuilegia non tam ex tempore, quam ex cauſa conſiderari debent 7. 71.

Priuilegio generali non derogatur per ſpeciale 13.76.

Habens priuilegium percipiendi fructus beneficij vacantis illos percipit vſque ad tempus acceptationis collationis alicui factæ 7.88.

Priuilegia ſemper intelligi debent Salua congrua miniſtro, 315. 263.

Priuilegium exemptiuum, & acquiſitiuum, 216. 263.

In priuilegijs regularium iuſta cauſa eſt annexa, 320. 263.
Priuilegium de animalibus ſe extendit ad greges, 334. 266.
Alia priuilegia Cluniac. Monach. S. Benedicti in hiſp. Præmonſtrat. Monachorum montis virginis, ſed non ſunt vniuerſalia, 349. 268.
Priuilegia Ordinis Prædic. ab aliquibus admiſſa, 362. 270.
Priuilegium de decimis nonalium &c. 2. 286.
Priuilegium limitatum ad portionem ſolitam non ſe extendit ad maiorem, 9. 286.
Priuilegium limitatum ad menſuram antiquiorem, non ſe extendit niſi ad dimidiā, 10. 287.
Priuilegium vnde dicatur odioſum, vel fauorabile, 19. 288.
Priuilegium limitandum, ſi poſt factum incipit eſſe enormiter læſiuum, 18. 288.

R.

REGVLA.

Regula, quod recepti a maiori præferantur verificatur in expectatiuis, non in iure acquiſito in re. 5. 71.
Eadem Regula verificatur in caſu huius textus ex ſpeciali ratione. 6. 71.
Regula qui prior eſt in tempore fallit, quando plures veniunt ex diuerſa cauſa. 7. 71.
Annus probationis datur ad Regula experimentum. 28. 294.

REGVLARES.

Regularibus non poſſunt conferri beneficia ſecularia curata. 3. 60.
Regulare beneficium quodnam ſit. 6. 60.

RELIGIOSVS.

Religioſi ſunt capaces iuris patronatus 3. 49.
Rectoribus debet aſſignari congrua portio à Religionibus præſentantibus 2. 49.
Religioſi habentes ſolum ius patronatus non tenentur aſſignare congruam Rectoribus 5. 49.
Religioſi exercentes curam animarum per alios tenentur ad congruam 10. 50.
Religioſi non tenentur ad portionem pro oneribus ſi ipſi illos portant, vel Eccleſiam ab illis eſt exempta 11. 50.
Portio pro Rectore ſemper debet aſſignari, cum Religioſi per alios Eccleſiam regunt. 12. 50.
Sub nomine Clerici in odioſis non veniunt Religioſi neque è contra, 3. 197.
Religioſi ſi commodè fieri poteſt in proprio monaſterio ſunt ſepeliendi, 1. 202.
Religioſi exempti non ſunt de iure communi à prædialibus decimis, 323. 264.
Religioſi exempti à decimis perſonalibus, 324. 264.
De nutrimentis animalium non ſoluunt decimas Religioſi, 331. 365.
Noualia, & animalia Religioſorum exempta &c. 333. 266.
Religioſi non tenentur ad decimas de hortis, 335. 266.
Diœceſani compellunt Religioſos ad decimas ſoluendas, 26. 289.
Religioſi tenentur ad decimas niſi muniti ſpeciali iure, 28. 289.
Religioſis Ordinum extinctorum conceditur tranſitus ad Religiones approbatas etiam laxiores, 21. 325.
Vbi Religioſi ſunt Parochi ſunt amouibiles ad nutum Superioris, 5. 326.
Religioſi ſine licentia ſuperioris petita, & obtenta non poſſunt eſſe exequutores teſtamentorum. 179.

REGVLARITAS.

An ad preſcribendam regularitatem requiratur titulus 17. 61.
ſed conferenti præiudicat 18. 62.
Preſcriptio regularitatis licet ſit contra Ius
Præſcriptio regularitatis nedum impetranti, priuatum ordinarij non eſt contra ius commune ſpeciale 19. 62.
Non eſt neceſſe quod conferens intendat imprimere ſtatum regularitatis 23. 62.
Regularitas poteſt introduci inſtitutione, & præſcriptione 25. 62.
Senectus excuſat ſi reddat impotentem 91. 29.

S.

SVSPENSVS.

Suſpenſus ſi adſit diuinis, aut ſi iniuſtè ſit ſuſpenſus non perdit diſtributiones 102. 32.
Suſpenſus à beneficio non amittit diſtributiones 102. 32.

SEPVLTVRA.

In loco minus Religioſo poſſit eligi ſepultura. 3. 198.
Translatio perſonæ non aufert ius ſepulturæ. 1. 198.
Vidua in ſepulchro primi mariti ſepeliri debet. 3. 199.
Pater pro filio impuberi eligit ſepulturam vbì eſt conſuetudo. 1. 199.
Filius pubes eligit ſibi ſepulturam, ſed ſine Patris licentia non poteſt relinquere pro anima ſua, niſi caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia. 1. 199.

T.

TACITVRNITAS.

Taciturnitas obtinenti beneficij non vitiat gratiam datam motu proprio 4. 206.
Motus proprius tollit vniuerſaliter ſubreptionem ex Taciturnitate 5. 106.
Clauſula motu proprio purgat vniuerſaliter ſubreptionem ex Taciturnitate, ſed non alios defectus 10. 107.
Non excuſat Taciturnitatem qualitatum intrinſecarum 12. 107.
Taciturnitas cauſat ſubreptionem ſi taceantur, quæ de iure exprimi debent 26.
Taciturnitas, & defectus ordinis non reddit inhabilem ad beneficium niſi pro tunc 7. 121
Taciturnitas defectus Ordinis, aut ætatis ad ordines non vitiat gratiam, niſi in caſibus expreſſis 9. 121.

V.

VERBA.

Verba in ſua propria ſignificatiõne accipienda, 8. 57.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy.

Omnes ſunt Duerniones.

ROMÆ, Ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſſi, MDCLXX.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google